






Jo. Christophorus Wolfius Pastor ad D. Catharinae
Hamburgensis, et Scholarcha.
Angelus, haud lupus hic, quo CHRISTI gaudet ovile,
Exemplum sacri dulce decusq gregis.
Nec minus exemplum egregii Doctoris, amorque
Doctorum: ambiguus, doctior an melior!
Jo. Albertus Fabricius. D.
Wahl pinx.
Fritzsch s: Hamb:

IO. CHRISTOPH. WOLFII

PASTORIS AD D. CATHAR. HAMBVRG.
ET SCHOLARCHAE

BIBLIOTHECAE HEBRAEAE

VOLVMEN IV. ET VLTIMVM

COMPLECTENS
ACCESSIONES ET EMENDATIONES
INPRIMIS
AD VOLVMEN SECVNDVM
TVM VERO
AD TOTVM OPVS PERTINENTES VNA CVM
INDICIBVS AVCTORVM ET RERVM.

Inſeruntur hinc inde Opuſcula quædam rariora, & alia adhuc non edita, quorum nonnulla ad res & commentarios Karæorum Biblicos ſpectant, una cum Epitaphiorum Iudaicorum Specimine ſelecto.







HAMBVRGI
APVD B. THEOD. CHRISTOPHORI FELGINERI VIDVAM.
ANNO CIƆ IƆ CC XXXIII.

VIRO
MAGNIFICO AMPLISSIMO
ET IVRISCONSVLTISSIMO
DOMINO
MARTINO LVCAE
SCHELE
IVRIS VTRIVSQVE DOCTORI
ET LIBERAE REIPVBLICAE HAMBVRGENSIS
CONSVLI
DE SALVTE EJVS EGREGIE PROMERITO
ET CVM MAXIME MERENTI
QVARTVM HOC
BIBLIOTHECAE HEBRAICAE
VOLVMEN
QVALECVNQVE GRATI ET DEDITISSIMI ANIMI
PRO BENEVOLENTIA SINGVLARI ADHVC
SIBI PROBATA
LVBENS MERITOQVE OFFERT



FASCESQVE CONSVLARES
IPSI NVPER DIVINI NVMINIS NVTV
ET AMPLISSIMI SENATVS SVFFRAGIIS
COLLATOS
DEMISSE GRATVLATVS

PROSPEROS CONSILIORVM SVCCESSVS
ANIMI CORPORISQVE VIRES
IN
MVLTOS ANNOS SARTAS TECTASQVE
AMPLISSIMAE GENTIS INCOLVMITATEM
ET QVAE SVA ESSE VELIT
CEV
VBERRIMOS PIETATIS CANDORIS DOCTRINAE
ET DEXTERITATIS FRVCTVS
A
SVMMO NVMINE
COLLATA
IPSIVSQVE FAVORI ET PATROCINIO PERPETVO
SE COMMENDATVM
CVPIT

IO. CHRISTOPHORVS WOLFIVS.

AD LECTOREM.

ffero Tibi, LECTOR HVMANISSIME, Bibliothecæ Hebraicæ Volumen IV. idque ultimum. Spectat illud inprimis ad supplendum emendandumque Volumen ejus II. quod præter historiam Scripturæ Sacræ V. T. Codicumque ejus tum editorum tum MSS. Masoram, Lexica, Grammaticas Hebraicas, & Talmud utrumque percenset, Bibliothecam item Judaicam & Anti-Judaicam, tum vero Paraphrases Chaldaicas & Cabbalam, scriptaque Judæorum Anonyma enarrat. His ad finem perductis se sistunt Supplementa nova ad Volumen I. h. e. notitiam Scriptorum Hebræorum pertinentia, quæ mihi post editum Volumen III. subnata sunt. Calcem occupant Indices tres. Primus nomina Scriptorum Hebræorum, Latine expressa, secundum literarum seriem sistit, in eorum commodum, qui illa Hebraice descripta vel prorsus non vel saltem difficulter invenire se professi sunt. Idem vero hanc quoque operam præstabit, ut statim pateat, de quo Scriptore pluribus in locis sit expositum. Alter res potiores, in singulis Voluminibus obvias, indicat. Potiores dico: argumenta enim specialia, de quibus libri Judæorum enarrati commentantur, nunc quidem in rationes referre non potui, cum volumen hoc in molem ampliorem, quam quidem exspectatione præceperam, excreverit, & imminentes Nundinæ longioris moræ copiam non fecerint. Constitutum tamen mihi est, hac opera, molestiæ plenissima, alias defungi. Tertius complectitur titulos librorum Hebraicorum, de quibus in hoc Volumine vel repetita vice, vel recens actum est.

Præter hæc scripta quædam Anti-Judaica rariora, & Judæorum Anti-Christiana copiosius enarravi, tum vero opuscula

nonnulla jam edita, ſed rarius obvia, alia etiam nondum edita inſerui. Ita p. 336. ſqq. recudi feci *Jo. Henrici Ottbonis* Hiſtoriam Doctorum Miſchnicorum, qualem *Adrianus Relandus* notis ſuis illuſtratam in Belgio edidit. Ejus enim, rarius hodie obviæ, deſiderio teneri nonnullos intellexeram. Hinc p. 526. ſqq. *Petri Nigri*, Ord. Prædicatorum, *Stellam Meſſiæ*, librum paucis viſum, nec contemnendum, enarro, ſuppeditatis aliquot ſpeciminibus. Eandem operam p. 547. ſqq. præſto *Joannis Baptiſtæ*, Ex Judæi, Confutationi *Sectæ Judaicæ*. Illi p. 555. ſq. latus claudit *Theobaldi de Saxonia*, quem alii *Therebaldum* prave vocant, *Objectiones in dicta Talmud*, & p. 568. ſq. *Victoris à Carben Propugnaculum fidei Chriſtianæ*. Hæc p. 572. ſqq. excipiunt ESDRÆ EDZARDI, τȣ μακαρίτȣ, egregii quondam per Germaniam Hebraicæ Linguæ Statoris, & veritatis cœleſtis contra Judæos in ipſorum emolumentum Vindicis, *Annotationes*, quas ad *Raymundi Martini* Pugionem Fidei, & *Joſ. Voiſinii* ad eum notas manu ſua ita ſcripſit, ut patere poſſit, ubi loca Judæorum ab utroque citata, vel in Talmudico Corpore, vel in aliis eorum ſcriptis legantur. Eas debeo humanitati GEORGII ELIEZERIS EDZARDI, τȣ μακαρίτȣ, Collegæ quondam in munere Profeſſorio mihi conjunctiſſimi, quem commentationibus quibusdam, ad Codices *Avoda Sara* & *Berachoth* cum omnium eruditorum plauſu relatis, de hoc doctrinæ genere egregie promeritum eſſe conſtat. Optandum omnino erat, ut reliqua utriusque Codicis capita, à τῷ μακαρίτῃ eadem induſtria converſa & illuſtrata, quæ adhuc in ſcriniis latent, a filiis Viri Optimi adhuc ſuperſtitibus, & avita paternaque veſtigia feliciter prementibus, in lucem proferantur; quam quidem operam, ſi per Bibliopolarum genium & difficiles mores fieri poſſit, libenter eos ſpero ſuſcepturos. His p. 639. ſq. ſubjeci notitiam & ſpecimina verſionis Germanicæ libri peſtilentiſſimi, qui חזוק אמונה inſcribitur. Illam enim, à *Michaele Gellingio*, Ex Judæo, ex MS. codice Hebraico quondam factam, nondum vero editam, nec edendam unquam, apud me habeo; hoc vero loco enar-

enarrandam cenſui, ut, ſi quis forte illius libri, quo nullus alius peſtilentior eſt, confutatione ſuccincta & luculenta defungi voluerit, provinciam hanc ſuſtinere rectius poſſit, eam a me facile impetraturus. Expertus enim didici, verſionis hujus ope multa loca & ſuppleri, & in editis male habita reſtitui poſſe. Eodem conſilio p. 648. ſqq. perrexi ſuppeditare varietates lectionum, quas, ex ejusdem libri codice manu exarato a B. *Chriſtiano Theophilo Vngero* deſcriptas, in calce Voluminis III. dare incepi. Idem feci p. 718. de *Moſis Nachmanidæ* diſputatione cum Fratre *Paulo*, quem *Wagenſeilius* in Telis Igneis Satanæ, codicis ſui vitio, mendoſe edidit. Porro pag. 726. ſq. legis ſpecimen Dialogorum duorum *Hiſpanice* a Judæo quodam in Chriſtianos ad modum חזוק אמונה ע״ז effuſorum, & eodem titulo inſcriptorum. De reliquis non dicam. Supplementis ad Scriptores Judæorum *Anonymos* & *Pſeudonymos* p. 1004. ſq. præmiſi B. *Gabrielis Groddeckii Hexecontada Pſeudonymorum Hebraicorum*, quam an. 1708. proxime ante ſuprema fata in diſputantium uſum Gedani edidit, ea recogniturus & amplificaturus, quæ olim de eodem argumento in *Theatro Anonymorum & Pſeudonymorum Placciano* commentatus erat. Quando p. 1069. in mentionem incidi libri Karaitici, חקן קראים inſcripti, qui præcipua *Karæorum* inſtituta, à *Rabbanitarum* ſive *Talmudiſtarum* illis abeuntia, perſequitur, non alienum ab inſtituto meo putavi, illum integrum ex ſchedis *Warnerianis*, quas Bibliotheca *Leidenſis* hodie ſervat, deſcriptum ſiſtere, illique ipſius *Levini Warneri*, Viri harum rerum quondam intelligentiſſimi, Diſſertationem de Karæis, adhuc ἀνέκδοτον, ſubjungere. Ut vero de Karæorum ratione in Codicem Hebræum commentandi judicium formari rectius poſſet, conſultum putavi, excerpta quædam ex *Aaronis* fil. *Joſephi*, Karæi, commentariis in librum *Joſua* & *Judicum*, qui in eadem Bibliotheca manu exarati exſtant, p. 1096. ſqq. una cum ejusdem *Aaronis* præfatione integra p. 1113. ſubnectere. Exſtat R. *Simeonis Luzzati* liber Italicus *de Statu Judæorum*, & *Venetorum* ſpeciatim, cujus B. *Wagenſeilius* paſſim meminit,

nit, tanquam rariſſimi & non ſine ingenio & doctrina exarati. Hic in manus meas commode incidit, dignusque viſus eſt, ex quo capita quædam, ad noſtrum inſtitutum apprime facientia, Latine converſa exhiberem. Ea legis p. 1116. ſqq. Quo elegantius eſt R. *Joſephi Hyſſopæi* carmen epithalamium, in filii gratiam ſcriptum, hoc rarius hodie quidem invenitur. Dignum illud olim *Jo. Reuchlinus* habuit, quod Latino carmine exprimeret, & ſeorſim ſine contextu Hebraico ederet. Hebraicum ego ex editione *Jo. Merceri* nactus, & codice præterea MS. inſtructus, temperare mihi non potui, quo minus una cum interpretatione Reuchliniana, & notulis quibusdam meis luci denuo vindicarem. *Epitaphiorum Judaicorum* rationem adhuc parum habitam eſſe conſtat, quorum tamen ad rem Judæorum literariam cognoſcendam, ut de artificio non dicam, non exiguum uſum eſſe, expertus didici. Horum itaque ex Synagogis *Furthenſi*, *Polonicis* quibusdam & *Italicis* non parvam ſegetem nactus, aliquot illorum cum verſione Latina & notis ſpeciminis inſtar ſuppeditanda cenſui p. 1167. ſq. In calce totius Voluminis habes ampliorem notitiam *Pentateuchi*, à Judæis CPolitanis cum verſione *Hiſpanica* & *Barbaro Græca* olim editi, ex qua poſteriore tria priora *Geneſeos* capita, una cum commatibus aliquot vaticinii Jacobæi ex cap. XLIX. deſcripſi.

Supereſt, ut paucis exponam, unde hæc Supplementorum & Emendationum materia ad me pervenerit, ut vel ſic occaſionem nanciſcar, gratum illis animum teſtandi, quorum opera profeci. Sexeunium eſt, ex quo Volumen III hujus Bibliothecæ lucem vidit. Interea temporis factum eſt, ut Illuſtris ZACHARIÆ CONRADI ab VFFENBACH, Conſulis hodie *Francofurtanorum*, quos *Mænus* alluit, dexterrimi, & humanitatis ac doctrinæ nomine conſpicui, Apparatus Codicum MSS. Hebraicorum omnis, aere redemtus, meo qualicunque adjiceretur; quemadmodum ſupellectilem Codicum Orientalium olim *Hinckelmannianam*, deinde *Morgenwegianam*, quæ præter *Arabicos*, *Perſicos* & *Turcicos*, *Hebraicos* aliquot exhibet, nuper admodum accepi.

Præ-

Præter hos ex *Schultingianis* Amstelodamensibus, & *Roostgardianis* Hafniensibus, tum vero *Oxonio* & aliunde alios, succedente tempore, meos feci. Eos itaque pervolutavi, & quæ in rem meam facere videbantur, excerpsi. Multum præterea mihi profuit repetita V. C. JOANNIS GAGNERII, quem in præfatione ad Vol. II. laudari a me meministi, humanitas & industria. Quam enim is inceperat Codicum Hebraicorum MSS. qui in *Bodlejana* & aliis *Oxoniensium* Bibliothecis adservantur, enarrationem, eam persecutus postea est, & mecum manu exaratam eo consilio communicavit, ut, quæ ad institutum meum facerent, in usum converterem. Vehementer equidem opto, ut Vir doctissimus pro ea, qua valet iudustria, & harum rerum notitia singulari, hanc commentationem, plura alia, quam quæ ad forulos meos pertinebant, complexam, in lucem aliquando proferat. Triennium fere excessit, cum, valetudinis recuperandæ causa, iter bene longum per Germaniam Superiorem & Inferiorem ingrederer, quo factum est, ut tum ex nostratium eruditorum Bibliothecis & sermonibus, tum ex Judæorum officinis *Francofurtanis*, *Hanoviensibus*, *Furthensibus* &c. non pauca discerem & compararem mihi, quæ notitiæ meæ se adhuc subduxerant. Ex hac occasione *Norimbergæ* à Rev. *Jo. Helvico Engerero*, V. D. apud Schwobacenses Ministro, accepi B. *Jo. Christophori Wagenseilii* Supplementa ad *Buxtorfii* Bibliothecam Rabbinicam, quæ quatuor circiter plagulis comprehensa ad B. *Abrahamum Hinckelmannum*, Prædecessorem meum, miserat. Illius operæ in hoc Volumine mentionem subinde factam videbis, quemadmodum eam M. *Sebastianus Jacobus Jungendres* in Specimine Philologico de Judæorum & Gentilium Theologia Mythica p. 67. laudat. Porro superioris anni æstate Bibliothecam *Oppenheimerianam*, quæ *Hanoveræ* servatur, quartum adii, eamque per septennium illud, quo illam non videram, insigni copia tum editorum tum scriptorum librorum copia ex variis Orbis partibus, & inprimis Italia, incredibili studio & sumtu locupletatam, mihique adeo inprimis proficuam sensi. Ad hæc denique accessit notitia

MSS. Hebraicorum, quæ *Augustæ Taurinorum* in Bibliotheca Academica hodie adſervantur. Eam jampridem fruſtra a me quæſitam, accepi ab Illuſtri FRANCISCO DOMINICO BENCINO, Abbate, qui ut literas ibi egregie ornat, ita Bibliothecæ laudatæ curam non minori induſtria, quam in exteros humanitate agit. Pararium vero habui Virum præſtantiſſimum, *Julium Henricum tho Bübren*, J. U. D. qui nuper ad nos, egregiis doctrinæ ſpoliis onuſtus, feliciter reverſus, tunc temporis inter Muſas Taurinenſes verſabatur. Ex illorum codicum indice multa me didiciſſe profiteor, & egregie de his literis meo judicio mereretur, qui *ἀνέκδοτα*, quæ in hac ſuppellectile occurrunt, non pauca, una cum Codicibus Biblicis antiquiſſimis, data opera perveſtigaret, & in communem uſum proferret. His itaque aliisque præſidiis inſtructus, & literis quoque eruditorum Virorum, quos ſuis locis gratus appello, adjutus, nunc præterita ſupplere, nunc prave adhuc tradita emendare potui; ſaltem nulli operæ & ſumtui peperci, ut, quoad poſſem, deſtinata perficerem.

Hæc omnia, BENEVOLE LECTOR, non eo dicta accipies, ac ſi operam ipſe meam prædicare & laudibus oneratam commendare Tibi inſtituam. Novi ſane, quam ridicule agerem ita affectus. Eo potius hoc pertinet, ut, ſi vel ſic deeſſe alia, alia vero non ſatis luculente aut recte a me enarrata videris, veniam mihi hoc libentius & æquius largiaris. Dici ſane non poteſt, quot quantisque difficultatibus, ut de taedio nonnunquam obrepente nihil dicam, res omnis obſepta ſit. Deſunt enim hic maximam partem ea adminicula, quæ hiſtoriæ literariæ ſtudium noſtra ætate alias expeditum & obvium reddunt. *Diaria Literaria* de Judæorum ſcriptis plerumque altum ſilent, &, ſi qua interdum afferunt, ita fere agunt, ut, niſi librum ipſum inſpiciendi copia detur, cum errantibus erres, vel ſaltem neceſſaria non teneas. Judæi ipſi maximam partem librorum ſuorum notitia deſtituuntur, vel eandem nunc invidentia, nunc intempeſtivo timore ducti, cum Chriſtianis ægre communicant. Interdum vero lynceis etiam oculis opus

opus est, ut, si librum ob oculos positum habeas, vel titulum libri, ejusque rationem, vel Auctoris nomen germanum, arte nonnumquam tectum, aut diversis interdum modis indicatum, vel denique libri argumentum recte adsequaris. Qui has literas etiam obiter tractarunt, eos vero idem juxta mecum professuros esse, certissime mihi persvasum habeo. Sæpe mihi usu venit, ut, dum eundem librum repetita opera inspiciendum mihi sumerem, nonnulla, quæ ante non observaveram, in oculos vel tunc primum, vel rectius incurrerent. Hinc mirum non est, quod nonnulla & forte multa viderim, quæ aliorum, quamvis egregiorum Virorum, industriam fefellerint. Nec mirum tibi videbitur, quod ipse ego vineta mea passim cæciderim, aut nunc etiam cædendi materiam posteris reliquerim. Id tibi velim persvasum habeas, me, rectiora edoctum, mihi ipsi non pepercisse, sed bona fide, vel emendasse, quæ emendanda erant, vel recte dictorum, si falsitatis præter rem postulari viderem, vindicias, ut fas erat, suscepisse.

Præter hæc monendus es, Lector, fuisse, qui Bibliothecam hanc nudum compendium vasti Operis *Bartoloccìani*, quatuor Voluminibus in fol. constantis, sistere opinarentur. Jam velim scias, illud quidem egregiam mihi opem ad Volumen I. quod de Scriptoribus Judaicis exponit, & eam Voluminis I. partem, quæ corpus Talmudicum persequitur, concinnandam tulisse. Et vel sic tamen vix tria, quæ vocamus, alphabeta Opus ejus omne mihi suppeditavit, ex quibus sumere & excerpere possem, quæ ad institutum meum pertinebant. Rei hujus ratio in eo posita est. *Bartoloccius* ea, quæ de vita & libris Scriptorum tradit, Hebraica & Latina lingua luculentis literis expressa repræsentat; frequenter in singulis Voluminibus in amplissimas dissertationes de variis antiquitatum & doctrinarum quoque Judaicarum capitibus excurrit, & Volumen III. fere totum in percensendo Talmude occupatur. Porro IV. *Bartoloccii* Volumen jam anno 1693. post Auctoris obitum, *Imbonato* & aliis annitentibus, lucem vidit. Jam compara hæc, non dicam, cum quatuor Bibliothecæ meæ voluminibus, sed cum

cum primo illo, ad quod parandum *Bartoloccii* illud Opus, usui mihi fuisse intelligis; expende etiam, quæ *Bartoloccium*, in libris, quos Bibliotheca Vaticana Romanæve aliæ nunc scriptos, nunc editos repræsentabant, fere tantum hærentem, effugere omnino debuerint; adde denique intervallum illud quadraginta annorum, quod post fata ejus Judæorum prela, variis in locis magis, quam unquam alias, ferventia, exercuit; intelliges ne, aliis mihi præsidiis & alia opera opus fuisse, ut, quod institui, perficerem? Dum Bartolocciani operis mentionem facio, venit in mentem recordari, fuisse nonnullos, qui dissertationes, quas de variis antiquitatis rituumque Judaicorum argumentis eum Operi suo inseruisse dixi, in compendium relatas videre cupiant. Quando itaque recogito, Opus illud & sumtuosum esse, & in paucorum manibus versari, dissertationes autem ipsas multa bonæ frugis complecti; consilium cepi, illam quoque operam, si Numen Optimum Maximum valetudinem & vivendi moram mihi largiatur, suscipiendi. Faciam autem illud in *Bibliotheca Hebraica Reali*, quam vocant, quæ eo pertinebit, ut constare possit, quinam Scriptores vel Judæi vel Christiani de antiquitatibus, doctrinis & ritibus institutisque Judæorum vel in genere, vel speciatim, nunc data opera, nunc ex occasione in libris, qui exstant, commentari susceperint. Ita simul habebis Indicem Rerum Bibliothecæ hujus meæ absolutum, cujus paulo ante spem feci.

Denique Summo Numini gratias ago, quod valetudinem, otium, adminicula & patientiam quoque mihi clementer suffecit, ut opera, nonnihil molesta, etiam cum voluptate defungi potuerim. Idem faxit, ut hoc, quicquid est, in Nominis sui gloriam & literarum incrementum vergat. Ita vale, Lector, & partis æquus fuere. Dabam Hamburgi X. Kal. Majas An. CIↃ IↃ CCXXXIII.



LIBER




LIBER PRIMUS

SUPPLEMENTA AD HISTORIAM SCRIPTURÆ SACRÆ complectens.

SECTIO I. de CANONE BIBLICO.

I.



Uod ad constitutionem & collectionem librorum Sacri Codicis Canonicorum attinet, non ita pridem Rev. *Christophorus Eckmannus*, Vratislaviensis, pagi Peucensis Pastor, eam inter cetera scripta, quæ in Biblioth. Lubecense Tom. VI. p. 271. sq. enarrantur, commentationibus suis illustrare conatus est. Exstant illæ *ἀνωνύμως* in Fortgesetzter Sammlung von Alten und Neuen Theologischen Sachen An. 1727. p. 107. sqq. & sub Auctoris nomine, tituloque *declarationis uberioris sententiæ suæ de Magistris Collectionum* ibidem an. 1728. pag. 467. sqq. Sententia ejus, verbis *Ecclesiastæ* XII. 11. quibus בעלי אספות i. e. *Magistri collectionum* commemorantur, potissimum superstructa, huc fere redit, quod libri quidam Canonici hinc

hinc inde in Synagogis vel Synedriis dispersi latuerint, & sic fere deperditi fuerint, quos Prophetæ, & maximopere illi, qui *Videntium* nomine in Scriptura Sacra appellentur, collegerint, atque hac opera & provida cura canonem Sacrum perfecerint. Displicuerunt & interpretatio illa loci Ecclesiastæ, & cetera Viri docti cogitata Celeb. *Franc. Wokenio*, & *M. Christiano Stephani*, quorum hic prioris auspiciis & præsidio diatriben de *Magistris collectionum* stitit Wittebergæ 1727. eidemque eodem anno succenturiavit alteram de quæstione: *an Moses Genesin e Schedis Patriarcharum collegerit?* Prior vero idem argumentum ibidem an. 1728. in Disput. *de nuperrime excogitato Ucbalis, Jeddonis, Bathsebæ, Synedrii & Salomonis colloquio*, sub examen vocavit. Cumque *Eckmannus* sententiam suam l. c. uberius declarare & eadem opera vindicare institueret, *Stephanius* causam suam vicissim tueri aggressus est, edita *Diatribe Philologico Apologetica de Magistris Collectionum*, ibid. 1729. 4. In tres illa abit Sectiones, quarum I. de Collectoribus & ipsis collectionibus agit. II. in quasdam librorum Canonicorum collectiones, quæ factæ creduntur, inquirit, III. speciatim Geneseos librum ex schedis Patriarcharum collectum à Mose esse inficiatur. Judicium de tota hac causa Lectori relinquo, ubi monuero, *Eckmannum* ipsum in Antiquis & Novis Theologicis an. 1728. pag. 485. testari, *se illa quoque MSS. quibus Moses in collectione, divinitus mandata, usus sit, pro θεοπνεύστοις habere*, atque adeo nihil tradere, *quod θεοπνευστίαν S. Scripturæ labefactet*, nolle etiam de contraria sententia *cuiquam litem movere*, cum utraque *probabilibus nitatur argumentis.* Neque tamen negaverim, *Eckmannum* multa præstruere, de quibus semper dicendum fuerit: *non liquet.* Vicissim vero opinionem suam ita temperavit, & terminis circumscripsit, ut nihil inde detrimenti in literas sacras redundare posse existimem.

Contra non sine periculo ejusmodi admittetur sententia *Humphredi Prideaux* in Connexione historiæ Veteris & Novi Instrumenti cum historia profana Tom. I. lib. V. pag. 435. versionis German. tradentis, non *Malachiam* Prophetam, de quo supra pag. 8. diximus, sed *Simeonem Justum*, qui à Maimonide ultimus Virorum Synagogæ Magnæ habeatur, canonem sacrum clausisse, & nonnulla addidisse.

Scriptoribus de Canone V. T. supra laudatis p. 9. ex Anglis addendus fuerit *Humphr. Prideaux* l. c. Tom. I. lib. V. pag. 417. sqq. ex Reformatis *Jo. Meyerus*, Professor quondam Harderovicenus, in dissertationibus tribus 1) de historiæ S. divina origine & infallibilitate, 2) de ejus-

ejusdem integritate, & 3) de codice & calculo Ebræo præferendo Samaritano, quæ cum ejus *Seder Olam Rabba & Suta* lucem viderunt *Amstelod.* 1696. 4. Ex Pontificiis denique *Guil. Bonjurius* in Selectis in S. Scripturam dissertationibus, inter quas legitur *triduana de Canone librorum Sacrorum concertatio.*

Integritatem Codicis Hebræi *partialem*, de qua pag. 13. adstruxit *Jo. Elai Terserus*, Svecus, in dissertatione de Textus originalis V. T. integritate, quæ cum annotationibus ejus in Genesin, Vpsal. 1655. fol. prodiit. Compara *Stiernmanni* Bibliothecam Svio-Gothicam Tom. II. pag. 834. qui aliam ejusdem dissertationem, huc pertinentem, sed adhuc non editam, commemorat. Præcipuos hoc genus Scriptores recitat *Thomas Crenius* in notis ad Fascem III. Exercitatt. Philologicarum p. 81. ubi recusa exstat *Christophori Helvici* Vindicatio locorum Scripturæ S. Veteris Testamenti, quæ maxime huc pertinet. Sunt, qui specialibus Codicis Hebræi libris hanc operam navarunt, ut illos ab adspersa corruptelæ suspicione vindicarent. Inter hos numero *M. Andreæ Conradi Werneri* dissertationes tres de puritate fontium Hebræorum, speciatim ex libro *Josua*, quarum I. Jenæ 1720. II. vero & III. Stadæ 1725. & 1726. lucem adspexerunt.

De additionibus librorum Canonicorum Canonicis differit doctissimus *Franc. Wokenius* in singulari commentatione, quæ exstat in Decade Schediasmatum ejus.

Inter eos, qui Judæis dicam corrupti S. Codicis Ebræi scripserunt, non ultimus est *Yvo Paulus Pezron*, Cisterciensis, Theologiæ Doctor, anno 1706. denatus, de quo pag. 18. Egit hoc in *Antiquitate temporum*, Martianæo opposita, Paris. 1691. & 1704. (fortasse tantum quod ad titulum) impressa. Compara de utroque libro Bibliothecam Reimannianam Parte II. p. 1006.

Ex Pontificiis rem in medio relinquit *Barthol. Germon* de veteribus hæreticis Ecclesiasticorum Codicum corruptoribus, lib. I. cap. II. monens tamen, censura eos notari non posse, qui putent, aliquot Sacrarum literarum Codices à Judæis esse vitiatos. Judæorum quoque hac in parte causam agit *Pet. Gvarinus*, Benedictinus, in præfat. ad Tom. I. & II. Grammat. Hebr.

Ex Anglis *Guilielmus Whistonus* nuper hoc nomine in Judæos invectus est, obiter quidem in Lectionibus suis Boyleanis pag. 30. item 67-72. data vero opera in *Tentamine* verum V. T. textum restituen-

tuendi, anglice edito, Propos. XII. de quo mox plura dicemus. Argumenta ejus in summam retulit auctor *Memoriarum Literariarum M. Britanniæ*, gallice editarum Tom. X. p. 422. sq. Illi vero se opposuit ex popularibus *Antonius Collinus* in *Discourse of the Grounds and Reasons of the Christian Religion* Parte II. pag. 103. sq. & pag. 111. sqq. quo posteriore loco ostendit, nihil esse, quod religionem Christianam & Judæis & incredulis magis reddere suspectam, incredulos autem in opinione sua confirmare possit, quam si adseratur, eam Veteri Testamento, quale quidem nunc habemus, non esse superstructam. Compara *Memorias Literarias* modo laudatas Tom. XVI. p. 362. sqq. Taceo, quæ illi Vener. *Jo. Gottlob Carpzovius* in Parte III. Criticæ sacræ obvertit.

Inter locos, quibus vitium a Judæis illatum nonnullis temere videtur, est *Psalmi* XXII. comma 17. de quo Scriptores in utramque partem recitat *Gerhardus Outhovius* in Bibl. Bremensi Class. V. p. 412. ubi deinde suam, & *Jac. Altingii* de voce כארי ad Grammaticas rationes revocandam sententiam edisserit, adversantem nactus Cl. *Ottonem Verbrugge* in Observationibus Philologicis de Nominum Hebræorum numero plurali, novam hic viam ingressum, quam inprimis pag. 44. sq. perspicies. Ex nostratibus *Hackspanium* in eadem voce corruptelam invenisse miratur Rev. *Georg. Gustavus Zeltnerus* in Vitis Theologorum Altorfinorum p. 317. qui & ipse novam illius analysin & expositionem affert. Ex Pontificiis non ita pridem *Augustinus Calmetus*, Benedictinus, non mitius de Judæis quod ad hunc locum sensit in singulari dissertatione, quæ cum commentario ejus in Psalmos prodiit, & in Sylloge Dissertationum ejus Biblicarum recusa est. In Codicibus nonnullis Hebr. MSS. כארו pro כארי exhiberi nonnulli, nescio, quam recte, testati sunt, de quibus p. 21. actum est. Tales etiam afferunt *Capito* in Institutt. Hebr. lib. I. c. 13. *Andradius* in Defensione Concilii Trident. lib. 4. & *Genebrardus* in Comment. ad h. l. Confer *Ottonem Verbrugge* in Observationibus de nominum Hebræorum plurali numero pag. 40. Contra hæc Judæos a loco hoc temere vitiato immunes esse, pronunciat Domnus *Pet. Guarinus* in præfatione ad Grammaticæ Hebraicæ Tomum I. p. 6-15. & ad Tomum II. utrinque autem contra *Masclefium*, Canonicum Ambianensem, quem Judæos criminis hujus, tum in hoc loco, tum alias patrati, postulasse supra Vol. II. p. 19. observavimus.

Ittur Sopherim, seu *Ablationem Scribarum*, de qua pag. 22. singulari dissertatione exposuit M. *Jo. Gothofredus Werchau*, Lips. 1715. *Alex. Morus* in

in Causa Dei p. 85. non magni momenti rem in ea agi statuit, 7. ו in quinque illis locis obvium a Legis peritis recte sublatum esse statuens, quod a vulgo Judæorum perperam fuerat additum.

Tikkun Sopherim, seu *ordinationem Scribarum* idem *Morus* pag. 81. sq. non pro emendationibus censoriis, sed suavibus epanorthosibus ait esse habendam, in quam sententiam octodecim illa loca, in quibus ea occurrit, sigillatim persequitur. Tandem pag. 85. pronunciat, divinationem quandam scribarum hic agnoscendam esse, qui conjectando scilicet assecuti sint, nonnulla aliter scribenda fuisse, quam quidem scripta sunt, nisi verecundia obstitisset. Sed ista quidem suo relinquimus loco. Comparari vero præterea meretur *Jo. Meyeri*, Professoris quondam Harderoviceni, dissertatio singularis *de vero sensu* Tikkun Sopherim, Harderovici 1689. 4.

פסקין seu loca XXV. *piskata*, ex quibus *Whistonus* universalem codicis Hebræi per Judæos corruptionem probabilem facere fategit, Cl. M. *David Fridericus Megerlinus* in *Vano Pseudo-Criticæ Whistonianæ triumpho de restituendo Codice Hebræo V. T.* quem parat, diligenter se persecuturum pollicitus est in *Tractatu de Scriptis & Collegiis Orientalibus*. Tubing. 1729. edito, pag. 20. Inductione scilicet omnium illorum locorum ostensurus est, פסקא *neque hiatum, seu lacunam & defectum in S. textu notare, neque solam legendi cessationem, vel cavendi ob interstitium & spatium vacuum; sed una cum ista pausa requirere sua significatione, mentis attentionem ad loca ista, primum elliptica visa, legitime applicandam: cum loca ista omnia designent* intermedium quid contingens notabile, *vel actionem quandam, vel colloquium aliquod, vel revelationem quoque Dei exspectatam.* Quod ad *Genes.* IV. 8. attinet, eruditus Judæus, *Menachem de Lonzano*, in *Or tora* pridem ostendit, allatis vetustissimis exemplis Biblicis MSS. nullum ibi vel defectum orationis, vel signum ejus exstare, aut exprimendum esse, praveque egisse *Jac. ben Chajim*, qui in Bibliis Rabbinicis Bomberglanis indicium ejus fecerit. Idem egregie commonstravit Richardus Simon in Critica Bibliothecæ Ecclesiast. Dupinianæ Tom. II. pag. 501. sq. inter cetera ad plura exempla Codicis Hebr. MSS. Biblioth. Regiæ Paris. provocans, ubi h. l. nullum lacunæ signum exstat.

Pontificios tantum non omnes Codicem Hebræum corruptelarum & vitiorum, ex variis causis subinde ortorum, postulare, eademque opera Vulgato Interpreti majorem, quam par erat, auctoritatem vindi-

vindicare ſupra p. 23. eſt obſervatum. *Blaſius Caryophilus* (Biagio Garofalo) in *Conſiderationibus Poëſeos Hebraicæ* Italice editis p. 23. in rhythmis ſpeciatim, quos in *Pſalmis* & alibi dari ſtatuit, vitia frequenter occurrere affirmavit. Sunt tamen inter ipſos ex recentioribus nonnulli, qui rectius & præclarius de Hebræo contextu, etiam reſpectu Vulgatæ verſionis, ſentiunt & loquuntur. Lege, quæſo, ſequentia *Pet. Guarini* verba, & judica. *Jure itaque optimo*, inquit in præfatione ad Tom. I. Grammaticæ Hebraicæ p. XX. Vulgata Latina *à Synodo Tridentina declarata eſt authentica, h. e. in iis ſaltem, quæ ad fidem & mores pertinent, erroris expers. Neque enim audiendi ſunt, qui hoc decreto Hebræum Græcumque textum aut abrogatum, aut Vulgatæ poſtpoſitum volunt. Sane Tridentini Patres & doctiores erant, & Hieronymi ipſius obſervantiores, quam ut, declarata ejus verſione authentica, ab ejusdem ſententia tam immane diſcederent. Is autem ſexcentis in operum ſuorum locis Hebræos Græcosque fontes conſulendos ait, ſi qua Græcos inter & Latinos Codices reperiatur diverſitas. Vnum aut alterum hic laudare ſufficiat* &c. *Et alio in loco:* Vt veterum librorum fides de Hebræis voluminibus examinanda eſt: ita novorum veritas Græci ſermonis normam deſiderat. *Aureum iſtud Hieronymi effatum tanti momenti ſemper fuit in Eccleſia Romana, ut vim legis in Jure Canonico obtinuerit. Hic obſervatum velim*, Hieronymum, *cum hæc ſcriberet, Bibliorum Hebræorum partem maximam in Latinum ſermonem jam transtuliſſe, proindeque in ea non fuiſſe ſententia, ut liceret, cum eam inter & veterem Italam reperiretur diverſitas. Ea profecto erat S. Patris & modeſtia & æquitas, ut, quem LXX. Interpretibus Spiritus S. afflatum negaverat, eum ſibi non arrogaret.* Et poſt alia: *Eccleſia itaque Tridenti congregata cum Vulgatam editionem Latinam authenticam declaravit, eam duntaxat Latinis aliis verſionibus, quæ tunc temporis circumferebantur, antepoſuit: ſeu, repudiatis aliis, unam hanc Catholicis ſequendam propoſuit.* Lege ibi cætera. Poſtremum hoc *Guarini* pronunciatum aliis quoque ante ipſum religionis ſuæ ſociis placuiſſe, oſtendit allatis teſtimoniis variis, *Wagenſeilius* in Telis Igneis Satanæ p. 522. & *Brianus Waltonus* Prolegom. X. §. 11. *Richardus Simonius* ita ſentientibus itidem ſe junxit lib. II. cap. XI. & XIV. quo poſteriore loco curate disquirit, quo ſenſu *verſio Vulgata* a Patribus Tridentinis declarata ſit authentica, quod argumentum diligentius eo excuſſit *Humfredus Hody* in de Textibus Originalibus & Verſionibus lib. III. Parte II. cap. 14. & 15. Non alienum ab eadem ſententia ſe profitetur *Lud. Ellies du Pin* in Diſſertat. Præliminari ſeu Prolegomenis in Biblia, cap. VII. Similiter *Joſephus Paſinus*, Prof. L. Hebr. & Scripturæ Sac. Taurinenſis, dignitatem & auctoritatem contextus Hebræi diligenter aſſeruit. Argumento

mento sunt *Dissertatio* ejus *Polemica* de præcipuis Bibliorum Linguis & versionibus, *Patavii* 1716. 8. *Dissertationes X. Selecta in Pentateuchum Augustæ Taurinorum* 1722. 4. & *Grammatica Linguæ Sanctæ*, ibidem 1721. 8. editæ.

In omnia alia ab his abiit *Joannes Morinus*, de quo p. 25. sq. satis est dictum. Hic vero non omittendum est, ad secundam *Exercitationum* ejus *Biblicarum* editionem Partem II. integram cura P. *Frontonis*, Canonici Regularis & Congregat. S. Genovefæ, accessisse, ita tamen, ut multa in ea menda exstent, quæ ope *αὐτογράφου Moriniani*, quod in Bibliotheca Oratorii Parisiensis exstat, tolli possint. Docet hoc *Rich. Simon* in Epistolis Selectis Tom. I. ep. III. pag. 13. edit. Amstelod. 1730. in notis.

De *Ludovici Cappelli* Critica Sacra, de qua supra p. 27. sqq. ejusque *κυρίαις δόξαις* lege, quæ nuper monuit Rev. *Jac. Frid. Reimmannus* in Bibliotheca sua, Part. II. p. 974. Nos superioribus addimus, quod idem *Cappellus* sententias suas, in Critica Sacra expositas, in epistola ad *Jo. Cocceium*, à se dissentientem, defendere sit conatus. Lege illam in *Cocceji* Operibus Posthumis Tom. II. p. 685. sqq. Ibidem p. 686. b. *Jo. Buxtorfius*, filius, ita ad *Coccejum*: *Magnum dedit* (Cappellus) *malum edito hoc libro* (Critica Sacra) *dissuadentibus orthodoxis Theologis plerisque, & cordatioribus Pontificiis. Sorbona una cum Professoribus Regiis Hebraic. Parisiis diu dissvaserunt editionem & distulerunt. Vicerunt tandem commendationes Petavianæ & Morinianæ.* Conferatur idem pag. 688. b. ubi de Pontificiorum à *Cappello* dissensu differit, additque, brevi contra ipsum proditurum esse *Placignii*, (lege *Flavignii*) Doctoris Sorbonici, *Tractatum de authenticis Sacrorum Bibliorum editionibus.* Ibidem in sequentibus *Buxtorfii* epistolis alia leguntur ad hoc argumentum pertinentia, quæ comparari fas est cum *Cocceji* epistolis Tom. VI. Operum ejus in calce exstantibus.

Isaaci Vossii, de quo pag. 30. Chronologiam τῶν LXX. illi contextus Hebraici præferendam esse contendentis, conatibus nuper se opposuit *Arthurus Bedford*, A. M. in libro Anglicano: *Scripture Chronology demonstrated by Astronomical calculation*, Londini 1730. fol. Hoc enim id potissimum egit, ut calculum Hebr. textus Chronologicum contra illum τῶν LXX. & codicis Samaritani adstrueret, & computi in Codice Hebræo diversitatem à suspicione lapsus librariorum vindicaret. Summam libri, nondum mihi visi, habes in Diario Anglicano: *Present State of the Republick of Letters*, Lond. 1730. Novembr. Vol. VI. p. 324. sqq. Idem institutum jam ante contra *Isaacum Vossium* & *Rich. Simonem* urserat *Janus* Birche-

Bircherodius, Danus, in Lumine Historiæ sacræ V. & N. T. per tabulas Chronologicas cum explicatione tabularum, in qua fundamenta Chronologiæ Codicis Hebræi, breviter exponuntur. Hafn. 1687. fol.

Richardi Simonis, de quo pag. 31. sqq. vitam diligenter nuper exposuit Cl. *Bruzenius la Martiniere* in limine *Epistolarum* ejus *Selectarum*, quæ quarto volumine auctiores Amstelod. 1730. recusæ sunt. In hac varia leges ad *Historiam* ejus *Criticam* V. T. spectantia, quæ hic nolim describere. In Vol. III. illarum epistolarum p. 232. editionis prioris, & pag. 260. editionis repetitæ legitur *Simonis* epistola ad *Harlæum*, Archi-Episcopum Parisiensem, e qua inter cetera intelligo, *Jac. Benignum Bossvetum*, Condomensem tunc Episcopum, & alios, qui inprimis effecerint, ut prima editio Historiæ Criticæ V. T. per *Tellerium*, Cancellarium, prohiberetur, paulo post sua sponte, si pauca quædam mutasset, de illa cum privilegio recudenda laboraturos fuisse, *Pirotum* autem, qui itidem eam censura antea notaverat, ad eandem denuo examinandam a *Tellerio* constitutum, sibi ipsi dixisse, se librum, ante à se notatum, suffragio & approbatione sua munire non posse. Plura de nostro leges apud *Niceronem* in Memoriis hominum in Republica Literaria illustrium Tom. I. p. 237. sq. & Tom. X. pag. 21. *Jo. Fabricium* in Bibliothecæ Fabricianæ Tom. III. p. 400. sq. *Petrum Bælium* in Epistolis gallice editis, quarum index fuerit consulendus, & ipsum denique *Simonem* in Critica Bibliothecæ Ecclesiasticæ Dupinianæ Tomo II. pag. 441-451. *Simonii* hujus de Scribis Judæorum publicis sententiam, quam in Hist. Critic. V. T. protulerat, confutavit Dupinius in limine Prolegomenorum suorum, quam cum idem in *Critica* illorum Tom. III. pag. 14. sq. vindicare sit conatus, Anonymus (*Soucietus*) in subjectis illi Tomo animadversionibus p. 519. sq. cum *Dupinio* facit, speciatimque ostendit, in libro *Cosri*, ad quem *Simon* provocaverat, nihil hujusmodi tradi.

Exstat *Jo. Joach. Wolfii Historia Critica V. T. Richardi Simonis*, in epistola ad Parentem repetita, Hamburgi 1681. 12. una & dimidia plagulis. Ibi nudam sententiarum quarundam *Simonianarum* enarrationem legis.

Nonnulla de ea ejusque adversariis attulit Rev. *Jac. Frider. Reimmannus* in Catalogo Bibliothecæ suæ Theologicæ Part. I. p. 15. sqq. Inter primos dissentientes numerandus est *Ezech. Spanhemius*, cui singularem epistolam *Simonius* opposuit, hodie in calce Tomi II. epistolarum Criticarum legendam, in cujus limine auctor suspicatur, non

Ezechie-

Ezechielem, ſed fratrem ejus *Fridericum* animadverſionum illarum eſſe auctorem, cum veri non ſit ſimile, alterum illum, virum quippe dexterrimum, in ejusmodi errores incidere potuiſſe. Quæ quo pertineant, facile quisque per ſe intelligit. Conſultum ſcilicet viſum eſt *Simonio*, contemtim ea habere, quæ confutari ſolide non poterant. Præter *Spanhemium* Simonio ſe oppoſuit *Lud. Ellies du Pin*, Doctor Sorbonicus, in *Diſſertatione præliminari* modo laudata, ex quo procul dubio factum eſt, ut *Simonius* illam totam examini ſubjiciendam cauſamque ſuam tuendam ſuſciperet. Factum id eſt Tomo III. & IV. libri Gallici, qui poſt fata ejus ſub titulo: *Critique de la Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques & des Prolegomenes de la Bible de Mr. du Pin* prodiit Pariſiis 1730. 8.

Male admodum tulit Cl. *Jo. Clericus*, quod ſe inter eos à me numeratum videret, qui *de Sacri Codicis Hebræi conditione admodum ſiniſtre judicarint.* Pulchrum itaque ipſi viſum eſt Tom. XVI. Parte II. *Bibliothecæ veteris & novæ*, ubi Bibliothecam meam Hebræam enarrat, acerbius in me invehi. Quo jure, quave injuria alteruter noſtrum ita egerit, lectori judicandum ſecure permitto. Interim *Clerico*, annitente tunc Bibliopola meo, gallice reſponſum eſt in *Diario* eruditorum *Pariſienſi* anni 1722. menſe Majo pag. 580. editionis Amſtelodamenſis, acerbius item, ut fieri ſolet, quam quidem fieri debebat. Male ſpeciatim habuit V. C. quod ipſi *Judicia Theologorum Batavorum de Hiſtoria Critica Simoniana tribuerim*: jam vero habet, cur hanc cauſam peroret adverſus Cl. *Adrianum a Cattenburgh*, Collegam ſuum, qui ejusdem libri eum auctorem appellat in *Bibliotheca Remonſtrantium* num. XIII. Eorum, qui contra *Clericum* diſputarunt, numerum auget B. *Jo. Henr. Majus* in Introductione ad ſtudium Philolog. Criticum & Exegeticum, & nuper admodum *Jo. Juſtus* von Einem in diſſertat. *de Jo. Clerici audacia hypercritica in Sacris*, in 8. ſine loci & anni indicio edita. Rev. *Herm. Chriſtoph. Engelkenius* ſpeciatim illi oppoſuit diſſertat. inauguralem: *an ἀνθρωποπάθειαι ſint veſtigia Gentiliſmi*, Roſtoch. 1710.

Quæ de *Marci Meibomii* conatibus αἰσχροκερδέσι ſentiat Rev. *Jac. Frider. Reimmannus*, ex ejus Catalogo Bibliothecæ Theologicæ Part. II. pag. 978. intelliges. In eundem animadvertit *Jac. Triglandius*, Leidenſis quondam Theologus, in Diſſertat. Theologico-Philolog. continente Defenſionem integritatis Codicis Sacri adverſus nuperas in eum cenſuras. Lugduni Batav. 1703. 4. nec minus *Franc. Burmannus* in Diſſertationibus Theologico-Philologicis de Poëſi Sacra, quarum quinque tantum vidi, Vltrajecti 1717. & 1718. habitis.

Contextus Hebræi hostibus adnumerandus nunc est *Guil. Whistonus*, Anglus, Neo-Arianus, Professor quondam Mathematum Cantabrigiensis. Hic enim librum Anglicanum in lucem protrusit ita inscriptum: *An Essay towards restoring the true Text of the Old Testament, and for vindicating the Citations made there in the New Testament.* i. e. *Tentamen docens rationem germanum V. T. textum restituendi, & citationes ex eo in N. T. factas vindicandi.* Londini 1722. 8. Summam libri habes in *Memoriis Literariis Magnæ Britanniæ*, gallice editis Tom. IX. p. 172. sqq. & Tom. X. p. 135. sqq. item in Novis Literariis Lipsiensibus Germanicis an. 1723. pag. 55. sq. Accipe de eo Viri Venerabilis, *Jo. Gottlob Carpzovii* judicium convenientissimum ex *Critica* ejus *Sacra* pag. 782. *Non nocentior alius*, inquit, *non instructior tam ab amplissimo ingenii & eruditionis apparatu, quam à ferali in verbum Dei odio, Scripturæ obtigit hac tempestate hostis, qui sub specioso Criticæ Sacræ obtentu, & obtusa pridem adversus Codicem Hebræum Cappelli exacueret tela, & recens sibi à Pezrono suppeditata malignius in illum intorqueret.* Optimo itaque consilio idem *Carpzovius* Partem III. Criticæ suæ Sacræ integram pag. 781. sqq. Whistonianis conatibus, ac, more suo, feliciter opposuit. En tibi Syllabum capitum, ex quo simul de *Whistoni* insultibus judicium fieri potest! Cap. I. exponit de intemerata Codicis Hebræi lectione, in primitivis pariter & modernis exemplaribus, eadem; quo spectat Whistoni Propositio I. & III. Cap. II. de citatis ex Veteri in Novo Test. dictis; quo refer, quæ Whiston habet p. 86. sq. & Prop. XIII. Cap. III. de habitu & modo LXX. viralis versionis Græcæ in priscis & modernis Codicibus; quo pertinet Whistoni Prop. II. IV. & VII. Cap. IV. de divina Cantici Canticorum origine & auctoritate, data opera à Whistono impugnata in *Supplemento Tentaminis*, seorsim edito Londini 1723. Cap. V. de genuino & primævo literarum Hebraicarum charactere: contra Prop. V. Cap. VI. de spuria Pentateuchi Samaritani auctoritate: contra Propos. VI. Cap. VII. de citationibus dictorum Biblicorum in scriptis Patrum Eccles. contra Prop. VIII. Cap. VIII. de Josepho, ejusque cum allegatis Biblicis, tum Chronologia: contra Propos. IX. X. & XI. Cap. IX. de figmento *Pezroni* à Whistono recens incrustato, quod codices V. T. Hebræi & Græci circa initium Seculi à C. N. II. à Judæis, data opera, fuerint corrupti: adversus Propos. XII. Cap. X. Examen mediorum, quæ ex Whistoni consilio ad restituendum genuinum V. T. textum idonee sint adhibenda. Quo clausula operi Whistoniani pertinet, pag. 329. sqq. Digna hæc commentatio merito visa est, quæ in Anglorum gratiam Anglice converteretur.

teretur. Opera hac perfunctus est *Moses Marcus*, Ex Judæus, additis notis suis, sub titulo: *Defence of the Hebrew Bible in answer to the charge of corruption brought against it, by Mr. Whiston, in his Essay towards the restoring the true Text of the Old Testament.* Lond. 1729. 8. Compara Diarium Anglicanum, sub tit. *Monthly Catalogue* an. 1729. p. 29. & Nova Literaria Lipsiensia Germanica, anno 1729. pag. 649. sqq.

Non defuerunt inter Anglos, qui licentiam Viri Criticam coercerent & in ordinem cogerent. Ex iis supra appellavimus *Anton. Collinum*, qui id egit in Parte II. *Fundamentorum & Rationum Christianismi.* Generatim quoque in ejusdem *Tentamen* animadvertit *Wilh. Wall* in præfat. ad Notas suas in N. T. ejusque varias lectiones, Lond. 1730. 8.

Idem *Whistonus* antehac in libro, *Literal accomplishment of Scripture prophecies* inscripto, & Londini 1724. 8. edito passim contextum Hebræum corruptelarum postulavit, castigatus ideo ab *Armando de la Chapelle* in Bibliotheca Anglicana, Gallice edita, Tomo XII. Parte I. pag. 63. sq. ubi idem liber enarratur.

Quomodo in eodem argumento rationes suas instituerit Rev. *Eduardus Wells*, D. & Rector Cotesbacensis, in *Specimine*, sive *Essay to find out and ascertain the true or original reading of the Hebrew text in all places, where it now differs from the LXX. version, or from the Samaritan Pentateuch*, Oxon. 1720. 4. plagulis quatuor; dicere non habeo, cum, quicquid hujus erit, nondum oculis conspexerim. Id vero habeo exploratissimum, *Florimundum de Saint Amours* in Præfatione ad *Paraphrasin Psalmorum metricam Gallicam*, cujus Pars I. Paris. 1728. 8. sub titulo: *l'Esprit de Pseaumes de David en vers François*, audacter affirmare, exemplaria textus Hebræi ab Esdra collecta ab antiquis illis, quæ carcere Judæorum Babylonico superiora sint, insigniter dissentire, & vitium passa esse. Confer Nova Literaria Lipsiensia Germanica, an. 1729. pag. 325. sq.

His & similibus Scriptoribus opponendi sunt illi, qui integritatem Codicis Hebræi, de qua pag. 38. singularibus commentationibus adstruxerunt. Eorum indicem leges, si placet, apud *Jac. le Long* in Bibliotheca Sacra edit. II. p. 1033. Adde illis *Eduardi*, Hiberniæ Episcopi, *Scripture authentick and faith certain*, i. e. pro integritate fontium Scripturæ, Lond. 1686. 8. tum *Samuelis Matheri* Vindication of the holy Bible, Londini 1723. & *Anonymi* dissert. Anglican. de integritate & puritate Codicis Hebræi, quæ exstat in *the Compleat Library* anno 1692. pag. 1-24.

De divisione Codicis Hebræi in libros XXII. de qua pag. 41. lege *Isaacum Vossium* pag. 263. sq. de Sibyllinis Oraculis, ostendentem, qua ratione libri sacri secundum illum numerum debeant dispesci.

Idem τριχοτομίαν in libros *Mosaicos*, *Propheticos* & *Hagiographos* pag. 264. aversatur, tanquam nequissimam & ineptissimam, quæ ex odio in *Danielis* vaticinium *Aquilæ* demum ætate sit inventa. De eadem exstat Cl. *Ottonis Verbrugge* dissertatio, Lingæ 1713. Adde & Rich. Simonis Criticam Prolegomenorum Biblicorum *Dupinii* Tomo III. p. 69. sqq.

Paraschas & *Haphtharas*, quas p. 43. tetigimus, amplius exponit *Pet. Guarinus* Tomo II. pag. 438. sqq. Grammaticæ Hebr. *Paraschasum* & aliarum Sectionum librorum Hebraicorum originem a reditu ex carcere Babylonico repetit *Humphridus Prideaux* in Connexione Historiæ Vet. & Nov. Test. Tomo I. lib. V. pag. 421. versionis German. Post illud enim tempus existimat receptum à Judæis fuisse morem, textum Hebræum per certas Sectiones, subjuncta statim interpretatione Chaldaica, (vide Tract. *Megilla* cap. IV. & Tract. *Sopherim* cap. XI.) publice legendi. Quod ut eum certiore audientium emolumento a lectore Hebræo & Interprete Chaldæo fieri posset, necesse ait fuisse, ut textus in sectiones aliquot minores dispesceretur. Legatur idem pag. 336. de distinctione capitum in commata, seu versus. Diligentissime omnium in hoc argumento inter Anglos versatus est *Samuel Clarck* in Exercitation concerning the Original of the chapters and verses in the Bible, Lond. 1698. 8. quo distinctionem *Pentateuchi* in Paraschas, *Prophetarum* in Haphtharas, librorum Biblicorum in capita & commata persequitur, & eadem opera accentus ex versibus seu commatibus, vocales autem ex accentibus pendere, atque adeo vocales & accentus divinæ auctoritatis esse ostendit. De Esra librorum Sacrorum instauratore lege *Calmeti* dissertat. Tomo I. Dissertatt. ejus Biblicarum vers. Latinæ, p. 252. sq.

Suppeditavimus supra pag. 50. sqq. tabulam *Hodianam*, ex qua conditio canonis librorum sacrorum secundum Judæos & Christianos cognosci possit. Similem illi, secundum seculorum Novi Testamenti seriem, adornavit olim & *Dabrami* i. e. *Bremæ*, in forma late patentis tabulæ, ex diversis foliis compactæ anno 1708. edidit ἀνωνύμως *Gerhardus Mastrichtius*, Syndicus Bremensis, cum notis suis, quam *Theod. Hasæus* ultra quintam partem ex autographo Auctoris auctiorem recudi fecit in Bibliotheca Bremensi Class. VII. pag. 1. sqq. Eadem deinde *Jenæ* 1725. *Christiani Kœrberi* cura prodiit. Spectat quoque huc Rev. *Jo. Frickii* commenta

mentatio Theologico-Critica de cura Ecclesiæ veteris circa canonem Scripturæ Sacræ & conservandam Codicum puritatem, Vlmæ 1728. 4. Alios de *Canone Biblico* Scriptores dabit *Jac. le Long* in Biblioth. Sacra pag. 1034. præstantissimus *Jo. Albertus Fabricius* in Delectu argumentorum pro veritate religionis Christianæ cap. XXVII. pag. 513. sqq. & B. *Jo. Franc. Buddeus* in Hist. Eccles. Vet. Test. Tom. II. pag. 987. itemque in Isagoge Historico-Theolog. pag. 1454. sq. Adde illis, qui ab his citantur, *Rich. Simonis* Criticam in Prolegomena Biblica *Dupinii* Tom. III. pag. 1—69. ubi examinantur ea, quæ Dupinius de hoc argumento est commentatus. Vicissim tamen Anonymus (*Soucietus*) in animadversionibus suis, illi Tomo subjectis, Simonii cogitata sub examen revocat pag. 519. sqq. & inter cetera, quod miror, probare conatur, Ecclesiam N. T. potestatem habuisse libros V. æque ac N. T. quos vellet, pro Canonicis declarandi. Pertinent huc etiam libri, qui de *Inspiratione divina Scripturæ Sacræ* commentati sunt. Eorum nubem affert Celeb. *C. M. Pfaffius* in dissert. II. præliminari in Matthæum, item in dissert. de formula Consensus Helvetici pag. 21. tum vero in Introduct. ad Historiam Theologiæ Literar. Tom. I. pag. 297. Ex Anglis mihi heic inprimis placuit *Sam. Clarckii* Divine Authority of the holy Scriptures, Londini 1699. 8.

SECTIO II.

DE LIBRIS BIBLICIS.

SVBSECTIO I.

DE PENTATEVCHO.

Vitam *Mosis*, cui *Pentateuchum* debemus, descriptam breviter leges im Neu-eröffneten Museo Sect. I. p. 1—22. & Sect. III. p. 241—245. Ibidem Sect. XII. pag. 1017. agitur de Mose cornuto. De *eloquentia & poësi Mosis* singularis exstat M. *Cornel. Dieterici Kochii* disputat. Helmstad. 1700. 4.

Scriptorum Mosaicorum γνησιότητα Auctorum Gentilium testimoniis *Petrum Danielem Huetium* adstruxisse pag. 65. fuit admonitum. Illa vero partim animadversionibus quibusdam suis correxit, partim auxit *Jac. Hasæus* in Bibliotheca Bremense Clas. VI. Fascic. V. pag. 770. sqq. Ostendit ille, ex hoc testium numero expungendos esse nonnul-

 los,

los, qui nihil quicquam de Mose scriptisque ejus meminerunt, nec minus eos, qui de *mundi origine* similia Mosaicis, sed ex propriis hausta monumentis, tradiderunt. Idem cetera, nec inficianda, Paganorum de Mose ejusque scriptis testimonia quadruplicis esse ordinis commonstrat. In aliis enim res a Mose gestæ vel nude referuntur, vel laudantur, vel vituperantur. Alia cum Judæorum, tum Gentilium, Mosi Legem in literas relatam tribuunt. Alia evincunt, libros Mosis, quos nunc habemus, eosdem esse cum pristinis. Alia denique extra dubium collocant, eosdem incorruptos ad nostram ætatem pervenisse.

Quæ Judæorum Magistri de Pentateuchi Auctore sentiant, docet *Richardus Simon* in Epistolis Selectis T. III. ep. 28. quæ Christiani, epistola 29. ubi eos inprimis affert, qui additiones quasdam ab alio ad Pentateuchum profectas esse existimant, ipse illis adstipulatus, & hanc causam a *Claud. Frassenio* oppugnatam, epistola 30. infeliciter defendens. Similiter *Humphredus Prideaux* in Connexione Historiæ Sacr. V. & N. T. Tom. I. pag. 433. sq. versionis German. varia promit loca, quæ ipsi a recentiore ac speciatim Esræ manu accessisse videntur. Cl. *Fourmontius* junior, Gallus, duas in *Augustini Calmeti* commentarium super Genesin epistolas Paris. 1709. edidit, quarum priore in Auctorem Pentateuchi & Rabbinorum auctoritatem inquirens, negare quidem non sustinet, Mosen Pentateuchi esse auctorem, veri simile tamen putat pag. 25. Pentateuchum ideo tantum nomen ejus præferre, quod Leges ab eo latas complectatur, eademque opera inficiatur, Calmetum in dissertatione sua prævia Mosi Pentateuchum argumentis satis idoneis vindicasse. Confer Nouvelles de la Republ. des Lettres anno 1710. Tom. I. p. 587. quem locum eruditissimi *Pfaffii* indicio debeo. Adde *Memoires de Trevoux* anno 1711. pag. 632. sq. *Aben Esram*, de quo supra pag. 64. non negasse Mosen auctorem Pentateuchi, sed quædam tantum postliminio illi addita statuisse, data opera ostendit *Rich. Simon* in Critica Prolegomenorum Biblicorum Dupinii Tom. III. pag. 197—222. qui & deinde usque ad pag. 237. Pentateuchum ab exceptionibus Spinosæ liberat. Cumque idem *Simonius* in hoc libro iterum, sicut in Historia Critica V. T. fecerat, probare conetur, libros Mosis à variis compilatoribus, amplioribus commentariis instructis, profectos esse, Anonymus in subjectis Animadversionibus suis pag. 563. sq. pag. 577. sq. & pag. 596. sqq. sententiam illam evertit, simul tamen monens, pag. 624. Simonem in *Critica* hac eam nonnihil emollivisse. Eadem vero opera Pentateuchus *Mosi* vindicatur, usque ad pag. 673.

Geneſeos partem priorem divino nutu ante diluvium compoſitam, à Joſepho autem continuatam & ad finem perductam, &, cum *Jobi* libro filio *Levi* juxta cum Sacerdotio traditam, atque hoc modo in Amrami familia uſque ad Aaronis ætatem transmiſſam fuiſſe, ex noſtratibus ſtatuit M. *Ge. Chriſtoph. Dachſelius* in Diſſertationibus de Accentibus, quæ Bibliis ejus Accentuatis præmiſſæ leguntur. Confer Nova Literaria Lipſienſia Germanica an. 1729. p. 815.

Geneſeos caput XI. quoad de *Confuſione Linguarum Babylonica* exponit, non *Moſen*, ſed *Joſuam* Pontificem auctorem habuiſſe, nec ad tempora à diluvio proxima, ſed ad ætatem *Cyri*, Perſarum Regis, pertinere; ac denique non literaliter, de Noachidarum ex Babylonia ſeu Sinearenſi tractu, diſperſione & conjuncta diverſitatis linguarum origine, ſed allegorice ac ænigmatice de regno Babylonico, per Cyrum everſo, & ad Perſas translato, exponendum eſſe, pro ingenii ſui licentia & abuſu contendit eruditus cetera Vir, *Hermannus ab Hardt*, in *Hiſtoria Regni Babylonici per Cyrum everſi ex tabulis Moſaicis Geneſ. XI. 1—9. detecta vulgi fabula de confuſione lingvarum in turri Babylonica.* Illi vero maſcule ſe & non ſine relata victoriæ palma oppoſuit præſtantiſſimus Hallenſium Philologus & nunc Theologus, *Chriſtianus Benedictus Michaelis* in *Commentatione Apologetica*, qua falſo adſerta origo L. Hebrææ ex Græca convellitur, & γνησιότης Pentateuchi, ac nominatim Geneſeos vindicatur, inprimis vero Pericopa illa Moſaica Geneſ. XI. 1—9. de Linguarum confuſione genuino & proprio ſuo Auctori ætati ac ſenſui reſtituitur, Halæ Magdeburg. 1727. 8. Lege ibi ad illam de Confuſione Linguarum cauſam, caput II. pag. 126. ſqq. Nihilominus tamen *Hardtius* ſententiam ſuam denuo tueri adgreſſus eſt ſchediasmate, quo *Nimrod & Peleus à confuſione linguarum ac diſperſione Gentium ſimilibusque Turris Babylonicæ fabulis per aureas Moſaicas tabulas Geneſ. X. liberati* dicuntur, quod in *Tomo* ejus I. *in Jobum*, Helmſt. 1728. edito p. 204. ſqq. recuſum exſtat. Non commemorabo nunc illos, qui hiſtoriam hanc ſecundum literam accipiendam eſſe pridem docuerunt. Neque tamen omittere poſſum *Wilhelmi Wottoni* ſcriptum poſthumum, Londini 1732. 8. ex autographo ejus anglice editum, ſub titulo: *A full Anſwer to what the Authors of Chriſtianity as old as the Creation, and the letter to Dr. Waterland have advanced, concerning the Confuſion of Langvages at Babel, proving it to have been miraculous from the eſſential difference between them: with an Enquiry into the primitive Langvage before that wonderfull Event.* Ibi ſcilicet tum ex eſſentiali linguarum a ſe invicem

invicem diversitate ostenditur, confusionem earum miraculi loco habendam esse, tum simul in primitivam, quæ ante eam exstitit, linguam inquiritur. Adde *Augustini Calmeti* dissertat. de Lingua primitiva & linguarum ad Turrim Babelicam confusione, Tom. II. Dissertationum ejus p. 345. sqq. versionis Lat.

Simile quid *Hardtius* in *historia Diluvii Noachici* alii Auctori vindicanda, & in longe alium sensum convertenda tentavit in *Historia Diluvii Noachi, Belli Scythici Secundi ex Souto in Palæstinam* &c. quæ in eodem *Tomo in Jobum I.* recusa legitur pag. 160. sqq. Contra sensum literalem eidem historiæ vindicavit celeberr. *Jo. Henr. à Seelen* in Examine hypotheseos Exeget. de diluvio ænigmatico, quod in Parte II. Meditationum ejus Exegeticarum recusum est, una cum ejusdem continuatione, & examine ejusdem hypotheseos absoluto, quæ duo opuscula ante non sunt edita, Lubec. 1732. 8.

Fuisse, qui *Mosen* ad Genesin exarandam veterum tum scriptis & memoriis, tum traditione usum esse pugnarent, supra observatum est pag. 70. Hanc vero sententiam ut alii, ita novissime M. *Christianus Stephani* sub examen vocavit in Dissertat. Philologico-Critica de eo: *an Moses Genesin è schedis Patriarcharum collegerit*, Vitembergæ 1727. 4. cujus dissertatio *de Magistris Collectionum* Rev. *Eckmanno* opposita, pag. 14. conferri meretur.

Ex altera parte non desiderantur, qui *Mosi* commentarios suos penitus vindicarunt. Eorum indicem habes apud *Augustinum Calmetum* in Supplemento ad Dictionarium Biblicum in calce Tomi IV. pag. 24. Ibi vero omissam video egregiam disquisitionem *Jo. Meyeri*, Professoris quondam Harderoviceni, *de primo libro Mosaico, unde Moses res in Genesi & in primis capitibus Exodi descriptas didicerit?* Harderovici 1714. 4. Optandum est, ut inposterum lucem videat dissertatio, quam doctissimum *Michaelem le Quien*, Ordinis Dominicanorum, novi in scriniis servare *ἀνέκδοτον*, & eo pertinentem, ut Pentateuchus *Mosi* vindicetur, ac præterea caput XXI. Numerorum, Prophetarumque successio & series illustretur.

Divinitatem & fidem librorum Mosaicorum, de qua pag. 70. ab exceptionibus quibusdam sartam tectamque præstitit eruditissimus *Jo. Conradus Schwarzius* in Monumentis Ingeniorum Tomo II. pag. 33. sqq. Pertinent ea inprimis ad *Jo. Clericum*, in Prolegomenis Historiæ Ecclesiasticæ

lticæ Sect. I. c. 8. §. 3. Adde eundem *Schwarzium* Tomo III. pag. 3. sqq. & pag. 268. sq. ubi idem difficultates nonnullas è medio tollit, quibus non satis fieri à Judæis posse *Clericus* statuit, siquidem ab incredulo & de Pentateuchi fide dubio moveantur.

SVBSECTIO II.
DE LIBRO JOSVÆ.

Vitam *Josuæ* enarratam leges in *Museo noviter aperto*, quod Germanice prostat, Sect. III. p. 163. sq.

Librum *Josua* ipsi, relatis aliorum sententiis variis, relinquit dubius, sed ita tamen, ut quædam addita ab alio censeri debeant, *Rich. Simon* in Critica Prolegomenorum Biblicorum Dupinii T. III. p. 392. sq. ubi inprimis urget phrasin in eo frequentem: *usque in hodiernum diem.* Confer omnino *Steph. Soucieti* animadversiones subjectas illi Tomo pag. 727. sqq. qui, non obstante illa phrasi, Josuam librum scripsisse recte monet, cum octo vel decem annis post res suas gestas eas in literas retulerit.

Anonymus quidam *Josuæ* librum ab ipso, si caput XXIV. v. 29. sq. exceperis, exaratum esse ostendit in Bibliotheca Bremensi Class. VIII. pag. 959. sqq. Suspensos nonnullos & auxios id tenuit, quod nulla libri hujus in sequentibus Codicis Sacri voluminibus mentio exstare sit visa. Talis vero se, eodem docente, offeret illi, qui verba 1 *Regg.* XVI. 34. cum illis *Jos.* VI. 26. comparaverit.

SVBSECTIO III.
DE LIBRO RVTH.

Librum hunc a *Davide*, Rege, exaratum esse tribus argumentis sibi persuasum habet celeberrimus *Christophorus Augustus Heumannus* in Tomo I. Poeciles, lib. II. pag. 180. sqq. Primum repetit ex capitis IV. v. 17. & 22. ubi *David* solo *Davidis* nomine, sine addito *Regis* elogio, appellatur, quod nemo alius facere debuisse, aut facturus fuisse videatur. Alterum ducit ex eo, quod *rei, in oppido perobscuro gestæ, minutissimæ etiam partes, quæ vix cuiquam extra domum Isai notæ esse potuerint, narrentur.* Tertium denique in eo invenit, quod *genealogia Davidis hoc libro tam diligenter exponatur*, eo, quem putat, fine, ut genus suum, a *Rutha Moabitide*, ceu

ceu proavia, ortum forte criminantibus, pateret, *non esse, cur se pudeat proaviæ suæ, mulieris scilicet inusitatæ probitatis, ac, si non gente, tamen mente γνησιωτάτης Israelitidis, quippe quæ, ultro, abdicato idolorum cultu, veri Numinis sacra sit amplexata, & vitam professione sua dignissimam exegerit.* Conjecturis hanc rem agi qvisqve per se intelligit, quæ, ut fraudi per se esse non possunt Auctori, ingenio frequenter litanti, eo in argumento, quod alia ratione tractari non potest, ita vereor, ut multos in eandem sententiam abducant. Idem vir doctus Tom. I. lib. III. pag. 353. sqq. *Spicilegium ad historiam Ruthæ* suppeditaturus, varias suas in libellum ipsum observationes promit ad emendandos Interpretes alios, & lucem illi fœnerandam pertinentes. Illis alias addit Tomo II. pag. 154. sqq. & speciatim pag. 166. sqq. *Jo. Michaelis Weinrichii*, aulæ Meiningensis quondam Theologi, nunc μακαρίτου, meminit. Hic enim Parte II. *Meditationum* suarum *Historicarum & Theologicarum*, germanice *Coburgi* 1725. 8. sub titulo: Historische und Theologische Betrachtungen der merckwürdigsten Alterthümer und gelehrter Dinge pag. 237. sqq. editarum, tum alia de *Ruthæ* libro præclare docuerat, tum, expensis argumentis *Heumannianis*, *Gadum*, Prophetam, conditorem ejus esse pronunciaverat, observationes suas Parte III. p. 458. sqq. persecutus. *Fateor*, inquit *Heumannus* p. 166. *nec huic opinioni deesse veri speciem. Vtra vero sententia sit præferenda, aliis cognoscendum relinquo, qui de opinionibus, non in supremo probabilitatis gradu positis, non acriter disputandum judico.* Nobis quidem hæc retulisse suffecerit, persuasis, totam hanc causam nunquam ad liquidum perductum iri.

SVBSECTIO IV.

DE LIBRIS SAMVELIS, REGVM ET CHRONICORVM.

De his conferri meretur *Rich. Simon* in Critica in Prolegomena Dupinii Tom. III. pag. 422—457. ob relatas potissimum Magistrorum Judaicorum sententias. Adde tamen *Soucieti* animadversiones in calce illius Tomi p. 743—795.

SVBSECTIO V.

DE LIBRIS ESDRÆ, NEHEMIÆ ET ESTHER.

Lege de illis *Richard. Simonem* loc. cit. pag. 458. sqq.

Esdræ

Esdræ librum, qui hodie in Codice Hebræo legitur, à Judæis esse corruptum, alterum vero, qui Græce exstat, & inter Apocryphos numeratur, pro vero & germano habendum audacter affirmat *Guil. Whistonus* in *Tentamine* suo aliquoties allato, Propos. III. p. 50. sqq. Vide itaque, quæ illi Venerab. *Jo. Gottlob Carpzovius* Parte III. Criticæ Sacræ cap. I. pag. 798. sqq. obvertit. Non magis idem audiendus est *Whistonus*, quando l. c. *Nehemiæ* librum plenum hodie in codicibus nostris non legi ex eo contendit, quod *Josephus* perfectiorem illum sua ætate habuisse videatur. In eandem suspicionem *Estheræ* librum is vocat, quem quarta sui parte truncatum breviorem hodie, quam olim, legi contendit p. 55. sqq. castigatorem nactus *Carpzovium* l. c. pag. 801. sqq. Ceterum *Estheram* reginam eandem esse atque *Amestrin* vel *Amastrin*, Xerxis uxorem, multi, nominatimque *Scaliger* de Emendatione Temporum lib. VI. censuerunt. Contra ea V. C. *Petrus Wesselingius* Observationum lib. II. cap. 24. pag. 251. sqq. *ea in veterum scriptis de Xerxis uxore reperisse sibi videtur, quæ cum Reginæ Estheræ moribus totoque vitæ instituto dissentiant & discrepent.* Lege ea, & intelliges, virum eruditissimum non præter rationem heic ampliandum statuisse. Varias Rabbinorum de *Esthera* fabulas, in *Megilla* cap. I. potissimum relatas, recitat *Bartoloccius* Tomo III. Bibliothecæ Rabbinicæ p. 454. sqq.

De *existimatione*, in qua libellus *Estheræ* sit apud Judæos, diximus supra pag. 90. Jam vero conferri velim B. *Augusti Pfeifferi* Programma, qua orationem suam inauguralem Lipsiæ olim indixit. Meminimus contra hæc pag. 91. tradere alios, Judæos Orientales libellum illum *inter legendum ex manibus prolabi in terram* permittere, ideo scilicet, quod nusquam in eo nomen divinum legatur. Opinio hæc ut ex *Georgii Sandysii* Itinerario primum hausta videtur, ita consultum fuerit, verba ejus hic apponere. Locum integrum ex collectione Itinerariorum Tom. II. ubi *Sandysii* illud recusum exstat, anglice descriptum ex pag. 1307. ad me misit præstantissimus *Maturinus Veyssiere la Croze*, ita omnino habentem: *They doe* (de Judæis Orientalibus loquitur) *great reverence to all the names of God, but especially to Jehova: in so much that they never use it in their speech. And whereas they handle with great respect the other books of the Old Testament, the book of* Esther, *(that part, that is Canonicall, for the other they allow not of) writ in a long Scroll, they let fall on the ground, as they read it, because the name of God is not once mentioned therein; which they attribute to the Wisdom of the writer in that to be perused by the Heathen.* Hæc ita intelli-

intelligenda censet Cl. la *Croze*, *ut*, *si casu inter legendum ipsis elabatur*, *&* *decidat illud volumen*, *hoc jejunio non expient*, *pro more*, *quo in aliis Sacri Codicis libris utuntur*.

SUBSECTIO VI.

DE LIBRIS METRICIS.

Illis, quæ de conditione *Poeseos* Hebræorum Biblicæ supra pag. 93. sqq. a me allata sunt, hæc ordine quæque suo addi velim.

Nonnulli nec *metri* nec *rhythmi* rationem in ea habitam esse contendunt. His nuper accessit *Arthur Bedford*, Anglus, in libro Anglicano: *the Temple Musick*, *or an Essay*, *concerning the method of singing the Psalms of David in the Temple before the Babylonish Captivity*, Lond. 1712. 8. Summam ejus habes in Bibliotheca Anglicana *Armandi de la Chapelle* Tom. VI. Part. II. p. 344. sqq. ubi is p. 362. *Bedfordi* sententiam his verbis edisserit, quæ Latine ita reddo: *Quoniam Psalmi cantabantur*, *necesse erat*, *ut ad cantionem essent accommodati. Stilus itaque eorum est poeticus. Brevis praeterea*, *sententiosus & sublimis. Multa habet artis vestigia*, *& figuris efficacissimis valet*, *Commatum quoque seu versuum distinctionem clarissime refert*, *quippe qui plerumque meditationem integram complectuntur*, *in duo membra distinctam*, *quorum posterius prius illud vel explicat*, *vel ornat. His positis auctor sibi habet persuasum*, *Psalmos non constare versibus*, *& metrum pariter atque rhythmum frustra in illis quæri.* Hanc sententiam is in sequentibus contra aliter sentientes, & inprimis *Clericum* firmat. Idem statuit Domnus *Augustinus Calmetus*, Benedictinus, in Dissertat. singulari *de Poesi Hebræorum*, quæ in limine Commentarii ejus super Exodum exstat, recusa deinceps in Thesauro Antiquitatum Sacrarum & Profanarum, Amstelod. 1722. 12. Parte I. num. II. ubi & Abbatis *Fleurii* dissertatio de eodem argumento, antea à *Calmeto* in limine commentarii super Psalmos exhibita, num. I. legitur. *Calmeti* illa Latine conversa ab Anonymo prodiit Helmstadii 1723. 4. & in Tomo I. Dissertationum & Prolegomenorum a *Mansio* Lat. conversorum Tom. I. pag. 65. sqq. sicut illa Abbatis *Fleurii* ibidem p. 396. sqq. exstat. Illis itaque omnis Poeseos Hebraicæ ratio in nobilitate & sublimitate dictionis ac cogitatorum quærenda videtur. Idem video placere ex nostratibus Cl. *Heumanno* Tomo II. Poeciles pag. 520. poeticis eam phrasibus, commatum paucitate, & periodorum brevitate, constitisse asseveranti. Eadem vestigia nuper pressit Domnus *Pet. Guarinus* in Grammat. Hebraicæ Tomo II. pag. 338. *Unde ad veritatem*, inquit, *proxime*

proxime accedere mihi videntur, qui putant, veteris Hebraicæ Poëseos indolem positam non esse in certo syllabarum longarum aut brevium numero; neque in rhythmis magna cum cura conquisitis: sed in dicendi genere conciso, sublimi, allegorico, hyperbolico, & quibuslibet figurarum luminibus illustri, vel, ut Scaligeri *in* Chronicon Eusebii *pag. 6. col. 2. ed. Amstelæd.* 1658. *verbis utar, in* mere soluta oratione, charactere poëtico animata. In eandem classem referendus est *Richard. Simon* in Critica Bibliothecæ Ecclesiast. Dupinianæ Tom. IV. pag. 64. Affirmat enim, Hebræorum veterum versus non metris contineri, sed *sententiis, stylo admodum conciso expressis.* Eadem & *Dupinii* est sententia in Prolegomenis Biblicis lib. II. p. 101.

Alii *metro*, Græcorum & Latinorum illi simili, rem omnem absolvi existimant. Ita olim *Josephus* & *Hieronymus*, de quibus supra pag. 95. At *eorum verba*, scite monente *Guarino* l. c. pag. 338. *premenda non sunt, quandoquidem carmina Pindari, v. g. Jambica & Alcaica aut Sapphica non sunt, ut norunt linguæ Græcæ periti. Cum itaque scribit Hieronymus, versus hexametros, pentametros &c. in veteri Hebræorum poësi reperiri, id de similitudine quadam hexametrorum, pentametrorum &c. intelligi debet. Aut, quod nonnullis videtur, syllabarum numerum, ut fit in versibus Gallicis, Germanicis &c. respexit Hieronymus, minime vero earum quantitatem, adeo ut, quod Jambicum Latinis; id Hebræis sit octosyllabum: quod illis Sapphicum, his hendecasyllabum: quod illis hexametrum, his dodecasyllabum: quod illis Alcaicum, his hexadecasyllabum &c.* Neque aliter sentire videtur S. Doctor: *scribit enim versus Hebræos propter linguæ idioma crebro recipere & alios pedes.* S. *Hieronymum* non tam suam, quam *Josephi* & *Eusebii*, ad quos nominatim provocat, sententiam de metro Hebræorum proposuisse ostendit *Rich. Simon* in Critica Prolegomenorum *Dupinii* l. c. *Marcum Meibomium* metrum Hebræorum à se detectum thrasonice in scriptis p. 36. allatis venditantem, castigarunt præter ibi laudatos *Triglandius* & *Burmannus*, de quibus mox dicemus. In eundem *Clericus* quoque sæpe animadvertit in commentario suo in *Psalmos*. Ex recentioribus nostratibus hic quoque ingenio habenas laxare facile licuit *Hermanno Hardtio*, quod patet ex Programmate ejus Helmstadii 1723. 20. Aprilis promulgato sub hoc titulo: *Jobi Bosreni, Jacobi Israëlis, Carmen primum caput III. ad Jambos trimetros redactum.* Tales vero Jambos per totum *Jobi* librum se ostensurum idem pollicetur. Eadem ratione tres primas *Joëlis*, quas vocat, *elegias* ad Jambos, nunc trimetros, nunc tetrametros revocatas *Helmstad.* 1706. ediderat. quemadmodum idem anno 1713. scriptis aliquot cum D. *Christoph. Henr. Ritmeiero*, Professore Helmstad. pugnaverat, Psalmos pro Odis Pindaricis esse

esse habendos. Vide Relationes Innoxias Theolog. an. 1723. pag. 882. Addenda fuerit M. *Cornel. Dieterici Kochii*, nihil admodum definientis, disputatio de eloquentia & poesi Mosis, Helmstad. 1700. 4. Similiter M. *Jo. Christoph. Speidelius* in Comment. de Accentibus Hebr. pag. 258. in libro *Jobi* & *Proverbiorum* Jambicum genus carminis, idque dimetrum, trimetrum & tetrametrum maxime vulgare esse ait, ejusque scandendi rationem exemplis aliquot docere aggressus est.

Ab altera parte *rhythmis* Poesin hanc potissimum contineri dubio carere visum est. Quæ *Jo. Clericus* in hanc sententiam disputavit, pag. 96. docui. Hujus dissertatio Gallica, in Bibliothecæ Vniversalis Tomo IX. pag. 222. sqq. primum vulgata, Latine ab Anonymo conversa, & in calce commentarii ejus in Prophetas, Amstelod. 1731. fol. editi, excusa est. Idem sententiam hanc suam à *Calmeti* exceptionibus liberare conatus est in Bibliotheca Vetere & Nova Tom. XIX. Parte I. pag. 140. sqq. ubi inter cetera ad consensum *Bernbardi Lamii* & Abbatis *Garofali* provocat, & pag. 143. opinionem hanc non ut demonstratam, sed ut verisimilem, & naturæ Linguæ Hebraicæ convenientem se proposuisse affirmat. Hujus *Blasii Garofalii* sive *Caryophili* Observationes de Poesi Hebræorum auctores *Memoriarum Trevoltiensium* an. 1710. p. 1716. sqq. enarrant, sed ab eo se dissentire profitentur. Quæ *Raphael Rabbenius*, larvatus, ut puto, Christianus, illi opposuit, de iis plura dixi in Volumine III. hujus Bibliothecæ pag. 999. ad quam confer Supplementa in calce hujus Voluminis suppeditanda. At hujus partes tuendas vicissim suscepit *Bened. Torani* in epistola Italica ad P. Jac. Laderchi Lucæ 1712. 4. vulgata. Novissime eandem sententiam majori, quam ceteri omnes, ingenii & doctrinæ apparatu ornare aggressus est Abbas *Fourmontius* in Commentariis Academiæ Inscriptionum Tom. IV. pag. 467. sqq. cujus argumenta novo eruditorum examine digna omnino habeo. Is scilicet primo quidem rhythmos apud Hebræos dari ostendit, tum diversa poematum & versuum genera, choros item personarum & choros Musicos, aliaque huc pertinentia edisserit, denique vero emolumenta quædam ex hac hypothesi ad cognoscendam L. Hebraicæ pronuntiationem & veterum Israelitarum scribendi rationem, tum vero loca quædam Scripturæ S. difficiliora intelligenda, redundatura commemorat. Video vero eundem principium hoc suum ad corrupta quædam Codicis Hebræi, quæ putat, loca, emendanda adhibere. Ex nostratibus nuper *Dan. Schneiderus* in Lexico Biblico universali, vernacula lingua edito, Tomo I. voce Dichten in has partes concessit.

Denique

Denique alii Poesin Sacram & metro & rhythmis contineri asseverant. Lege huc Rev. *Jo. Conr. Schrammii* Prolusionem de Poesi Hebræorum in Codice Sacro, Helmstad. 1723. 4. editam & in Collectione Veterum & Novorum Theologicorum vernacula anno 1724. pag. 877. enarratam. Ibidem pag. 937. sq. consentientem leges Anonymum, cui Hebræorum poemata illis Germanorum nostratium, quæ *Madrigalia* appellant, proxime respondere videntur. Provocat idem ad M. *Jo. Michaelis Weinrichii Comparationem Poëseos Germanorum cum illa Ebræorum veteri*, quæ in Miscellaneis Lipsiensibus Tom. IX. pag. 76. sqq. exstat. Accipe verba ejus pag. 87. sq. ita concinnata: *Alterum genus odarum, quo Germani maximopere delectantur, est interruptum illud variisque coloribus distinctum, quo Odarum strophæ aliis brevioribus mixtisque versibus intexuntur. Vulgari lingua dicitur* Madrigal, *nomine procul dubio ex Italorum lingua mutuato. Sunt autem carmina, hoc genere conficienda, in arbitrio fere nostro posita, & vel aliquo, vel nullo rhythmo, vel hoc vel alio metro, vel longis vel brevibus versibus definiri possunt. Parum abest, quin existimem, eadem genera versuum & Ebræis fuisse. Nam ejusmodi carmina ad Musicam inprimis sunt apta, sive sola humana voce, sive adjecto chordarum concentu recitentur. Deinde rhythmus interdum admiscetur, condimenti loco, interdum omittitur, quod exemplis ex libro Psalmorum facile comprobatur. Præterea & breviores & longiores sententiæ aperte docent, versus vel extendi longius, vel contrahi arctius debere. Porro, quæ ex terminationum pluralis numeri paucitate, ex vocalium natura & concursu, ex syllabarum constitutione incommoda extimescenda erant, hoc genere tolluntur commodissime. Et tandem, ut reliqua omittamus, accentuum etiam metricorum consecutio pro hoc genere carminis videtur militare.*

Recitavi supra pag. 101. Scriptores de Poesi Hebræorum. Iis, præter jam dictos, addi nunc velim ex Pontificiis *Dupinium* in Prolegomenis Biblicis lib. I. cap. 3. pag. 100. sqq. & *Richard Simonem* in Critica Prolegomenorum illorum Dupinii Tom. IV. pag. 62. sqq. ex Reformatis *Franc. Burmanni* dissertationes de Poesi Sacra, Vltrajecti 1717. & 1718. editas. Earum quinque, quarum singulæ una plagula absolvuntur, vidi, *Marco Meibomio*, pro metro Hebraico militanti, eoque ad emendanda vel corrumpenda potius varia Codicis Hebræi loca abutenti, tantum oppositas. Junge illi *Jac. Triglandii* Dissertationem Theologico-Philolog. integritate Codicis Sacri adversus *Meibomium* adstructa capite V. In genere de Hebræorum Poesi differit *Jo. Lewis*, Anglus, in Originibus Hebræis Vol. II. lib. VII. cap. 9. pag. 104. sqq. Idem de *Musica* quoque Hebræorum l. c. disputat, de qua alii Scriptores afferuntur à

Celeber.

Celeber. *Fabricio* in Bibliographia Antiquaria, quibus adde *Calmeti* differt. Tom. I. Dissertationum ejus pag. 403. sqq. versionis Latinæ Mansianæ recusam. Video quoque à *Jac. Triglandio* laudari *Constantini Lempereur* Tractatum MS. de poesi Hebræorum in Oratione funebri memoriæ ejus dicata, pag. 15. & *Petri Laurbecbii* alium itidem ἀνέκδοτον in Aboa Literata pag. 60. Conferre quoque in hoc argumentum fas fuerit B. *Jo. Franc. Buddei* Hist. Eccles. V. T. Tom. II. pag. 280. & Isagogen Historico-Theologic. lib. II. cap. 8. pag. 1451.

DE LIBRO JOBI.

Varias Judæorum æque ac Christianorum de hujus libri conditore sententias diligenter collegit *Rich. Simon* in Critica Prolegomenorum Dupinii Tom. III. pag. 489-510. ipse vero pag. 515. auctorem putat vixisse tempore captivitatis Babylonicæ, de quo mox dicemus. Ab altera parte *Augustin. Calmetus* Prolegomenis in librum Jobi, quæ Tomo I. dissertat. & Prolegomenorum ejus Biblic. exstant, pag. 318. sqq. versionis Latinæ, enarratis variis aliorum sententiis, Jobo ipsi, qui Mosis tempore vixerit, librum adserit.

Jo. Harduinus, Ordinis quondam Ignatiani, mutavit sententiam, quam de *Jobo* ejusque libro olim protulisse pag. 103. monuimus. In *Chronologia* enim *Veteris Testamenti ad Vulgatam versionem exacta* tradiderat, Jobum circa annum regiminis Davidici 34. aut 35. diem supremum obiisse, nec diu post illius obitum librum hunc à Salomone, annis octo post, fortasse ex ipsius Jobi commentariis conscriptum, & sua narratione locupletatum esse. Inde enim factum putat, ut narratio ipsa apertissima sit & maxime simplex, Jobi autem & amicorum oratio majore cothurno incedat, vocibus præterea Chaldaicis Arabicis & Syriacis amplius centum referta. Vide Acta Eruditorum Lipsiensia anno 1708. pag. 183. Postea vero in præfatione ad librum Jobi secundum versionem Vulgatam paraphrasi & notis gallice illustratum, Paris. 1729. 12. aliam viam ingressus Jobi calamitatem ad annum 725. ante Aeram Christianam vulgarem refert, librum autem inde à v. 3. capitis III. ad comma septimum capitis ultimi à *Jobo* ipso putat exaratum, cui *Ezechiel* Propheta narrationem præviam, & operi colophonem imponentem, junxerit, aliaque ad nexum dialogi facientia addiderit. Cujus conjecturæ hanc reddit causam, quod *Ezechiel* duodecim circiter annis post Jobi

obitum

obitum natus sit, qui & primus ex Sacris Scriptoribus illius fecerit mentionem. Idem cap. XI. & XII., ubi de *Behemoth* & *Leviathane*, vaticinium de excidio regni Assyriorum invenire sibi videtur. Alia hujus generis leges, si placet, in enarratione hujus commentationis, quæ exstat in Memoriis Trevoltinis anno 1729. pag. 1852. sqq. & in *Journal Literaire* Tomo XVI. Parte II. pag. 301. Non magis huic invento *Harduini* prudens lector tribuet, quam tot aliis cerebrinis fœtibus, quos sustulisse ipsum aliquando puduit.

Inferiorem hac ætate *Jobi* librum censet, ejusque auctorem, *Zadockum* Pontificem, qui sub *Manasse* Rege floruit, fuisse opinatur *Herm. Hardtius* in Programmate Helmstad. 1723. d. 20. April. edito, sub titulo: *Jobi Bostreni, Jacobi, Israelis, Carmen I. in Samariam & Rempublicam Israeliticam per Salmanassarem in cineres versam;* quo contendit, in libro Jobi fata gentis Israeliticæ à principio ad finem i. e. à Jeroboami ævo usque ad Samariæ cineres & totius populi exilium enarrari, atque Jobum pro imagine allectum esse, ad effigiandum universum statum populi Israelitici in summo flore & in extrema exsilii calamitate. Conditum igitur esse sub Hiskia ad consolandum populum, & quidem à Propheta quodam illius ævi, nominatim Pontifice *Zadoco*, qui sub Manasse floruerit. Quod ad reliqua attinet, totum caput III. in Jambos trimetros coactum & Græce conversum Latina versione illustrat, quod supra jam monuimus. Nec mutavit post hæc mentem. Eandem enim professus est in Præfatione ad *Tom. I. in Jobum*, quem *Historiam Populi in Assyriaco exilio Samaria eversa, & regno exstincto, Tragædiam Sacram admirandi decoris* dixit, & Helmstadii 1728. fol. edidit. Ibi enim eandem sententiam ita enarrat: *Vel unum, primum & ultimum* in Jobi rebus *schema, decem vel viginti liberorum, vel obiter attendentibus subindicavit aliquid dramatici & symbolici. Primi decem liberi* in fortunæ luce, *in principio geniti, variis casibus tristibus occubuisse feruntur omnes, ut liberis plane esset orbus, æger. Dein* post morbum, *rursus eodem numero, æquali sorte, decem liberi subnati, quasi priores illi omnes ruderibus resurrexissent, novo matris utero. Tot perierant nuper, totidem mox reversi. Multo mirabilius*, paritas in sexu, *in perditis & novis, septem filii & tres filiæ perierant, septem filii & tres filiæ de novo redierunt. Et quidem iterum* ex eodem thalamo, *quidni &* eadem illa priorum matre, *quæ non dicitur defuncta in Jobi morbo. Mirabilia valde omnia, naturæ ordini vix consona, theatro interim apta, in spectatorum admirationem & stuporem. Aliud quid sub externis illis spectaculis latere sagaci facile subolet. Res redit* in argumentum scenæ, quid lateat. *Scenam viderint, qui non videant historiam latentem, sic*

adumbratam. Tomo ſecundo *ordine & diſtincte univerſam hanc rem expedire inſtitui, nunc leviter ſubmonuiſſe ſuffecerit; cum manifeſtum ſit homini ſani judicii, rem non ita crude foris eſſe geſtam, ſed* ſymbolum *eſſe*, imaginem, fatorum effigiem, drama ſacrum, de hiſtoria & fatis populi Iſraelitici; *ex rerum habitu & nexu*, negotium patet eſſe publicum gentis Iſraëliticæ, quæ decem ſuis tribubus, *à Jeroboamo primo usque ad Hoſeam ben Ela*, à ſummo flore decrevit in extremam miſeriam, decem tribubus, cis Jordanem ſeptem, ultra Jordanem tribus, per Aramæos primum laceſſitis, per Aſſyrios tandem plane ſubactis & in exilium abductis, ſpe reſtitutionis ac in patriam reditus ſub pœnitentiæ conditione. *Longa hæc* regni Iſraëlitici, per decem tribus, hiſtoria, *per initia & incrementa, ad exitium & populi exilium*, dramatis argumentum. Hæ primæ ſunt lineæ operis amplioris, quod in Tomo II. commentarii *in Jobum* ſperare jubet *Hardtius.* Eum vero fruſtra forte exſpectaverit, qui norit, Tomum illum Primum publica auctoritate fiſco addictum, Auctorem pœna pecuniaria mulctatum & graviter ab edendis ejusmodi commentationibus prohibitum, ipſum etiam hac cauſa adductum eſſe, ut lucubrationes ſuas, quas in ſcriniis habebat reconditas, flammis traderet. Hæc ſcilicet in Novis Literariis paſſim relata memini. Quod ad cogitata ipſa attinet, ea quidem ingenio non deſtitui, nemo negaverit. Tantum vero hoc eſt, ut id apud cordatum quemcunque fraudi ſit inventis ejus omnibus. Qui enim πὺξ καὶ λὰξ aſſeverare, pugnare, contendere poteſt, Linguam Hebræam ex Græca derivandam & intelligendam eſſe, qui in hanc cauſam obſoletas quasque Græcæ Linguæ voces ex tenebris revocare in lucem, imo novas formare & pro Græcis venditare poteſt, ut ſimilitudo quædam inter voces Hebræas & Græcas partu difficili enaſcatur, is quidvis ex quovis fingere, atque adeo memoriæ & ingenii vi fere ſemper abuti merito credetur. Itaque mirum non eſt, eruditos ſubinde diſſenſum ſuum etiam in hoc capite teſtatos eſſe, & hanc ingenii licentiam caſtigaſſe. Vide v. c. Acta Eruditorum Lipſienſia Germanica anno 1729. pag. 232. ſqq. Adde Rev. *Franc. Wokenii* Programma, quo *ad Jobum publice audiendum invitat, & de præjudiciis quibusdam Criticis in Jobi lectione evitandis monet*, Witteb. 1729. In hoc pag. 5. Viri docti opinio ita depingitur: *Quæ hypotheſis ænigmatica, uti luxuriantis ſolum ingenii foetus eſt, ab omni ſane monſtri ſpecie non abhorrens, & in S. Scripturæ tractatione maxime ſuſpecta; ita in hoc Jobi libro omni caret probabilitate.* Pertinet huc quoque M. *Gottlieb Ludovici Aſter* diſputatio de hypotheſi Dramatica, S. Codici illata, Vitemberg. 1729. 4. Verendum omnino eſt, ne ita

ludendo

ludendo veritas omnis tandem amittatur, & mallem ego ingenio & doctrina omni destitui, quam in periculum tanti abusus incurrere, a quo omnes bonæ mentes vel maxime sibi cavere necesse habent.

Ne quid tamen dissimulem, invenit *Hardtius Jo. Clericum*, secum ex parte consentientem. Is quidem in *Judiciis Theologorum Batavorum de Historia Critica Richardi Simonis* ep. IX. pag. 177. sqq. statuerat, Jobi librum veram esse historiam, sed Poetico more exornatam. At in Commentario super libros Hagiographos Amstelod. 1731. fol. edito ad caput I. v. 1. Jobi, pag. 2. ita scribit: *Qui veram hanc historiam jactant, deducunt nomen* איוב à rad. איב, aiab, *inimice se gessit, & invisum interpretantur, quasi esset pro* אָיוּב, *quod est participium* Pahul, *eumque significat, qui odio habetur, & vexatur ab inimicis. Arabes pronunciant* Aiouba, *aut* Aioub. *Sed & hoc sensu nomen hoc recte tribui possit Personæ Dramaticæ; describitur enim hic vir ab inimicis & amicis pessime habitus, qui possit esse imago piorum inter Hebræos, in captivitatem abductorum, ut diximus in Dissertatione de hoc libro.* Cave putes, exstare hanc dissertationem. Eam enim concinnare suo tempore & Commentario huic jungere destinaverat *Clericus*, procul dubio id præstiturus, teste Auctore præfationis, huic operæ præmissæ, si per prostratas corporis ingeniique vires licuisset. Ceterum sententiæ suæ rationes quasdam in commentario ipso passim subindicavit, quod & in enarrando *Casp. Sanctii* in Jobum commentario fecit. Vide *Bibliothecam* ejus *Selectam* Tom. XXIV. pag. 7. sqq. & 22. ubi affirmat, illum Angelorum bonorum & Dæmonis conventum, de quo cap. I. v. 6. longe rectius intelligi, si tota narratio in parabolis numeretur. Sic enim nihil inferri aliud, quam quod Deus permiserit, ut Jobus à dæmone vel malis hominibus male haberetur, quam in rem conferri vult 1 *Regg.* XXII. Vide, quomodo hæc respondeant illis, quæ ad Jobi I. 6. ita commentatur: *Primus est hic Jobi locus, in quo mentio fiat eo nomine* (Satan) *Angeli illius malefici: unde, qui putant, librum hunc post captivitatem scriptum, confirmationem sententiæ suæ petunt; nam vulgo Judæi nomina Angelorum Babylone venisse contendunt, quod nulla horum nominum mentio, in libris captivitate antiquioribus.* Idem in *Judiciis Theologorum Batavorum* l. c. affirmat, in libro *Jobi* frequenter ad Psalmos, eorumque dictionem alludi. Ita memini quoque, Abbatem *Fourmontium*, seniorem, in Historia & commentariis Academiæ Inscriptionum Tomo III. pag. 209. edit. Amstelod. affirmare, in eodem subinde ad alios Codicis sacri libros respectum haberi. Idem affirmaverat antea *Philippus Codurcus* in suis in Jobi caput I. annotationibus. Ex quo consequitur, illis quoque

post alios Hebraici Canonis libros exaratum videri. Sic & *Richard. Simon* in Critica Prolegomenorum Biblicorum Dupinii Tom. III. p. 514. affirmat, auctorem libri Jobi tempore captivitatis Judæorum Babylonicæ vixisse, argumenti loco afferens locutiones insolentes & peregrinas, in eo frequenter obvias.

Addidero his *Anonymum*, fortasse *Jo. Tolandum*, cujus epistola in Collectione scriptorum *Tolandi* posthuma Tom. II. pag. 315. sq. exstat. Is enim, utut narrationem, de *Jobo* capitibus duobus prioribus institutam, scriptis Mosaicis antiquiorem habet, & non parabolam sed historiam continere asseverat; ita reliqua, quæ instar dialogi, inter Jobum & amicos ejus habiti, referantur, inter obscuri alicujus Judæi commenta referri vult, idque se alibi pluribus ostensurum esse pollicetur.

Paulo ante monui, *Harduinum* olim *Salomoni* librum Jobi Hebraicum acceptum tulisse. Idem veri simile visum est *Petro Jurieu* in Historia Dogmatum & cultuum Parte I. cap. V. pag. 33. ita scilicet, ut illum ex Arabico *Hebraice* convertisse *Salomon* censeatur.

Non omittendum quoque est, quod Rev. M. *Gottlieb Fridericus Gude* in Biga Problematum Philolog. Exegeticorum, Halæ 1730. 4. edita, *Jobum incarnationis Christi vatem* stiterit.

Non proletaria exspectaverim à D. *Wesley*, Rectore Epworthensi, in Diœcesi Lincolniensi, si quando prodierit opus, quod parat, amplissimum, sub titulo *Dissertationum & conjecturarum in librum Jobi, tabulis & figuris æneis illustratarum, in quibus textus Hebræus confertur præcipue cum LXX. Paraphrasi Chaldaica, & versionibus plurimis, tam Græcis quam Latinis & vernaculis.* Illarum spem facit & plura huc spectantia affert *Bibliotheque Raisonnée* Tomo VII. Part. I. p. 219. sqq.

DE LIBRO PSALMORUM.

De eo exstat *Hieronymi Salomonis Alphenii*, Theologi Trajectini, Oratio singularis, Trajecti 1718. habita.

Varias quoque huc dissertationes retulit *Augustinus Calmetus*, primum cum commentario in Psalmos editas, deinde vero in Collectione illarum Amstelodami 1722. sub titulo; *Thesauri Antiquitatum Sacrarum* recusas. Ita num. V. habes, quæ de libro Psalmorum generatim exponit; num. VI. de auctoribus Psalmorum, quodque non omnes Davidi accepti

accepti sint ferendi: num. VII. de textu & antiquis Psalmorum versionibus: num. VIII. de titulis eorum: num. IX. speciatim de titulo: למנצח & סלה num. X. de XV. Psalmis Graduum: & num. XI. de ordine Psalmorum secundum tempus, quo scripti sunt. Lege easdem ex Latina *Mansii* versione Tomo I. Dissertatt. ejus p. 353. sqq.

Quod ad Auctorem vel potius Auctores Psalmorum attinet, de iis diversas veterum sententias congessit *Rich. Simon* in Critica Bibliothecæ Ecclesiast. Dupinianæ Tom. IV. pag. 1—42. Ex recentioribus inter illos varios *Henochi* & aliorum Prophetarum hymnos exstare censet Rev. G. C. *Dachselius* in dissert. prævia ad Biblia Accentuata. Similiter *Wilhelmus ab Jrhoven* statuit, Psalmis Davidicis aliqvot aliorum, inter hos vero etiam eos, qui diu post ejus obitum in captivitate Babylonica vel post eam conscripti sint, junctos esse, quos *Esdras*, non habita temporis, quo exarati sint, ratione, collegerit, inque certas classes redactos definierit, quibus singuli Sabbatis, Festis aut alias sint decantandi. Probabile hoc facere conatus est in *Conjectaneis Philologico-Critico-Theologicis in Psalmorum titulos*, Lugd. Batav. 1728. 4. Tituli mensuram implevit vir doctus, & conjecturis interdum nimis indulsit, subinde tamen ea de hoc argumento attulit, quæ magnam veri speciem habent, & aliis amplius cogitandi materiem suppeditant. Compara Acta Eruditor. Lipsiens. Germanica Parte CXLI. num. V. Αὐθεντίαν illorum titulorum contra *Natalem Alexandrum*, Dominicanum, qui eam singulari dissertatione negaverat, adstruxit *Rich. Simon* in Bibliotheca Critica T. III. c. 19. p. 199. sq. iterumque in Critica Prolegomenorum Dupinianorum T. IV. p. 43. sqq. ubi & priori loco de Psalmis ἀνεπιγράφοις differit, quemadmodum cap. 20. pag. 218. sq. de vocibus nonnullis illarum Inscriptionum difficilioribus commentatur. Illum *titulorum*, quos Psalmi referunt, significatum arctioribus, quam par erat, limitibus circumscripsisse mihi videtur *Arthurus Bedford*, Anglus, quando in libro de Musica Ecclesiastica (*Temple-Musick*) statuit, illis inscriptionibus doceri tantum rationem Psalmos nunc lætius, nunc lugubrius, nunc tardius, nunc celerius &c. canendi. Inter titulos illos Ps. XXII. occurrit אילת השחר quas voces per *cervam auroræ* communiter convertunt. Illis autem *instrumentum* quoddam *Musicum* significari, erudite ostendit *Theodorus Hasæus* in Bibliotheca Bremensi Class. I. Fascic. I. pag. 34. sqq. Rectissime itaque *Mosen Amyraldum* tituli hujus paraphrasin ita tradidisse pag. 74. putat: *Psalmus compositus à Davide, & traditus Præfecto Symphoniæ Tabernaculi,*

ut caneretur ad modulationem Ajeleth Hasschachar. Idem quoque pag. 62. ad alios ejusmodi Psalmorum titulos similiter intelligendos hanc regulam suppeditat: *Quoties vox per præpositiones* על *vel* אל *jungitur* למנצח *in Psalmorum inscriptionibus, ea nunquam eorum argumentum notat, sed SEMPER aliquod INSTRUMENTUM MUSICUM, quod in decantatione hymni a quodam Musices directore debuit adhiberi.* Qua quidem occasione vocem שושנים *Psalm.* XLV. & יונת אלם רחוקים *Psalm.* LVI. illustrat. Simili ratione Cl. J. C. *Harenbergio* שיר המעלות i. e. *Psalmus Graduum* accipiendus videtur in Biblioth. Bremens. Class. VIII. pag. 973. ut scilicet *Instrumentum Musicum denotetur, quod fidibus ita fuerit adornatum, ut manus Musicorum adscendere, & insigniter in altum, plerumque ab imo ad altum sonitum digiti attolli debuerint. Panduram*, ita pergit, *habui in animo, vel speciem majoris chelyos, quæ tristem & lamentabilem ediderit sonum, propterea, quod cantica, quibus* מעלות *præfixum legitur, calamitates delineasse videntur.* In hanc rem consuli & illi merentur, qui de Musica & instrumentis Judæorum Musicis sunt commentati. Inter hos sunt *Jo. Lewis* in Originibus Hebræis lib. VII. cap. XX. pag. 115. sq. ubi de Musica, & cap. XXI. pag. 120. ubi de instrumentis: & *Jo. Spencerus* lib. IV. de Legibus Hebræorum ritualibus, qui Cantabrigiæ 1727. fol. accessit, capite singulari. Vexata quoque præ ceteris est inscriptio Psalmi IX. על מות לבן. Eam nuper exposuit *Justus Fridericus Zachariæ* in Bibliotheca Lubecensi Tom. VIII. pag. 549. sq. De voce סלה in variis Psalmis obvia dixi pag. 116. Scriptoribus ibi commemoratis adde M. *Jo. Christiani Kærneri* dissertat. singularem, Lips. 1716. & Celeb. C. A. *Heumanni* Poecilen Tom. III. lib. III. dissert. XIV. qui, relatis variorum de ea sententiis, tutissime & forte rectissime in eo acquiescit, quod vera ejus notio hodie inveniri non possit.

Permultos *Psalmos* ad Messiam pertinere, extra dubium est positum. Quinam vero illi sint, non æque patet. Investigavit itaque illos *Franc. Burmannus*, filius, Theologus quondam Trajectinus, & designavit in tabula ex quinque Psalmorum libris, in quos illos Judæi dispescere consueverunt, collecta. Eam habes in Biblioth. Bremens. Class. VI. pag. 1. sq. Psalmum CXIX. sanæ Theologiæ esse compendium, & Christianæ Religionis continuam adversus quosvis errores & adversarios apologiam ostendit H. C. in *Museo Bremensi* Vol. II. pag. 70. sqq.

De antiquissima Psalmorum in quinque libros divisione, de qua Vol. II. pag. 113. sqq. erudite commentatur *Richardus Simon* in Critica Bibliothecæ Eccles. Dupinianæ Tom. IV. p. 48. sqq.

Psalmum

Psalmum CLI. qui Davidi falso inscribi solet, *Guil. Whistonus* in Collectione Anglicana germanorum monumentorum V. T. Anglice exhibet, dubius tamen, nam pro Canonico sit habendus.

De præstantia & usu Psalmorum diligenter commentatur Vener. *Christoph. Henricus Zeibichius*, Theologus hodie Wittebergensis, in præfat. ad novam Psalmorum editionem Germanicam, Eilenburgi 1724. 8. majori editam, in qua & alia ad Psalmos spectantia erudite afferuntur.

SVBSECTIO VII.

DE LIBRIS SALOMONIS.

Vitam *Salomonis*, Regis, suppeditat *Museum recens apertum*, quod Germanice exstat, Sect. VI. p. 467. sq.

PROVERBIORVM locos septem illustrat Cl. C. A. *Heumannus* in Hebdomade Sacra, quæ legitur in Biblioth. Bremense Class. IV. pag. 108. Ibidem pag. 133. *Lemuel*, de quo cap. XXXI. 1. *Samuel* ipsi esse videtur. *Samuel enim*, inquit, *significat* filium à Deo exoratum: Lemuel *eum*, qui Deo dicatus est, *tanquam proprius. Vti igitur* Samuel *Propheta, cum nascebatur, vere erat* Schemuel; *sic postquam à matre divino ministerio consecratus esset, recte* Lemuel *dicebatur.* Canonicam libri auctoritatem paucis vindicat Celeb. *Franc. Wokenius* in præfat. ad dissert. I. in Proverb. XXII. 20. Witteb. 1728. Sententias illas a Salomone profectas, &, auspiciis *Ezechiæ* Regis, solicite esse collectas, novissime contra *Grotium* ostendit *Rich. Simonius* in Critica Prolegomenor. Biblicorum Dupinii Tom. IV. pag. 73. sqq. Deinde pag. 83. sqq. relatis de *Agure*, cujus nomen præfert caput XXX. veterum sententiis, ipse pag. 86. affirmat, non Salomoni illud, sed *Aguri* cuidam, qui duos discipulorum suorum hic instruxerit, acceptum esse ferendum, quemadmodum pag. 89. sqq. existimat cum Interpretibus, quos affert; ceteris, *Lemuelem*, qui cap. XXXI. docet, ipsum esse *Salomonem*, confutatis simul *Grotio*, & *Natali Alexandro*, nec minus *Huetio*; qui in Demonstratione sua Evangelica *Lemuelis* nomen pro corrupto habuit. Confer tamen, quæ pro *Huetii* conjectura, quæ nec mihi probanda videtur, attulit auctor observationum Anonymus in calce Tomi illius IV. p. 640. Quæ nuper Rev. *Eckmannus* de *Abiæ Silonitæ* Prophetia, (de qua 2 Chron. IX. 29.) in hoc capite exstante, censuerit, de iis paulo post Sect. IV. ubi de libris in Codice Hebræo hodie non exstantibus agetur, exponemus.

ECCLE-

ECCLESIASTEN eadem ratione, qua JOBI librum gallice conversum, paraphrasi item notisque illustratum *Harduinus* edidit Paris. 1729. 8. In præfatione ipsas quidem sententias & cogitata à Salomone credit profecta, compilatorem vero & editorem earum statuit *Josedecum* Pontificem, qui Templo everso in captivitate Babylonica vixerit. Hunc divino Spiritu actum ait sententias illas in sermonem de vanitate mundi redegisse, & de suo forte nihil præter primum & sex ultima commata addidisse. Sententiæ suæ hanc affert causam, quod *Salomon*, siquidem ipse edidisset, nomen suum præscripturus fuerit, quemadmodum id de libris suis aliis fecerit. Addit etiam, librum hunc ideo post *Threnos* Jeremiæ, & ante librum Esther collocatum esse, ut indicaretur, eum post *Threnos*, sed ante librum *Esther* in formam hanc esse redactum. Compara Memorias Trevoltinas an. 1729. pag. 446. sqq. & *Diarium Litterarium* Gallicum (*Journal Litteraire*) Tomo XVI. Parte II. pag. 292. sqq.

Qui *Ecclesiastes* seu *concionator* plerumque appellatur, in Hebræo audit קֹהֶלֶת Hujus autem nominis rationem investigavit nuper Celeb. *Heumannus* in Poecile sua, bonæ frugis plenissima, Tom. I. lib. IV. pag. 540. sq. Statuit itaque non sine magna veri specie, קֹהֶלֶת esse Substantivum fœminini generis, quod æque ac קְהִלָּה *congregationem* seu concionem inferat, & nomen איש subintelligi jubeat, quod alias fieri debere & *Glassius* in Philolog. Sacra lib. III. Tract. I. Can. 39. & *Danzius* in Interprete Hebræo §. 225. docuerit. Jam vero איש קהלת *vir congregationis* stilo Hebraico *concionatorem* seu ἐκκλησιαστὴν inferet. Et ne quis huic adversari existimet, quod cap. VII. 28. verbum fœminini generis in אמרה קהלת jungatur, pag. 564. commode observat, τὸ ה illud in verbo אָמְרָה non pro fœminino, sed paragogico esse habendum, cujusmodi ה exempla alia attulerit *Wasmuthus* pag. 45. Grammatic. Hebraicæ. Elliptice quoque accepit *Jo. Clericus* in commentario ad cap. I. 2. *Non puto tamen*, inquit, *hoc haberi instar nominis Salomonis, sed ut dixi, esse ellipticum loquendi genus, quasi esset* כותב את ספר קהלת qui scripsit librum concionatricis. At Heumannianm illud huic præferre non dubito. Significetum vocis קהלת diversimode tradunt Judæi. Alii enim de *concionatore*, alii de *collectore*, variarum scilicet sententiarum, accipiunt. Vide huc *Richard. Simonem* in Critica Bibliothecæ Ecclesiast. Dupinianæ Tom. IV. p. 99. sq. qui, priorem interpretationem tenens, librum hunc contra *Grotium* & alios Salomoni vindicat.

Septi-

Scepticismum *Salomoni* ex hoc libro objectum à nonnullis fuisse, supra pag. 123. observavimus. Eum vero alii recte sunt amoliti, nominatim *Arnold. Wesenfeldius* in Exercitationibus Francofurtensibus & M. *Jo. Conr. Bæckmannus* in duabus disputationibus Witteberg. 1710. editis, tum vero Cl. *Reinhardus Henr. Rollius* in Salomone à Scepticismi crimine defenso, Rostoch. 1710.

CANTICUM CANTICORUM in Idylliorum & hymenæorum profanorum loco habuisse nonnullos supra pag. 126. monuimus. Inter hos est *Jo. Clericus* in Judiciis Theologorum Batavorum epist. XII. qui eidem principio commentationem suam, nuper in illud editam, superstruxit. Quamvis enim in limine pag. 727. profiteatur, *se studium eorum non vituperare, qui spiritualem sensum hic quærunt, Grammaticam tamen verborum sententiam, quam aperire conatus sit, allegoriarum omnium fundamentum* esse debere ait, *cui superstruere alii* possint, *quæ significari videbuntur, modo ne conjecturas dubias & contortas pro Spiritus S. sententiis pro imperio nobis venditent. Quæ autem fuerit*, ita pergit, *quæ hic loquens inducitur, filiane Pharaonis, an aliqua alia, supersedeo quærere; sed constat, puellam esse Salomoni adamatam, aut ejusmodi puellam ab eo induci, quæ amores suos exprimit stilo Poetico, ut & Sponsus, idylliorum more, sed dictione Orientali, à Græca & Latina remotissima.*

Quam fœminam hic definire non ausus est *Clericus*, eam Anonymus quidam auctor libelli vernaculi, qui sub titulo: Versuch der Erklärung des Hohen Liedes Salomonis, nach dem sensu literali und Sinn des Heiligen Geistes ꝛc. zu mehrerer Prüfung dargestellet und überlassen worden von einem Christo ergebenen Diener des göttlichen Worts anno 1720. 8. Illi nempe *Nicaules*, Austri Regina, persona esse videtur dramatis hujus, quod appellat, præcipua, cum qua Salomon sermones misceat. Somnii hujus phantasmata repræsentat summatim, & dispellit laudatus ante *Wekenius* in Quæstione Præliminari: *an Nicaules, Arabiæ Regina, sit objectum Cantici Canticorum*; quam Commentationi suæ Exegetico-Criticæ in Canticum, Vitembergæ 1729. 4. editæ, præmisit.

Eandem scenam alia ratione instruxit *Hermannus Hardtius*, in *Ænigmatibus prisci orbis* his verbis pag. 243. usus: *Canticum Canticorum, libellus nitidus, dramatis sacri genere, dialogorum lumine & suavitate, inter continua ænigmata & symbola historia est JOHANNIS HYRCANI, Principis, Pontificis & Prophetæ inter Judæos vere magni.* Quam is *Hyrcani* historiam hic adumbrari existimet, ut ipse non dicit, ita ex illis, quæ in libris *Macca-*

bræorum & *Josephi* de eo tradita leguntur, conjectura non facile adsequeris. Lege interim doctissimi J. H. *à Seelen* dissertationem epistolicam *de Cantico Canticorum, ad Johannis Hyrcani historiam perperam tracto*, Lubec. 1726. 4. quæ nunc in ejusdem Parte II. Meditationum Exegeticarum Lubecæ 1732. 8. recusa est. Alia huc pertinentia in ejusdem Exercitatione de Sigillo mystico ad Cantic. VIII. 6. quæ recusa est in Parte I. Meditationum ejusdem Exegeticar. p. 538. sqq. inveneris.

Guil. Whistonus non ita pridem eo audaciæ processit, ut *Canticum* hoc librum sacrum non esse, neque ut talem à Judaica & Christiana Ecclesia agnitum unquam fuisse contenderet. Patravit hoc facinus in libello singulari, sub titulo: *A Supplement to Mr.* Whistons *late Essay towards restoring the true Text of the Old Testament, proving, that the Canticles is not a sacred book of the Old Testament, nor was originally esteemed as such, either by the Jewish, or Christian Church.* Londini 1723. 8. pp. 51. Summam libelli habes in *Bibliotheca Anglicana*, Gallice edita Tom. XI. Part. I. pag. 74. sqq. & in Memoriis Literariis Magnæ Britanniæ Tom. XIV. pag. 289—318. quarum auctori *Whistonus* videtur probasse fortasse, librum illum ad Christum ejusque Ecclesiam non pertinere, minime vero omnium, eundem ex canone Ecclesiæ veteris Judaicæ exsulasse. Inter Anglos ipsos eodem anno *Whistono* occurrit *Wilhelmus Itchener*, M. A. & Rector Christian-Malfordensis in *Defence of the Canon of the Old Testament.* Lond. 1723. 8. pp. 52. Affertur ille in eadem *Bibliotheca Anglicana* Tom. XI. Part. I. pag. 281. fusius vero enarratur ibidem Part. II. p. 463. sqq. Ex nostratibus eidem obviam ivit præstantissimus *Jo. Gottlob Carpzovius* in Parte III. Criticæ Sacræ cap. IV. tum vero *Nicolaus Nonnen*, doctissimus hodie Bremensium Theologus, in Dissertat. Inaugurali *de Canonica auctoritate Cantici Canticorum*, Trajecti ad Rhen. 1725. Visus vero is est, cum libro ipso tunc destitueretur, curata enarratione, quam in Memoriis literariis M. B. exstare diximus. In tria capita operam egregiam distinxit. In primo objectiones *Whistoni* adversus Cantici θεοπνευστίαν & Canonicam auctoritatem refellit, ostendens, indicia lapsus Salomonis nulla in Cantico exstare, nec fraudi illi esse argumentum, conditionem, stylum aut historiam sensus mystici; nec obesse denique silentium monumentorum ante Seculum II.; vel silentium librorum V. T. & Apocryphorum, *Josephi*, *Philonis*, Scriptorum Nov. Test. aut Ecclesiæ primitivæ ad usque *Melitonem*, quemadmodum nec historia Canonis à *Josepho* tradita illi quicquam deroget. Capite II. argumenta pro Cantici auctoritate urget, idque fraude Judæorum initio Seculi II. non esse

Canoni

Canoni insertum evincit. Hanc in rem affert testimonia Ecclesiæ Judaicæ & Christianæ, consensum versionum omnium, ipsorum quoque heterodoxorum, qui divinitati & sensui mystico obloquuti sunt; præterea vero commonstrat, Canonem Vet. Test. nec corruptum olim fuisse, nec Seculo II. interpolari potuisse, fidemque omnem superare, nec, si facta fuisset interpolatio, taceri potuisse. Capite denique III. constitutionem Cantici tradens, existimat, Drama purum esse, sed neutiquam per omnia simile ulli profanæ antiquitatis dramati: non esse eclogam, neque ὀαριστύν, neque epithalamium, sed omnibus eis quod ad aliquas partes conveniens. Hinc ostendit rationem Scenarum & Personarum, tum Cantici schema, prout actuum & personarum loquentium distinctio requirit; porro de argumento ejus agit, & Propheticum denique sensum adstruit. In hoc ultimo capite sunt, fateor, nonnulla, quæ ampliori examini subjici debeant: tota interim commentatio ad oculum ostendit, non fuisse causam, cur *Whistonus* invento hoc suo adeo sibi placeret, eumque non feliciorem fuisse in deprimenda Cantici auctoritate Canonica, quam quidem fuerit in eadem libris Apocryphis contra omnis antiquitatis testimonium & ipsorum librorum conditionem vindicanda. Inspice de his vindiciis *Relationes menstruas Jenenses* vernacula lingua editas, anno 1726. pag. 216. sqq. & 310. sqq. *Whistoni* ipsique similium somniis dispellendis nuper egregiam inter Anglos operam navavit *Joh. Gill*, Anglus, in Expositione Cantici Anglicana, Londini 1728. 8. cui versio *Targum*, quod in illud exstat, Anglicana accedit.

Alia, quæ huc pertinent, leges in *Augustini Calmeti* dissertatione, commentario ejus in Canticum præmissa. Pro epithalamio spirituali habendum esse, ostendit *Natalis Alexander* in Dissertatione IV. ad quintam mundi ætatem, Articulo IV. Eventus qvosdam Christi in eo prædici docet Cl. *Jo. Conradus Schwarzius* in Monumentis Ingenii Tom. III. pag. 68. sq. Longius, more suo, hic processisse existimandus est *Jo. Wilhelmus Petersenius*, quando illud Apocalypsi Johanneæ respondere putat ita, ut fata Ecclesiæ Nov. Test. inde a prima origine usque ad regnum millenarium ibi edisserantur. Huc enim commentarium suum vernaculum, *Budingæ* 1728. 8. in *Canticum* editum retulit.

Idem, quem modo dixi, *Whistonus* in *Collectione genuinorum monumentorum Vet. & Nov. Testamenti* Anglice exhibet octodecim *Psalmos Salomo-*

lomonis, quos tamen non Salomoni Regi, ſed alteri cognomini tribuit, qui poſt captivitatem Perſicam anno Artaxerxis Mnemonis 36. circiter Hieroſolyma reſtituerit, atque divinum inter Judæos cultum inſtaurarit. Eos itaque pro ſacris, non autem Canonicis, haberi vult, pluresque eorum olim exſtitiſſe ex *Lactantii* quibusdam locis ſuſpicatur. Compara Acta Eruditorum Lipſienſia Latina anno 1729. p. 107.

SVBSECTIO VIII.

DE PROPHETIA ET PROPHETIS.

Præcipuus Vatum Vet. Teſt. uſus & ſcopus in eo poſitus eſt, ut intelligatur, Meſſiam totius humani generis liberatorem a Deo & conſtitutum & prædictum eſſe. Huc Prophetas ſpectaſſe, credere jubet diſertum *Petri*, Apoſtoli, oraculum, Act. X. 43. *De eo* (JEſu) *Prophetæ omnes teſtantur, remiſſionem peccatorum in nomine ejus conſequi omnes, qui in ipſum credant.* Ad eos provocavit Sanctiſſimus Salvator noſter, nec minus Apoſtoli, primi doctrinæ Chriſtianæ præcones. Ex quo conſequitur, oracula Prophetarum eo literaliter eſſe relata, non vero ab illis, quos diximus, tantum accommodata & myſtice explicata. Hoc argumentum non ita pridem copioſe gnaviter & erudite in Anglia diſputatum eſt, occaſionem potiſſimum præbente *Antonio Collino*, Armigero, famoſo illo diſſertationis *de libertate cogitandi*, & ſimilium ſcriptorum auctore, anno 1729. 13. Dec. defuncto. Ediderat ille *a diſcourſe of the Grounds and reaſons of the Chriſtian religion*, h. e. commentationem de fundamentis & rationibus religionis Chriſtianæ, Lond. 1724. 8. & in priore ejus parte cogitata ſua de locis ex Veteri in Novo Teſtamento citatis, ſpeciatim vero de vaticiniis, quæ in Novo impleta dicuntur, expoſuerat, eo quidem conſilio, ut evinceret, prophetias illas per ſe ad omnia alia ſpectare, quam ad quæ accommodari nunc ſoleant. Indignum hoc merito viſum eſt facinus, & tale, quod argumentis, in contrariam ſententiam allatis, caſtigari deberet. Hac itaque opera perfuncti ſunt complures, ita ut ipſe *Collinus* in præfatione ad librum ſuum Apologeticum, de quo mox, 35. afferre potuerit ſcripta, quæ in Anglia ſibi ſint oppoſita, vel ſaltem, ex occaſione ſuæ ſcriptionis in publicum edita. Præcipui ejus antagoniſtæ ſunt Rev. *Eduardus Chandlerus*, Epiſcopus tunc Coventrienſis & Lichfieldenſis, in *Defenſione Chriſtianiſmi ex vaticiniis Vet. Teſt.* Lond. 1725. 8. *Sam. Chandlerus* in *Vindiciis Chriſtianæ Religionis*

ligionis, ibid. 1727. 8. & *Guil. Whistonus* in *Examine dissertationis illius* 8. & in *Indice assertorum ejus precariorum*, tum etiam in *Complemento literali vaticiniorum Scripturæ Sacræ*, quæ Londini 1724. 8. singula prodierunt. Taceo ceteros, quibus præteritis *Collinus* Rev. *Eduardum Chandlerum* sibi potissimum elegit, cum quo pugnam hanc pugnaret. Bellum itaque illi indixit in *Schemate Prophetiarum literalium considerato*, quod Anglice edidit Lond. 1727. 8. in quo tamen nonnunquam ad oppugnandum *Whistonum* divertit, v. c. cap. VI. pag. 231. & pag. 440. ubi de auctoritate vaticinii *Danielis*. Neuter eorum causam bonam deseruit, quæ & ab aliis, hic non commemorandis, strenue fuit acta. Nihil hic omissum videas, quod ab bonas partes tuendas requiri possit.

Spectant huc, quæ *Richardus Simon* in *Critica Prolegomenorum Bibliorum Dupinii* Tom. IV. pag. 186. sqq. pro adstruendo duplici Prophetiarum sensu, literali altero, altero mystico, dixit, recte castigata ab editore anonymo, (*Steph. Soucieto*) in calce Tomi illius pag. 642—669.

Non habeo quicquam, quod generali de Prophetiis commentationi, suprà pag. 128. sq. exhibitæ, nunc addam, si exceperis Scriptores nonnullos, de quibus pag. 139., huc itidem pertinentes. Sunt illi

Jo. Franc. Buddeus in Hist. Ecclesiast. V. T. passim, & in Isagoge Historico-Theologica pag. 1452. & 1738.

Jo. Clericus, qui ad *Chronologiam* suam *Biblicam* in Commentario super Prophetas passim provocat, quam tamen, senio confectus, non dedit.

Augustinus Calmetus in Prolegomenis Generalibus in Prophetas, Tomo I. Dissertationum ejus pag. 504. sq. versionis Latinæ Mansianæ.

Salomon Deylingius, Theologus Lipsiensis, in Parte I. Observ. Sacrar. num. I. ubi de vaticiniorum in gente Ebræa origine & num. XXIII. de voce נביאים.

Anton. Driessen, Theologus Trajectinus, in Diatribe de Principiis & Legibus Theologiæ Emblematicæ, Allegoricæ, Typicæ & Propheticæ, Vltrajecti 1717. 4.

Ludovicus Ellies Dupin in Dissertatione sua præliminari, ubi de ratione Prophetias veras à falsis discernendi, & de Successione verorum Prophetarum contra *Richard. Simonem*.

Taco Hajo van den Honert, Theologus Leidensis, in dissert. de Theolo-

Theologiæ Propheticæ necessitate, ejusque perpetuo in Ecclesia usu. Lugd. Batav. 1720.

Henr. Hulsius de Vallibus Prophetarum Sacris, Lugd. Batavor. 1693. 4.

Christoph. Matthæus Pfaffius, Theologus Tubingensis, in disput. de recta Theologiæ Typicæ conformatione, Tubingæ 1728. 4.

Rich. Simon in Critica Bibliothecæ Ecclesiast. Dupinianæ Tom. IV. pag. 122. sqq. de significatu vocis Hebraicæ נביא & diversis Prophetiarum generibus, hinc pag. 140. sq. de stilo earum, easque colligendi ratione varia affert, non sine delectu & examine legenda. Adde ejusdem Tomum III. pag. 133. sqq. & 136. sqq. ubi ea, quæ de Successione Prophetarum apud Hebræos in Historia Critica Vet. Test. dixerat, adstruere conatur, quod jam ante præstiterat in epistola Gall. sub *Joan. Reuchlini* nomine Paris. 1698. edita.

Jo. Smithus, Theologus quondam Cantabrigiensis, 1652. denatus, in dissertatione de Prophetia & Prophetis, quæ, ex *Dissertationibus* ejus *Selectis* Anglice Londini 1660. editis, Latine à *Jo. Clerico* conversa, ejusdem commentario in Prophetas præmissa est, & amplis olim elogiis ab *Henrico Dodwello* in epistola II. de Studiis Theologicis decorata.

Salomo van Till, Theologus Leidensis, cujus Isagoge in scripta Prophetica, supra laudata, Germanice quoque prodiit Francof. ad Mœnum 1699. 4.

Herman. Witsius Tomo I. Miscellaneorum Sacrorum, ubi de Prophetis & Prophetia.

SVBSECTIO IX.

DE PROPHETIS MAJORIBVS.

De JESAIÆ vaticinio disserit Rich. Simon in Critica Prolegomenorum Dupinianorum T. IV. p. 157—186. nominatim, cur primus inter Prophetas occurrat, num stirpe regia fuerit ortus, num ipse sit auctor inscriptionum, quæ nonnullis Prophetiis præmittantur, quo usus sit stilo, sublimi scilicet, & passim obscuro. Capite I. non ipsius Jesaiæ, sed Prophetæ alicujus Anonymi, libellos tres diversos comprehendi ostendere conatur, M. *Anton. Jul. von der Hardt*, cognati sui, *Hermanni*, vel auspiciis suasuque, vel exemplo adductus, in dissert. de Sophis-

phismatibus Judæorum in probandis constitutionibus suis, contra Mosis & Prophetarum mentem, capite III. toto. Helmstad. 1729. 4.

Non omittenda at cum delectu habito legenda sunt, quæ idem *Simonius* l. c. pag. 205—242. de JEREMIÆ vaticinio, ejus titulo, stilo, locis quibusdam obscurioribus, & *Threnis* speciatim attulit.

De EZECHIELIS scriptis ad Codicem Babylon. de Sabbato cap. I. 4. & ad *Josephi* Antiquitates Judaicas X. 6. commentatus est R. *Albertus Meno Verpoortennius* Programmate singulari, Coburgi 1728. edito. De stilo vatis hujus, & ipsius vaticinii obscuritate, locis quibusdam illustrioribus, tum vaticinio de *Gog & Magog* cap. 38. & 39. item de aridis ossibus cap. 37. fusius dixit idem *Simon* l. c. pag. 251—279.

DANIELIS Vitam & fata persequuntur Acta Sanctorum Tom. V. mensis Julii p. 117—128.

Auctoritatem vaticinii ejus, in quantum speciatim ad Messiam refertur, deprimere conatus est *Antonius Collinus*, modo commemoratus, in *Schemate Prophetiarum literalium* pag. 149. sq. affirmans, *Danielem*, qui ab *Ezechiele* cap. XIV. commemoratur, non esse conditorem libri, qui hodie sub ejus nomine exstat, librum etiam ipsum non de futuris rebus vaticinari, sed narrationem potius complecti eorum, quæ aliqvot sæculis post *Danielis* illius fata contigerint. Conferatur idem pag. 440. contra *Whistonum* disputans. Precaria vero esse, quæ in hanc rem attulit *Collinus*, egregie demonstravit *Sam. Chandlerus*, in libro Anglicano, quem inscripsit *Vindicias antiquitatis Vaticinii Danielis, & applicationis ejus ad CHRISTUM.* Lond. 1728. 8. pp. 220. In hoc argumento is ita versatur, ut primo quidem undecim *Collini* exceptionibus faciat satis, deinde octo eidem argumenta pro contraria sententia opponat, denique vero nonnulla Danielis vaticinia interpretetur, & ad CHRISTUM pertinere ostendat. Idem quoque egit *Benjamin Marshallus*, M. A. & Rector Nauntonensis, in *Tractatu Chronologico de LXX hebdomadibus Danielis, in quo complementum eventuum, de Messia prædictorum, ostenditur, & exceptionibus* (Collini) in libro *de Fundamentis Christianismi* occurritur. Lond. 1725. 8. Taceo, quæ denuo ursit *Guil. Whistonus* in *Supplemento* ad tractatum *de literali implemento Prophetiarum Scripturæ*: ibid. 1725. Inprimis vero argumenta, in *Schemate* proposita, sub examen vocavit Rev. *Eduardus Chandlerus*, Episcopus, in *Vindiciis* suæ *Christianismi defensionis.* Lond. 1728. 8. cujus pars prior tota huc pertinet. Nec minus huc spectat *Anonymi* consideratio objectio-

objectionum contra librum Danielis, ibid. 1728. 8. Mihi quidem, *Collini* scriptionem evolventi, mirum visum est, qui fieri potuerit, ut vir cetera nec doctrina nec ingenio destitutus in hæc cogitata non tam incideret, quam eadem omni, quo potuit, apparatu ornaret, & aliis persvadere anniteretur. Quid vero non audet mens occupata in destruendis iis, quæ antiquitatis præsidio nituntur, ut vel sic major veri species concilietur aliis capitibus, non æque ad liquidum deductis?

Rectiora tradidit *Rich. Simon* in Critica Prolegomenorum Biblicorum *Dupinii* T. IV. p. 280—311. ubi Prophetæ dignitatem, quam nec Judæi negent, ipsi vindicat, deque stilo ejus cum Hebræo, tum Chaldaico, pro ætatis illius ratione necessario, disserit, porro prophetias ejus in genere, speciatim vero capita XI. & XII. illustrat.

Præter hos nubes exstat Scriptorum, qui nobile illud & illustre *Danielis* de LXX hebdomadibus vaticinium ad Messiam ex parte pertinere ostenderunt. Eos diligenter vide laudatos a doctissimo *Jo. Alberto Fabricio* in Delectu argumentorum pro veritate religionis Christianæ cap. XXXI. p. 591. Adde illis, si placet, *Nicol. Abramum* in Pharo Vet. Test. pag. 366—433. *Franc. Mariæ Biaccæ*, Parmensis, dissertationes duas de his hebdomadibus, quas libro suo italice: *Trattenimento Istorico e Chronologico*, inscripto, & Neapoli 1728. 4. edito, subjunxit; & *Augustini Calmeti* dissertat. Tom. I. Prolegomenorum & Dissertationum pag. 604. sqq. versionis Latinæ. *Thomæ Bouges* dissert. Gall. de iisdem ab *Angelo Gvil. Artagiano* gallice conversa Venet. 1721. 8. prodiit, enarrata in Diario Eruditorum Veneto, Tomo XXXIV. p. 533.

SVBSECTIO XII.

DE PROPHETIS MINORIBVS.

De Prophetis his in genere, speciatim vero de *HOSEA*, commentatur *Rich. Simon* in Critica Prolegomenorum Biblicorum Dupinii T. IV. p. 312—338. quando disquirit, cur primo inter ceteros loco occurrat, ostendens præterea, stilo eum uti obscuro & conciso, matrimonium cum meretrice visione tantum ex *Hieronymi* sententia absolvi, & alia quædam loco illustrans. Idem JOELIS, Prophetæ, ætatem, genealogiam incertam, stilum alicubi obscurum, loca quoque nonnulla obscuriora,

riora, & speciatim vallem *Josaphati*, de qua cap. III. v. 2. dicendo persequitur, ibidem p. 339—368.

Ætatem ejus, de qua pag. 168. adeo antiquam habet Cl. *Hermannus von der Hardt*, ut eum omnium, qui hodie exstant, Prophetarum primum censeat. Ita scilicet pronunciat in libello Helmstad. 1720. 8. edito, quem ita inscripsit: *Superstitum Prophetarum primi* JOELIS, *Elisæ ætate scriptis clari, libelli septem & Epistola una in famem illius temporis & Bellum Philistæorum ac Phagroriorum in Judam, tempore Josaphati & Jehorami, Judæ Regum, centum annis ante Amosum & Hoseam.* Hanc in rem Chronologiam Regum Judæ & Israelis præmittit, ostensurus, in quam illorum ætatem libelli hi singuli incidant, & de quibus rebus exponant, tandemque in sequente illius tabulæ illustratione totum argumentum ita definit: *Animadvertitur igitur Joel floruisse in Juda, quando Elisa in Israele claruit, tempore Josaphati & Jehorami, Regum Judæ & Jehorami, in Israele Regis. Qua tempestate & fames populum exedit, & hostes extranei regnum Judæ ipsamque Hierosolymam diripuerunt. Famem deflevit Joel, ex aëris aestu & insectorum copia, hostium symbolo atque omine; barbaris illis hostibus, Judææ expilatoribus, diras intentans, pro afflictissimo populo in spem salutis erigendo.* Idem pag. 23. *epistolam*, quam *Elias* ad Jehoramum Regem 2 *Chronic.* XXI. 12. scripsisse fertur, *Joelis* nostri esse pronunciat, cum *Elias* alter, Propheta, jam ante octo annos, ex quo illa scripta fuit, ex vivis excesserit. *Joelem* enim alias *Eliæ* quoque nomine vocatum opinatur, ex more nominum variandorum tunc recepto, secundum quem Abramus Abrahami, Sara Sarai, Jacobus Israelis &c. nomine appellari consueverint. Nemini non, credo, Vir doctus & hic, ut alias, ludere in re seria videbitur.

Simonius l. c. Prophetiæ titulum, conditionem ejus, stilum & loca quædam specialia considerat p. 368—396. illustrat.

OBADIAM *Hardtius* in libello modo citato *Joelis* æqualem facit. Prophetiam enim ejus, sicut antea illam *Joelis*, *Græce & Latine* exhibiturus, inscriptionem ita pag. 62. format: OBADIÆ, *in Josaphati Regis curia viri spectati, & eruditi 2 Chron. XVII. 7. in constituendis collegiis & scholis publicis, & salutari per totum regnum doctrina ac institutione occupati, libellus scriptus circa annum tertium Jehorami, Regis Judæ, filii Josaphati, post bellum Philistæorum & Phagroriorum in Judam, tempore Elisæ & Joelis, centum annis ante Amosum & Hoseam: in Idumæos præsertim, qui in illo Philistæorum bello cum hostibus colluserant, & Judæos vehementer afflixerant. Opus-*

Opusculum à Jeremia laudatum cap. XLIX. In ætatem *Obadiæ* & vaticinii ejus, quod obscurissimum censet, argumentum, loca denique aliquot obscuriora inquirit *Rich. Simon* l. c. pag. 397—420.

Quæ schediasmata *Hardtius* antea seorsim & diverso tempore ediderat pro JONÆ historia, in visionem & somnium Propheticum convertenda, de quibus pag. 176. ea pulchrum ipsi visum fuit uno volumine juncta ad posteritatem transmittere in *Ænigmatibus prisci orbis*, seu *Jona in luce in historia Manassis & Josiæ*, Helmstad. 1723. fol. De his diximus in Curis Philolog. & Criticis ad Matth. XII. 39. Hoc loco puto monendum, invento illi *Hardtiano* larvam detraxisse B. *Jo. Guil. Janum*, Professorem quondam Wittebergensem, in Programmate singulari, Wittebergæ 1724. edito, & Actis literariis Academ. Witteberg. 1724. pag. 139. sqq. inserto, nec minus celeber. *Jo. Henricum à Seelen* in Examine hypotheseos Exegeticæ de Jona ænigmatico. Rostoch. 1725. 4. quod in Parte II. Meditationum Exegeticarum recusum exstat. Rectiora tradit *Simonius* l. c. pag. 420—436. ubi de ætate, & patria *Jonæ* locisque aliquot vaticinii ejus illustrandis est solicitus. Quam operam MICHÆ etiam præstat pag. 436—463. & NAHVMO pag. 463—478. ac HABACVCO pag. 479—508.

Quando in hoc sumus, addere quoque liceat, quæ *Hardtius* in *Micham & Nahumum* tentavit. Horum scilicet *libellos XX. Hebraico-Græco ore loquentes pro amplissimo Græcæ Linguæ usu in Hebraicæ Linguæ indole ac integra significandi virtute exprimenda ac cognoscenda*, Helmstadii primum 1726. 8. editos repetiit in Tomo I. in Jobum pag. 105. sqq. Ibidem etiam pag. 117. sq. legitur HABACVCI *Tragædia in Scytharum Bellum tertium in Palæstinam, Idanthyrso Rege, tempore Cyaxaris apud Medos, Chinaladani Assyrii, Psammetichi in Ægypto, & Josiæ in Judæa, juxta Herodotum, Strabonem, Justinum, Eusebium, Vsserium:* ac denique pag. 134. sqq. ZEPHANIAS *in Scythas, tertio Scythico bello in Palæstinam, Josia Rege, tribus libris in Scytharum adventum in Judæam, eorumque obitum ex Palæstina, Rege Idanthyrso, exemplo duorum priorum veterum Scythicorum bellorum in Palæstinam, Regibus Scythicis, Tanao & Vlinoso cum Imperio in Asiam, juxta Herodotum, Diodorum Siculum, Strabonem, Justinum, Jornandem.* Ejusdem *Zephaniæ* natales, ætatem & loca quædam illustriora enarrat *Rich. Simon* l. c. p. 509—528. nec minus HAGGÆI pag. 528—542. & ZACHARIÆ pag. 542—588. ac denique MALACHIÆ pag. 588—604. qui in singulis his eandem tractandi rationem observat.

SECTIO

SECTIO III.

DE LIBRIS APOCRYPHIS.

De his lege, quæ tradidit *Jo. Franc. Buddeus* in Histor. Ecclesiastica Vet. Test. passim, & in Isagoge Historico-Theologica lib. II. cap. 8. pag. 1455. sqq. De illorum ortu & prisco in Ecclesia usu præclare admodum sentit & judicat *Guil. Whistonus* in Collectione genuinorum monumentorum Veteris & Novi Testamenti in Anglicanam linguam translatorum, Londini 1727. 8. quam enarratam leges in Actis Eruditorum Lipsiensibus Latinis an. 1729. pag. 101. sqq. Exstat quoque *Georgii Johan. Hencke* Introductio ad libros Apocryphos Vet. Test. Halæ 1718. 4. plagulis quinque. De iisdem memini tum in genere, tum speciatim de libris *Tobiæ* & *Judith* contra Pontificios disserere *Hugonem Broughtonum* in Operibus Anglice editis, Tomo III. pag. 657—661. Novissime ex Pontificiis auctoritatem illorum adstruere conatus est P. *Barre*, Canonicus Regularis Congregationis Galliæ, & Professor Theologus in Abbatia S. Genovefæ, in *Vindiciis librorum Deuterocanonicorum Vet. Test.* in quibus Traditionis & Concilii Tridentini mens de eorum auctoritate accurate elucidatur. Paris. 1731. 12. Hoc libro auctor, relatis variorum de libris Apocryphis judiciis, eosdem ab exceptionibus *Jo. Raynoldi*, Angli, *Jo. Gerhardi* & *Jo. Frickii*, nostratium, tum *Guil. Whitakeri*, Angli, & ex Pontificiis, *Jo. Martianai* ac Abbatis *de Longuerue*, cujus dissertatio Gallica MS. de Canone S. Codicum exstat, & à *Le Longio* in Biblioth. Sacra Tom. II. pag. 833. laudatur, tueri & adserere conatus est. Compara Diarium Parisiense anni 1731. mense Junio pag. 208. sq. edit. Amstelod. Sectione X. quæ ultima est, ostendere annititur, Concilium Tridentinum illis canonicam auctoritatem vindicasse, & vindicandi quoque jus habuisse, quod posterius inprimis negaverat Abbas *de Longuerue*. Sunt, qui in Evangeliis nonnulla ex illis afferri existiment. Ea vero in Canonicis libris monstrari posse contendit B. *Christoph. Sonntagius* in disputat. de Allegatis Apocryphis in Codice IV. Evangeliorum, Altorf. 1716. 4.

JUDITHÆ librum gallice conversum cum observationibus moralibus in commata singula, notisque Criticis in eorum difficiliora edidit *J. de la Neuville*, ordinis Ignatiani, Paris. 1728. 12. præmissis Prolegomenis, quibus de ipsius historiæ ætate & veritate commentatur.

 Enar-

Enarratis igitur illius partibus minutissimis, existimat, eam neque sub captivitate Babylonica, neque post Judæorum ex ea reditum, nec ante Manassis, qui 80. annis ante, quam *Jechonias* abnepos Babylonem ductus sit, vixerit, sed tempore Manassis Regis Judæ accidisse. Hanc in rem duas tabulas Chronologicas affert, & facere quoque satis conatur objectis, quibus nostrates canonicam libri auctoritatem valide labefactarunt. Confer Ephemerides Parisienses an. 1729. mense Mart. num. VII. Ad *Manassis* tempora itidem refert *Humphredus Priacaux* in Connexione Historiæ Vet. & Nov. Test. cum Judaica Part. I. pag. 48. sqq. versionis German. qui & ad argumenta respondet, quibus & tempus illud & ipsius historiæ veritas in dubium vocari possit. Eorum tamen nonnulla responsionem vix pati candide fatetur, quamvis vel sic veri putet similius, rem vere gestam esse. Ad hanc causam cognoscendam adhiberi quoque possunt *Severini Eilertzii* Exercitationes duæ de narratione libri Judith, Hafniæ 1711. 4. & *Philippi Jacobi Hartmanni* Disquisitio Dialectica circa quæstionem: utrum liber Judithæ contineat historiam? Regiomonti 1671.

SAPIENTIÆ librum a difficultatibus quibusdam, quibus premitur, liberare, ejusque auctoritatem Canonicam adstruere conatur *Augustinus Calmetus* in præfatione & dissertatione singulari, quibus suum in illum Commentarium munivit, in Tomo I. Dissertationum ejus pag. 450. sqq. recusis. Miror autem, eundem in Supplemento Bibliothecæ Sacræ in calce Tomi IV. Dictionarii Biblici pag. 80. affirmare potuisse, quod celeberrimus *Jo. Albertus Fabricius* in Bibliotheca Græca lib. III. pag. 735. auctorem ejus *à DEO inspiratum* pronunciarit. Accipe verba ejus, & aliter judicabis. *Sed præstantissimum*, inquit, *lectuque ac memoria dignissimum libenter profiteor, Salomonis esse nunquam mihi persuadebo, librum Judæis ignotum, & antiquis etiam Scriptoribus Christianis doctissimis confitentibus sub Salomonis persona* à pio aliquo & erudito viro *compositum*; quicunque etiam is fuerit, ὁ τὴν πανάρετον σοφίαν εἰς αὐτοῦ πρόσωπον ἀναθεὶς, *ut loquitur* Eusebius XI. 5. *Præparat. Pium* itaque *& eruditum virum* pro libri conditore habet, non autem θεόπνευστον aut divinitus inspiratum. Quem supra pag. 200. Observatorem Hallensem ex Tomo V. 13. Observationum attuli, tanquam qui librum hunc *Salomoni* ipsi vindicare sit conatus, eum *Nicol. Hieron. Gundlingium*, nunc μακαρίτην, esse ipse profitetur in Historia Philosophiæ Moralis Part. I. pag. 73. Illius autem argumenta à M. *Laurentio Reinhardo* in Dissertat. de libro Sapientiæ

entiæ non Canonico ſub examen vocata eſſe Wittebergæ 1719. memineris.

TOBIÆ librum Canonicis adſerere inſtituit *Natalis Alexander* in Diſſertat. XI. ad Ætatem mundi quintam pag. 225. & *Auguſtinus Calmetus* in præfat. ad Commentar. ſuum. Rectius de hoc capite ſentit *Humphredus Prideaux* in Connexione Hiſtoriæ Vet. & Nov. Teſt. cum Judaica & Gentili Parte I. pag. 65. ſq. verſionis German.

BARVCHVM, Prophetæ Jeremiæ Scribam, Canonicis Scriptoribus magno conatu inſerit *Guil. Whiſtonus* in Collectione verorum monumentorum Eccleſiæ Vet. & Nov. Teſt. ſupra commemorata. Librum ſcilicet ejus una cum ipſius *Jeremiæ* epiſtola ſubjuncta Hebraice ait eſſe ſcriptum, & in canonem tum Hebræorum tum Helleniſtarum usque ad III. aut IV. Aeræ Chriſtianæ Sæculum receptum. Hebraice ſcriptum eſſe, patere putat ex frequentibus in eo Hebraismis, & genio linguarum Orientis, qui undiquaque hic pelluceat: *Baruchum* vero auctorem agnoſcere, publica Judæorum Hieroſolymitanorum monumenta, tempore Jonathanis, Summi Pontificis, anno ante C. N. 144. adhuc obvia, & in limine libri Maccabæorum II. allegata, teſtari. Alia in hanc cauſam ejus argumenta lege in Actis Eruditorum Lipſienſibus Latinis an. 1729. pag. 102. ſqq. Nec minus *Richard. Simonius* in Critica Prolegomenorum Biblicorum *Dupinii* Tom. IV. pag. 243. ſqq. Baruchi auctoritatem canonicam adſerere conatur, vane quidem, ſed in eo ſaltem probandus, quod ab *Huetio* diſcedit, librum ejus primum Hebraice ſcriptum, & hinc Græce converſum eſſe, iis argumentis, quibus *Whiſtonus* etiam poſtea uſus eſt, contendente. Illorum vim *Simonius* recte infringit. In contrariam ſententiam lege ſis *Humphredum Prideaux* l. c. pag. 94. ſq. qui obſervat, pro γνησιότητι & auctoritate libri id unum cum aliqua veri ſpecie urgeri poſſe, quod a Cyrillo Hieroſolymitano, & Concilio Laodiceno anno 364. *Jeremias cum* Barucho, *lamentationibus & epiſtola*, inter Canonicos Scripturæ libros numeretur. Recte vero eadem opera monet, his verbis *Jeremiæ* tantum vaticinia, Threnos & epiſtolam ejus, quæ cap. XXIX. Jeremiæ legitur, indicari, *Baruchum* vero eo tantum nomine afferri, quod omnia hæc congeſſerit, & ultimum quoque caput Jeremiæ fortaſſe addiderit. Per *Baruchi* librum a veteribus paſſim Jeremiæ *Threnos* indicari ſuſpicatur *Chriſtianus Koerberg*. Vide Relationes menſtruas Jenenſes vernaculas an. 1726. p. 295.

MACCABÆORVM libro III. & fragmentis aliquot libri II. tum vero *epistolæ* à Judæis Hierosolymitanis ad Judæos, in Ægypto habitantes, scriptæ, quæ 2 *Maccab.* I. & II. 1—18. legitur, eandem, quam præcedentibus, operam navat *Whistonus* in calce *Collectionis* citatæ.

De ESRÆ libro III. & IV. *Augustini Calmeti* Dissertationes leguntur in Tomo I. Dissertatt. & Prolegomenorum ejus pag. 246. sqq. versionis Latinæ.

Libri ESRÆ quarti, qui hodie inter Apocrypha recte refertur, capita XIV. priora Propheticis Vet. Test. scriptis idem accenset *Whistonus*, his inprimis argumentis usus, quod initio libri auctor testetur, verbum Domini ad se venisse, qua in re non minus Esræ ac multis aliis Judaicæ gentis Prophetis, idem professis, fides haberi debeat: quod ingrata maxime Judæis & dura proponat, negans eos unicum Dei peculium esse, Deumque alias etiam gentes in hereditatis societatem admisisse, ex quo etiam factum sit, ut Judæi mox Scriptorem inter falsos Prophetas retulerit: quod porro vaticinia, ab illo de rebus futuris, v. c. Messiæ adventu, & discessu decem Tribuum ex Regno Medo-Persarum aliaque plura, edita eventu sint firmata; quod denique dictio ipsa & argumentum antiquiori ætati egregie respondeat, qua idololatria & alia Judæorum vitia, homicidia, incestus, vitæ sordes &c. hic castigata vel maxime fuerint recepta. Plura in eandem sententiam lege, si placet, in Actis Eruditorum Lipsiensibus Latinis anno 1729. pag. 106. sqq.

Codicem Pseudepigraphum Veteris Testamenti, quem à diligentissimo *Fabricio* nostro *Hamburgi* 1713. 8. editum esse supra pag. 211. diximus, altero volumine auctum ab eodem habemus anno 1723. 8. quo Supplementa & accessiones ad prius illud bene multæ continentur. Præcipua, quæ huc pertinent, sunt *Vita Assenetb, filiæ Potipharis, uxoris Josephi*, Græce, pag. 85. sqq. *Epistola commentitia Regis Persarum & Medorum ad Josuam cum Josuæ responsione* Latine, pag. 130. sqq. *Jeremiæ Epicedium in cædem Josiæ Regis à Josepho memoratum*, pag. 76. *Epistola* BARVCHO *Prophetæ tributa apud Syros, & diversa ab libro, qui sub ejus fertur nomine*, Latine pag. 145. sqq. *Liber* ESDRÆ *quartus, cum locis veterum illum allegantium, & differentiis ac supplementis, ex versione prisca Arabica*, Latine, pag. 273. sqq.

SECTIO

SECTIO IV.

DE LIBRIS IN CODICE HEBRÆO CITATIS, SED NON EXSTANTIBVS.

Illorum indicem summarium ex Rev. D. *Francisci Alberti Æpini*, Theologi Rostochiensis, tabulis Biblicis exhibet doctissimus *Fabricius* noster in *Codicis Pseudepigraphi Vet. Test.* Volumine II. pag. 171. 172.

Ex libris illis deperditis *Rich. Simon* tum alibi, tum in Critica Prolegomenorum Dupinii Tom. III. pag. 92. sqq. probare conatus erat, nos non nisi compendia librorum quorundam Sacrorum in canone Hebræo habere, quod quam inconvenienter adseratur, ostendit Anonymus (*Soucietus*) in animadversionibus suis, illi Tomo subjectis p. 563. sq.

De *libro Bellorum Domini* Judæorum & Christianorum sententias varias recitat *Richardus Simon* in Critica Prolegomenorum Biblicorum Dupinii Tom. III. p. 85—100. quam pro peculiari libro nunc deperdito habet. Eandem operam præstat *libro Justorum* pag. 100—112. nec minus prophetiis *Nathanis*, *Gadi*, *Semejæ* &c. p. 113. sqq.

Nathanis Prophetæ verba, *Achijæ* Silonitæ prophetiæ & visiones *Iddonis* commemorantur 2 Chron. IX. 29. quod supra est annotatum pag. 238. Inter hæc *Achijæ* illam prophetiam non deperditam esse, sed Proverbiorum capite XXX. contineri, judicavit nuper *Philologus quidam Silesius* in *Collectione Antiquorum & Novorum Theologicorum* anni 1723. pag. 661. sqq. justique tractatus huc pertinentis, & manu exarati primas lineas dedit sub titulo: *Prophetia Ahiæ Silonitæ superstes sive Explicatio capitis XXX. Proverbiorum Salomonis, ductu hypotheseos Hieroglyphicæ considerata.* Philologus ille est Rev. *Christophorus Eckmannus*, Ministerii Oelsnensis Senior, & Pastor Peucensis, cujus supra pag. 1. hujus Voluminis facta est mentio. Intellexi hoc ex Cl. *Jo. Gerhardi Pagendarmii*, Pastoris quondam in Oelsnensi ducatu Paschkervicensis, epistola ad Eckmannum data, quæ legitur in Bibliotheca Lubecense Tomo VI. pag. 271. Ibi *Pagendarmius* pag. 272. in notis lectam sibi illam commentationem esse testatur, in qua ostendatur, *Agurem*, qui ibi vocatur, esse *Abiam*, Salomonem vero *Ithielem*, ejusque ministrum aulæ primarium *Vchalem*, ad quos locutus fuerit (Ahias) ad istum quidem, usque ad v. 9. ne falli se ab Vchale patiatur; ad hunc inde à v. 10. ad capitis finem, ne Salomonem per-

perſecutione Jeroboami, ipſi inſtillata, fallat. Addit, *Ekmanno* judice, *Nathanis* quoque verba, quibus prima Salomonis acta contineantur, prioribus novem capitibus, *Jeddonis* autem viſiones cap. XXV. ſeq. usque ad XXIX. Proverbiorum contineri. Spem quoque facit *Pagendarmius* eorum, quæ inter ſe & *Eckmannum* de hoc argumento ſint diſputata. Hactenus vero nec hæc, nec ipſa *Eckmanni* commentatio lucem viderunt.

SECTIO V.

Supplementum exhibens Scriptorum, qui Introductiones in Scripturam Sacram, ſive Enchiridia Memorialia & Hieromnemonica Biblica &c. ediderunt.

Introductiones Mnemonicæ in Scripturam S. ſummam librorum capitumve Biblicorum nunc per carmina, nunc per tabulas &c. exhibentes.

Chriſtoph. Ackermanni Kinder-Bibel, ubi primo quidem quæſtiones nonnnullæ de Scriptura S. deinde vero verſus Germanici, libros Vet. & Nov. Teſt. complexi, leguntur. Martisburgi 1728. 8. Conf. Collectionem Nov. antiquorum Theologic. an. 1729. p. 624.

Frid. Alberti Æpini, Theologi Roſtochienſis, Tabulæ Oeconomiæ Biblicæ, univerſum Scripturæ S. Canonicæ Vet. & Nov. Teſt. Codicem, ſingulorumque illius librorum diſpoſitionem exhibentes. Roſtoch. 1718. fol.

Franc. Alardi Tabulas Biblicas, Scriptores, ſcopum, ordinem &c. librorum Sacrorum exhibentes MSS. apud ſe eſſe Rev. *Nicolaus Alardus*, nobis amiciſſimus, in præfatione ad ſuam *Alardorum Decadem* teſtatur.

Gvil. Alardi Epitome Biblica Roſtoch. 1596. nunquam prodiit, quamvis ipſe ego & *Le Longius* quoque pag. 599. Bibl. Sacræ ita tradiderimus. Primum enim anno 1599. lucem vidiſſe libellum, ex Dedicatione, *Commeatui Sacro* Noſtri præmiſſa, patet, de quo *Decas Alardorum* modo citata poteſt conferri pag. 11. 12. Cl. *Jac. le Long* l. c. eidem tribuit Pericopen Pentateuchi Biblicam Trigloſſo-Metricam, qua ſingulorum Pentateuchi capitum hypotheſis proponatur. Magdeburgi 1618. 8.

Jo.

Jo. Jac. Albrechti Bibliorum in Nuce, de quibus ſupra, ſpecimen habes in *Ermelii* Notitia verſuum Scripturæ Sacræ mnemonicorum, quæ germanice exſtat, p. 87.

Flacci Alcuini ſive *Albini* duo Poëmata, quæ continent commendationem lectionis Scripturæ Sacræ, enumerationem item & argumenta librorum Vet. Teſt. quorum titulus refertur à *Lambecio* lib. II. Commentariorum de Bibliotheca Vindobonenſi, p. 402.

Jo. Eliæ Aldenburgi Summa Bibliorum rhythmis Germanicis, Francofurti ad Mœnum, in 8.

P. *de St. André*, Ord. Minimorum, *Abregé hiſtorique* de la Bible avec des notes literales & des courtes explications pour en faciliter l' intelligence & aider la memoire, à la faveur d'un diſtique, exprimant en ſubſtance le contenu de chaque chapitre, à Rouen, 1725. 12. 4. Voll. Confer Nova Literaria Lipſienſia Germanica anno 1728. p. 59.

Anonymi Vocabularium Biblicum, ſive Tabula omnium divinarum Scripturarum, ſeu Bibliorum Latinorum, ad literariam ipſius intelligentiam admodum neceſſaria: in qua ſub verborum compendio, quid in quolibet cujuslibet libri capitulo agitur, ſive tractatur, tam capitum, quam librorum ordine & numero ſervatis, ſtudioſus literarum Sanctiſſimarum lector facile experietur. fol. *Editio vetuſtiſſima, ſine anni, loci vel Typographi indicio.* Ita liber deſcribitur in *Bibliotheca Vilenbrockiana* Tom. I. pag. 4. num. 23.

Anonymi Ars memorandi notabilis per figuras Evangeliſtarum hic ex poſt deſcriptam, quam diligens lector diligenter legat, & practicet per ſigna localia, ut in practica experitur, in folio minori 30. foliorum, in typographiæ incunabulis charactere Gothico cum figuris ligno inciſis ſine anni loci aut typographi indicio edita, & IV. Evangeliſtas in compendio repræſentans. Vide Cl. *Schellhornii* Amœnitates Literarias Tom. I. pag. 8. Collectionem Novantiquorum Theologic. anni 1726. pag. 791. & *Ermelii* præfationem ad Notitiam verſuum Biblic. mnemonicorum modo citatam p. 31. qui convenienter monet, idem opusculum poſtea iterum iterumque, ſed mutato titulo, prodiiſſe videri. Tale exemplum ſe ipſum ait poſſidere à *Thoma Badenſi* cognomento *Anshelmi* 1510. 4. plagularum quatuor & dimidiæ cum quindecim ridiculis figuris editum & à *Georgio Simlero* in præfatione commendatum. Titulus eſt: *Rationarium Evangeliſtarum, omnia in ſe Evangelia proſa, verſa, imaginibusque quam mirifice complectens.* Conf. infra *Roſenheim.*

G *Anonymi*

Anonymi Summaria Biblica versu hexametro in fol. Vid. *Thomasini* Bibliothecam Patavinam pag. 75.

Anonymi Epitome metrica singulorum capitum cujusque libri totius Sacræ Scripturæ, apud *Lambecium* in Commentariis de Biblioth. Vindobonensi lib. I. pag. 777.

Anon. argumenta capitulorum in libris Vet. & Nov. Test. uno duobus aut summum tribus verbis comprehensa. Francof. 1605. 8.

Anon. Monosticha sive Kurtzer Begriff der fürnehmsten Hauptstücke aller Capitul der Heil. Schrifft. Erfurt 1587. 8. *Marpurgensem* vocat editionem *Le Longius* pag. 1222.

Anon. Gedächtniß-Tafeln des Neuen Testaments in fol. sine loci annive indicio video commemorari in Catalogo Vffenbachiano Tom. I. pag. 9. num. 72.

Anon. Introductio brevis in Scripturam Sacram Danice, Wiburgi 1530. 8.

Anon. Angli, Historical Narration of the whole Bible, Londini 1727. 8. Vide Diarium Anglicanum (*Monthly Catalogue*) anno 1727. Vol. III. pag. 75.

Anon. Synopsis Bibliorum Latina, in charta magna in fol. æri incisa, Paris. 1728. qua Analysis omnium librorum Biblicorum continetur.

Arndii (Petri) Gedächtniß-Bibel versibus mnemonicis, 12. teste Vener. *Gottfr. Balthas. Scharfio* in Supplemento historiæ litisque Arndianæ, pag. 17.

Conradi Bavari Mnemosynon: v. infra *Pet. de Rosenheim.*

Jo. Beccii, Itali, Summa Vet. & Nov. Testamenti, italice, teste *Possevino.*

M. *Pauli Gottlieb Berlichii*, Biblischer Perlen-Schatz, i. e. rhythmi Biblici mnemonici, ingenio & arte se commendantes, teste Vener. *Erdman. Neumeister*, Collega amicissimo, in Dissert. de Poetis Germanicis. Specimen operæ habes apud *Ermeltum* l. c. pag. 90.

Boussac brevis institutio ad SS. literas exstat in Noctibus ejus Theol. Paris. 1698. editis. Dissert. 11.

Aurelii Brandolini Novum & Vetus Testamentum heroicis versibus explicatum MS. in Bibliotheca Ducis d'Altemps memoratur à *Julio Negro* in Historia Scriptorum Florentinorum pag. 74.

Jobi

Jobi Braunii Succus Biblicus, Dresdæ 1607. 8.

Hugonis Broughtoni Opera Londini 1662. fol. edita Tom. II. pag. 189—206. exhibent Summam librorum Vet. Test. anglice, ex ore decumbentis in lecto ferali, exceptam.

Henr. de Bukentop, Ord. Fratrum Minorum Recollector, *Medullam Tritici* dedit, h. e. *substantiam totius Scripturæ Sacræ versibus comprehensam*, Lovanii 1703. 8. Ibi primo loco libri Vet. & Nov. Test. versibus aliquot hexametris ordine enumerantur; deinde singulis hexametris traditur, de quo argumento libri singuli agant, & quot capitibus constent; hinc singulorum librorum materia singulis hexametris quinis comprehenditur, ac denique capita librorum singula singulis distichis includuntur.

Joh. Bunonis Vsus Bibliorum, sive Summaria Biblia German. Goth. 1703. 4.

Andr. Oelen von Burg Periocha capitum omnium in libris Historicis Vet. Test. cum toto Nov. Test. rhythmis Germanicis, Magdeburgi 1595. 4. teste *Draudio* in Biblioth. Classic. German. pag. 66.

Sam. Clark, Angli, Survey of the Bible, Lond. 1693. 4. quo analysis omnium librorum sacrorum continetur. Ejusdem *Abridgement* of the Historical Parts of the Scripture in 12.

Jeremiæ Collier, Angli, Sacred Interpreter, or a compleat Introduction to the holy Scriptures, Londini 1727. 8. 2 Voll.

Dan. Cramerus: vid. infra *Pet. Palladius*.

Joh. Christoph. Crameri, Pastoris Schmoonensis, kleines doch nützliches Bibel-Licht, in usum simpliciorum, Jenæ 1728. 8.

Christophori Crinesii, Theologi & Philologi quondam Altorfini, liber Memorialis, seu Analysis N. T. XXVII. Tabulas comprehendens, cum auctario gemino, quorum I. exhibet Thaumaturgiam J. C. ex IV. Evangelistis, serie accuratissima descriptam. II. ἀνακεφαλαίωσιν Confess. August. distichis XI. inclusam Græcanicis. Noribergæ 1625. & 1627. 8.

Christophori Entzmanni, Pastoris Oberwirensis Waldenburgici, Biblisches Gesang-Büchlein, describitur amplius ab *Ermelio* l. c. pag. 81. & in Collectione Novantiquorum Theologicorum vernacula anno 1729. pag. 643. Prodiit primum Berolini 1669. 8. hinc forma minori, & nonnihil quod ad rhythmos emendatius recusum est Norimbergæ 1680.

Christiani Alberti Ermelii, Diaconi Lubbenaviensis, in Lusatia inferiore, kurtz-gefaßte Nachricht von Biblischen Gedächtniß-Versen und Reimen, wobey befindlich Hn. M. Christian Keymanns recht güldenes A. B. C. und eines gewissen Authoris (*Georg. Wünsche*) Anweisung, die Ordnung und Anzahl aller biblischen Bücher und Capitel auf leichte Manier ins Gedächtniß zu bringen. Lubbenæ 1728. 8. Hic scilicet *Keymanni* Biblia mnemonica recusa exstant cum præmissa *Ermelii* accurata notitia librorum similis argumenti, quæ ex ejusdem apparatu augetur in *Collectione* Novantiquorum Theologicorum anno 1729. pag. 639. sqq. ubi hic liber enarratur. Ad eum, ut ante, ita inposterum sæpe Lectorem remittemus.

Joachimi Erythræi, Hungari, Archidiaconi quondam Leutschoviensis, & deinde Pastoris Hohenzadelensis in Pomerania, Breviarium Biblicum, Lemmata Sacra librorum Vet. & Nov. Test. Latinis distichis exhibens, anno 1725. 12. sine addito loco, decem plagulis, & antea Sedini Pomeranorum 1676. vel 1667. qui annus posterior in Catalogo Bibliothecæ Reimmannianæ Part. I. pag. 278. exhibetur. Vide *Ermelium* loc. cit. pag. 52. & Collectionem Novantiquorum Theologicor. an. 1725. pag. 1047.

Casparis Eurymachara, Pastoris Guttenbergensis, Parva Biblia, seu Disticha Bibliorum Mnemonica, ubi singula capita singulis distichis comprehunduntur *Erfurti* 1581. *Onolsbaci* 1607. & Lips. 1615. 8. Illa tum aliis se probarunt, tum etiam D. Jo. Himmelio, qui iisdem in Memoriali suo Biblico usus est, quemadmodum & *Raupius* ea in Bibliotheca portatili libris Biblicis singulis præmisit. Conf. *Ermelium* loc. cit. pag. 41. sq. qui disticha, ad Geneseos capita spectantia, exhibet.

Joh. Fabri Enchiridion Biblicum, Augustæ Vindelic. 1549. 12. & Colon. 1568. 12.

Andreæ de Floribus, Hispani, Summa totius Sacræ Scripturæ, versu hexametro Hispanice, teste *Ambrosio de Altamura*.

S. *Galli*, Hiberni, Abbatis, compendium Scripturæ, seu Manuale Biblicum, Francof. 1610. 8.

D. R. G. vide paulo post *Robert. Gverard.*

Geislerum quendam Summam capitum in versus rhythmicos redegisse testatur *Jo. Georg. Rennerus*, in præfat. ad libellum suum similem: kurtzer Unterricht Budissæ 1719.

Jo.

Jo. Gezelii, Episcopi Aboensis, Vade mecum, seu Memoriale Biblicum in 8.

Martini Grulichii Bibel-fester Timotheus oder biblisches Gedächtniß-Kästlein zur Information der Jugend. Dresdæ 1727. 12. plagulis quatuor, quem tamen librum huc non admodum pertinere ex *Ermelio* l. c. pag. 54. apparebit.

Rudolphi Gvaltheri, Pastoris Tigurini, Argumenta in omnia tam Veteris quam Novi Testamenti capita, carmine elegiaco, Tiguri 1543. 1547. & 1554. 12.

Roberti Gverard, Benedictini, e Congregat. S. Mauri Compendium Biblicum, quæstionibus & responsionibus constans, ex variis Auctoribus, gallice, Paris. 1707. 12. & auctius Cadomi 1718. 12. Conf. *Memoires de Trevoux* anno 1708. pag. 249. sq.

Halvardi Gunarii, Archipresbyteri Asloensis, Isagoge in singula Bibliorum Sacrorum capita, teste *Wittenio*.

Philippi Hahnii Epitome Biblica utriusque Testamenti, Germanice Magdeburgi in 4. teste Draudio in Bibliotheca Classica librorum Germanicor. pag. 66.

Bernhardi Harderi Argumenta Biblica in singula capita memorat *Wittenius*.

Thom. Hayne, Angli, compendiaria Scripturæ S. Synopsis, Angl. 1640. fol.

Jo. Henrici Heideggeri Enchiridion Biblicum succinctius, quo analysis singulorum Vet. & Nov. Test. librorum compendiose exhibetur, Tiguri 1681. 8. Conf. Biblioth. Reimmannian. Part. I. p. 272.

Ludolv. Helmboldi Monosticha in singula capita Biblica, Mulhus. 1596. 8.

Georg. Henningii Breviarium Biblic. German. Lips. 12.

M. *Pauli Christiani Hilscheri*, V. D. Ministri Dresdensis, Γραμματεῖα, Biblisches Verzeichniß, oder Nachricht von der Ordnung, Innhalt und Absicht aller Bücher der Heil. Schrifft. Dresdæ 1726. 12.

Jo. Himmelii Memoriale Biblicum, Spiræ 1616. 4. & Lipsiæ 1617. & 1624. 4. Confer Collectionem Novantiquorum Theologicorum vernaculam an. 1729. p. 38.

Tobiæ Hæpfneri Tabula in tota S. Biblia generalis & specialis, in quibus

quibus sistitur librorum divisio una cum contentis generalibus & maxime necessariis ex Chronologia, Lips. 1703. 4.

Cosmæ Dandiani Hortolani Isagoge, totius Sacræ Scripturæ ordinem & rationem complectens, Venet. 1585. 4.

Jo. Hübneri, kurtze deutliche und erbauliche Nachrichten von dem Innhalt und Zusammenhang der Heil. Schrifft nach Ordnung der Bücher Altes und Neuen Testaments. 1730. 12.

Martini Humbeloti Notio Bibliorum, sive compendium Biblicum ad usum Theologiæ Candidatorum, Paris. 1700. 8.

Hundii (Jo. Joach.) Rectoris Leutenbergensis, Biblische Danck- und Singe-Lust. Schleitzæ 1724. 8. Sunt hymni ad modulos cantionum Ecclesiasticarum accommodati, quorum singuli singulos libros Biblicos, singuli autem versus singulorum capitum summam exhibent. Conf. Collectionem Novantiquorum Theologicorum an. 1729. pag. 512. sqq. & *Ermelii* Notitiam loc. cit. pag. 83.

Magdalii Jacobi, vid. infra *Magdalius.*

Jac. a Kempis, Minoritæ Recollecti, Decas Scripturistica, brevem S. Scripturæ continens recollectionem, intensionem, defensionem. Antwerp. 1693. 8.

Christiani Keymanni Mnemosyne Sacra, qua singula capita singulis hexametris complexus, & ex parte *Vitum Besoldum* imitatus est. Conf. B. *Wiedemanni* Gedächtniß-Kunst p. 17. & *Ermelium* l. c. pag. 51. Idem vero *Ermelius* hujus *Keymanni* Gedächtniß-Bibel una cum *Notitia sua de versibus Mnemonicis Biblicis* Lubbenaviæ 1728. 8. sub titulo: Recht gülden A. B. C. recudi fecit, postquam pag. 103. sq. tum de vita auctoris, tum de ipsa illa opera est commentatus. Illa, indice *Wiedemanno*, Lipsiæ primum 1652. 8. lucem vidit, & recusa est *Budissæ* 1684. Huic vero editioni Budissinæ Georg. Wünsche carmen præmisit, quo testatur, libellum hunc Latine & Germanice jam anno 1646. *Curtho Reinicke de Callenberg* oblatum esse, ex quo *Ermelius* pag. 103. conficit, primam ejus editionem in hunc annum esse referendam, nisi confectum tunc fuisse opusculum & anno demum 1652. in lucem prolatum credere velis. Libellus ipse ex edit. Lipsiensi 1652. 8. in manibus meis est, ex quo de tota hac causa judicari potest. Inscriptio ita habet: *Mnemosyne Sacra, i. e. Monosticha Biblica Memorialia, ita comparata, ut prima & secunda cujusque versus dictio, Capitis,* tertia

tertia libri in ordine numerum, ultima ordinem ejusque partem litera sua initiali designet. Kleine Gedächtniß-Bibel also zugerichtet, daß jegliches Capitels Innhalt und Zahl, auch in welches biblisches Buch es gehöre, leichtlich zu finden; in dreierley Art Versen und Gesängen dem Gedächtniß zum besten gesetzet. Dedicatio, *Curto Reinike von Callenberg* inscripta ab auctore, annum refert 1646. & in titulo editionis hujus Lipsiensis vocatur *secunda*, cui Summarium Biblicum Menzeri, & Memoriale Biblicum M. Martinii accesserit. Itaque dubitandum non est, *Keymanni* opusculum primum anno 1646. & quidem *Gorlicii*, quem locum Vol. II. pag. 251. dixi, hinc *Lipſ.* 1652. secunda vice vulgatum esse. Cumque Hexametri illi Latini, sub tit. *Mnemosynes sacræ*, & hymni Germanici, sub tit. Gedächtniß-Bibel, junctim prodierint, ita ut ex utroque latere sibi invicem respondeant, simul intelligitur, utramque operam non esse distinguendam. Interim *Ermelius* hymnos illos Germanicos seorsim recudi curavit.

Henr. Kippingii Exercitationes Sacræ de Scriptura Vet. & Nov. Test. sive Epitome Biblica, Francof. 1665. 12. ex parte huc pertinent.

Davidis Klugii Idea Biblica, monstrans methodicam omnium ac singulorum librorum in Sacro Codice structuram ac dispositionem memoriæ causa in tabulas redacta. Jenæ 1670. 8.

M. *Jo. Christiani Knauthii* Schematismi Paulinarum ceterarumque epistolarum, Apocalypseos item Johannis, Lipſ. 1723. 4. tabulis absolvuntur. Confer Acta Eruditorum Lipsiensia Latina anno 1723. Octobr.

Christiani Jacobi Koitsch, Gymnasii Elbingensis Rectoris, kurtze Einleitung in die heilige Schrifft Alten und Neuen Testaments durch bequeme Reime, deren jeglicher den Innhalt eines Capituls anzeiget. Zullichoviæ 1730. 8. Maj. Versus sunt elegantes, & singulis libris tum usus quidam moralis, tum precatio, versibus utrinque Germanicis subjicitur.

Krenzhemii, nescio cujus, Summaria Germanica citantur a *Draudio* in Biblioth. Classica librorum Germanic. pag. 66.

M. *Jo. Abrahami Kromayeri*, Pastoris Ohrdrufiensis, Dispositiones Memoriales totius Nov. Test. omniumque librorum & capitum. Francofurti & Jenæ 1696. 8. Eædem utriusque Testamenti dispositiones Jenæ 1700. junctim editæ, & tertium auctiores itidem 1707. recusæ sunt. Accipe de illis Rev. *Reimanni* verba ex Bibliotheca Theologica Part. I. pag. 272. *Suis*, inquit, *non defraudanda laudibus; sed suo tamen*

cui

cui erepta sunt, Auctori merito restituendæ. Quod fecit Vir Ven. J. A. Schmidius, edito 1707. *libello, cui titulus*: Dispositiones Memoriales Biblicæ ex MS. dictisque B. Georgii Gœtzii, à quibus Auctor Dispositionum Biblicarum, mutatis mutandis maximam partem exscripsit. At video, *Kromayerum* in præfatione ad *Dispositiones Memoriales totius Nov. Test.* in qua de Scriptoribus hujus generis commentatur, pag. 13. diserte *Gœzii* meminisse his omnino verbis: *Experimentum mihi cum aliis Theologiæ cultoribus in Academia Jenensi dedit inventor hujus adminiculi, Theologus celeberr. & Orator Ecclesiasticus admirandus, DN. GEORG. GOEZIVS, qui in Collegio Biblico hac ratione nobis viam monstravit ad lectionem Scripturæ memorialem. Quum vero (quod sæpius dolui) arduis officii sacri negotiis impeditus, laudatus Vir dictum Collegium non ulterius perduxerit, quam ad libros Samuelis; idcirco ego utilitate laboris permotus, privato studio imitando construxi dispositiones Nov. Testamenti &c.*

Franc. Ludovici Lalouette, Galli, Laudunensis, Scriptura S. ad faciliorem intelligentiam accommodata, sive, ejus delineatio versibus & prosa, Paris. 1694. 8.

Jac. J. Lange, Superintendentis Narvæ & Ingermanniæ, Introductio Catechumeni in Scripturam Sacram, Aboæ 1690. edita & Svobaci 1692. 4. recusa, tantum quod ad titulum huc pertinere videri potest, cum in tota commentatione, quæ est pp. 71. Auctor impedimenta v. c. Atheismum, removeat, quæ S. Scripturam lecturo obesse possint.

Laurentii Dunelmensis, Hypognosticon Vet. & Nov. Testamenti versibus scriptum, MS. in Biblioth. Bodlejana. Conf. *le Long* Biblioth. Sacr. pag. 823.

Jo. Lauterbachii, Silesi, J. D. & Poëtæ, Enchiridion Vet. & Nov. Test. in quo historiarum & doctrinarum argumenta distichis comprehenduntur, cum figuris. Francof. 1537. 8.

Jac. Legris, dicti *à S. Michaële*, Rothomagensis, *Biblia parva*, seu Sacrorum Nov. Test. librorum omnium Analysis Catholica & Oeconomia generalis, in Tabulas digesta, in fol. Lugduni 1670. iterumque sub hoc titulo: Bibliorum idea generalis illustrata, 2 Volum. in 12. Lugduni 1674.

Michaelis Leigh Analysis Bibliorum, Amstelod. 1696. 4. quatuor plagulis. Ibi lemmata tantum latina singulorum capitum exhibentur.

Cyriaci Lentuli, JCti Marpurgensis, Mnemonicon S. Scripturæ, non *Herbipoli*, quod *Le Longius* pag. 825. tradit, qui eundem Eloquentiæ &

& Poëseos Professorem *Herbornensem* facit, sed *Herbornæ Nassoviorum* 1663. 8. lucem adspexit. Habeo librum in manibus.

Jo. Locke, Poëtæ Laureati & V.D.M. in suburbio Bardovicensi, Biblischer Gedenck-Ring Hamburgi 1653. 8. versibus inconditis & coactis constat, ut B. *Serpilius* merito miretur, eum tertia vice esse excusum. Lege de eo *Wiedemanni* Gedächtniß-Kunst pag. 22. *Ermelii* Nachricht ꝛc. pag. 89. nec non *Hundii* præfat. ad Biblische Denck- und Singe-Kunst. Idem libellus ab Anonymo insertus est illi, qui inscribitur: Achtstrahliger Abend- und Morgen-Stern Amstelod. 1708.

Lucæ Lossi, Rectoris Luneburgensis, Epitome Biblica utriusque Testamenti, cum scholiis Francofurti 1579. 8.

Matthiæ Lothmanni Synopsis Biblica, Wittebergæ 1648. 12.

Henrici Lukin, Angli, Introductio in universam Sacram Scripturam, complectens omnes tropos, figuras & prophetias cum necessariis observationibus, Anglice, Londini 1668. 8. huc non nisi quod ad titulum referri potest.

Benjamini Luppii Medulla Sacræ Scripturæ, cujuslibet capitis summam distichis proponens, Halæ Saxonum 1620. 8.

Francisci Macé, Parisini, Theologiæ Doctoris, S. Opportunæ Pastoris & Capicerii, Scientia S. Scripturæ in quatuor tabulas divisa, quarum I. de S. Scriptura in genere. II. & III. de Veteri & Nov. Test. IV. de concordia Novi cum Vetere, exponit, Gallice. Paris. 1708. 4. Confer *Memoires de Trevoux* anno 1708. pag. 969.

Fratris *Magdalii Jacobi*, (quem supra vitiose *Samuelem Magdalium* appellavi pag. 252.) Gaudensis, Ordinis Prædicator. Compendium Biblicum Metrico-memoriale, anno post Verbi incarnationem M.D.VIII. primo Coloniæ editum, nunc ob retrusum artificium & immensum laborem, ut publicæ consuleretur utilitati, è situ & squalore in lucem productum, & in multis locis satis accurate emendatum, studio & opera M. *Joh. Schneideri*, Bitterfeld. Pouchensium Pastoris. Wittenbergæ 1617. 12. Ita habet inscriptio libri, qui nunc in manibus versatur. Pars hæc est libri, quem *Jacobus* noster Coloniæ 1508. 4. edidit sub titulo: *Correctorium Biblie cum difficilium quarundam dictionum luculenta interpretatione per* Magdalium Jacobum, Gaudensem, *Ordinis Prædicatorii*, *studiosissime congestum.* Hujus enim Pars II. inscribitur *Compendium Biblie*, quod Jacobus ipse in præfat. ita delineat: *In tractatu sequenti, qui dicitur*

Compendium Biblie, *continentur ducenti quinquaginta & septem versus, quibus totus fere Biblie textus comprehenditur, ita, ut quilibet versus quinque duntaxat dictiones complectatur, exceptis versibus finalibus librorum, qui quandoque plures, quandoque pauciores complectuntur. Quælibet autem dictio alicui capitulo respondet, præter eas dictiones, quæ in finalibus versibus librorum sine glossa notatæ sunt.* &c. Ampliorem operis notitiam primus suppeditavit *Richardus Simonius* in Bibliotheca Critica Tom. III. cap. 34. pag. 403. sqq. & ea accuratiorem doctissimus *J. H. à Seelen* in Meditationibus Exegeticis pag. 605. sqq. ubi de illius *Laboribus Biblicis*, & aliis ad eundem pertinentibus, erudite commentatur. Putabam me de eodem in *Quetiffii* & *Echardi* egregio opere de Scriptoribus Ordinis Prædicatorum nonnulla inventurum; sed falsum me opinione intellexi, cum nec minima ejus mentio ibi occurrat.

Matthiæ Martinii, Theologi quondam Bremensis, Memoriale Biblicum prodiit etiam *Rostochii* 1728. 12. & Lips. 1652. 8. in calce Mnemosynes Sacræ *Christ. Keimanni.*

Leandri de S. Martino, alias *Joh. Jones*, Londinensis, Benedictini, Sacra ars memoriæ &c. describitur à *Jo. Abrah. Kromayero* in præfat. ad Dispositiones Memoriales, pag. 5.

Jo. Frider. Mayerus anno 1699. in Cursu quodam Evangelico annuo, in quo libros Vet. & Nov. Test. exordii loco ordine persequebatur, eorum summam distichis vernaculis complectebatur, quæ quod ad libros Vet. Test. lucem viderunt, Hamburgi 1700. 8. iterumque eodem anno cum Calendario ejus Biblico in 16. sub titulo: Biblische Gedächtniß-Reimen.

Menardi, Monachi Isenacensis, generalis & compendiosa librorum sacrorum notitia, Norimbergæ 1478. fol.

Andreæ Mergileti, Pastoris quondam Mühlfeldensis, Biblidia, supra commemorata fusius, addito etiam specimine, delineantur in Collectione Novantiquorum Theologicorum 1729. pag. 640.

Jo. Molleri Biblisches Memorial, oder Capitel-Summ describitur ab *Ernelio* l. c. p. 89.

Philippi Cyriaci Nicolai, Pastoris exsulis, Monosticha memorialia Biblica singulorum capitum summam per Vet. & Nov. Test. ipsos quoque Apocryphos libros eundo singulis versibus Latinis exhibent. Ipse in præfat. ad editionem Gedanensem anni 1639. testatur, se eundem libellum in Gelria 1638. edidisse.

Andreæ

Andreæ Oetzemburgii Periocha, h. e. compendium omnium capitum Vet. & Nov. Test. in rhythmos Germanicos redactum, Magdeburgi 1595. 4.

Jo. Olearii, Antistitis quondam Weissenfelsensis, Gedächtniß-Reime *Ermelius* delineat l. c. p. 91. qui & observat *Jo. Augustinum Olearium*, Joannis filium, simile opusculum sub titulo: Kern der gantzen Bibel in 8. edidisse, & apocryphis auctum altera vice recudi curasse, in quo *rhythmi mnemonici* Patris itidem legantur.

Friderici Osterwaldii Argumens & Reflexions sur les livres & sur les chapitres de la S. Bible, Neocomi 1720. 4. 2 tomis. Textus Scripturæ ipse omittitur, summa autem paucis verbis indicatur, subjunctis copiose meditationibus dogmaticis & moralibus. Confer Acta Eruditorum Lipsiensia anno 1721. pag. 64.

Renati Ouvrard, Galli, Canonici Ecclesiæ Turonensis, Biblia Sacra in lectiones ad singulos dies per Legem, Prophetas & Evangelium distributa & 529. carminibus mnemonicis comprehensa. Paris. 1668. 4. & Gallice ibid. 1669. 8.

Joh. Paludani Biblia parva: vid. *Ermelium* l. c. pag. 76.

Jo. Pappi, Theologi Argentoratensis, Parva Biblia prodierunt Argentinæ secunda vice una cum Jo. Taufreri explicatione dicti 1 Joh. I. 7. item Rostoch. 1627. & *Germanice* Witteberg. 1648. 12. Dignum in Bibliotheca Reimmanniana Part. I. pag. 277. judicatur hoc opusculum, quod cum Theologiæ studiosis pernoctet, peregrinetur, rusticetur, & totum ediscatur.

Philip. Theophrasti Paracelsi Manuale Biblicum, Lips. 1605. 8. teste *Le Long*, pag. 893.

Petri Patientis Biblische Summarien, Francofurti in 12. teste Draudio in Biblioth. Class. German. pag. 67.

Guilielmi Raynaud, Galli, Insubris, Dominicani, Synopsis Bibliorum in folio patente. Eadem Latine & Gallice in librum usu commodum conversa Paris. 1692. 12.

Jeremiæ Rebstock, Blaubeyrensis Monasterii Abbatis, Areolæ Biblicæ quibus Vet. & Nov. Test. summaria inseruntur, Vlmæ 1645. 8. & 1652. fol.

Jo. Franc. Reimanni Mnemosynen Sacram sive Monosticha Biblica alicubi memorari memini, non sine errore. Liber est *Christiani Keymanni*

manni, de quo supra suo loco. Aliud *Jac. Frider. Reimanni* Opusculum hujusmodi paulo post inter *Introductiones Historicas* occurret.

Jac. Reneccii, Pastoris quondam Hamburgensis, Clavis Theologica S. Scripturæ, Hamburgi 1611. & 1614. 8.

Jo. Georg. Remmer, Theolog. Studiosi, Kurtzer Unterricht vor Kinder und Einfältige, Budiss. 1729. 8. cum *Jo. Schneideri*, Pastoris Primarii Budissini, præfatione, quo libello versus etiam mnemonici seu hymni continentur. Vide Collectionem Novantiquorum Theologic. anno 1729. p. 642.

Martini Rinckardt, Archidiac. Ilenburgensis, & Poëtæ laureati, Local- und Gedenck-Ring supra laudatus, de quo *Ermelius* loc. cit. pag. 78.

Georgii Ritsch, Typographi quondam Lipsiensis, kleine Gedächtniß-Bibel describitur ab eodem *Ermelio* pag. 79. Eum *le Longius* pag. 929. prave *Gregorium Rickschen* appellat.

Mich. Rittaleri Moses in Specimine quodam exhibetur ab *Ermelio* loc. cit. pag. 51.

Cæsaris de Rochefort, Galli, Compendium Biblicum in varias quæstiones redactum, Gall. Lugduni 1685. 12.

Petri de Rosenheim, Germani, Benedictini, Mellicensis Cœnobii Monachi circa an. 1427. Roseum memoriale divinorum eloquiorum in utrumque Testamentum, versibus elegiacis, seu disticha in singula Bibliorum & librorum eorundem capita, ejusdemque rationarium Evangelistarum, omnia Evangelia prosa, versibus imaginibusque continens, Phorçæ 1510. 8. Viennæ 1524. Idem sub titulo: *Mnemosynon* sub nomine *Conradi Bavari*, Argentorati 1540. & Stetini 1570. prodiit. Ita *le Longius* pag. 933. Vide hic supra pag. 49.

Simonis Salichii Monosticha characteristica in libros Sacræ Scripturæ librorum nomina, summam, ordinem & capita miro artificio exprimentia. Magdeburgi 1613. 8.

Guil. Samphurdii Farrago Bibliaca, continens Sectiones 121. meditata carmine hexametro, Francofurti 1553. 8. ex parte huc pertinet.

P. *de Saint André*: vide supra *André*.

Dan. Schelleri Discursus Biblicus, h. e. compendium Vet. & Nov. Test. Germanice, Magdeburgi 1606. 4.

Jo.

Jo. Schepræi, Angli, Summa & Synopſis Nov. Teſt. diſtichis 260. comprehenſa, Argentorati 1556. Londini 1560. & 1586. teſte *Le Long* pag. 961.

Vincentii Schmuckii, Theologi Lipſienſis, Bibel-Büchlein *Lipſiæ* primum 1600. tum 1607. & ibidem alias prodiit. Lege *Ermelium* loc. cit. pag. 77.

Jo. Schræderi, Antiſtitis primum Schwinfurtenſis, hinc Norimbergenſis, Bibliſche Summarien über jedes Capitul der Heil. Schrifft zu guter Nachricht das Gedächtniß nach Ordnung des A. B. C. in kurtze Reime gefaſſet, ſamt einer Bibliſchen Chronologie über die Geſchichte des Alten und Neuen Teſtaments. Schwinfurti 1605. 8. *Le Longius* pag. 954. prave *Steinfurtum* appellat, qui & editionem Francofurtenſem anni 1601. neſcio quam recte, memorat. Vide tu Collectionem Nov-antiquorum Theologicor. anno 1728. pag. 18. ſq.

Davidis de Schweiniz, Principi Lignicienſi quondam à conſiliis, Summarien über die Heil. Bibel rhythmis Germanicis comprehenſa primum Dantiſci anno 1647. prodierunt, deinde aliquoties, v. c. *Laubæ* 1693. cum præfatione D. *Philippi Jac. Speneri*, hinc *Ratisbonæ* 1718. 8. cum præfatione B. *Georg. Serpilii*, denique *Francofurti ad Mæn.* cura Rev. *Jo. Georg. Pritii* recuſa. Vid. omnino *Ermelium* loc. cit. pag. 94. ſqq. *Le Longius* pag. 956. eum prave *Schweidnikens* vocat.

Comitis *de Sporen* Summaria ſive kurtzer Auszug aller Capitul der Heil. Schrifft. Francof. 1723. verſibus germanicis, de quibus *Ermelius* loc. cit. pag. 97.

Jac. Stæckeri Analyſis Biblica, Jenæ 1628. 4.

S. F. T. kurtzer Begriff der gantzen Heil. Schrifft in Tabellen, zum beſten der Jugend 1730. 4.

Theodorus Prodromus, de quo pag. 256. non Sæc. V. ceu ibi operarum vitio expreſſum eſt, ſed XII. vixit.

Theodulphi, Epiſcopi Aurelianenſis, Sec. IX. Summaria Biblica, ſive verſus in fronte Bibliorum exarati, & editi cum notis Jac. Sirmondi, Pariſ. 1696. 8. Vide etiam *Sirmondi* Opera Tom. II. pag. 1046. Eadem cum notis *Andreæ Rivini*, Lipſ. 1653. 8.

Caroli Thomaſii, Siculi, Raguſani, Theatini, Iſagogia in Sacra Biblia ſive Schema totius Sacræ Scripturæ, quo ſacrorum omnium librorum

rum partitiones, ordo, capita, versus atque argumenta ob oculos ponuntur. *Romæ* 1657. fol.

Christoph. Titii, V. D. M. Hersbrüccensis, Bibel-Calender, ubi singula libri Biblici capita singulis vocibus in versus Germanicos redactis nervose repræsentantur plagula una & dimidia. Prodiit opella hæc cum B. *Christophori Sontagii*, Theologi Altorfini, præfatione, in laudem ejus maxime composita. Conf. *Serpilii* præfat. ad *Davidis de Schweinitz* Biblia parva, & *Ermelium* l. c. p. 92. sq.

Victorini Verbenscii, Bohemi, Lutherani, Manuductio ad S. Biblia, & compendiosa Bibliorum Vet. & Nov. Test. Analysis, Bohemice, anno 1618. teste *le Long* p. 1001. ex Wengerscio.

Jacobi de Voragine, Itali, Tabula sive Syllabus in Scripturam Sacram Oxonii in Biblioth. Mertonensi Cod. 166. & alibi MS. Vid. idem le Long pag. 791.

Gabrielis Wallenii generalis dispositio, compages & ordo Sacrorum librorum Vet. & Nov. Test. cum numero certo capitum & versuum omnium, Aboæ in forma patente. Vide Aboam Literatam p. 99.

Jo. Bapt. Weuter, Belga, Epitome Scripturæ Sacræ, hexametro memoriali contracta, Bruxell. 1684. 8.

Mich. Wiedemanni Biblischer Gedächtniß-Redner belgice conversus prodiit Amstelod. 1722. 8. Conf. Nova Literar. Lipsiensia Germanica anno 1725. pag. 179. De libri ipsius rationibus lege *Ermelium* loc. cit. pag. 98.

Dan. Witte, Pastoris hodie Zarrensdorfensis, in diœcesi Boitzenburgica, kurtzer Begriff der gantzen Heil. Schrifft, darinnen der vornehmste Innhalt eines jeden Buchs in zwo Reim-Zeilen abgefasset ist, so daß in wenig Wochen die gantze Bibel die Jugend mit Lust erlernen kan, anno 1717. cum præf. Alb. Joach. de Krackewitz. Vide *Ermelium* loc. cit. pag. 55. sq. qui deinde, totum opusculum p. 60—75. exhibet.

Georg. Wünsche Anweisung, die Ordnung und Anzahl aller Bücher und Capitel auf leichte Manier ins Gedächtniß zu bringen, quam auctor primum cum *Christiani Keimanni* Gedächtniß-Bibel Budissæ 1684. edidit, hinc vero cum eodem *Christian. Albertus Ermelius* Lubbenæ 1728. 8. recudi curavit pag. 202. sq.

Atque hæc quidem de *Scriptoribus Mnemonicis Biblicis* suffecerint. De his legi præterea possunt B. *Georg. Serpilius* in præfat. ad *Dav. de Schwei-*

nitz

nitz Biblia Parva, Ratisbonæ 1718. recusa, B. *Mich. Wiedemannus* in der Gedächtniß-Kunst passim, *Jo. Abrahamus Kromayerus* in præfat. ad Dispositiones Memoriales N. Test. & denique data opera *Christ. Albertus Ermelius* in der kurtz-gefasten Nachricht von Biblischen Gedächtniß-Versen und Reimen, de quo supra sub nomine ejus diximus. Omitto *Jac. le Longium* in Bibliothecæ Sacræ Parte II. & eos quoque, qui notitiam Theologiæ Literariam dederunt, nominatim B. *Jo. Franc. Buddeus* &c.

Introductiones in Scripturam Sacram HISTORICÆ, quæ de singulorum librorum Scriptoribus, occasione, argumento, stylo &c. exponunt.

Anonymi Observationes generales in Scripturam Sacram, Anglice, Londini 1640. fol.

Anon. im Neu-eröfneten Museo, quod Lipſ. 1714. sq. prodiit, Tomo I. passim Vitas Scriptorum Sacrorum persequitur.

Jo. Ernesti Bergeri Instructorium Biblicum, Berolini 1719. 8. de quo Bibliotheca Reimmanniana Part. I. pag. 274.

Petrus Bogdanus, Macedo, Philosophiæ & Theologiæ Doctor, Episcopus Scodrensis, & Administrator Anti-Barensis, deinde vero Archiepiscopus Scuporum in *Cunco Prophetarum* de CHRISTO, Salvatore mundi, & ejus Evangelica veritate Italice & Epirotice contexto, & Patavii 1685. fol. edito, Parte I. Scala III. pag. 85—155. vitas Mosis reliquorumque Scriptorum Sacrorum usque ad *Malachiam* opera admodum tralatitia, exponit.

Jac. Bonfrerii Præloquia in Scripturam Sacram subjuncta nuper sunt *Jo. Stephani Menochii* Commentario in S. Scripturam, Parisſ. 1719. fol. in limine Supplementi.

Honorati Josephi Bruneti, Galli, Carmelitæ, Doctoris Theologi, Manuductio ad S. Scripturam, de qua supra, Parisſ. 1701. 12. 2 Voll.

Augustinus Calmetus, Benedictinus, ex Congreg. S. Mauri, tum in præfationibus in commentarios suos Biblicos, aliquoties editos, tum in *Dictionario Biblico*, multa huc pertinentia tradit. *Dictionarium* illud primum *gallice* quod ad Tom. I. & II. Parisſ. 1722. fol. quod ad III. & IV.

IV. qui Supplementa exhibent, ibid. 1728. hinc conjunctis singulis voluminibus ibid. 1730. cum figuris utrinque elegantissimis prodiit. Idem quod ad duos priores tomos *Latine translatum*, & *nonnihil expurgatum* Jo. Dominicus Mansi, Lucensis, sub tit. *Dictionarium Historicum, Criticum, Chronologicum, Geographicum & Literale S. Scripturæ cum figuris antiquitates Judaicas repræsentantibus* Lucæ anno 1725. edidit, ita tamen ut non in verbis Auctoris hæserit, sed mentem ejus repræsentare satis habuerit, omissis etiam tabulis æneis. Editionem illam Lucensem recudi curarunt Typographi quidam Augustani, *Augustæ Vindelicorum* 1729. fol. 2 tomis, additis ex edit. Parisiensi XV. tabulis æneis & IV. tabulis Geographicis. Confer Nova Literaria Lipsiensia Germanica anno 1729. pag. 410. sqq. & anno 1726. pag. 935. Eadem versio *Latina* postea *Venetiis*, additis item figuris æneis nonnullis, recusa est *Venetiis* apud Sebast. Coleti 2 Voll. fol. Vide *Diarium eruditorum Venetum* Tomo XXXVII. pag. 284. Nec minus *Belgica* exstat versio, accessionibus locupletata. Vide Nova Literaria l. c. pag. 410. ubi etiam *Germanicam* interpretationem, figuris 201. ex edit. Paris. instructam, exspectare jubemur. Adde Acta Eruditorum Lipsiensio Latina an. 1729. pag. 166. Interim magna ejus pars inserta jam est Dictionario Biblico *Germanico* Schneideriano.

Gallica operis editio recudi cœpta est *Genevæ* 1729. 4. quo Tomus I. ita prodiit, ut Supplementa suis singula locis insererentur, omissis tamen tabulis æneis, cujus instituti ratio in præfatione redditur. Vindicias hujus consilii lege etiam in Memoriis Trevoltinis an. 1730. pag. 1877. sq. Duo priora volumina enarrantur à *Jo. Clerico* in Bibliotheca Vet. & Nova, non sine inspersis in Auctorem animadversionibus.

Non omittam hic ejusdem *Prolegomena & Dissertationes*, quas commentariis suis tum præmisit, tum passim inseruit, in Commentariorum illorum repetita, octo in fol. voluminibus, edit. Parisiensi 1726. recusas. Illæ seorsim excusæ sunt primum *Avenione* 1715. 5 Voll. in 8. hinc Parisiis 1720. 3 Voll. in 4. sub tit. *Dissertations, qui peuvent servir de Prolegomenes de l'Ecriture Sainte, corrigees, considerablement augmentées & mises dans un ordre methodique*, Paris. 1720. 3 Voll. in 4. Vide Diarium Eruditorum Parisiense anno 1722. pag. 243. edit. Amstelodam. Earum nonnullæ non exstant in Commentariis ejus Biblicis, aliæ vero iterum in edit. Commentariorum Paris. 1726. correctæ & auctæ sunt. Collectio illa, sed alio ordine, recudi cœpta est *Amstelodami* 1722. 12. 2 Voll. sub titulo: *Thresor*

d'An-

d'Antiquitez sacrées & profanes des Commentaires du R. P. D. Augustin Calmet. Lege *Clerici* Biblioth. Vet. & Novam Tom. XIX. Parte I. p. 138. sq.

Italice eædem dissertationes lucem viderunt *Lucæ* 1729. 4 Voll. in 4. Vide Memorias Trevoltinas an. 1729. p. 1692.

Belgice Roterodami 1728. 4. sub titulo: *Outheden van het Nieuw-verbond.*

Latine denique Lucæ 1729. fol. Tomis duobus, eodem, qui *Dictionarii Biblici* fuit, interprete, *Joanne Dominico Mansi*, sub titulo: *Prolegomena & Dissertationes in omnes & singulos S. Scripturæ libros.* Interpres elegans & accuratus secutus est collectionem, quam diximus, *Avenionensem*, quæ tunc, cum consilium vertendi susciperet, optima erat, ea vero, quæ in editione commentariorum Parisiensi anni 1726. in Prolegomenis illis vel emendata erant, vel denuo addita, facta cum versione sua comparatione, seorsim excudi fecit, & novas penitus dissertationes in calcem operis remisit. Idem præterea nonnulla de suo addidit, aut correxit, vel in notis marginalibus, vel in textu ipso, diverso literarum charactere, tum suasu eruditorum quorundam virorum, tum ipsius *Calmeti* permissu: qua de re ipse *Mansius* in præfatione exponit.

Præter hæc idem *Calmetus* edidit *gallice* Historiam Vet. & Novi Testamenti, ut & Judæorum, ut inservire possit introductioni in Abbatis *Fleurii* Historiam Ecclesiasticam. Lucem illa vidit *Parisiis* primum anno 1718. in 4. & 1725. 7 Voll. in 12.

Remy Ceillier, Benedictini, ex Congregat. S. Vanni & S. Hydulphi, Histoire des Auteurs Sacres & Ecclesiastiqves, qui contient leur vie, le catalogve, la critiqve, le jugement, &c. de leurs ouvrages. Paris. 1729. 4. Tomus I. hujus operis Parte I. de auctoribus Vet. Test. Parte II. autem de Scriptoribus Nov. Test. Parte denique III. de libris utriusque apocryphis differit, ita quidem, ut tantum vitam Scriptorum exponat, & authentiam canonicam adstruat. Confer Diarium Eruditorum Parisiense anno 1730. Octobr. pag. 230. ed. Amstelodamens.

Antonii de Escobar & Mendoça, Hispani, Jesuitæ, Commentario suo in Vet. & Nov. Test. septem præloquia præmisit, quorum I. de libris Canonicis, Scriptoribus Sacris, lingua, versionibus &c. II. de S. Scripturæ stylo, obscuritate, phrasibus & idiotismis &c. commentatur Lugduni 1667. fol. Compara *Theophili Alethæi* Bericht von Commentatoribus, Tom. V. pag. 74. sqq.

Augusti Hermanni Franckii, Theologi quondam Halensis, Manuductio ad lectionem Scripturæ Sacræ, Halæ 1700. 12. & alias.

Mart. Grulichii Cynosura Historiæ Biblicæ. Dresd. 1724. 8. 10. plag.

Jo. Henrici Heideggeri Enchiridion Biblicum, de quo pag. 258. De eo lege B. *Jo. Fabricii* Bibliothecam Fabricianam Tom. VI. pag. 147. qui *Thomæ Crenii* in illud animadversiones ex Animadversionibus ejus Historico-Philolog. Part. II. cap. IV. repetit, & Bibliothecam Reimmannianam Part. I. pag. 272.

Conr. Danielis Kleinknecht, Vlmensis, V. D. M. Pfulensis, der von Jugend auf in der Heil. Schrift zur Seeligkeit unterwiesene Timotheus oder gründlicher Unterricht von allen Büchern Heil. Schrift. Vlmæ 1729. 8.

Laur. Ottonis Lasii auserlesene Biblische Denckwürdigkeiten Neues Testaments. Budissæ 1726. 8.

Johannis Lewis, Anglus, in Originibus Hebræis toto libro VIII. Canonem Biblicum in genere, & in specie quod ad singulos libros Canonicos, Apocryphos, & in Scriptura S. citatos, sed non exstantes, persequitur.

Casp. Neumanni, Inspectoris quondam Vratislaviensis, kurtzer Bericht von dem Innhalt der Bibel. Vratislav. 1699. ut pars concionis in Luc. XXIV. 27. habitæ. Eam alius *ἀνωνύμως* recudi curavit Hildesiæ 1721. Vide Bibliothecam Reimmannianam Parte I. p. 274.

Friderici Opfergeldtii, Inspectoris & Pastoris quondam Nauensis in Marchia, getreuer Onesimus, der kund machet, wie es um die gantze Heil. Schrifft stehet, und was ihr bißher vor Fata zugestossen. Berolin. 1714. 8.

Jac. Frid. Reimmanni, Antistitis Hildesiensis, Summarische Einleitung in die Bücher des Alten und Neuen Testaments, in Wochen-Predigten vorgetragen. Goslar. 1726. 4. Ejusdem Quæstiones Biblicæ super Vet. & Nov. Test. Francofurti ad Mœn. anno 1711. mendosius sunt recusæ, quod ipse queritur in Catalogo Bibliothecæ suæ Parte I. pag. 273.

Franc. Roberts, Angli, Clavis Bibliorum, in qua ordo, nomina, tempora, Scriptores, occasiones, scopus & principales partes singulorum librorum Vet. & Nov. Test. explicantur. Lond. 1649. 1656. & 1675. fol.

Jo. Jacobi Schmidii, V. D. M. Perstensis & Patovensis, in Pomerania, Biblischer Historicus. Lipf. 1728. 8. maj. Vid. Nova Literaria Lipsiens. Germanica anni 1728. pag. 791. & 1729. pag. 198.

Daniel Schneiderus, Superintendens Erbacensis, in Dictionario Biblico,

Biblico, lingua vernacula edito, 2 Tomis. Francof. ad Mœn. 1728. suis locis etiam ea, quæ ad Scriptores Biblicos pertinent, persequitur.

Simonis, Galli, Theolog. D. Dictionarium Biblicum, in quo compendiose referuntur vitæ & gesta virorum illustrium, quorum fit mentio in utroque codice Sacro, & in Judaica historia &c. Lugduni 1692. & altera vice ibid. 1715. auctius in fol. 2 Voll. Conf. de eo *Calmeti* præfat. ad Dictionarium suum.

Georg. Serpilius Personalia Scriptorum Sacrorum, quæ vocavit, post ea quæ supra pag. 260. commemorata sunt, ita continuavit, ut Pars X. sisteret reliquos Psalmorum Interpretes, qui Parti VIII. deerant. Hinc secuta sunt Personalia *Salomonis*, Ratisbonæ 1715. tum *Jesaiæ*, ibid. 1717. hinc *Jeremiæ*, 1721. *Ezechielis* 1723. ac denique *Danielis*, 1725. 8.

Sal. van Till Opus Analyticum fusius enarratur in Bibliotheca Bremensi Class. IV. pag. 179. sqq. Recusum illud est correctius *Basileæ* 1722. 4. 2 Voll.

Christoph. Henrici Zeibichii, Theologi hodie Wittebergensis, erster und anderer Zuspruch Philippi, oder Unterricht von der Heil. Schrifft Altes und Neuen Testaments, Wittenberg. 1726. 8. ed. 2. & Lips. 1732. 12. auctior.

Christophori Zelleri, Pastoris Maulbronnensis, Historia Scripturæ Sacr. qua tum in genere de ortu, progressu & fine scriptionis Sacræ, de Scriptoribus Sacris, eorundemque impulsu & afflatu, de argumento, methodo, stilo, scopo, conservatione & interpretatione Sacri Codicis; tum in specie de singulorum librorum Scriptore, auctoritate, summa, divisione, &c. disseritur. Vlmæ 1701. 4. Sinistrum de eo judicium legis in Biblioth. Reimmanniana Parte I. p. 267.

Introductiones in Scripturam Sacram CRITICÆ, quæ ex Philologia S. de conditione Canonis, Bibliorum editionibus, versionibus &c. disserunt.

Anonymi Observationes Criticæ in librum, cui titulus: *Dissertationes in Prolegomena Waltoni*, Gallice, Leodii 1700. Vide quæ hic infra scribentur sub *Waltono*.

Natalis Alexandri, Theologi Parisiensis, dissertationes, ex Selectis H. E. Capitibus huc pertinentes, sigillatim enumerat *Augustinus Calmetus*

metus in Supplemento Bibliothecæ Sacræ, quod exſtat in calce Tomi IV. Dictionarii Biblici pag. 168. In eas paſſim animadvertit *Rich. Simon* in Critica Prolegomenorum Biblicorum *Dupinii.*

Julii Bergerii Florilegium Theologicum Venet. 1594. valde laudatur, tanquam quo varia Prolegomenorum Biblicorum capita contineantur, à *Rich. Simone* l. c. Tom. III. pag. 6.

Jo. Buxtorfii, filii, Criticam Sacram auctoris manu ſcriptam in Bibliotheca Baſileenſi exſtare, refertur in Lexico Hiſtorico univerſali Baſileenſi, Tomo I. pag. 674.

Ludov. Cappelli Critica Sacra, de qua Vol. II. pag. 27. & hic pag. 7. diximus. Conf. Vener. *Jo. Gottlob Carpzovii* Criticam Sacram p. 29. ſq.

Jo. Gottlob Carpzovii, Antiſtitis nunc Lubecenſis meritiſſimi, Critica Sacra Vet. Teſt. in Academia Lipſienſi per diſputationes primum edita & deinde in juſtum corpus compacta & recuſa, Parte I. circa textum originalem. II. circa verſiones. III. circa Pſeudo-Criticam Wilhelmi Whiſtoni ſolicita eſt. Lipſ. 1728. 4. Conf. Nova Literar. Lipſienſ. German. an. 1729. pag. 65. & 106., Acta Erudit. Lipſienſ. Latina anno 1728. menſe Decembr. & Bibliothecam Theologicam Selectam Parte XXXII. num. 1. Pars I. enarratur quoque in Memoriis Trevoltinis anno 1719. pag. 197. ſq. ubi Auctor merito ab doctrina & judicio laudatur. Pars III. Anti Whiſtoniana per *Moſen Marcum*, Ex Judæum, Anglice converſa, Londini 1729. prodiit, de qua ſupra pag. 10. diximus. Vt paucis multa dicam: opus eſt egregium, quo nemo, qui quidem de ſacris literis ſolicitus ſit, carere hodie poſſit.

Crowaeus Vernevilium vel *Vernulejum* quendam præeuntem ſibi habuit, de quo infra ſub *Vernulejo.*

Ludovici Elliesii Dupinii, de cujus nominis ratione lege Ven. *Pfaffium* de Originibus Juris Eccleſiaſtici p. 161. Prolegomena ſeveriore cenſura excepta ſunt à *Rich. Simone* in libro Pariſ. 1730. 4. tomis in 8. poſt utriusque fata edito, ſub titulo: *Critique de la Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques & des Prolegomenes de la Bible de Mr. du Pin.* Hujus enim operis Tomi III. & IV. ad examen illorum Prolegomenorum referuntur. Criticæ illius Auctorem *Simonem* eſſe confirmat *Stephanus Soucietus*, Jeſuita, in Diario Eruditorum Pariſienſi an. 1731. Majo p. 130. ſq. edit. Amſtelod. ubi inter cetera teſtatur, in manibus ſuis adhuc eſſe ipſius Simonis αὐτόγραφον, ex quo editio ſit curata. Aut valde ego fallor, aut ipſe *Soucietus* librum edidit, & animadverſiones copioſas & eruditas adjecit.

Ceterum

Ceterum de *Dupinio* ejusque Bibliotheca Scriptorum Ecclesiastic. legatur *Rich. Simon* in illa, quam modo diximus, Critica Tom. II. pag. 510. sqq. & Celeberr. *Pfaffius* in Introduct. in Histor. Ecclesiastic. Tomo III. pag. 259 — 282.

Laur. Fabricii Partitiones Codicis Hebræi, in Tomo I. Thesauri librorum Philologic. Lugduni Batav. 1700. recusæ sunt, per B. *Thom. Crenium*, cujus præfationem ad illum Tomum pag. 34. sqq. consuli velim.

Claudii Frassenii, Galli, Minoritæ, an. 1711. defuncti, Disquisitiones Biblicæ IV. libris comprehensæ, de quibus pag. 265., prodierunt primum *Paris.* 1682. & deinde ibid. 1711. 4. auctiores & correctiores. Ejusdem Disquisitiones Biblicæ in universum Pentateucham non *Parisiis*, sed *Rhotomagi* 1705. 4. lucem adspexerunt. Vide *Memoires de Trevoux* anno 1706. pag. 1685. sq.

Jo. Frickii, S. T. P. Vlmensis, commentatio de cura Ecclesiæ veteris circa Canonem Scripturæ Sacræ & conservandam Codicum puritatem. Vlmæ 1728. 4.

Salom. Glassii Philologia Sacra probavit se etiam Auctoribus Memoriarum Trevoltinarum, Jesuitis, anno 1705. p. 1815. qui tamen de *Logica Sacra*, quæ primum in edit. *Lipsiensi* anno 1705. & *Jenensi* anno 1713. accessit, abjectius sentiunt. Accipe verba: *La Logique Sacrée est un assez pauvre ouvrage: l'Auteur y veut reduire les raisonnemens des Auteurs Sacrez aux preceptes de la Dialectique: il est excellent Grammairien & sa Philologie Sacrée & sa Rhetorique ont merité l'estime de tour les connoisseurs.* Confer alia in laudem operis dicta ibidem anno 1714. pag. 972. sq. ubi editio ejusdem *Amstelodam.* anno 1711. 4. enarratur. De compendio libri *Herwartiano* vide sub *Henr. Philippo Herwarto* pag. 266.

Cherubini à S. Joseph, Carmelitæ, *Bibliotheca Critica Sacra*, quam laudavimus pag. 267. exponitur quod ad Tom. I. in *Memoriis Trevoltinis* anno 1710. mense Decembri: II. qui titulum fert *Apparatus Sacri*, ibidem 1711. mense Augusto, pag. 1339. & *Decembr.* pag. 2193. Tom. IV. ibid. 1712. mense Julio p. 1176. sqq.

Bernh. Lamy, Galli, Presbyteri Congregationis Oratorii, *Apparatus ad Biblia Sacra* Gratianopoli 1687. fol. Idem sub titulo: *Apparatus Biblicus*, sive Manuductio ad Sacram Scripturam &c. *Lugduni* 1696. 8. *Jenæ* 1708. *Amstelodami* 1709. 4. & *Lugduni* 1720. 8. *Gallice* lucem adspexit, sub titulo: *Introductio ad S. Scripturam* primum Lugduni 1689. 12. hinc

interprete *Francisco de Bellegarde* Parif. 1697. 8. & ex nova verfione *Boyerii*, Canonici Monbrizonenfis, *Lugduni* 1699. & 1709. 4.

Anglice converfus eft liber per *Bundy* Londini 1724. 4. ad quam verfionem nonnulla fubinde accefferunt, partim ex ipfius *Lamii* Tractatu de Tabernaculo, partim ex propria Interpretis fupellectile, qui & pro figuris æneis, à Lamio exhibitis, alias magis neceffarias attulit, doctrinam autem de Ponderibus & menfuris defumfit ex tabulis *Arbuthnoti*, Chronologiam vero ex *Marfchallo* & *Humphr. Prideaux* emendavit. Comparetur *Bibliotheque Angloife* Tomo XII. Parte I. p. 262. Verfio hæc recufa eft *Londini* 1728. 8.

Jo. Michaelis Langii, Theologi quondam Altorfini, Collegium Biblicum, i. e. Ifagoge in omnes Scripturæ S. libros, qua Criticæ obfervationes generales & ad Exegefin Sacram fimilia adminicula fuppeditantur, MS. citatur à Zeltnero in Vitis Theologorum Altorfinorum pag. 488.

Jac. le Long, Congregationis Oratorii Parif. Presbyteri & Bibliothecæ Domus Parifienfis præfecti, anno 1721. 13. Aug. qui erat ætatis ejus 56. cum trimeftri, defuncti, & de literis, facris inprimis, egregie, (quod vel ex Vita Auctoris, Bibliothecæ Sacræ edit. Parif. 1723. fol. præmiffa, patet,) promeriti *Bibliotheca Sacra, in binos Syllabos diftincta*, quorum Prior, qui jam tertio auctior prodit, omnes five Textus Sacri, five verfionum ejusdem quavis lingua expreffarum editiones, nec non præftantiores MSS. Codices cum Notis hiftoricis & Criticis exhibet: Pofterior vero continet omnia eorum opera, quovis idiomate confcripta, qui huc usque in S. Scripturam quidpiam ediderunt, fimul collecta, tum ordine Auctorum Alphabetico difpofita, tum ferie facrorum librorum. Huic coronidis loco fubjiciuntur Grammaticæ & Lexica linguarum præfertim Orientalium, Parif. 1723. fol. Egregium & quantivis pretii opus promeritis laudibus profecuti funt Auctores Actorum Eruditorum Lipfienf. an. 1724. p. 193. fq. adjectis tamen nonnullis in errata animadverfionibus, quemadmodum tales in priorem Tomi I. editionem *Jo. Fabricius* fuppeditaverat in Bibliotheca Fabriciana Tom. VI. p. 160. fqq. Adde *Acta Eruditorum* Lipfienfia Germanica Parte XCIII. Digna omnino eft opera, quæ, prout nunc exacta eft, in Germania recudatur, & neceffariis fupplementis ac emendationibus inftruatur. De quo confilio cum præftantiffimum *Jo. Albertum Fabricium* noftrum cogitare meminerim, rogandus ille omnino eft, ut inftitutum hoc, ad quod per-

perficiendum omnibus & doctrinæ & industriæ præsidiis instructissimus est, abjicere nolit. Neque enim negari potest, insigne hoc corpus suis laborare nævis, quod eruditissimo & diligentissimo conditori adeo fraudi esse non potest, ut mirum potius & conditione humana majus futurum sit, ab his si foret. In Judæorum Magistris scriptisque eorum commemorandis frequenter eum allucinantem deprehendi, & in hoc ipso Volumine ostendam. Sed nec in aliis satis sibi cavit. Ita v. c. me quoque Tomo II. pag. 1022. appellans, *Linguarum Orientalium Professorem & Superintendentem Hamburgensem* facit, qui me in inscriptione Voluminis II. Bibliothecæ Hebraicæ *Pastorem*, qui ex Professore linguarum Oriental. evaseram, & *Scholarcham* dixeram. Quæ ut condonari facile possunt auctori, ita majorem mihi, quam mereor, honorem tribui nolim. *Augustinum* quoque *Calmetum* in Supplemento Bibliothecæ Sacræ quod in calce Tomi IV. Dictionarii Biblici exstat, nonnulla memini emendare. In hanc rem opem ipsi suam commodavit Domnus *Ildephonsus Cathelinot*, Benedictinus, Abbas S. Mihielis, quem *Calmetus* in præfat. ad Tom. III. Dictionarii prædicans testatur, *Cathelinotbum* hic specimen operis amplissimi exhibere, quod de commentatoribus in Sacrum Codicem generalibus & specialibus confectum in scriniis servet.

Jo. Leusdenii illa, quæ huc potissimum pertinent, sigillatim quod ad dissertationes, in *Philologo Hebræo*, *Hebræo-mixto*, & *Græco* exstantes, enumerat *Le Longius* p. 828.

Francisci Macedo, Lusitani, Minoritæ Clavis S. Scripturæ, sive controversia de Scripturis: 1) de Canone & libris Canonicis. 2) de variis editionibus & versionibus. 3) de sensibus & interpretatione. Romæ 1660. fol.

Honorati de S. Maria, Carmelitæ discalceati, Reflexions sur les regles, & sur l'usage de la Critique Parisiis 1713. 4. ex parte huc pertinent. Compara Vener. *J. G. Carpzovii* Criticam Sacram p. 28. sq.

Jo. Martianai scripta aliquot huc pertinentia pag. 270. attulimus. Iis, velim, addas Prolegomenon ejus IV. in divinam Bibliothecam S. Hieronymi Paris. 1697. fol. quo de titulis & capitibus, versibus & metris Sacrorum Bibliorum exponit; tum Congeriem thesium in Sacra Biblia: exercitationem in Psalterium Davidicum & Exercitationem Chronologicam in omnes Prophetas, quæ leguntur in Hieronymi Operum Tomo V.

Jo. Stephani Menochii, Jesuitæ, Expositioni sensus literalis totius Scriptu-

Scripturæ Sacræ aliquoties, v. c. Colon. Agripp. 1630. Antwerpiæ 1679. Lugduni 1685. & 1695. & novissime Paris. 1719. fol. editæ, præmittuntur *Prolegomena* in Scripturam Sacram, quæ in novissima illa editione supplemento quodam aucta sunt, cura *Petri de Tournemine*, Jesuitæ. Confer *Theophili Alethæi* Notitiam Interpretum S. Scripturæ Tomo V. pag. 14. sqq.

Petri Lopez de Montoya, Hispani, Theologi Salmanticensis, libri II. de concordia Sacrarum editionum, quorum alter continet controversias introductorias ad studia sacrarum literarum; alter concordiam ipsam editionum, quorum alter continet controversias introductorias ad studia sacrarum literarum; alter concordiam ipsam editionum Hebr. & Græcæ LXX. Interpretum cum Vulgata Latina. Madriti 1596. 4.

Josephi de la Oseria, Hispani, Capucini, Hagiographa Prolegomena, seu Proœmialia in universam S. Scripturam, Valentiæ 1701. 4.

Johannis Oweni, Angli, de Scripturarum divina origine, auctoritate, evidentia & potestate: item vindicatio puritatis & integritatis textuum, Hebræi in Vet. Test. & Græci in Novo, cum observationibus ad Prolegomena & Appendicem Bibliorum Polyglottorum. Oxon. 1659. 8. & ibidem eodem anno Anglice. Ejusdem Digressiones de literarum origine, antiquis literis Hebraicis, punctuatione Hebraica, versionibus S. Scripturæ, τῶν LXX. & Chaldaica, & ritibus Judaicis, in opere ejus de natura, ortu & progressu veræ Theologiæ, Oxonii 1661. 4.

Jo. Palmroot, Professoris quondam Upsaliensis, *Thesaurum Philologicum* ex variis disputationibus, olim à se habitis, structurus erat, cujus nonnulla huc omnino spectarent. Vide Nova Literaria Lipsiens. Lat. 1722. Part. X. pag. 145. sqq. Sed hactenus is non prodiit: exstat tamen Prodromus Thesauri illius Lipsiæ 1723. 8.

Jos. Pasinii, dissert. Polemica, de qua pag. 271. animadversionibus quibusdam Polemico-Criticis configitur ab Rev. *Henr. Scharbau* in Parergis Part. III. pag. 146. sq. Conf. Biblioth. Fabrician. Part. VI. pag. 396. Referendæ quoque huc sunt ejusdem Dissertationes X. selectæ in Pentateuchum, August. Taurinorum 1721. 4. quibus præmittitur dissert. de studio inquirendæ veritatis in Sacrorum Bibliorum interpretatione. Lege Diarium Eruditorum Venetum Italicum Tom. XXXV. p. 173. sqq. Miratus ego sum, in secunda illarum Dissertationum pravam hodiernæ Vulgatæ lectionem Genes. III. *ipsa conteret caput*, defendi potuisse. Rectius

ctius sane eam cum altera *ipse* permutandam censuerunt Benedictini in Hieron. Opp. ubi Vulgatam exhibent, & novissime *Augustin. Calmetus* in Commentar. in Genesin, quem tamen vocem *ipsa* eodem sensu, quem τὸ *ipse* secum ferat, explicari posse, sine acumine Critico affirmare, ostendit *Richardus Simon* in Critica Bibliothecæ Ecclesiast. Dupinianæ Tom. II. pag. 491.

Hieronymi de la Rua, Sacerdotis & Professoris Toletani, duo volumina controversiarum Theologic. partim positivarum, partim Scholasticarum, quorum Prius continet dissertat. de libris Sacris & Canonicis, de Codicibus Hebr. Scripturæ Sacræ, de festis & jejuniis Hebræorum: Posterius de matrimoniis Hebræorum, de Prophetia, hebdomadibus Danielis, &c. Romæ 1584. fol. & Madriti 1619.

Alphonsi Salmeronis, Toletani, Jesuitæ, Prolegomena in universam Scripturam Sacram, præmissa tomo singulari Commentariis ejus in Historiam Evangelicam, *Brixiæ* 1601. & *Colon. Agrip.* 1602. fol. Argumenta Prolegomenorum illorum huc spectantia enumerantur à *Le Longio* pag. 939.

Ludovici de Tena, Bætici, Doctoris Theologi Complutensis, Isagoge in totam Scripturam Sacr. ubi de ejus existentia, quidditate, qualitatibus, integritate textus Hebraici, translationibus, singulorum librorum auctoritate & auctoribus, itemque idiomate, quo scripti sunt. Barcinone 1620. fol.

Josephi de Voisin, de quo supra pag. 273. liber de Lege divina secundum statum omnium temporum ab Adamo usque ad Christum, Paris. 1650. 8. editus, etiam huc spectat. In eo enim de lege scripta, de divisione legis, de translationibus Scripturæ Sacræ, & integritate textus Hebraici agitur.

Briani Waltoni Prolegomena gallice a se conversa Portus Regii Socios edere voluisse, cum *Rich. Simon* Historiam suam Criticam Vet. Test. ederet, deinde vero consilium hoc abjecisse, cum Simonius examen eorum accuratius à se instituendum in calce illius Historiæ promisisset, testatur ipse Tomo II. Epistolarum Selectarum, gallice editarum, epistola XXXVI. pag. 275. edit. novissimæ, ubi itidem specimina quædam errorum crassissimorum, qui in *Dissertationibus* Gallicis, super hæc *Prolegomena* Leodii 1700. editis, inveniuntur, repræsentat. Quemadmodum enim illæ *nudam & compendiosam Waltoniani* operis versionem exhibent, ita ipsa illa interpretatio ita comparata est, ut pejor

esse non posset. Conf. Vol. II. p. 274. De eodem Opere *Waltoni* præclare sentit Rev. *Reimannus* in Bibliotheca sua Theologica, Parte I. pag. 257. quamvis nonnulla minus probanda eo contineri non inficietur.

Hieron. Zanchii, Itali, Professoris Theologi Neostadiensis, Prolegomena in universa Biblia, exstant Tomo II. Miscellaneorum ejus, Neostadii 1608. 4. editorum.

De hujus generis Scriptoribus præter le *Longium* & *Calmetum* in *Bibliothecis* suis *Sacris* passim, commentati sunt, subjuncto judicio suo, ex nostratibus B. *Jo. Franc. Buddeus* in Isagoge Historico-Theologica lib. II, cap. VIII. pag. 1432. sqq. & alii.

Index alphabeticus Scriptorum, qui diversos Scripturæ Sacræ Interpretes enarrarunt.

Theophilus Alethæus, i. e. *Laurentius Mullerus*, Conrector Gymnasii Schleusingensis, & qui operam ejus continuavit, *Jeremias Friederici*, Catecheta Lipsiensis, *Elucidationi* suæ *locorum Scripturæ Sacræ difficiliorum* vernacula lingua editæ, comitem esse jussit *Notitiam uberiorem Interpretum Scripturæ Sacræ*. Hæc opera Lipsiæ 1714. 8. edi coepta adhuc continuatur, & nunc septem fere Volumina conficit.

Anonymi Elenchus Theologorum in tota S. Biblia, Colon. 1558. 4.

Anon. qui est M. *Georg. Jac. Schwindelius*, Compendieuse Priester-Bibliothec, Jenæ 1711. & tertium ibid. 1722. 8. de qua vide infra sub *Schwindelio*.

Jo. Franc. Buddei, Theologi Jenensis, Isagoge Historico Literaria Lips. 1727. 4. edita lib. II. cap. VII. totum à pag. 1427. ad 1796. huc refert, ubi Interpretes Biblici secundum Seculorum seriem recensentur.

Augustinus Calmetus, in Bibliotheca Sacra in calce Tomi II. Dictionarii Biblici, & Supplemento ejus in calce Tomi IV. ejusdem Dictionarii, commentatores Biblicos tum universales, tum speciales secundum ordinem locorum Scripturæ Sacræ enumerat.

Ildefonsus Cathelinotus, is est, qui *Calmeto* in concinnando Supplemento Bibliothecæ Sacræ præsto fuit. Vide hic supra p. 71.

Davidis Chytræi Bibliothecam Homileticam ex MS. editurum se recepit *Carolus Arndius* in Delineat. Systematis Literarii pag. 9.

Petrus

Petrus Cœlestinus, Gallus, Aquitanus, Capucinus, in Clave Davidis, libro V. SS. Patrum Doctorumque, qui S. Scripturam interpretati sunt, catalogum exhibet. *Burdigalae* 1650. & *Lugduni* 1659. fol.

Jo. Conradi Dorn Bibliotheca Theolog. Critica, quam secundum singulas divinioris Scientiæ partes disposuit, atque instruxit, Francof. & Lips. vel potius Jenæ 1720. 8.

Andreæ Julii Dornmeieri, Gymnasii Fridericiani Berolinensis Collegæ supremi, Philologia Biblica, Lips. 1713. 8.

Jo. Fabricii, Theologi quondam Helmstadiensis, *Bibliotheca Fabriciana* sex tomis absoluta & successu temporis Helmstadii edita Interpretum Biblicorum, sine ordine tamen, &, prout occasio fert, rationem habet.

Conradi Gesneri, Partitiones Theologicæ Pandectarum universalium liber ultimus, Tiguri 1549. fol. Vid. B. *Mayeri* Bibliothecam Biblicam pag. 30. sq.

Gustavi, Ducis Brunsvicensis, Index omnium S. Scripturæ commentariorum, interpretationum & annotationum in Bibliotheca Gvelferbytana MS. teste *le Longio* p. 759.

Jo. Ernesti Hausmanni Introductio in Notitiam Scriptorum Homileticorum, Lips. 1714. 8.

Jos. Imbonatus in Bibliotheca Latino-Hebr. Romæ 1693. fol. edita Commentatores in Codicem Sacrum præ ceteris enarrat.

Fabiani Justiniani Commentarius de S. Scriptura, de sacro Concionatore & de Sacris Interpretibus, Romæ 1614. & Paris. 1618. 8. lib. III. pag. 537. sqq. exhibet indicem universalem eorum, qui tum universe, tum sigillatim in libros Biblicos commentati sunt.

Joach. Langii, Theologi Halensis, Institutiones Studii Theologici Literariæ, Halæ 1724. 8. editæ, Sect. V. in Bibliognosia Studii Exegetici p. 381—569. notitiam commentatorum Biblicorum succinctam exhibent.

Melchioris Leydeckeri, Theologi quondam Trajectini, Exercitatio Theologica de eruditis ad S. Scripturam commentariis, Vltraject. 1695. 4.

Christoph. Matthæi Pfaffii, Cancellarii Tubingensis, Introductionis in Historiam Theologiæ Literariam Pars I. Tubingæ 1724. 4. edita & ad Theologiam Exegeticam spectans, huc pertinet.

Ephraimi Prætorii, Senioris & Pastoris quondam Thorunienſis, Bibliotheca Homiletica, qua Interpretes, qui vernacula lingua libros Biblicos, eorumve capita vel commata interpretati ſunt, ordine librorum Biblicorum enumerantur. Lipſ. 1691. 1698. & 1711. 4. Ejusd. Continuatio I. ſive Pars II. Bibliothecæ Homilet. ib. 1708. 4. & Continuatio II. ſeu Pars III. ibid. 1719. 4.

Franc. de Ribera, Hiſpani, Jeſuitæ, commentatio de Interpretibus Scripturæ Sacræ articulis IV., quorum I. de commentariis Rabbinicis & II. SS. Patrum, III. vero de iis, quos in ſenſu literali, & IV. denique, quos in ſenſu myſtico ſequi deceat, exponit. Exſtat illa in Supplemento commentariorum *Menochii* Pariſ. 1719. fol. recuſorum, Tomo II.

Pauli Mariæ Rivarolæ, Capucini, Index librorum, qui in univerſa Biblia, vel univerſe, vel ſigillatim, etiam in verſiculos, data opera ſcripſerunt, 2 Voll. in fol. teſte Dionyſio Genuenſi in Biblioth. Capucinorum.

Schabtai (Joſephi) Judæi, שִׂפְתֵי יְשֵׁנִים i. e. *Labia Dormientium*, *Amſtelod.* 1680. 4. quo libro ut Judaici Scriptores generatim, ita commentarii quoque Biblici ſecundum titulos ipſorum literarum ſerie enumerantur. De illo libro tum in præfatione ad Vol. I. Bibliothecæ meæ Hebraicæ, tum in opere ipſo Vol. I. & III. num. 1923. pluribus dixi. Ex quo ſimul intelligitur, *Buxtorfium*, *Bartoloccium*, & me quoque in *Bibliothecis Rabbinicis & Hebraicis* eorum rationem habuiſſe.

Schererzii (*Friderici*) Luneburgenſis, Animadverſionum Sacrarum Libb. II. Lugduni Batav. 1656. 12. quorum I. gloſſologia, ejusque Vindiciæ, Canonis Hebræi conſtitutio, Vet. Teſt. diſtributio, Sectiones mimores, librorum tituli, verſiones, commentarii, indices Bibliorum & Concordantiæ; II. vero textus originalis puritas, variarum lectionum & Codicis Samaritani controverſia &c. ſuccincte admodum exponuntur.

Georg. Jac. Schwindelii, V. D. Miniſtri Norimbergenſis, vollſtändige und reelle Prieſter-Bibliothec, qua Commentatores Biblici Generales in totum Codicem Sacrum, hinc in libros Biblicos ſingulos, eorumque capita & commata enumerantur. Norimbergæ 1721. 4. Præmittuntur Prolegomena duo, quorum alterum Scriptores Theologiæ Homileticæ, alterum illos, qui notitiam Interpretum Biblicorum dederunt, commemorat. Confer Nova Literaria Lipſienſia Germanica an. 1723. pag. 502.

ubi & pag. 596. exstat Auctoris epistola, qua testatur, opus hoc altera fere parte auctius in scriniis à se servari. Natum illud est ex *Bibliotheca Pastorali breviore*, ἀνωνύμως edita, cujus paulo ante pag. 74. fecimus mentionem.

J. A. S. i. e. *Jo. Antonii Strubbergii*, τοῦ μακαρίτου, Bibliotheca Commentatorum in IV. Evangelia, quam is in præfat. ad Tabulam novam Harmoniæ Evangeliorum, germanice in 8. editam promisit. A. 5. b. Confer calcem præfationis.

Jo. Speed, Angli, Catalogus Interpretum S. Scripturæ, Londini 1650. 4.

Vernevilius: vide Vol. II. pag. 276. sub *Crowæo* in notis, & hic statim *Vernulejus*.

Vernulejus (Jo.) Anglus, vel potius *Vernulius*, cujus Nomenclatorem Interpretum & Commentatorum in Scripturam Sacram, Oxonii 1642. 4. editum *le Longius* recenset. Est ille *Joh. Verneuil*, (Vernulius) Burdigalensis, qui religionis causa in Angliam commigravit, Oxonii anno 1625. Magister artium & Bibliothecæ Bodlejanæ Custos constitutus, teste *Anton. à Wood* in Athenis Oxoniensibus Tom. II. pag. 107. qui ab eo ait prodiisse *Catalogum Interpretum S. Scripturæ, juxta numerorum ordinem, qui exstant in Biblioth. Bodlejana*, ex ed. secunda. 1635. 4. & primam à *Thoma Jamesio* curatam esse testatur.

Erdmanni Uhse, Rectoris quondam Martisburgensis, nunc μακαρίτου, Studenten-Bibliothecken aliquoties in 12. edita tralatitiam operam refert.

Christoph. Wendleri, Philosophorum Ordinis Jenensis Adjuncti, Bibliotheca Theologica huc vel maxime spectatura erat, siquidem prodiisset, prout est promissa. Vide Nova Literaria Lipsiens. Germanica anno 1715. pag. 304. & 1716. p. 167. inprimis autem Neuen Bücher-Saal Sect. LII. num. VI. Prodiit tamen *Prodromus* illius exhibens Historiam Criticam Commentatorum in Epistolas Paulinas, Jenæ 1721. 8.

Jac. Zannachii, Lubecensis, Bibliotheca Theologica, seu Catalogus Auctorum, qui in libros Biblicos scripserunt, usque ad annum 1591. Mulhus. 1591. 4. postea Servestæ usque ad annum 1666. 4. continuatus, opera admodum est exilis.

Rev. *Christian. Goclenium*, Antistitem Calbensem, amplissimam notitiam commentatorum Biblicorum, cum generalium tum specialium parare testatur Collectio Nov-antiquorum Theologic. an. 1730. p. 239.

SVPPLEMENTA AD LIBRVM II. HISTORIAM MSS. ET EDITIONVM HEBRÆI CODICIS TRADENTEM.

SECTIO I.

De Autographis Scriptorum Sacrorum.

Compara hic, quæ Vener. *Jo. Gottlob Carpzovius*, Antiſtes hodie Lubecenſis meritiſſimus, in opere egregio, quod *Criticam Sacram* Veteris Teſtamenti inſcripſit, Parte I. cap. VIII. pag. 365. ſqq. commentatus eſt.

De *autographo* ESDRÆ, quod *Hieroſolymis* alii, alii *Cabilone*, alii *Bononiæ* adhuc ſupereſſe falſo tradiderunt, ſupra pag. 285. Vol. II. abunde dictum eſt. Judæos Karæos *Cairenſes* in Ægypto de eodem gloriari teſtis eſt R. *Samuel, fil. David Jemſel*, in Itinerario, quod ſupra a nobis exhibitum eſt Vol. III. p. 1090. Is ſcilicet an. 1641. Cairum profectus Synagogam adiit viginti marmoreis columnis ſuperſtructam, quam ita deſcribit: *Armaria Sacra bina habet; legis autem divinæ volumina quatuor. In ſuperiore Armarii parte conclave eſt, ubi Moſaicæ legis exemplar aſſervatur, quod manu ſua ESRAS, Archigrammateus f. m. deſcripſerat. Ipſum hoc conclave, ubi Moſaicæ Legis exemplar ſpectabamus, multis ad hæc verbis miniſtrum publicum precati, ut nos intromitteret, viſum inſigne iſtud volumen Legis, itidem muneris loco numos aliquot ipſi offerentes. Quibus tamen ille nequicquam moveri poterat, dicendo, nemini unquam mortalium id ipſum ut recluderet conceſſum fuiſſe; jam* 50. *effluxiſſe annos, quibus miniſtri publici munere in hac Synagoga defungatur, neque vero tanto tempore ſacrum hoc volumen attingere auſum ſe fuiſſe.* Lege ibidem cetera. Pertinax illa codicis hujus occultatio ſuſpecta merito erit cuique, rem recte æſtimanti. Veriti enim omnino videntur Judæi, ne, ſi curatius inſpiciendus daretur, venditatæ antiquitatis exiſtimatio periret. Adde tamen, quæ de eodem ex narratione Judæorum Orientalium tradit *Claud. Cappellanus* in Mari Rabbinico infido Parte II. cap. X.

SECTIO

SECTIO II.

DE MSS. EXEMPLARIBVS ANTIQVISSIMIS.

De Codice HILLELIANO, de quo pag. 289. sq. exstat singularis dissertatio in Speciminibus rei literariæ, Gallice anno 1704. mense Majo, editis. Confer diligentissimi *Jac. le Long* Biblioth. Sacræ edit. II. in fol. p. 1940. & Cl. Jo. Frid. Cottæ Exercit. de origine Masoræ p. 91.

Codex SANBVKI, de quo pag. 292. nomen forte accepit ab insula, *Rhodo* vicina, quam ab incolis *Sanbini*, à Turcis *Suntini* appellari testis est *Thevenotius* in *Voyage du Levant*, lib. I. cap. 72. p. 363.

SECTIO III.

DE MSS. QVÆ ADHVC SVPERSVNT, ET DE QVORVM ÆTATE FERE CONSTAT.

Amstelodami, ut olim, ita hodienum exstant MSS. Codd. Biblici permulti, iique tum integri, tum ex parte nonnullorum librorum. Inter eos primo loco enarrabo eos, qui olim fuerunt *Cornel. Schultingii*, V. D. quondam Ministri inter Reformatos Amstelodamensis, post cujus obitum an. 1726. Amstelodami sub hasta venditi in aliorum, & diversorum quidem manus pervenerunt. Afferam vero secundum temporis, quo exarati feruntur, ordinem, prout in Catalogo Bibliothecæ Schultingianæ, an. 1726. Amstelodami in 8. impresso enumerantur, additis tamen, ne ille inposterum lectoribus fraudi sit, emendationibus & animadversionibus, quas Rev. *Johanni van der Hagen*, V. D. inter Reformatos Ministro Amstelodamensi, qui maximam illorum partem nunc possidet, in acceptis fero & gratus agnosco. De Catalogo enim impresso ita habendum est, auctorem ejus in plerisque codicibus describendis lapsum esse, & nunc annum scriptionis secundum Aeram Judaicam minus fideliter referre, nunc vero, & fere semper, in supputandis Aeræ Christianæ annis hallucinari, antiquiorem scilicet ætatem, quam quæ cum re ipsa convenit, codicibus assignando. Antiquissimus eorum est

Pentateuchus Hebraicus & Chald. cum qvinque *Megilloth* & *Haphtaroth*, membranaceus in fol. A. M. 4836. C. 876. si Catalogo modo dicto pag. 1. num. 5. fidem habeas, exaratus. At, cave credas. Rectiora accipe ex laudati *Hagenii* verbis: *Codex MS. in pergameno, in fol. quo conti-*

continetur Pentateuchus (cujus ſingulis verſibus ſubjicitur Targum Onnelos) 5. Megilloth & Haphtaroth absque Maſora. Quatuor priora Pentateuchi folia, quæ perierant, à recentiore manu ſuppleta ſunt. Ad calcem Pentateuchi hæc leguntur ſcripta literis Rabbinicis Tachygraphicis, & ita detritis, ut lectu ſint difficiliores, & tota hæc nota minus attentorum oculos fugiat: Ego Jechiel fil. Jacobi ſcripſi hunc librum in urbe Conſtantinopoli mille & ſeptem (annis) poſt vaſtationem domus ſecundæ, i. e. an. 1387. ab æra contractuum, ſeu anno 4836. à creatione mundi. *Scriptus itaque eſt hic Codex A. C.* 1076. *Exemplar quondam Guil. Anslarii, Paſtoris Eccleſ. Reform. Amſtelodamenſis, ſatis nitidum.*

V. *Megilloth* & *Haphtaroth*, ibid. num. 11. fol. A. M. 4894. C. 1034. ut in catalogo computatur, vel rectius A. C. 1134. Pervenit ille ad eruditiſſimum *Davidem Millium*, Profeſſorem Theologum Vltrajectinum; ſubjicitur illi *Raſchii* commentarius. Legitur alicubi vox פסח, qua ſcriptionis annus deſignari videtur. Hoc poſito, non patet, unde æra, in catalogo deſignata, petita ſit.

Pentateuchus, incipiens à *Geneſ.* XXXIII. 7. quem ſequuntur libri *Joſuæ*, *Judicum*, *Samuelis*, *libri Jeremiæ*, *Jeſaiæ & Ezechielis*, tum XII. *Prophetæ minores*, item *Ruth* & *Jeremias*, in membrana, ibid. num. 2. A. M. 4896. C. 1136. fol. Sequitur ibidem num. 4.

Codex membranaceus, complectens *Jeſaiam*, *Ezechielem*, XII. *Prophetas minores*, V. *Megilloth* & *Hagiographa*, ſine anno ſcriptionis. Prior ille codex, Pentateuchus ſcilicet, pervenit ad *Dav. Millium*; poſterior ad *Hagenium*, qui utrumque ita delineat: *Codex MS. in membrana, in folio magno, conſtans II. Voluminibus. Vol. I. continetur* Pentateuchus, *incipiens à Geneſ.* XXXIII. 7. Joſuæ, Judicum, Samuelis libri, Jeremias. *Deſunt, ni fallor, libri Regum. Vol. II. continentur* Jeſaias, Ezechiel, XII. Prophetæ minores, V. Megilloth, Pſalmi, Proverbia, Jobus, Daniel, Eſra, Nehemia, & Chronica uſque ad 2 Chronic. XXXVI. 12. *ita, ut ultimum folium deſit cum Maſora magna & parva. Scriba nomen, quod fuit* Salomo, *occurrit ad calcem XII. Prophetarum, & ad calcem Jobi. Annus ſcriptionis nullibi reperitur. In Volumine I. duo deſunt folia, quibus continebantur poſteriora libri Judicum à capite XX. v. 47. usque ad finem, & priora libri, Samuelis, ab initio uſque ad caput III. v. 17. Exemplar nitidum.* Patet itaque, in Catalogo duo hæc volumina, quæ unum Codicem Biblicum conſtituerunt, à ſe invicem male eſſe ſeparata; ac præterea minus recte deſcripta.

Pentateuchus, cum notis *Raſchii*, membranaceus, ibid. n. 10 in 4. cum *Haphtaroth*, A. M. 4896. C. 1136. ſecundum Catalogum ſcriptus. At

At annum hunc ſe non potuiſſe reperire teſtatur Rev. *Hagenius*, videturque ex ingenio, quemadmodum in codice proxime antecedente factum eſt, confictus.

Canticum Canticorum, Ruth, Eccleſiaſtes & *Threni*, ibid. n. 13. in fol. A. M. 4975. C. 1105. ſecundum Catalogum. Sicut vero rectius A. C. 1215. hic deſignari debebat; ita nullum in hoc volumine ſcriptionis annum ſe inveniſſe teſtatur, qui nunc poſſidet, *Hagenius*. Idem præterea obſervat, codicem illum, qui in Catalogo Schultingiano num. 12. recitatur, & *Jobum* cum *Haphtaroth* A.M.5069. C.1209. deſcriptum continere dicitur, conſtituere volumen alterum Codicis prioris modo recenſiti; complecti autem *Jobum* & *Jeremiam*, usque ad caput XXIII. 7. & ex *Jeſaia* capita XXXIV. 1.—XXXV. 10. Ad calcem hujus voluminis hæc leguntur: *Ego Salomo fil. Jechiel ſcripſi* זה המחזור *pro Rabbi - - - filio Abrahami an. 5069. a C. M. octavo die menſis Niſan.* Is vero annus reſpondet anno Aeræ Chriſtianæ 1309. Videntur eſſe particulæ operis Biblici amplioris & abſoluti.

Pſalmi, Jobus, Proverbia, Daniel, Eſra, Nehemias & *Chronicorum libri* membranacei in fol. num. 8. A. M. 5046. C. 1286. ſecundum catalogum. Accedunt vero, ex indicio laudati *Hagenii*, qui nunc poſſidet, *Jeremias* à cap. I. usque ad XXIII. 7. & ex *Jeſaia* XXXIV. 1. usque ad XXXV. 10. prout in codice proxime ante hunc recenſito. Conſpicitur præterea *Maſora magna & parva.* Scribæ nomen eſt *Iſaac fil. Jehuda*, qui codicem ſcripſit pro R. *Mardochai* filio - - - - an. 5046. die 22. menſis Elul, feria quinta.

Ex ejusdem indicio novi, *Pentateuchum* cum V. *Megilloth* & *Haphtaroth*, in Catalogo num. 6. ſine ſcriptionis anno commemoratum, in folio, conſtituere priorem partem Codicis *Pſalmorum* &c. proxime ante hunc recenſiti, & exhibere *Maſoram magnam & parvam*, ſi Haphtaroth exceperis: in quinque *Megilloth* vero deſiderari folia ſex quæ ſcilicet repræſentare debebant ultimam partem Eccleſiaſtæ à capitis IX. verſu 11. usque ad finem, totum item Threnorum libellum, & tres primores verſus libri *Eſther*.

Pentateuchus, V. *Megilloth*, & *Haphtaroth*, cum Maſora magna & parva, absque ullis figuris, & indice Sectionum legalium lectionumque totius anni, in membrana, ibid. num. 1. in fol. Catalogus ſcriptionis annum facit 5188. C. 1228. At eum ſe non inveniſſe profitetur Rev. *Hagenius*, niſi quis ſcriptionis tempus illis verbis exprimi cenſeat, quæ

in fine Masoræ linea ultima ita legantur : ראות רבות ולא תשמר פקח Hic enim vox פקח majusculis literis expressa est, id quod apud Judæos argumentum est anni designati. Atque sic scriptus hic Codex censeri debebat A. M. 5188. C. 1428. Exemplar est nitidissimum.

Jesaias, Hoseas, Psalmi, Jobus, Proverbia, V. Megilloth, Daniel, Chronicon, Esra & Nehemia, A. M. 5054. C. 1194. ibid. num. 1. membranac. in fol. teste Catalogo, qui hæc insuper adjecit: *Hoc est clarissimum istud exemplar, quod olim possedit Ampliss. Cornelius de Graaf, Dominus in Poelsbroeck* &c. *Consul Amstelodamensis. De quo ita Ledebuhrius in præfatione sui libri de Accentuatione Hebræa:* Nuper nactus sum elegantissimum MS. sed prioribus Prophetis, posterioribusque, Jeremia & Ezechiele mutilum, ex Bibliotheca Magnifici & Nobiliss. Viri, Dn. Cornelii de Graaf, Amplissimi Amstelædamensis Consulis, Hebræis literis ad miraculum docti. *Pro hoc exemplari Josephus Athias, Biblia Hebræa impressurus olim, Ampliss. Graavio obtulit mille imperiales.* De eodem Codice diximus nos Vol. II. hujus Bibliothecæ pag. 296. Hic, interprete Rev. *Hagenio*, velim observes, volumine illo non solum Hoseam, sed Prophetas minores omnes contineri, cum Masora utraque, quæ in singulorum librorum initiis in ima pagina eo artificio scripta est, ut tum alias, tum variorum animalium figuras referat, sicut & in aliis locis, sed raro, ita exarata est, ut rectæ lineæ in figuras animalium terminentur. Scriba est *R. Meir, fil. R. Jacob*, in usum R. Abrahami, f. R. Nathan, qui scriptionem absolvit A. M. 5050. C. 1290. (Male itaque Catalogus hic habet A. M. 5054. C. 1194. qui saltem statui debebat 1294.) Punctator est R. *Chajim ben R. Schnejor*, qui opera vocales, accentus & Masoram describendi defunctus est an. 5052. C. 1292. Exemplar nitidissimum.

Ceterum duo hi Codices, quos modo attuli, in Catalogo Schultingiano tanquam duo volumina unius ejusdemque Codicis afferuntur; at ea omnino diversa esse, variis indiciis & argumentis constare *Hagenius*, sæpe laudatus, affirmat. Vtrumque volumen nunc est apud Nobiliss. *Cornelium Tripp*, J. V. D. & Commissarium Amstelodamensem.

Biblia Hebræa A. M. 5055. in Biblioth. Collegii Lugdunensis, Soc. Jesu, teste *Jac. le Long* pag. 51. Biblioth. Sacræ edit. II.

Pentateuchus Hebr. & Chald. cum Masora per *Isaacum ben Abraham* A. M. 5062. C. 1302. in Bibliotheca Oppenheimeri, in 4.

Liber *Jobi* membranac. in Catalogo Biblioth. Schultingianæ n. 12. in fol. A. M. 5069. C. 1309. de quo paulo ante mentionem fecimus.

Bibl.

Bibl. Hebr. cum notis quibusdam Masorethicis & Calendario Hebraico in 4. A. C. 1320. in Biblioth. Cl. Dn. *Begon.* Ita hunc Codicem Vol. II. pag. 299. descripsi ex prima editione Biblioth. Sacræ *Jac. le Long.* Idem vero in repetita, & auctiore editione pag. 52. plenius & curatius eundem enarrat, unde intelligas, textum Hebræum, quadrato & pulchro charactere exaratum, Masora utraque cingi, Calendario initium voluminis occupante. Librarii nomen est *Josua fil. R. Abraham Gaon*, qui codicem hunc A. M. 5061. (ita enim scribendum est apud le Longium pro 1061. vel etiam secundum Aeram Judæorum minorem 61.) C. 1301. descripsit. Vocales recentiores sunt ætatis. Exstat Parisiis in Biblioth. Dn. *Begon*, Regii Canadensis Præfecti.

Biblia Hebræa membranacea, elegantissime scripta in 4. in Catalog. Bibl. Schultingian. num. 15. A. M. 5086. C. 1326. nunc apud *Hagenium*, qui exemplar appellat nitidissimum, & *Constantinopoli*, a Bibliopola, ibi habitante, in Belgium & Schultingio an. 1720. venditum. In limine Codicis hæc leguntur: *In signo bono. Hoc die primo hebdomadis, sexto dierum mensis Tebeth anni* 86. *in millenario sexto.*

Biblia Hebraica, A. C. 1399. & 400. exarata, de quibus Vol. II. pag. 300. apud Casp. Ferdinand. Vegam vidit *Jo. Lomeierus*, ut ipse pag. 176. Dierum Genialium Dissert. IV. testatur, eadem opera ex possessoris fide narrans, Regem Hispaniæ codicem hunc ter mille & sexcentis florenis redimere voluisse.

Libri *Josuæ*, *Judicum*, *Samuelis* & *Regum*, una serie scripti, *Jeremias*, *Ezechiel*, *Jesaias*, *XII. Prophetæ minores*, *Psalmi*, *Proverbia*, *Jobus*, *Daniel*, *Esra*, & *Nehemia*, in eadem serie, nec non libri Chronicorum eodem modo A. C. 1406. fol. num. 3. Catalogi Schultingiani. At hodiernus Codicis possessor, *Hagenius*, testis est, scriptionis annum nullibi designari. Ante annum tamen Christi 1436. exaratum esse, vel ex folio 110. apparet, quo possessor illius codicis, Abraham fil. Joelis, Sacerdotis, indicat, se illum emisse anno æræ minoris 196. C. 1436.

Pentateuchus & V. *Megilloth* in eodem Catalogo num. 1. ubi A. M. 5188. C. 1228. exaratus esse mendose scribitur. Annus enim ille mundi respondet anno reparatæ salutis 1428. ceu paulo ante observavimus.

Biblia Hebraica in membrana in fol. descripta cum Masora utraque, quæ in superiore & inferiore foliorum parte in plures circulos & semicirculos ducta est Amstelodami apud Rev. *Hermannum van de Wall*, V. D. Ministrum Amstelodamensem, exstant. Descripta illa sunt à *Samuele*,

muele, filio *Isaaci*, pro R. Jehuda, præcentore Synagogæ, filio R. Gedaljæ, filii Jachiæ. Absoluta autem A. M. 5251. C. 1491. Vlyssipone. Exemplar est nitidissimum.

Qui nunc sequuntur, Codices, maximam partem ignotæ vel incertæ sunt ætatis. Eos secundum locorum, in quibus inveniuntur, nomina secundum literarum seriem disposita, enumerabo.

Altorfii, in Bibliotheca Academica adhuc adservatur מגלת אסתר *libellus Esther*, olim Wagenseilianus, de quo ipse Wagenseilius præclara tradit in commentatione sua vernacula de institutione Principis pag. 229. Sed vehementer vereor, ne is nimis magnifice de illo senserit, inprimis quod ad antiquitatem spectat. Tanta enim mihi αὐτόπτῃ visa non est, quantam illi ὁ μακαρίτης tribuit.

Amstelodami in Bibliotheca *Schultingiana* olim, nunc vero *Hageniana* exstat

Pentateuchus membranaceus in fol. incipiens à *Genes. I.* 26. cum *Haphtharoth* (addito Targum illis *Haphtaroth*, quæ Festis Paschatis & Pentecostes legantur) item V. *Megilloth*, *Psalmi*, *Proverbia* & *Jobus*, usque ad caput XLII. 11. Accedit Masora utraque sine anno scriptionis designato. In calce exstant XII. prima Geneseos capita cum Targum *Onkelos* & commentario *Raschi*, ab alia manu scripta, & ad Codicem ipsum non pertinentia. Exemplar nitide quidem scriptum, sed injuria temporis, & frequenti lectorum usu, ac possessorum pristinorum incuria multis in locis detritum, foliis insuper nonnullis deficientibus. In Catalogo Schultingiano num. 7. XII. Prophetas minores eodem hoc Codice contineri mendose traditur.

Idem *Hagenius* ex eadem Schultingii Bibliotheca (vid. Catalogum num. 9.) accepit *Pentateuchum* membranaceum in fol. minori (cujus versibus singulis subjicitur Targum *Onkelos*) item V. *Megilloth* & *Haphtaroth*, absque Masora. Scriptionis annus frustra quæritur; videtur tamen codex antiquus.

De omnibus his codicibus, olim *Schultingianis*, quos adhuc, si ab uno alterove interjectis discesseris, enarravi, id generatim tenendum est, quod singuli vocalibus & accentibus sint instructi, singulaque folia in tres abeant columnas, excepto eo, qui Codicem Biblicum integrum de A. C. 1326., & altero, qui Pentateuchum & Haphtaroth cum com-

commentario *Raschii* exhibet. Prior enim contextum sacrum in duabus, posterior in una tantum columna descriptum sistit.

Armachæ in Hibernia, libri *Judicum* & *Regum*, cum excerptis ex *Raschii* commentariis in 4. Cod, 2. num. 976. in Bibliotheca *Narcissi* Archiepiscopi Armachani.

Ibidem libri II. *Samuelis* in 8. num. 981.

Ibidem libri *Ruth*, Danielis, Esdræ, Nehemias num. 980. Lege de his omnibus *Jac. le Long* Biblioth. Sacr. pag. 59. b. & 60. b. edit. II.

Ibidem Pentateuchus Hebr. membranaceus antiquus in 4. num. 978. Conf. *le Long* p. 38.

Bernæ Helvetiorum in Biblioth. Academ. exstare Codices Sacros Hebraic. MSS. antiquissime, didici ex Bibliotheca Bremensi Class. VI. pag. 727.

Brigæ Silesiorum in templo Parochiali custoditur codex membranac. in fol. majori, cum punctis & accentibus elegantissime exaratus, ubi post singulos versus Hebraicos statim sequitur Targum iisdem plane literis, quibus Hebræus textus est exaratus. Folia singula in tres abeunt columnas, quarum margines Masora magna & parva, minutioribus literis descripta, occupat. Artificiosissime quoque & minutissimis literis descripta & coloribus depicta ibi conspiciuntur modo à principio, modo in medio, modo in fine cujusvis libri, etiam in margine, mira hominum, animalium, plantarum, arborum, florum genera, quæ inter porci quoque imago occurrit. Continentur autem hoc volumine Pentateuchus, & V. *Megilloth*, sive volumina; ille cum, hæc sine Targum. Manus recens per totum Pentateuchum ab initio Paraschæ cujusque, quam Scriba interdum pictura quadam illustriorem reddidit, prima Haphtaræ, illi respondentis, verba adscripsit. Post *Megilloth* sequitur Haphtara *Bereschith*, ex Jes. XLII. 5. כה אמר usque ad verba ultima v. 12. Cetera desunt, nec Scribæ nomen, aut scriptionis annus definitur. In frontispicio hæc leguntur: *Ex Bibliotheca Illustris ac Generosi Domini Ferdinandi Hofmanni, L. Baronis* &c. Hæc ad me amicus quidam ex Silesia perscripsit. Ejusdem codicis Cl. *le Long* in Biblioth. Sacra edit. II. ex literis B. *Vngeri* bis meminit, nempe pag. 57. b. & 58. b. Vtrinque dicitur, legi hic varias lectiones copiosissimas, quas nescio, utrum de Masora accipere debeam, quod veri videtur simile.

Cantabrigia in Bibliotheca Publica servat Codicem membranaceum *Hagiographorum*, cum *Targum* anno 5107. C. 1347. à librario *Chajim* scriptum,

ſcriptum, & marginalibus usque ad 1 *Chron.* XXII. 6. inſtructum. Ex eo doctiſſimus *David Wilkins*, Canonicus Canterburienſis, Targum in libros Chronicorum édidit. Lege illum in præfatione, & *Waltonum* in Prolegomenis XII. §. 15. Emtus olim eſt à Duce Buckinghamiæ e Bibliotheca Erpeniana, & Academiæ Cantabrigienſi donatus. Textus Hebræus & Targum, ut fieri ſolet, alternis vicibus ſe excipiunt. Annus mundi 5107. quo ſcriptus eſt, anno Aeræ Chriſtianæ 1347. (non 1447. quem apud *Wilkinſium*, operarum, puto, vitio, expreſſum video) reſpondet.

Colbertina Pariſiis præter eos, quos ſupra pag. 306. appellavi, Codices, reconditos habet, teſte Catalogo MS., Codicem Hebræum integrum, num. 626. in fol. & *alium* cum Maſora, num. 4126. 4. iterumque alium cum utraque Maſora num. 4283. in 4. & *Pentateuchum* quoque num. 1307. fol.

Codex Biblicus ibidem num. 2630. & 2631. obvius, Maſora illuſtratus eſt, & Lexicon *Kimchii* adjunctum habet.

Codex num. 3098. ante annos circiter quadringentos elegantiſſime deſcriptus, Prophetas Priores & Poſteriores omnes cum notis Maſorethicis in margine exhibet, & (quod ex *Joſua* XXI. 36. & 37. patet) cum antiquiſſimis Codicibus Hillelis collatus eſt. In initio & fine reperiuntur diverſa alphabeta Maſorethica, & aliæ notæ criticæ.

Dresdenſem Codicem, de quo ſupra pag. 307. plenius delineat Vener. D. *Jo. Gottlieb Carpzovius*, Dresdenſium Antiſtes, in Critica Sacra Veteris Teſtamenti Parte I. cap. VIII. pag. 382. ſqq. *Membranaceus is*, inquit, *& vetuſtus eſt, unoque ſed vaſtiſſimæ molis volumine comprehenditur, foliorum longitudine* 18. *latitudine* 12. *pollices exæquans, & foliis conſtans* 645., *quaternioribus autem & nonnunquam quinternionibus* 65. *Tota complectitur Biblia Hebraica una cum Paraphraſi Chaldaica, quæ alternis verſibus per totum Codicem Hebræo textui, etiam in Chronicorum libris ſubjungitur, & cum triplici Maſora parva, præliminari librorum & magna. Singulæ foliorum paginæ tres exhibent columnas, quas Maſora magna deſuper duabus, infra autem tribus lineis, luculento & æquabili, ſed minoris formæ charactere exarata, cingit; parva autem nitido, ſed minuto charactere, intercolumnaria ſpatia, nonnunquam etiam margines occupat, eſt longe contractior illa & conciſior, quam in editione Buxtorfiana Baſileenſi. Præliminaris demum librorum, ut & nonnunquam magna Maſora, ſub auſpicia librorum, tum quoque in cujusvis quaternionis initio ac fine, minutiſſimis literis, ingentique labore ac artificio, in varias hominum, animalium, florum, ſphingum, &c. figuras, easque alicubi ſatis monſtroſas, cernitur redacta, ſed ob figuræ*

figuræ ductus adeo intricate, ut initia ac fines sententiarum & periodorum perquam difficulter inveniantur. Vbi, quod obiter noto, fallitur Le Long, *qui pag.* 80. *edit. Lipsiens. universam hujus Codicis Masoram inter varias florum atque animalium figuras circa textum perhibet scriptam. Charactere uterque textus gaudet quadrato, exacto & perquam nitido, sibique maximam partem constante & æquali, nisi quod post medium volumen grandior appareat & crassior, quam à principio. Punctatus est universus in utroque textu Codex, ductu tamen pariter ac atramento aliam, & haud dubie recentiorem punctatoris manum, indicante. Sed & in Masora parva hinc inde recentior & à punctatore quoque diversa Judæi Magistri manus, charactere rotundo, & in Rabbinorum MSS. pervulgato, allevisse nonnulla deprehenditur. Libri metrici* אמת *στιχηρὸι, & alternantibus lineis scripti sunt, ita ut prior posteriorem duabus circiter literis superet, eademque distinctione per universas columnas æquabiliter pergat.* Targum *in* Esther *ab initio libri admodum amplum & longe est copiosius, quam vel in Antwerpiensibus, vel in Anglicanis Polyglottis legitur, & quantum obiter & fugitivo oculo cognoscere licuit, multa de Salomonis throno tradit. Legit præterea hic Codex in utroque textu duos, qui in recentioribus nonnullis exemplaribus desiderantur, versus* Josuæ *XXI.* 36. 37. *atque in eo cum MSS. Regiis Berolinensibus, Dessaviensibus & Erfurtensibus, Jablonskio & Dn. Michaelis laudatis, amice conspirat. Literæ majusculæ, minusculæ, suspensæ, inversæ &c. variores longe apparent, quam in impressis Bibliis, neque tamen omnino negliguntur, v. c.* Deuter. *XXIX.* 27. *in voce* וישליכם *quod majusculum esse debebat,* ל *ordinarium, & reliquis literis æquale; ast* Deuteron. *VI.* 4. ע *in prima &* ד *in ultima voce majuscula: rursus* Levit. *I.* 1. א *minusculum in* ויקרא *cernitur, ut in excusis. Sic* Deuter. *XXIX.* 28. *puncta superne scripta exhibet, sed ab editione Buxtorfii numero diversa. Rursus* Numer. *X.* 35. *& XI.* 1. נ *quod in impressis inversum habetur, in nostro regulariter, & absque ductu anomalico scribitur, quod quidem Buxtorfius Nepos ad commentarium Masorethicum* pag. 156. *ed. in* 4. *in nonnullis MSS. æque se animadvertisse, intra circellos annotavit. Denique librarius in calcem paginæ initialis Levitici fol.* 70. pag. 2. *uncialibus literis ex Masoretico textu nitide compositis nomen suum ita prodidit:* אליעזר הלוי אמן: Eliefer Levita, Amen. *quod ad marginem minusculis literis, & procul artificio calligraphico ad hunc modum declaravit:* אליעזר בר שמואל הלוי סופר מהרן: Eliefer, filius Samuelis, Levita, Scriba.

Huc usque præstantissimus *Carpzovius*, apud quem cetera legi merentur. Hæc quidem h. l. longiuscule repetere consultum visum fuit, quod enarratio ista multa notatu digniora complectitur, & exemplum sistit egregium, quomodo in cognoscendis & describendis MSS. Hebraicis versari quemque oporteat.

Dubli-

Dublinum : vide ſupra *Armacha*.

Florentia in Bibliotheca S. Laurentii, ſeu *Scorialenſi*, complures codices p. 308. Vol. II. appellatos, olim repræſentavit. In Catalogo MS. qui apud me eſt, hos video enumerari. 1) *Biblia Hebræa* integra membranacea cum punctis, & notis marginalibus, i. e. ut interpretor, Maſorethicis, 2 Voll. 2) *Biblia Hebræa* antiquiſſimæ notæ cum Maſora, & libro Precum, 4 Voll. addita D. Valverdii cenſura. 3) *Biblia Hebræa* membranacea cum punctis & notis, 3 Voll. 4) Libri *Joſuæ* &c. usque ad libros *Esdræ* membranac. cum punctis & notis. 5) *Pſalterium, Jobus, Proverbia, Eſther, Ruth, Eccleſiaſtes, Prophetæ majores & minores*, cum notis & radicibus ad marginem. 6) *Pentateuchus, libri Joſuæ, Judicum & Regum*, cum radicibus ad marginem, ad cujus exempli fidem editio Polyglotta Complutenſis præcipue curata eſt. 7) Prophetæ majores & minores cum notis & radicibus. 8) *Geneſis* Hebr. cum verſione Latina interlineari, juſſu D. Alphonſi de Fonſeca, Archiepiſcopi Toletani, *Pet. Cirvello* interprete.

Francofurtenſes, qui olim apud Illuſtrem *Uffenbachium* exſtiterunt, Codices omnes ad me nunc tranſierunt. Eorum *ſexto*, de quo p. 309. uſus eſt B. *Burcklinus* ad curandam Bibliorum Hebraic. editionem, quæ anno 1716. lucem vidit.

Hafniæ Bibliotheca *Roſtgardiana*, ſub haſta anno 1726. vendita, habuit, teſte Catalogo Parte II. pag. 443. num. 1. 2. & 4. *Biblia Hebræa* membranacea optimæ notæ per duas columnas in fol. majori; item Partem *Pentateuchi Hebræi* optimæ notæ, eleganter in membrana virginea deſcripti in fol. nec non *Proverbia Salomonis* cum vocalibus & accentibus nitide exarata, in 12. Poſtremus hic ad me emtionis jure pervenit, de quo mox inter *Hamburgenſes* plura dicam. Priores vero duo tranſierunt in Bibliothecam Illuſtriſſ. *Comitis de Daneſchiold*, quæ poſt præmatura Poſſeſſoris fata Hafniæ anno 1732. ſectione publico diſtracta eſt. In Catalogo illius Bibliothecæ pag. 399. num. 2. primum illum ita legis deſcriptum. Biblia Hebraica *cum Maſora magna & parva, in fol. Codex membranac. annorum plusquam* 300. *elegans & accuratus, punctis vocalibus accentibusque instructus, & picturis, auro varioque colore inſignibus, quibus Arca fœderis & vaſa ſacra repræſentantur, exornatus.* Alter vero ita depictus eſt: *Pentateuchus Ebraicus, plurimis locis mutilus. fol. Codex membranaceus vetus literis grandioribus elegantibusque ſine vocalibus & accentibus.* Accedit ibidem tertius, num. 1. ita enarratus: Biblia Ebraica *cum Paraphraſi Chaldaica, in*

in fol. Codex membranaceus antiquus, in quo præter neglectum discrimen literarum majuscularum & minutarum, Sectionumque clausarum & apertarum, literis Begadkephath, quando non habent Dagesch, inscripta ubique lineola Raphe apparet. Vocalium autem accentuumque notæ recentiori manu adjectæ. Ceterum mutilus hinc inde Codex & ἀκέφαλ incipit à Genes. VII. 11. Hos codices omnes scias in Bibliothecam Regiam Hafniensem delatos esse.

Hagæ Comitum in Bibliotheca Ill. *Marchionis de Saint-Philippe*, quæ ibi anno 1727. auctionis more veniit, exstiterunt olim *Biblia Hebræa* in fol. elegantissimis perpulchrisque characteribus, in membranis purissimis descripta, cum punctis, addita ad marginem in forma viticularum ornamentorumque Masora, cujus verba minutissimis & concinnis literis diversas figuras repræsentant. Primum folium & sequentia octodecim diversis coloribus, auro & minio depictis, variisque ornamentis descripta sunt. Vide Catalogum Bibliothecæ incomparabilis p. 1.

Hamburgi in Bibliotheca B. *Joach. Morgenwegii* inter MSS. Codices, præter eos, quos pag. 311. Voll. II. laudavi, exstat *Pentateuchus* MS. integer in 4. una cum vaticinio *Jeremiæ* toto, & parte *Jesaiæ*, quæ ordine prior est. Hi Codices omnes una cum reliqua MSS. Orientalium supellectile ad me nunc transierunt.

De *Pentateucho* &c. antiquissimæ notæ *Winckleriano*, de quo loc. cit. ita amplius habe. Codicis folium primum, temporis injuria, dimidiam partem periit. Solus *Pentateuchus* textum Hebræum & *Targum* exhibet, per singulos versus alternis vicibus se invicem excipientes. In Targum illo nomen יהוה semper, non sine antiquitatis indicio, per tria ייי æquali serie descripta, quorum postremum circello dimidio munitum est, exprimitur: qua de re conferre juverit, quæ scripsi Vol. II. hujus Bibliothecæ pag. 315. in notis, & in Accessionibus ad Vol. I. sub nomine *Jo. Fortii, Hortensis*. Vocales & accentus à manu recentiore sunt adjecti: nec minus Masora magna & parva, atque illa quidem passim contractior, quam in editis, & interdum ornamenti causa in circulos ducta. Atque hic quoque diversam interdum manum agnoscere mihi visus sum. Totum volumen amplissimum folia singula in duas columnas dispertita exhibet, si librum *Jobi*, qui calcem occupat, excipias. In hoc enim describendo folium tantum primum in duas columnas divisum est, reliqua vero contextum Hebræum per integrum folium æquali & continua serie descriptum exhibet. In ultimo folio, negligenter & male ex parte habito, nullum exstat vel ætatis, vel li-

brarii indicium. Ex teste, fide digno, accepi, volumen hoc primo ejus Possessori centum numis aureis, quos ducatos vulgo appellant, constitisse.

Codex olim *Triglandinus*, ibidem à me commemoratus, quatuor absolvitur in folio voluminibus. Volumen I. cum *Pentateucho* V. *Megilloth* seu Volumina exhibet, eo ordine exarata, ut 1) *Ecclesiastes.* 2) *Ruth.* 3) *Canticum Canticorum.* 4) *Threni* & 5) *Esther* compareant. Puncta & accentus ab alia manu accesserunt, & quidem ab ea, ut videtur, cui Masora utraque debetur. Præterea vero hinc inde in margine accedunt observationes quædam criticæ, manu itidem recentiore scriptæ. In limine singulorum Pentateuchi librorum pars exstat Masoræ eleganter descriptæ, & in circulos ac figuras varias ductæ. In calce *Pentateuchi* hæc eadem manu quam textus ipse refert, scripta invenio: חזק ונתחזק יהודה הסופר לא יזק: Librario itaque nomen fuit *Jehuda.* Scriptionis tempus non designatur, nisi quod à recentissima manu iisdem, quæ attuli, verbis hæc video subjecta: בשנת חמשת אלפים ומאה ושלשים ואחד לבריאת עולם: i. e. *anno* 5131. *à condito mundo.* Si hæc pro æra scriptionis haberi debeant, ætatem voluminis hujus in A. C. 1371. referre necesse est. Verum aut valde fallor, aut antiquioris ætatis vestigia habet scriptura.

Megilloth in hoc volumine alia manu, quam Pentateuchus, scripta sunt.

Volumen II. continet Prophetas priores, i. e. libros Historicos, *Josuæ*, *Judicum*, *Samuelis*, item & *Regum.* Hic iterum aliam agnoscas manum & literas majores illis, quæ in Volumine I. conspiciuntur. Imo librarius in calce librorum Regum nomen suum per *Isaac f. Joschaja Hallevi*, exprimit. Verba ita habent: ברוך הנותן ליעף ולאין אונים עצמה ירבה אני יצחק בר יושעיא הלוי ז״ל הצור יזכני לכתוב ולגמור זה הספר אמן: i. e. *Benedictus sit, qui fesso dat robur, & inopi vires auget. Ego Isaacus f. Joschaiæ, Levitæ, p. m. Rupes dignetur me, ut scribam & absolvam librum hunc. Amen.*

Volumen III. sistit *Prophetas Majores & Minores*, initio facto à *Jeremia*, *Ezechiele*, *Jesaia* &c. Ejusdem librarii, cui Volumen II. debetur, manum agnoscere hic mihi visus sum. Ipsum vero Scriptoris nomen una cum indicio temporis scriptionis frustra quæsivi.

Volumen IV. habet *Hagiographa*, nempe 1) *Jobum.* 2) *Psalmos.* 3) *Proverbia.* 4) *Danielem.* 5) *Esram*, & *Nehemiam* (pro quo supra p. 311.

Malachia

Malachiæ nomen operæ prave expresserunt), continua serie scriptos, & 6) libros *Chronicorum*. In calce hæc legis: סיימתי יום ג׳ פרשה האזינו סט״ל השי״ יתן לי כח לגמור: *Absolvi die tertio hebdomadis, in qua legitur Parascha:* Audite, &c. (Deuter. XXXII. 1.) *Deus benedictus det mihi facultatem absolvendi.*

Hinc intelligitur, duos diversos, vel potius tres, Codicis hujus Biblici esse Scriptores. Alteri nomen fuit *Jehudæ*, alteri *Isaaci*, tertius denique, cui V. Volumina, post Pentateuchum descripta, debentur, nomen suum non expressit. Fieri tamen potest, ut omnes illi, ratione temporis vel parum, vel prorsus non fuerint distincti.

Inter meos nunc numero cum *Vngerianis* ceteris redemtum Codicem in fol. membranaceum, notæ antiquæ, quo præter *Pentateuchum* V. *Megilloth*, item *Haphtharoth* & liber *Jobi* continentur. Vocales & accentus una cum Masora utraque, arte nonnunquam in figuras ducta, recentiori manui debentur. *Pentateuchus* singulis commatibus subjectam exhibet *Onkelosi* Paraphrasin, in qua nomen יהוה æque ut in Pentateucho, modo commemorato, per tria ייי exprimitur. Ab initio vero desunt capita XLV. priora, cum XVII. commatibus prioribus capitis XLVI. Ad marginem libri *Jobi*, fere dimidii, a recente manu scriptus est commentarius quidam literalis *Anonymi*, cujus hoc habe specimen:

(איש) בארץ עוץ ארץ ארם כרמה ארת עוץ בכורו וארת בוץ אחיו (Genes. XXI. 22.) ואבי נהור: (והיה האיש ההוא) אע״פ שהירת לשון עתים הוא כן דרך לשון עברית שכשהוא מספר בלשון ההויה: ונוהג פעמים שכותב בו לשון עתיד ופעמים לשקהווה: כותב לשון עתיד על שם שעתיה להיות כן תמיד: וכותב לשון עבר על שם שכבר היה כן: וכותב לשון הווה כמשמעו ולשון מליאתו כמו הווה האיש ההוא: (מכל בני קדם) בני ארץ המזרח שארם במזרח העולם הוא: שנ׳ מן ארם ינחני בלק וגו׳ מהררי קדם (*Num.* XXIII. 7.)

Illi Codici quod ad ætatem proxime accedit alius itidem inter meos, membranaceus in fol. quo Prophetæ priores & posteriores utriusque ordinis comprehenduntur, cum vocalibus & accentibus, ab eadem manu profectis, sed sine Masora. In libro *Josuæ*, qui initium facit Voluminis, desiderantur ea, quæ à capitis XXI. v. 29. usque ad cap. XXIV. v. 4. legi debebant. Inter Prophetas majores Jeremias Ezechielem, hic vero Jesaiam post se exhibet. In margine nonnunquam à librario recentiore de *Keri* & *Cethith* monetur.

Similis illi eſt alius apud me Codex, itidem membranaceus in fol. cum punctis & accentibus, ſed ſine Maſora, qui Prophetas priores & poſteriores complectitur omnes. Margines oppletæ ſunt ſcholiis variis & obſervationibus literalibus, manu recentis Poſſeſſoris deſcriptis, quarum nonnullæ lingua Judæo-Germanica exprimuntur. Liber Regum poſterior à fine mutilus eſt. Eum ſequitur *Jeremias*, hunc *Jeſaias* & *Ezechiel*.

Ex eadem *Vngeri* Bibliotheca accepi *Pſalterium* membranaceum, luculente & majuſculis literis in fol. exaratum, ſed ab initio mutilum. Incipit enim à Pſalmi XV. v. 4. Occurrit vero etiam lacuna, quæ intercepit finem Pſalmi XXI. & ſequentes usque ad v. 7. Pſalmi XXXIV. Ductus literarum Seculum XII. poſt C. N. præ ſe ferre videntur. Vocales & accentus ab alia manu accedunt. Margines occupat commentarius, Rabbinicis literis à manu recentiore deſcriptus, & ex variis Interpretibus excerptus. Auctor videtur eſſe *Jebuda Paltbiel, fil. Chiskijæ*. In calce enim commentarii hæc leguntur: סליק פירוש תהלים· ואני יהודה פלטיאל בן הר׳ חזקיה כתבתי לעצמי· יהי רצון שאזכה להגות בו אני וזרעי וזרע זרעי עד סוף כל הדורות· אמן סלה: *Abſolutus eſt commentarius in Pſalmos; & ego, Jebuda Paltbiel, fil. Chiskijæ ſcripſi illum in proprium uſum. Faxit Deus, ut illum juxta mecum meditetur ſemen meum & ſemen ſeminis mei usque ad finem generationum omnium. Amen. Sela.* Notæ ſunt breves, & potiſſimum literales, quibus ſimiles in כתר יוסף i. e. commentario ſuper librum Precum, quo ſimul Pſalmi illuſtrantur, exſtare ex Judæo quodam erudito accepi. Afferam hic, quæ ad Pſ. XVI. leguntur. (מכתם לדוד) רבותנו אמרו שהיתה מכתו תמה שנולד מהול ואין שיטת המקרא נופל על המדרש כאן· אך באותן מזמור שנאמר לדוד מכתם שכתם יש לפרש שיר זה לדוד שהוה מך ותם אבל כאן נאמר מכתם לדוד אין לפרש כן: ואומר אני שהוא אחד מהשמות של כלי זמר וחלוק בנעימות השיר:

Eſt inſuper apud me *Pſalterium* in 16. nitide cum vocalibus & accentibus ab eadem manu deſcriptum, ornamentisque, rubro colore expreſſis, paſſim diſtinctum.

Item *Proverbia Salomonis* cum vocalibus & accentibus elegantiſſime in 12. exarata, ex Bibliotheca *Roſtgardiana*, in cujus Catalogo pag. 443. commemorantur. Codex eſt membranaceus, præfixum habens indicem Pſalmorum ſingulis ſectionibus Pentateuchi Sabbaticis, nec non iis, quæ diebus feſtis & Jejunii prælegi ſolent, parallelis.

Numero

Numero denique inter meos *Vffenbachianos* illos, quos supra Vol. II. pag. 308. sq. ut *Francofurtenses* laudavi. Illis vero nunc accessit liber *Jobi* & pars vaticiniorum *Jeremiae*, in calce *Machsor* Judaici MS. Codex est membranaceus in fol. constans foliis CCLXXIX. exaratus charactere quadrato vetusto, additis simul punctis, si unam excipias alteramve orationem, nec non ea, quae ex Jeremia adferuntur. Nec non *Canticum Canticorum*, libellus *Ruth*, & *Threni* Jeremiae, manu antiqua & literis quadratis, quae puncta quoque exhibent, inserta scilicet Codici membranaceo *Precum Judaicarum* in 4. Compara Bibliothecae Vffenbachianae Vniversalis Tomum III. pag. 37. num. 172. & pag. 38. num. 179.

Vidi etiam apud Judaeum quendam Hamburgensem *Pentateuchum* membranaceum, anno Aerae Judaicae minoris 141. C. 1381. in 4. Thessalonicae à *Josua fil. Eliezer* descriptum.

Helmstadiensem Codicem *Pentateuchi* MS. priorem, quem supra pag. 312. tetigi, delineat B. *Jo. Fabricius*, Parte V. Bibliothecae Fabricianae num. CXXX. addita *Hermanni Hardtii*, peritissimi judicis, epicrisi. Is vero exemplum hoc Seculo IX. aut X. non esse antiquius arbitratur, quippe quod plane sit Masorethicum, & ad recentis illius Criticae Judaicae regulam exacte compositum. *Nec enim*, ita pergit, *diu ante illam aetatem multum studii in scribendis Codicibus Sacris adhibuere, qui exiliorum mole pressi suas res, literas praecipue sacras, tantum non dedidicerunt, certe neglexerunt.*

Leidensis Codex, de quo pag. 314. enumerat versus singulorum Sacri Codicis librorum, quorum summa ita effertur: סכום הפסוקים של מקרא כולו שתי רבועות ושלושת אלפים ומאתים· סימן להם· זכה ארם· i. e. *Summa versuum Scripturae Sacrae duae sunt myriades, ter mille & ducenti.* Symbolum eorum voces sunt sequentes: זכה ארם Possessoris nomen fuit: *Mosche ben Schelomo* ענתיבי Additur in fine haec formula: ארור גונבו וברוך הקורא בו *Maledictus sit, qui furatur eum, benedictus autem, qui legit in eo.*

In eadem Bibliotheca Leidensi occurrunt *Pentateuchus*, *Jesaias*, *libri Regum*, *Threni* &c. uno volumine juncti, cum versione Latina interlineari, & vocabulario Latino. Vide Catalogum in folio editum pag. 410. num. 42.

Inter Codices *Scaligeranos* ibidem num. 20. exstat *Leviticus* in membrana eleganter scriptus in 12. & quidem à *Chasdai fil. Jeschua*. Item *Psalterium*, ornamentis aureis distinctum cum vocalibus & accentibus,

tibus, rubro colore depictis. Ab altero latere versio Latina vocum difficiliorum, ab altero glossæ quædam leguntur. Sed hæ quidem non nisi ad Psalmum XLVII. procedunt.

Oxonii in Bibliotheca *Bodlejana* inter Codices *Laudanos*, secundum Catalogum MSS. Angliæ editum, num. 43. *Psalmi Davidis* cum aliquot hymnis & precibus Hebraice in 8. exstant. Ille vero Codex, indice Cl. *Gagnerio*, in enarratione illius manu exarata, & benevole mecum communicata, formæ duodecimæ chartaceus ab illa precatione, quam Judæi שבעים ושתים פסוקים appellant, incipit, & pag. 17. sqq. Tractatum *Pirke Avoth* cum punctis vocalibus exhibet. In scriptione id inprimis singulare est, quod nomen יהוה per quatuor יְיָ repræsentatur.

Ibidem, eodem *Gagnerio* interprete, num. 162. fol. occurrit volumen, quod post Parascham Deuter. XXXII. in duabus columnis, cum vocalibus & accentibus exhibet librum *Judicum*, utrumque *Samuelis*, & *Regum*, *Prophetas* item *majores* & *minores*, tum *Psalmos*, *Jobum*, *Proverbia*, V. *Megilloth*, *Esram* & *Paralipomena*.

Ibidem num. 171. fol. in membrana V. *Megilloth* cum Targum, & liber *Jesaiæ*, Hebraice tantum. Accedunt in fine *Haphtharoth* cum *Raschii* & aliorum commentariis, per librarium R. *Jacob* fil. *Nathan*.

Ibidem num. 172. fol. membranac. *Pentateuchus* ἀκέφαλος, incipiens à verbis: ויבא לאביו ויאמר לאביו

Inter eosdem Codices G. 97. fol. *Pentateuchus* alius, membranaceus, *Hebr.* & *Chald.* alternis versibus, cum punctis vocalibus & accentibus, Masora item magna & parva elegantissime exaratus.

Inter Codices *Seldenianos* num. 65. 4. membranac. *Biblia Hebræa* satis nitide scripta cum *Masora* parva, & commentario *Raschii*, aliquot etiam *Haphtharis* in margine exstant. In fine occurrit nomen librarii, *Schemuel* fil. *Jacob Serugiel* (סרוגיאל) qui libros *Danielis* & *Esræ* (hi enim in Codice illo ultimum occupant locum) scripsisse se testatur: בעיר סוריא בשנה התתסד In sequenti vero folio hæc legas Italice scripta: *La presente Biblia manoscritta è stata veduta da me diligentemente, e trovata translata fidelisſ. scritta con ogni accuratezza così de puntione di acenti l'anno* 5064. *alla creatione di mondo con il Massored piccolo & l' espositione di R. Salomone sopra il Pentateucho, & in ogni dubio da stampa si può ricorrere à questa, se l' antichita e realtà è verissima, e bona. Jo. Leon Modena, Rabi Hebr. in Venetia il di* 8 *Octobre* 1628. *de Christian. e le è* 5388. *alla creation di mondo secondo il computo de gl' Ebrei.*

Ebr.ei. Ex his apparet, Codicem illum a *Leone Mutinensi*, Magistro Judæorum illa ætate celeberrimo, examinatum esse.

Ibidem in Archivo Bodlejano, num. 95. 96. & 97. in fol. maximæ formæ membranacei Codices exhibent *Biblia Hebr.* & *Chaldaica*, cum *Masora* magna in superiore margine literis minutioribus scripta. Deest tamen Volumen integrum foliorum 140. quod complecti debebat libros *Josuæ*, *Judicum*, *Samuelis* & *Regum.* Ceteris tribus voluminibus reliqui libri Codicis Sacri continentur.

Ibidem inter Codices *Marschallianos* num. 635. 4. membranac. *Pentateuchus* sine vocalibus scriptionis non admodum antiquæ.

In Biblioth. *Collegii S. Johannis Baptistæ* Oxoniensis, liber I. *Samuelis*, Hebr. & Lat. & *libri Chronicorum* Hebr. cum versione interlineari, *Psalterium* item cum duplice versione Latina, Gallicana & Romana, è regione opposita: *Psalterium* rursus Hebraicum cum una versione Latina, scilicet Romana. Nec non volumen ejusmodi aliud Hebræo-Latinum cum alia versione Latina, complectens libros *Josuæ*, *Judicum*, *Cantici Canticorum*, & Ecclesiastæ. Vide *Humfredum Hody* de Bibliorum Textu Originali lib. III. pag. 450.

Parisiis in *Colbertina*: vide supra *Colbertina.*

Ibidem in Bibliotheca Monasterii *S. Germani a Pratis* exstat *Pentateuchus* cum V. *Megilloth* & *Haphtaroth*, addito in margine *Raschii* commentario num. 772. in fol. membranac. charactere Judæis Germanis recepto. Ibi *Geneseos* liber integer & *Exodus* usque ad caput XXXIV. 10. Hinc sequuntur *Haphtharoth*; porro *Leviticus* cum Targum, alternis versibus, inde à v. 4. capitis XIV. ad finem. Tum *Numeri* à capite XXIII. 13. usque ad finem. Denique *Deuteronomium* totum cum V. *Megilloth*, quas excipiunt iterum *Haphtharoth* quædam. Codex itaque hinc inde mutilus est, & male compactus, quod ex *Haphtharoth* à se invicem separatis colligere mihi posse videor. Totum volumen constat foliis 192.

Ibidem Codex alius num. 773. fol. membranaceus foliorum 265. Seculo circiter XIV. exaratus, continet *Prophetas Priores* & *Posteriores* cum Masora & commentario quodam. In libro Josuæ cap. XXI. post v. 35. adduntur duo alii, qui in plerisque, inprimis recentioris ætatis exemplaribus desiderantur. Prophetia *Jeremiæ* foliis quibusdam caret, iis scilicet, quibus capita, quæ inter XXIX. & XXXVIII. interjiciun-

jiciuntur, comprehendi debebant. *Hoseæ* vaticinium in versu 3. capitis IV. desinit. *Amos* à v. 12. capitis VI. ad finem procedit. *Jeremiam* ratione ordinis hic seqitur *Ezechiel*, hunc vero *Jesaias*. Debeo hæc industriæ Rev. *Magni Crusii*, Serenissimi Danorum Regis Legato ad Regem Galliæ quondam à sacris, nunc Pastori Barmstedensi.

Ibidem in Bibliotheca *Canonicorum S. Victoris* num. 75. in fol. habentur MSS. libri *Ruth*, *Psalmorum*, *Ecclesiastæ* & *Cantici*.

In Bibliotheca *Thevenotiana* olim, nunc vero in *Regia* sunt *Biblia Hebræa*, cum Masora in 4. Vide Catalogum ejus pag. 189. & *le Longium* pag. 54. Bibliothecæ Sacræ edit. in fol.

Ibidem est *Pentateuchus* cum *Masora*; Vide *le Longium* pag. 58. b. *Patavini* Codices duo ita describuntur a *Thomasino* in de Bibliothecis Patavinis MSS. pag. 28. *Sacri Codicis exemplaria duo L. Hebr. cum punctis, charactere Hebræorum Germanorum, elegantissime scripta, in membrana, in fol. Quorum I. in tomos tres, alterum in duos est distinctum.*

Regiomontana Bibliotheca Regia ad arcem *Codicem Hebræum* MS. sed mutilum, habet, de quo Vol. II. pag. 319. sq. Confer Das Erläuterte Preussen Tom. I. pag. 757.

Vangiones olim possederunt *Codicem MS. Hebr.* qui Ps. XXII. 17. כארו, pro textuali כארי, in margine exhibuit, testante *Capitone* in Institutionibus Hebraicis lib. I. c. 13.

Vlmæ, in Bibliotheca *Kraftiana*, *Pentateuchus* MS. cum V. *Megilloth* Hebr. & Chald. alternis versibus, additis *Haphtaroth*, seu Sectionibus Propheticis. *Codex est membranaceus formæ augustæ, in usum, procul dubio, Synagogæ, charactere majusculo quadrato & elegantissimo scriptus, punctisque vocalibus & accentibus instructus. Cujuslibet folii, in tres columnas divisi, oram superiorem & inferiorem* Masora *magna, minutioribus literis exarata, interiorem vero & exteriorem marginem, nec non vacuum illud inter textus columnas spatium* Masora *parva, cum nonnullis observationibus Grammaticis & Cabbalisticis.* Ita Cl. *Schelhornius* in Amœnitatibus Literariis Tom. I. pag. 5. & 6. Constare hinc potest, Codicem illum non in usum Synagogæ alicujus, sed privati potius hominis exaratum esse. In Synagogis enim Judæi nunquam utuntur Codice Biblico, punctis & accentibus instructo.

Vpsaliæ in Bibliotheca Academica *Pentateuchus* & V. *Megilloth* cum *Haphtharoth*. Singulis libris in exteriore margine adjunctus est *Raschii* com-

commentarius, Pentateuchum vero *Targum Onkelosi* in margine inferiore illustrat. Haphthara primæ diei Paschatos una cum sex sequentibus habet quoque *Targum* sibi adjunctum, sed non punctatum. Quæ menda exscriptor commisit, sive in textu, sive in *Targum*, sive in commentario *Raschii*, ea manus alia correxit, omissa autem in margine supplevit. In commentario Raschii voces quædam omissæ sunt, quæ in Bibliis Buxtorfianis Rabbinicis exstant, v. c. Genes. V. Puncta & accentus à manu recentiore profecta esse atramenti diversitas ostendit. Imo quidam *Elijakim bar Ascher* ad calcem libri annotavit, puncta à se esse adscripta secundum tenorem Masoræ atque Grammaticæ, cum antea hic codex non recte fuisset punctatus. Keri quoque à manu recentiore est. In *Haphtharoth* observatur modo consuetudo Germanorum, modo Hispanorum Judæorum: interdum etiam ab utraque receditur. Hæc ad me perscripsit eruditissimus *Ericus Benzelius*, Professor tunc Theologus Vpsaliensis, hodie Episcopus Lincopensis.

De *Pentateuchis* MSS. quibus Judæi in Synagogis utuntur, supra dixi pag. 321. Ibidem commentatus etiam sum de Pentateuchis MSS. apud Judæos in *China* & Æthiopia in sacrum usum receptis. His adde nunc, quæ *Moses Pereyra de Payva*, Judæus Lusitanus, in tractatu Lusitanico, quo res Judæorum *Cochinensium*, à se in itinere perspectas, breviter enarrat, pag. 8. de Pentateuchis MSS. in eorum Synagogis receptis, ita tradit, prout Celeberr. *Gvilielmus Surenhusius* in præfatione sua ad Biblia Hebræa per Salomonem Proops, Amstelod. 1725. 8. edita, repetiit. En tibi ipsa *Surenhusii* verba: *Refert* (Moses Pereyra de Paiva) *se exemplaria* (Pentateuchi) *Malabarica MSS. cum iis, quæ in nostris oris inveniuntur, in omnibus conformia invenisse, præterquam duobus tantum in locis, quorum prior exstat* Deuter. *XXIII. 2. in phraseologia* פצוע דכא, *ubi secunda vox finit litera* א, *cum alia exemplaria nostra finiant litera* ה. *Posterior exstat* Numer. *X. 36. ante sequentia verba:* ויהי העם כמתאוננים, *ubi is in quinque exemplaribus MSS. literam* Nun *inversam invenisse tradit hoc modo* ɔ *sicuti etiam in nostris, sed in uno antiquissimo exemplari illo modo* Z, *sicuti in MSS. apud nos usitatis videre non licet. Judæos autem, a Titi Vespasiani facie fugientes, per Persiam se ad oras Malabaricas contulisse, ibique cum octoginta animabus salvos advenisse, auctor tradit pag. 9. Unde constat, MSS. Malabaricis multum fidei tribuendum esse. Sed quid accidit? Postquam præstantissimus & rei literariæ sacræ amantissimus Pereyra antiquissimum istud exemplar Malabaricum multo ære sibi comparasset, idque Amstelodamum perferendum nautæ commisisset, navis,*

in qua id ipsum continebatur, à piratis Ostendanis in bello Gallico capta fuit, & exemplar Lutetiam Parisiorum in usum Bibliothecæ Regiæ transmissum, unde illud postea nullo pretio, quamvis caro, redimi potuit, quia ex notis antiquitatis colligebant, id à Judæis, ex terra Israelitica fugientibus, ad oras Malabaricas translatum fuisse. Hæc laudatus *Surenhusius* ex fide Judæi, cui quantum tribui debeat, alii judicent. De isto Judæi libello dixi Vol. III. num. 1629. c. ubi nonnulla, & ipsum quoque auctoris nomen minus recte expressum, ex his emendata cupio.

Pentateuchus ejusmodi MS. pervetustus à *Lotfalla*, Damasceno, ex Synagoga Damascena Romam delatus, hodie in Bibliotheca Vaticana exstat, teste Celeb. *Assemanno* in Bibliotheca sua Orientali Tomo I. pag. 631.

De atramenti genere, quo ad illos describendos hodie utuntur Judæi, diligenter commentatus est doctissimus *Jo. Jac. Quandt*, Theologus hodie Regiomontanus, in Exercitatione Rabbinico-Talmudica de Atramento Hebræorum, Regiomonti 1713. 4. Vide ibi p. 33. sqq.

Volumen *Esther* Judæi solicite admodum describere solent in usum Synagogarum, quam in rem lege quæ observata sunt à Rev. *Quandtio* loc. cit. pag. 44. sq. De exemplari ejusmodi vetustissimo Bibliothecæ Academicæ Altorfinæ dixi superius, sub voce *Altorfium*, pag. 84. Tria talia, sed recentioris ætatis, apud me exstant.

De versionibus Hebraicis MSS. Novi Testamenti.

Evangelium *S. Joannis*, & *Acta Apostolorum* ex Græca Lingua Hebraice in Judæorum gazophylaciis Tiberiade servata esse testatur *Epiphanius* libro I. hæresi XXX. Confer *le Long* Bibliothec. Sacr. pag. 62. a. edit. II.

Apocalypsis Hebraice cum notis marginalibus *Dublini* in Bibliotheca Collegii S. Trinitatis, Cod. 264. num. 124.

Quæ ad *antiquitatem* & *præstantiam* Codicum MSS. Hebraicorum æstimandam & dignoscendam consilia à me supra pag. 325. data sunt, illa cum firmari tum illustrari possunt ex iis, quæ de eodem argumento sapienter tradidit Vener. *Jo. Gottlob Carpzovius* in Critica Sacra Vet. Test. Parte I. cap. VIII. pag. 376. sq. & 379. sq.

Quod

Quod ad varietates lectionum attinet, de quibus supra pag. 330. sqq. notari hic velim, Cl. *Guerhardum van der Hooght* in calce Bibliorum suorum Hebraicorum præcipuas exhibere legendi diversitates, quæ in editionibus *Athiæ*, *Bombergii*, *Plantini* & aliquot aliorum observantur.

SECTIO IV.

DE BIBLIIS POLYGLOTTIS.

SUBSECTIO I.

De Bibliis Polyglottis vel tentatis vel MSS.

De *Bibliis Trilinguibus*, quæ *Franc. Tissardus* olim molitus est, lege *Andr. Chevillerium* de origine Typographiæ Parisiensis p. 291.

Decaglotta, quæ *Jo. Baptista Raymundus*, auspiciis Gregorii XIII. P. M. destinaverat, obitu hujus interrupta, idem sub Pontificatu Leonis XI. addita etiam ceteris alia versione, curanda æque infeliciter suscepit. Specimen operis editum apud *Magliabecchium* olim exstitit, hoc titulo insignitum: *Undecachordum Sacrorum librorum h. e. Biblia Sacrosancta Nov. & Vet. Testamenti, undecim linguis principalioribus exarata, Sanctissimi D. N. P. P. Leonis XI. liberalitate, ad Christianam religionem propugnandam, & orthodoxæ fidei cultum toti Orbi Christiano restituendum, & doctorum hominum, præsertim Ecclesiasticorum utilitatem simul & jucunditatem nunc primum edita.* Auctorem habeo P. *Julium Negri* in Historia Scriptorum Florentinorum pag. 21. qui ibidem testatur, conatus hos maturo Leonis XI. obitu itidem prostratos & oppressos fuisse.

Biblia Pentapla jam anno 1530. *Joannem Draconitem* molitum esse, constat ex *Jo. Spangenbergii* ad eum epistola, *Zachariæ*, cum quatuor versionibus à Draconite edito, præmissa. Vide, quæ paulo post in Subsectione III. dicentur. Plura de hoc *Draconitis* consilio suppeditant *Jo. Bismarcus* in Vitis Theologorum & Collectio Novantiquorum Theologicorum an. 1730. p. 1067. sq. ubi inde à p. 1059. sq. vita viri diligentissimi enarratur, de qua & *Jo. Tilemanni* Vitæ Theologorum Marpurgensium legi merentur.

De *Jacobi Derschovii* Bibliis *Octaplis* paulo post Subsect. II. ubi de Polyglottis editis, dicetur.

Biblia Tetrapla Rich. Simonis, de quibus Vol. II. pag. 336. ad finem perducta, preloque ita parata fuisse, ut, ubi tempus tulerit, in

 lucem

lucem prodire possent, ex amici; ipsi olim familiaris, ore testatur *Jac. le Long* in Biblioth. Sacr. ed. II. pag. 7. Lucem ea non viderunt per inopiam typothetarum, qui tot diversis typis, quibus opus erat, exscribere possent. Vide ipsius *Simonis* Criticam Bibliothecæ Ecclesiasticæ Dupinianæ, Tom. II. pag. 450. & Ephemerides Literarias Parisienses anni 1730. Septembr. pag. 21. edit. Amstelodamensis.

Psalterium Hebraice, Græce & Latine, cum veteribus versionibus, Gallica & Romana, uti & illa, quæ ex Ebraico textu immediate derivatur, itemque Coptica, addito commentario suo, in quo versiones Orientales, & inprimis Coptica illa examinarentur, molitum, edito etiam specimine, olim fuisse, testatur *Thomas Smithus* in Vita Roberti Huntingtoni pag. 70. sqq. atque hinc Miscellanea Lipsiensia ad incrementum rei literariæ Tom. VII. pag. 122.

Anonymi Desiderium Operis Biblici Vniversalis in Christiana Europa an. 1672. in 4. sine loco appellato editum Latine & Germanice. In eo per columnas quatuor distinctas comparere debebant versiones B. *Lutheri* Germanica, Latina Vulgata, & Græca τῶν LXX. in Vetere, & Syriaca in Nov. Test. una cum textu Hebræo in Vet., & Græco in Nov. Test. addita insuper *Ariæ Montani* versione interlineari.

SVBSECTIO II.

De Bibliis Polyglottis editis.

Non repetemus hic quæ diligentissimus *Jac. le Long* in secunda Bibliothecæ Sacræ editione, ex posterioribus curis de singulis attulit, paucas quasdam de nostris observationes addituri.

Biblia *Complutensia*, ab Hispaniæ, non *Lusitaniæ*, ut p. 339. Vol. II. præcipitis calami lapsu, scripsi, urbe nomen acceperunt. Lege præter supra citatos V. C. *Mich. Maittaire* in Annalibus Typographicis Tomo II. Parte I. pag. 128. sq.

Bibliorum *Antwerpiensium* exemplum, in membrana excusum, exstat in Bibliotheca *Taurinensi*, teste Illustri *Scipione Maffejo* in Notitia illius Bibliothecæ, quæ Italice prodiit in ejusdem *Rime & Prose* p. 200. In limine Operis hæc leguntur manu scripta: *Emanueli, Sabaudiæ Duci, Sacrorum Bibliorum exemplar purum XI. Tomorum in membrana Philippus II. Hispaniarum Rex, cognato ac fratri charissimo sacrum munus.*

Ariæ

Ariæ Montani Apologiam pro hac Bibliorum editione in expugnatione *Caletana* inventum esse supra pag. 324. ex *Colomesii* Cimeliis Literariis cap. XXXIV. traditum est. Ibi vero pro *Caletana* legendum esse *Gaditana* eruditissimus & amicissimus nobis *Maturinus Veyssiere La Croze* in literis ad me datis scite suspicatur.

Constat alias insignis & pudenda interpolatio *Geneseos* III. v. 15. in hac editione suscepta, quando editores vocem הוא pro היא invehere conati sunt. Lege huc Rev. *Jac. Fridericum Reimmannum* in Bibliotheca sua, Part. I. pag. 193.

De Bibliis *Wolderianis* pag. 345. satis dictum est. Hic moneo, notam, quæ ibidem in margine inferiore exstat, esse expungendam. Fuit enim Hamburgi *Georgius Ludovicus Frobenius*, ex cujus officina, ut cetera taceam, Ciceronis Opera anno 1618. fol. & *Penu Tullianum* anno 1619. prodierunt. Atque hinc factum est, ut *Eliæ Hutteri* Biblia Hebræa majuscula characterum forma, diversoque literarum radicalium, servilium &c. habitu Hamburgi olim 1587. per *Jac. Lucium* edita, aliquot post annis novo titulo munita Bibliopolium Frobenianum, & annum 1603. referrent, quamvis idem sit exemplum, quod an. 1587. lucem adspexit. De hac editione diversisque ejus titulis diximus Parte II. pag. 373.

Biblia Parisiensia nova dissertatione Historica illustriora reddidit *Jac. le Long* in repetita editione Biblioth. Sacræ pag. 19—35.

Lentorem Sionitæ in his curandis probatum castigavi pag. 340. in nota marginali, ubi operæ nullo sensu *lectorem Sionitæ* invexerunt.

Biblia Polyglotta quadrilingvia Vet. Test. *Hebræa*, *Græca*, *Latina* & *Germanica*, quæ doctissimus *Christianus Reineccius* olim paravit, lucem non viderunt, quamvis inter edita numerent *le Longius* in Bibliotheca Sacra edit. II. pag. 40. & *Augustinus Calmetus* in Supplemento ad Bibliothecam suam Sacram in calce Tomi IV. Dictionarii Biblici p. 3.

SUBSECTIO III.

De Partibus Bibliorum Polyglottorum.

Pentateuchus cum versione *Chaldaa*, *Hispanica* & nova *Græca*, literis Ebræis quadratis & punctatis expressus, una cum notis *Raschii*, edente R. *Josepho*, Sacerdote, fil. R. *Isaaci* Sacerdotis, *Abigdor*, fil. R. *Elieseris Aschkenasi* (i. e. Germani) *Venetiis* A. M. 5257. C. 1497. fol. Vide Catalogum

Bibliothecæ Schultingianæ, Amſtelodami 1726. ſub haſta venditæ pag. 7. num 69. inter Codices Ebræos, ubi *editio* hæc adhuc dicitur *incognita*. Recte quidem; modo hæc editio vera ſit. Pro commentitia vero rectius haberi apparebit ex iis, quæ Rev. *Hermannus van de Wall*, V.D. Miniſter inter Reformatos Amſtelodamenſis, ex inſpectione oculari pro humanitate ſua ita ad me perſcripſit: *Ego nullus*, inquit, *dubito, quin hic Pentateuchus ſit ille ipſe, qui à le Long recenſetur impreſſus Conſtantinopoli anno* 5307. C. 1547. *Nam in hoc Pentateucho omnia, & quidem eodem modo diſpoſita exſtant, quæ in illo, à le Long loc. cit. deſcripto, continentur. Nullum indicium in hoc Pentateucho occurrit, cum impreſſum eſſe Venetiis, ſed hæc erat mera conjectura, ex forma literarum deducta, quæ tamen potius convenit cum altero illo Pentateucho, qui in Catalogo Schultingiano num.* 67. *occurrit, & CPoli A. C.* 1546. *impreſſus eſt. Fateor tamen, ad calcem hujus Pentateuchi non legi illud, quod ad calcem Pentateuchi, à le Long deſcripti, legitur. Nullum enim indicium anni ſcriptionis in hoc Pentateucho reperire potui. Ad calcem hujus Pentateuchi hæc leguntur:* ברוך נותן ליעף כח ולאאעי *Deinde ſubjungitur:* יוסף כהן בֿר יצחק כהן ז״ל בן הר״ר אליעזר צר״ט אשכנזי שלי״ט : *Titulus in hoc exemplari deſideratur, ſed nec puto ex illo annum vel locum impreſſionis hauriri potuiſſe, quod ex inſpectione tituli alterius Pentateuchi, qui in Catalogo num.* 67. *occurrit, videor mihi colligere poſſe. An hic Elieſer fuerit filius R. Gerſon Soncinatis, quæ familia ortum ducit ex Moſe de Spira, certo affirmare non poſſum: non videtur tamen improbabile. Inſpectio exemplaris Regii Pariſienſis multum lucis afferre poſſet. Saltem ego mihi perſuadere non poſſum, Pentateuchum hunc Polyglottum plus una vice prelo ſubjectum eſſe.* Hæc Rev. *van de Wall.* Mihi quidem ante, quam iſta legerem, editio illa *Veneta* anni 1497. ſuſpecta erat. Neque enim eo tempore Venetiis à Judæis imprimendi ars exercita fuit, ceu vel ex iis patet, quæ de Typographiis Judaicis Vol. II. pag. 946. tradidi. Itaque vel à *Manutio*, vel à *Bombergio* curata fuiſſe credi debebat. At de *Manutio* nihil hujusmodi teſtatum invenio. *Bombergius* autem, ceu ex loc. cit. Bibliothecæ hujus patet, aliquot annis poſt, initium libros Hebraicis formis exſcribendi fecit. Ceterum bina hujus Pentateuchi exempla exſtiterunt olim in ſupellectile libraria præſtantiſſimi amiciſſimique nobis *Joannis Grammii*, Sereniſſ. Danorum Regis Hiſtoriographi, quæ ferale incendium Hafnienſe delevit.

Pentateuchi Hebræo-Chaldæo-Perſico-Arabici, *CPoli* 1546. fol. editi, (de quo pag. 354.) partem eſſe puto librum *Exodi*, in membrana typis excuſum, cum verſione *Chaldaica*, Arabica, Perſica, & notis *Raſchii*, qui ut *CPoli* 5305. C. 1545. fol. editus in Catalogo Biblioth. Schultingia-

tingianæ pag. 4. num. 39. inter Hebræos Codices memoratur. Nisi forte suspicari velis, librum *Exodi* instar Speciminis editioni Pentateuchi, anno 1546. curatæ, præmissum esse, cum illius editio in annum 1545. referatur.

Geneseos Patriarchæ sex, *Adam*, *Noah*, *Abram*, *Isaac*, *Jacob*, *Joseph* cum translationibus fontis Hebraici, *Chaldaica*, *Latina*, *Germanica* ac explicatione Grammatica Linguæ & Scripturæ Sanctæ, & indice Christi, Salvatoris mundi. Doctor *Joannes Draconites.* Vitebergæ excudebat Joannes Crato 1563. fol. Ratio operis hæc est: Contextus Ebraicus per versus, seu lineas, quas vocant, cum vocalibus ita expressus est, ut versiones, Chaldaicâ (*Onkelosi*) Græca, Latina, & Germanica (*Lutheri*) per totidem lineas sibi invicem subjiciantur. Singula capita in certas sectiones, quæ idem argumentum persequuntur, distincta sunt. His semper subjunguntur annotationes *Jo. Draconitæ*, maximam partem Grammaticæ, interdum etiam dogmaticæ & morales. In Chaldaica versione nomen יהוה per tria י semper exprimitur ad exemplum antiquissimorum Codicum manu exaratorum. Statuerat Auctor, hac ratione totum Geneseos librum in lucem dare. Neque tamen ultra capita quinque priora progressus est, sive sumtuum magnitudo Bibliopolam, sive alii conatus Auctoris telam abruperint. In his vero quinque capitibus tanquam in prima totius libri parte acquievisse Auctor videtur. In calce enim *Argumenti Geneseos*, L Geneseos capita se in sex libros, tanquam totidem locos communes secundum sex Patriarcharum nomina ait distinxisse, ita quidem, ut liber I. à cap. I. ad VI. seu historiam *Adami*; secundus à cap. VI. ad XII. seu historiam *Noachi*; Tertius à XII. ad XXV. seu *Abrahamum*; Quartus à XXV. ad XXVIII. seu *Isaacum*; Quintus à XXVIII. ad XXXVII. seu *Jacobum*; Sextus denique à XXXVII. usque ad finem, i. e. *Josephi* res gestas persequatur.

Jesaias Hebraice cum versionibus *Chaldaic. Græc. Lat. German.* ac explicatione Grammatica Linguæ & Prophetiæ, nec non indice regni Christi per *Joh. Draconitem*, Lips. 1563. fol. apud Joh. Rhambam. Vide B. Georg. Serpilii Personalia Jesaiæ p. 384. sqq. ubi integra hujus Voluminis dedicatio exhibetur.

Jonas Græce, Latine, Hebr. & Chaldaice Basil. 1524. 8. apud Jo. Frobenium in calce Institutionum Grammat. Hebr. *Seb. Munsteri.*

Zacharias cum translationibus Fontis Hebraici Chaldaica, Græca, Latina, Germanica, ac explicatione Prophetiæ, & indice regni Christi,

Christi, per *Joan. Draconitem*, Vitebergæ apud Jo. Cratonem, 1565. fol. Ibi commata capitum singula ita repræsentantur, ut singulis lineis Hebraicis punctatis subjiciantur versiones, primum *Chaldaica*, hinc *Græca*, post *Latina*, ac denique B. Lutheri *Germanica*, vocibus singulis ita dispositis, ut Hebræis exacte respondeant. In *Chaldaica* versione nomen יהוה per tria ''' ad exemplum antiquissimorum quorumque & optimorum Codicum exprimitur. Interdum integræ paginæ textum Hebræum æque ac versiones subjectas rubris literis descriptas sistunt, iis scilicet in locis, quibus de CHRISTO agitur luculentius. Singulis capitibus subjicitur expositio literalis luculenta, & interdum diffusior. Tota opera constat foliis 77. integris. In Dedicatione ad Illustrisf. Principem *Sigismundum*, Archiepiscopum Magdeburgensem, auctor de instituto suo hæc habet: *Ego nullus magnas CHristo gratias ago pro duplici quinque Bibliorum pentaplo, nempe verbali & columnali: quibus purum intellectum Mosis & Prophetarum, adeoque CHristi notitiam salutiferam Ecclesiæ suæ proponit. Quid potest utilius excogitari Pentateucho Bibliorum verbali? quod habens & intelligens in uno libro quinque Biblia linguarum habet & intelligit. Omnes enim, qui legere saltem linguas norunt, omnia verba Mosis & Prophetarum Hebraica discunt intelligere facillime: quippe vel ideo subjeci cuilibet Hebraico verbo Latinum, Græcum, Chaldaicum, Germanicum, quia comperi, linguarum omnium interpretes fontem Hebræum in sua quemque lingua transfundere verbatim studuisse. Non enim potest ulla ratione facilius ac certius cognosci, quid supersit aut desit, aut perperam sit redditum in omnium linguarum translationibus, quam verbali collatione cunctorum Interpretum cum fonte. — — — Ecce autem is, qui ascendit in altum & dona dat hominibus, Ecclesiam suam novo beneficio, priusquam veniet ad judicium, afficit. Nam propter eos, qui retrograda lectione Bibliorum offenduntur pentapli verbalis, adornat columnale pentaplum, in quo non modo Biblia quina sua quæque lingua recta perleguntur, sed etiam singula sic pericopis & paragraphis quinque Bibliorum distinguuntur, ut lector, elementa linguarum callens, non minus è Germano Latina, è Latino Græca, è Græco Chaldaica percipiat, quam e pentaplo verbali. Tantus autem labor est, columnale pentaplum condere, ut nisi labor pentapli verbalis, annis vicinis exantlatus, præcessisset, nil effici potuerit.*

Joelem, *Micham* & *Malachiam* simili ratione, qua *Zacharias*, ab eodem editos, memorat *le Longius* pag. 42. Recte quidem: *Joel* enim prodiit *Vitebergæ* apud Jo. Cratonem anno 1565. fol. foliis 20. *Michas* ibidem eodem anno & apud eundem foliis 30. *Malachias* denique Lipsiæ apud Jo. Rhambam foliis 26. Eos omnes habeo in manibus.

Psalte-

Psalterium Octaplum per *Augustinum Justinianum.* Vide V. C. *Michaelem Maittaire* in Annalibus Typographicis Tom. II. Part. I. pag. 119. sqq.

Psalterium Tetraplum *Jo. Potkenii.* Lege eundem *Maittaire* loc. cit. pag. 122. sq. Eum *Jo. Pock* mendose appellat *Augustinus Calmetus* in Supplemento ad Bibliothecam suam sacram, in calce Tomi IV. Dictionarii, pag. 4.

Psalterium Hebr. Græc. & Latinum, Lipſ. 1533. 8.

Psalmorum liber Prophetæ David, Hebraice, Græce & Latine, ad veterum orthodoxorumque exemplarium fidelem lectionem per Pet. Artopœum emendatus & explicatus, collatis celebrium Interpretum locis, *Basil.* per Henrichum Petrum 1545. 8. Ita habet titulus hujus editionis, quam præ manibus habeo. Singula folia in quatuor dispertita sunt columnas, quarum prima textum Hebræum punctatum, altera τῶν LXX, tertia Vulgatam versionem, quarta scholia pauca & maximam partem grammatica exhibent. Quæ supra pag. 358. l. 5. sqq. à fine, *& antea Lugduni apud Seb. Gryphium*, &c. a typographis ad hoc Artopæi Psalterium relata sunt, ea ad Psalterium sextuplex paulo ante ibidem commemoratum pertinere, res ipsa ostendit.

Psalterium cum translatione fontis Hebraici Chaldaica, Græca, Latina, Germanica, ac explicatione Grammatica Linguæ ac Scripturæ Sac. & indice regni Christi, per *Jo. Draconitem.* Wittebergæ 1563. fol. Vide omnino B. *Georg. Serpilium* de commentatoribus in Psalmos, Tom. VIII. Vitarum Scriptorum Biblicorum pag. 554. sqq. *Le Longius* annum editionis 1565. minus recte constituit. Habeo ego in manibus Psalmum I. & II. ceteri in exemplo meo desiderantur.

Psalterium Hebr. Chald. Syriace, Arab. Græce & Latine cum interpretatione *Jac. Gerschovii*, fol. *Rostoch.* 1643. Ita scripsi supra pag. 359. præeunte *le Longio.* Jam vero dubito, an Psalterium hoc ἑξάγλωττον integrum unquam prodierit. Adhuc enim non nisi specimen ejus vidi ita inscriptum: *Psalterii Davidici, hexaglotti & decastyli Decas prima cum hexaglottarum & octostylarum Concordantiarum centuriis quinque, quam sancta illa authentica, in medio à reliquis ancillaribus intercepta, sex linguis & decem columnis comprehensam, & lectionibus publicis & privatis in Academia Gryphiswaldensi propositam &c. offert Jacobus, Laurentii fil. Michaelis N. Gerschovius, J. V. D. Linguar. & Poes. Prof. Gryphiswaldensis. Gryphiswaldiæ typis Jac. Jegeri anno* 1640. *fol. foliis* 40. Exhibentur hic decem Psalmi primores,

 cum

cum quinque verſionibus, ita quidem, ut v. c. vox אשרי in eadem linea exſtet *Hebraice*, cum addita verſione Græca, *Arabice* cum verſione Latina, *Chaldaice* itidem cum Græca, & Syriace cum Latina interpretatione. Specimen hoc eſto: Beatitudo טובי | Μακάριος אשרי | Αμεμπτος טוּבִית | Beatitudines ſuæ טובהי.

Eadem ratione voces verſuum ſingulorum ordine debito collocantur. Ab utroque latere, dextro & ſiniſtro, columnæ illæ cinguntur lemmatibus Latinis, quæ duo præcipua commatis cujusque momenta repræſentant. Et ſic prodeunt ſex linguæ, & decem ſtyli, ſive columnæ. Opera hæc non à ſolo *Gerſchovio*, ſed ab aliis quoque, quorum nomina appellantur, perfecta fuit. Sequuntur deinde Concordantiæ, quarum in titulo mentio fit. In præfatione auctor promittit Biblia Sacra ὀγδωγλώττως in viginti columnis edenda, hoc ordine, ut columna prima, & vigeſima exhibeat per dichotomiam duas principaliores cujusque verſiculi partes, aut doctrinas, 2) verſionem Latinam, textui *Arabico* exacte adæquatam. 3) textum *Arabicum* typis Hebraicis. 4) eundem textum *Arabicum*, typis propriis Arabicis, qui Perſicis conformes. 5) verſionem Latinam Syrismo recte congruam. 6) textum Syriacum, typis Hebræis. 7) eundem typis Syriacis. 8) verſionem Latinam, Hebræo literaliter conſonam, eamque Vatabli. 9) verſionem Græcam τῶν LXX. 10) textum protographum Hebræum typis ſuis. 11) textum Chaldaicum, typis ſuis. 12) verſionem Græcam Symmachi, vel Aquilæ, vel Theodotionis, vel aliorum, quicunque ex illis LXX. omnium optime corrigere videntur. 13) verſionem Latinam, Chaldaicæ literaliter conſonam, nempe Merceri. 14) textum Æthiopicum, typis ſuis, quibus editum Pſalterium Coloniæ Agrippinæ a Jo. Potkio. 15) textum Æthiopicum eundem typis Hebræis. 16) verſionem Latinam Æthiopismo convenientem. 17) textum Perſicum typis ſuis. 18) eundem typis Hebræis. 19) ejusdem verſionem Latinam. 20) una cum prima per dichotomiam bina præcipua cujusque verſiculi membra, vel locos doctrinæ. Hæc deſtinabat *Gerſchovius*, qui ſumtuum magnitudine prohibitus videtur fuiſſe, quo minus Pſalterium integrum, ne dum tota Biblia, in lucem proferret.

Pſalmus XCI. Hebraice, Chald. Græce, & Lat. & Germanice, Vitembergæ 1599. 8. Vide Indicem Bibliothecæ Gymnaſii Altenburgenſis pag. 512.

Pſalmi Pœnitentiales Hebr. Lat. & Germanice à Joh. Böſchenſtein, Auguſtæ Vindelicorum 1520. 4.

Pſalmi

Psalmi Pœnitentiales cum Officio parvo B. Mariæ Virginis *Hebr. Græc. & Latine*, Lugduni 1660. in 24. una cum epitome controversiarum fidei contra Judæos & Calvinianos, teste *Imbonato* pag. 6. Bibliothecæ Latino-Hebr. Idem pag. 159. a. commemorat

Paraphrasin trilinguem metricam Psalmorum Pœnitentialium Hebr. Græc. & Latine, diverso carminum genere, Francof. 1624. per *Marc. Mayerum à Schœnberg.*

Proverbia, Hebr. cum translationibus fontis Ebraici Chaldaica, Græca, Latina, (*Philippi Melanchthonis*) & Germanica (*Lutheri*) ac explicatione vulgari linguæ & Scripturæ, & indice regni Christi, per *Jo. Draconitem*, Vitembergæ apud Jo. Cratonem, 1564. fol. foliis 118. Præmissa est editoris effigies, quæ & in aliis illius commentationibus hujus generis conspicitur.

Threni, Hebr. Chald. & Latine per *Franc. Taylerum.* Vide inter Polyglotta edita.

Referam huc *Precationes* aliquot celebriores è sacris Bibliis desumtas, item *Decalogum* & VII. *Psalmos Pœnitentiales*, Hebr. Græce & Latine una cum Calendario, omnia in Enchiridii formam redacta, apud Jac. Gazellum, sub insigni Invidiæ è regione Cameracensium, Paris. 1544. 16. Vide Cl. *Mich. Maittaire* in Annalibus Typographicis Tom. III. Part. I. pag. 358.

NOVVM TESTAMENTVM Syriace, Hebr. Græce, Latine &c. per *Eliam Hutterum*, Norimbergæ non 1549. ceu Vol. II. pag. 361. operarum vitio scriptum est, sed 1599. fol. prodiit.

Evangelium secundum MATTHÆVM octolingue Hebr. Græce, Latine, Slavonice, Italice, Anglice & Belgice, studio *Henrici Kellermanni* Moscuæ 1712. teste *le Longio* pag. 46. a.

Evangeliorum & Epistolarum lectiones anniversariæ Hebraice cum indice &c. per *Eliam Hutterum*, Norimbergæ 1601. in 8. Habeo ego exemplar, duplici titulo instructum, altero in limine, quem retuli Vol. II. pag. 361. altero in calce, hoc modo: *Evangelia & Epistolæ anniversariæ, Ebraice, cum radice, literis servilibus Latina lectione, Græce, Latine & Germanice, harmonice & symmetrice, pro Verbi Dei & linguarum studiosis editæ, ab Elia Huttero Germano.* Lipsiæ apud Schurerianos & Gœtzianos 1663. 8. Scilicet eadem editio novo hoc titulo instructa est, ut emtoribus denuo commendaretur. *Epistolæ anniversariæ*, quæ Dominicis diebus & festis in Ecclesia præleguntur, Hebraice, Græce, Lat. & German. (Ebrææ jam recens

cens ex Græco textu & Syriaca paraphrasi factæ à Conrado Neandro) cum brevibus scholiis Lipf. 1586. 8.

Specimen XL diversarum, atque inter se differentium linguaguarum & dialectorum ab *Hieronymo Megisero* è diversis auctoribus collectarum, quibus *Oratio Dominica* est expressa. Francof. 1592.

Oratio Dominica XL. linguarum à *Joh. Reutero* (non *Rentero*, ut supra pag. 361. prave scriptum est) *Rigæ* 1662.

SECTIO V.

DE EDITIONIBVS BIBLIORVM HEBRAICORVM, VEL INTEGRORVM, VEL EX PARTE.

Minus accurata esse Biblia Hebraica, quæ à Christianis recognita sint, quam quæ à Judæis, quamvis Christiani Judæos typorum elegantia superent, statuit *Richardus Simon* in Disquisitionibus Biblicis cap. VIII. pag. 54. & in Historia Critica Vet. Test. pag. 512. Confer Scaligerum in *Scaligeranis* pag. 49. At nostra quidem ætas editiones nonnullas, à Christianis profectas, tulit, quæ Judæorum illas, inprimis si accentuum rationem habeas, & accuratione & elegantia vincunt.

1466. *Biblia Hebraica* in 8. Venetiis per *Gerschon*, anno 226. C. 1466. quam editionem à *Jo. Baptista Ottio* in commentariis suis MSS. notatam affert diligentissimus *Jac. le Long* in Biblioth. Sacra ed. II. pag. 62. Editio hæc, siquidem exstat, facile omnium est prima. At vix dubito, in anni designatione erratum esse. *Gersonis* enim, filii *Mosche*, Typographi ex Soncinatibus, quem hic indicari puto, ætas vix permittit, ut ab eo hanc editionem profectam esse credamus. Vide, quæ Vol. I. hujus Bibliothecæ num. 1934. & Vol. II. pag. 942. diximus. Ex illis intelligetur, Gersonem anno circiter 240. C. 1480. artem libros imprimendi facere cœpisse, vitamque usque ad A. C. 1530. produxisse. Suspicor itaque, editionem Brixiensem anno 254. C. 1494. à *Gersone* fil. *Mosis* curatam eam esse, quæ ab Ottio in annum 226. refertur.

1488. *Biblia Hebraica*, *Soncini* 248. C. 1488. fol. Vide *Bartolocc.* Tom. I. pag. 433. Editio hæc *Bononiensis* vocatur in Catalogo Bibliothecæ Barberinæ pag. 147. ubi hæc legis: Biblia Hebraica Bononiæ ab Impressoribus Soncinensibus apud Abrahamum Jarziam Pisaurensem 1488. fol.

Abra-

Abraham, qui hic vocatur *Jarzia*, à *Le Longio* & aliis, qui librum viderunt, vocatur *Abraham fil. R. Chajim, ex piis viris*, (h. e. Judæis) *terræ Pisauri, qui Bononiæ resident.* Itaque non dubito, nomen *Jarsia* natum esse ex compendiosa scribendi formula יצ״ו, quam viventis nomini subjicere solent Judæi, vitam longam adprecaturi. *Chevillerius* de origine Typographiæ pag. 80. dubitat, utrum *Bononiensis* hæc, quæ vocatur, eadem sit cum *Soncinensi* ista, quam alii faciunt. Mihi quidem omnino ita persuasum est, cum cetera, quæ de *Soncinensi* illa dicuntur, cum *Bononiensi* conveniant. *Bononiensis* vocatur quoque à *Jo. Streler* in Clarorum Virorum Epistolis ad Reuchlinum plag. b. 2. his verbis: *Nullam adhuc possum habere Bibliam Hebraicam, nisi unam, quæ est Bononiensis, quæ tamen caret aliquot quaternionibus, quam coemere nolo.*

Biblia Hebraica, Pisauri anno 1494. Lege *Chevillerium* loc. cit. 1494.
pag. 80. & *le Long* in Bibliotheca Sacr. ed. in fol. pag. 62. b.

Biblia Hebraica, Brixiæ (Italis *Brescia*) in 8. minori, aut, secundum alios, in 12. *Schabbathæus* in *Siphte Jeschenim* litera ה num. 42. quarti ordinis formam illi minus recte tribuit, nisi eodem anno utraque forma, quod fieri solet, Biblia hæc Brixiæ curata fuisse credas. In *Memoriis Trevoltinis* anno 1711. pag. 42. locus editionis, operarum vitio, *Bresle* vocatur.

Proximum his locum Vol. II. pag. 365. ex Cl. *Jac. le Long* vindicavi *Bibliis Hebraicis in membrana in fol. impressis*, sine loco & anno editionis designato. De eo afferam, quæ Rev. *Hermannus van de Wall*, V. D. Minister Ecclesiæ inter Reformatos Amstelodamensis doctissimus, ad me humaniter perscripsit. *Fallitur*, inquit is, Cl. le Long, *quando scribit, in ultimo Pentateuchi quaternione, qui in exemplari isto desideratus fuit, æram editionis & locum impressionis designatum fuisse. Integer enim exstat apud Judæum Amstelodamensem, sed nec tempus, nec locus impressionis expressus est. Judæi volunt, eum impressum esse* Vlissipone *in Lusitania. Rationes, quas afferunt, hæ sunt: quod iisdem literis impressus sit, quibus* Nachmanidæ *libri, quem omnes Vlissipone impressum esse tuentur; quodque exstet penes eos liber, continens regulas, quibus uti debebant Typographi Judæi, Itali Soncinenses, &c. in imprimendo Pentateucho, ubi perpetuo ablegentur ad Codicem Vlissipone impressum in scribendis præcipue literis finalibus aliisque, quæ ut præscribuntur & allegantur, in hoc Codice exstant. Addo ego, quod literæ, vocales, & accentus similes valde sint illis, quibus codex meus MS. exaratus est. Textus vero duabus columnis impressus est, excepto libro Psalmorum, qui eodem modo impressus est,*

 quo

quo codex ille meus est exaratus. Hæc ille. Codicis illius Biblici, ad quem hic provocat vir doctus, *Vlysipone* exarati, supra meminimus *Sect. III.* in fine, ubi de MSS. adhuc exstantibus dictum est.

1511. *Biblia Hebraica* charactere magno & elegantissimo, in fol. Illud exemplar nec locum editionis habet, nec annum; servatur *Tiguri* in Bibliotheca Carolina, quia vero cum præcedenti (*i. e. ea, de qua le Longius in Bibliotheca Sac. pag. 62. edit. II. tanquam in membrana excusa meminit*) convenit, poterit examinari. Ita *J. B. Ottius* apud *le Longium* l. c.

Biblia Hebraica Venet. in 4. A. M. 271. C. 1511. apud Dan. Bombergium, teste *Ganzio* ad A. M. 5271. qui procul dubio errat, ut supra Vol. II. pag. 365. ostensum est, ubi simul suspicatus sum, *Ganzium* forte per librum *Aruch*, à Bombergio anno 271. editum, ut hæc scriberet, adductum esse. Sed hanc erroris occasionem esse non potuisse, jam intelligo. Liber enim *Aruch* typis Bombergianis anno demum 291. C. 1531. lucem vidit.

1515. *Biblia Hebraica* Venet. 1515. 2. Voll. in fol. tanquam à doctissimo *Davide Wilkins*, Canonico Canterburiensi, in commentariis MSS. laudata affert *le Long* loc. cit. pag. 63. b. Suspicor fere, eam esse, quæ *Venet.* apud Bombergium anno 1518. cum commentariis Rabbinorum curata est.

1517. *Biblia Hebraica* anno 277. C. 1517. fol. per typographum ex gente Soncinatum. Ita enim in calce legis: *Facta est autem illius consummatio, per manus minimi Typographorum, exigui inter discipulos, unius ex filiis* Soncim, *noti in Judæa & Israel, anno* 277. *minoris supputationis, primo mensis Adar.*

1525. *Biblia Hebraica* in 4. *tertio* impressa *Venetiis* per *Bombergium* 285. C. 1525. Editio hæc ex Bibliotheca B. *Christiani Theophili Vngeri* ad me pervenit, cujus accuratam delineationem, ab ipso factam, Vol. II. p. 367. repræsentavi, eamque originali ex asse respondere deprehendi. *Le Longius* distinxerat editionem *Bibliorum Hebraicorum*, quam tantum quod ad Pentateuchum & V. *Megilloth* curatam dixerat, ab altera anni 1528. quæ totum Sacrum Codicem exhibet. B. *Vngerus* im Ausführlichen Bericht von Neuen Büchern anno 1709. pag. 785. sqq. provocabat ad exemplum suum editionis illius, totum S. Codicem complectentis, quod in titulo annum 1525. רפ״ה in calce autem an. 1528. רפ״ח refert, atque hinc efficiebat, eandem esse utriusque anni editionem, ita quidem, ut anno 1525. incepta, anno vero 1528. ad finem perducta existimari debeat.

Sed

Sed vel sic Cl. *le Longius* in repetita Biblioth. Sacræ edit. in fol. pag. 64. editionem Pentateuchi & V. *Megilloth* anno 1525. procuratam ab illâ totius Codicis Sacri anno 1528. tertium, ut utriusque titulus habet, factâ, distinguit, additque, Pentateuchum hujus editionis (an. 1528.) præcedenti anni 1525. omnino absimilem esse. Nescio, an *le Longius*, qui antea in Museo librorum novo (Neuen Bücher-Saal) Parte VI. pag. 495. sq. in partes B. *Vngeri* se discedere professus erat, causam hanc postea denuo examinarit, ut in priore illa sententia tuto sibi acquiescere posse videretur. Mihi quidem *Vngeriana* illa se adhuc probat, inprimis ideo, quod non video, quomodo utraque editio anni 1525. & 1528. *tertia* dici possit, (quam tamen *le Longius* utrinque facit) si altera earum nova sit, & à priore diversa. Nec excipere licet, illam anni 1525. *tertiam* vocari, respectu habito ad *Pentateuchum*, & *Megilloth*, quæ ibi tantum & seorsim exhibeantur. Sic enim ostendi debebat, *Bombergium* Pentateuchum & V. *Megilloth* antea seorsim bis edidisse. Id vero non factum est. Parum certe abest, quin existimem, totum Codicem Sacrum eodem anno 1525. lucem vidisse, & in designatione anni 1528., qui in calce exprimitur, operarum vitium exstare, quæ pro רפ״ה, quod in limine exstat, obvio errore רפ״ח scripserint. Simile vitium רצ״ד, cum ד vitiose permutati, in iisdem verbis, in fine voluminis expressis, occurrit.

Biblia Hebraica RABBINICA. Editionem horum *Venetam* aliquam (forte nostram hanc) commentariis Rabbinorum instructam, cum antiquioribus quibusdam, quæ *CPoli* & *Thessalonicæ* curatæ sunt, se comparasse, & varia tum interpolata, tum mutilata invenisse testatur *Rich. Simon* in Epistolis Selectis Tom. II. pag. 83. 1526.

Biblia Hebraica, *Oelsnæ* in Silesia, anno 1535. cum commentariis excudi cœpta, de quibus confer *Jo. Sinapii* Olsnographiam Parte II. pag. 251. & 316. sqq. item, quæ infra dicentur de Pentateuchis separatim editis. 1535.

Biblia Hebraica, columnis bipartitis in 4. *Venet.* 301. C. 1541. teste *le Long* loc. cit. qui tamen suspicatur, hanc eam esse editionem, quæ anno 1551. curata est. 1541.

Biblia Hebraica in 4. *Paris.* apud Robertum Stephanum anno 1539—1544. Quibus annis & mensibus singuli libri Biblici prodierint, docet diligentissimus *Mich. Maittaire* in Catalogo librorum à Stephanis edito- 1544.

editorum pag. 19. & in Annalibus Typographicis Tomo III. Part. I. pag. 357. Similem delineationem ex Celeb. *Lehmanni*, Professoris Jenensis, exemplo a Clarisſ. *Tympio*, Ordini Philoſophorum ejusdem Academiæ Adjuncto dignisſimo, inſtitutam per literas accepi. Scilicet *Pentateuchus* & *Prophetæ* priores, ex *Kethubbim* vero tantum quinque *Megilloth* & *Paralipomena* formis novis; ceteri autem libri omnes partis hujus ultimæ formis impolitis exſcripti ſunt. Stephanus enim, currente prelo, literas uſu detritas refingi fecit, ſicut nota anni, quo quisque liber prodiit, evincit. Exemplum ipſum non in *quatuor*, ſed *tribus* Voluminibus compactum eſt: &, ſi titulos ſequaris, nec ſic, ut alia Biblia in quatuor partes abit; ſed ſpeciales tituli comparent. In Volumine I. 1) ante Pentateuchum. 2) ante Prophetas priores. In Volum. II. 3) ante Prophetas minores XII. titulus generalis, &, excepto *Hoſea*, ante ſingulos ſinguli. 4) ante Pſalterium. 5) ante Proverbia. 6) ante V. Megilloth. 7) Jobum. 8) Danielem. 9) Eſram, cui in eodem folio Nehemias *ἀμέσως* cohæret. In Vol. III. ante 10) Paralipomena. 11) Jeſaiam. 12) Jeremiam, & 13) Ezechielem.

Libri ipſi annis ſequentibus ſunt editi. Formis quidem vetuſtis *Jeſaias* anno 1539. item X. Prophetæ minores, 1539. Jeremias, Pſalterium, Daniel, Proverbia, Zacharias & Malachias. 1540. Ezechiel, Job, Esdras, 1541. Novis vero formis Pentateuchus & Paralipomena, 1543. Prophetæ priores, 1544. & V. Megilloth 1555. iisdem literis à Carolo Stephano. Habacucus igitur ſpeciatim à Rob. Stephano 1539. excuſus eſt. Interim cum Carolus (ceu pag. 388. l. 5. Vol. II. hujus Bibliothecæ monetur) *Pentateuchum* anno 1556. & *Megilloth* 1555. ediderit, veri fit ſimile, eundem Carolum *Habacucum* quoque, quo *van der Hooght* uſus eſt, anno 1559. exſcripſiſſe.

Ad Prophetas minores non exſtant hic *commentarii Rabbinici*, ſed *Kimchii* tantum, quos *Vatablus* emendavit, & locis Biblicis in margine inſtruxit. V. *Megilloth* in margine exhibent *Kri*. Daniel cum *Kri* etiam Maſoram parvam & finalem, ſive numerum verſiculorum &c. qui in Bibliis manualibus occurrere ſolet, in calce librorum ſingulorum. Esdras una cum *Kri* Maſoram, non autem finalem illam habet. Reliqui libri omnes nec *Maſora* nec *Kri* inſtructi ſunt, ſed ſub *Ktibh* tantum puncta *Kri*, ſuperimpoſito circello, referunt.

Confuſio in *Hoſea* incipit à cap. V. 8. & producitur usque ad VII. 14. ita, ut poſt V. 7. ſequatur ſtatim VI. 8. 9. 10. 11. cap. VII. 1. 2.

3.

3.4. uſque ad מלוש incluſive. Tum legitur V. 15. (qui tamen in hac editione verſus primus eſt capitis VI.) denique cap. VII. 1—7. quæ in ſequente pagina excipiunt verba tria: בצק עד חמצתו ex cap. VII. 4. Hinc omnia rite procedunt. Confuſionis hujus cauſa pendet ex impreſſoris negligentia, qui columnas, à typotheta recte poſitas, in hac plagula D. diſturbavit, id quod ex cuſtodibus, in commentario Kimchii obviis, patet. At & typotheta hic in ponendis paginis erravit. Nam poſt p. 24. anteced. philyræ ſequuntur pp. 17. 30. 31. 20. 21. 26. 27. 24. & tunc pag. 33. ordine procedit philyra ſequente, in quibus paginarum numeris illi tantum materiæ reſpondent, qui hic *linea* ſunt ſubducti.

Poſſideo ego ſeorſim *Pentateuchum* & *Prophetas Priores*, ex edit. Roberti Stephani anno 343. 344. curatos. Illos hujus editionis partes eſſe ipſi anni, quos referunt, argumento ſunt. Ex eo hanc recte feceris conjecturam, quod partes & libri hujus editionis etiam ſeparatim vænierint; quo etiam conſilio factum eſt, quod vidimus, ut Prophetis minoribus ſingulis ſpeciales tituli ſint præmiſſi.

Biblia Hebraica ibidem apud eundem 7 Vol. in 12. anno 1544—1546. Lege Cl. *Maittaire* loc. cit. ubi annos & menſes, quibus volumina ſingula lucem adſpexerunt, diſtincte videbis definitos. Adde eundem in Annalibus Typographicis Tomo III. Part. I. pag. 385.

Biblia Hebraica anni 1545. quæ *Almeloveenius* loco in Vol. II. ci- 1545.
tato, Stephano huic tribuit in fol. nulla ſunt, quemadmodum nec à laudato modo *Maittairio* commemorantur. Eadem *Chevillerius* in Bibliothecis aut Bibliothecarum Catalogis fruſtra ſe quæſiviſſe teſtatur pag. 297. de Originibus Typographiæ.

Biblia Hebraica, *Seb. Munſteri*, ex priore anni 1534. recognita an. 1546.
1546. laudantur à Rev. *Reimmanno* in Catalogo Biblioth. Reimmannianæ Part. I. pag. 194. ſqq. qui inter cetera ait, *Munſterum* primum eſſe inter Germanos, qui Biblia Hebraica ediderit, fonteſque ſecutus novam verſionem Latinam adornarit, imo & ſcholiis Rabbinicis textum ſuſceperit illuſtrandum.

Biblia Hebraica Pariſ. 1556. 4. apud *Car. Stephanum* video afferri in 1556.
Catalogo Bibliothecæ B. *Guſtavi Schröderi*. Codicem ipſe non conſpexi; ſuſpicor autem Pentateuchum tantum, de quo Vol. II. pag. 388. dixi, eo comprehendi.

Biblia Hebraica in 8. anno 326. C. 1566. *Antwerpiæ* apud Chri- 1566.
ſtoph. Plantinum. Cl. *Chriſtianus Schœtgenius*, Rector hodie Dresdenſis

Scholæ Crucianæ, per literas mihi testatus est, se vidisse exemplar Plantinianum, in cujus titulo hæc legantur: נדפס עם רב העיון על ידי כריסטופורו פלנטין במצות השר בומבירגי יצ״ו בשנת של״ו לפ״ק פה העיר המהוללה אנוירשה: *Excusum est multa cura per manus Christophori Plantini, jussu Bombergii principis* (eximii) *anno* 336. *computi minoris in celebri urbe Antwerpia.* Addit idem, in calce expressum esse annum שמ״ב 342. Atque hinc ego quidem confecerim, duas diversas editiones, ut fieri interdum solet, eodem volumine junctas fuisse. Plantinum enim anno 340—342. C. 1580—1582. Biblia Hebræa edidisse Volum. II. pag. 372. commemoravimus. Habèo ipse exemplar editionis hujus Plantinianæ elegantissimæ in 8. sed tantum quod ad *Prophetas posteriores* & *Hagiographa*, duabus partibus. In titulo utriusque post נביאים אחרונים legis: שנדפסו על ידי כריסטופורו פלנטין פו אנוירשה: *quæ excusa sunt per manus Christoph. Plantini Antwerpiæ.* In calce vero voluminis ista: נדפס על ידי ובבית כריסטופורו פלנטין. עם דפוסי ואותיות הבומבירגי ונשלם בחדש טבת שנת שכ״ו לפ״ק: *Excusum est per manus & in ædibus Christophori Plantini ex officina & typis Bombergii & absolutum est mense Tebeth anno* 326. *supputationis minoris.*

Editiones has Plantinianas, speciatim eas, quæ anno 1566. in 4. & 8. curatæ sunt, reliquis præfert omnibus *Immanuel Aboab* in Nomologia pag. 219. Verba ita habent: *Hela, aqui, Sennor mio, y verà V. S. una hermosissima piesa. Por que, ultra de la claridad, y perficion de la letra, que es de las majores, es la mas corecta estampa, en los puntos y acentos, quo he visto. Y puesto, que la Biblia Regia de Paris, impressa por Roberto Estefano, en diversos modos es muy excelente; y las de Venecia, de Daniel Bomberga; y las Justinianas; y ansi la Biblia de Leon todds son muy buenas: con todo esso en estas de Anvers, ansi en quarto como en octavo, son muy mas correctas.* Et post pauca: *Aun que se deve mucho à Christophoro Plantino, que impimio con tanto cuydado esta Biblia en el anno de la criacion* 5326. *no se deve menos à Daniel Bomberga, con cuyos moldas se hizo la estampa, y por su mandato, como se ve en el titulo.*

1584. *Biblia Hebraica, Ariæ Montani*, ex edit. Plantiniana anno 1584. Hac editione, ut longe optima, usum se esse profitetur *Hugo Grotius* in Appendice ad commentar. de Anti-Christo pag. 111. Non in omnibus illius exemplaribus reperiuntur verba, in aliis in principio & fine exstantia: *Accesserunt & huic editioni libri Græce scripti, quos Ecclesia orthodoxa, Hebræorum canonem secuta, inter Apocryphos recenset, cum interlineari interpretatione Latina, ex Bibliis Complutensibus petita.* Causam lege in *Thomæ Crenii* Animadversionibus Philolog. & Historic. Parte XI, p. 95. sq. & XII, p. 164.

Biblia

Biblia Hebraica Eliæ Hutteri ſatis ſupra pag. 373. ſunt delineata, 1587.
quibus hæc nunc velim addi, quod litera radicalis, ubi in verbi vel nominis &c. forma textuali deficit, ſupra vocem charactere minori exprimi ſoleat.

Biblia Hebraica apud Plantinum anno 1608—1615. 8. de quibus 1608.
Vol. II. pag. 374. Conf. Bibliothecam Reimmannianam Part. I. pag. 233. ſqq. Editionem hanc ut elegantem & ſatis correctam laudat *Hottingerus* in Bibliothecar. Quadripartito lib. II, cap. I. p. 27.

Biblia Hebraica B. Ariæ Montani in fol. *Genevæ* 1609. Vid. mox 1609.
ad annum 1619.

Biblia Hebraica minimo charactere *Baſil.* 1611. 8. incepta, non 1612.
diſtincta ſunt ab editione Baſileenſi anni 1612. de qua Vol. II. pag. 374. Ea enim hoc anno 1612. demum finita eſt.

Biblia Hebraica in 4. Venet. 374. C. 1614. apud Jo. Cajon referri 1613.
debebant ad annum 393. C. 1613. Hic enim in titulo exprimitur per השיבנו

Biblia Hebraica cum compendio commentarii *Raſchii* ſub titulo: 1614.
כף ירך יעקב & brevi expoſitione R. *Jekel Sopher*, & commentariis Judæo-Germanicis collecta, Pragæ 374. C. 1614. 8.

Biblia Hebraica in 12. 2 Voll. *Venet.* typis Bragadini in domo Jo. Cajon, 1614. Eam editionem quarti ordinis formam referre, olim tradiderat *le Longius*, qui vero in repetita editione rectius ad formam 12. refert. At idem omittit editionem in 4. apud eundem Cajon procuratam, quam ſupra commemoravimus.

Biblia Hebraica in 4. in 8. & VI. Voll. in 18. Genevæ apud *Cepham* 1618.
Elon i. e. Petrum Quercetanum, vulgo de la Rouviere, à veteri Gallica voce *Rouvre*, orta à *robore*, quod *Quercum* ſignificat anno 378. C. 1618. Ita *le Long* loc. cit. pag. 67.

Biblia Hebraica RABBINICA, ex editione *Jo. Buxtorfii*, Baſileæ 1618. & 1619. In ea *Buxtorfium* quædam, invidiæ declinandæ cauſa, in annotationibus Rabbinorum omiſiſſe, vel leviter ex editionibus Venetis recentioribus immutaſſe, ſcribit auctor Bilibræ Veritatis (G. H. *Vorſtius*) pag. 200. idque probare inſtituit loco *Geneſ. XVIII.* 1. ubi in commentario *Aben Eſra* voces חוצי רוח omiſſæ ſunt. Confer diſceptationem de Verbo Dei ibid pag. 6.

1619. *Biblia Hebraica* B. Ariæ Montani cum versione Xantis Pagnini, fol. *Genev.* 1619. editio à B. *Jo. Gerhardo* olim in Methodo Studii Theolog. cap. II. pag. 56. & Rev. *Reimanno* in Bibliotheca sua Part. I. p. 195. *à typorum munditie, textuum originalium & versionum parallelismo, & eruditæ præfationis dexteritate* commendata. Lege ibi plura, qui & pag. 196. recte observat, ipsam hanc editionem, non nisi novo titulo ab illa anni 1609. distinctam esse.

1667. *Biblia Hebraica* per *Jo. Leusdenium* apud Jos. Athiam in 8. Amstelod. 1667. Leusdenium brevi ante obitum tertiam Hebræi Codicis editionem molitum esse, opemque suam implorasse, sed destinatis excidisse, testatur Cl. *Carolus Schaaf*, Professor olim L. Hebr. Leidensis in Judicio, Bibliis Hebræis Amstelod. 1725. 8. per Salom. Proops editis. Crassum editionis anni 1667. errorem in Genes. IX. v. ult. obvium notavit B. *Frider. Wilh. Bierlingius* in epistola ad B. Thom. Crenium data, & in hujus Exercitiis Sacris p. 159. legenda.

Biblia Hebraica in 8. *Amstelodami* 432. (תוּכה) C. 1672. laudat *Schabbatæus* in *Siphte Jeschenim* p. 84. b. tanquam Christianorum & Judæorum opera correctissime edita, & lemmatibus marginalibus Latinis instructa. Sed illa quidem editio non diversa est ab *Athia* secunda an. 427. C. 1667 promulgata. Censura Rabbinorum Hebraica, huic editioni præmissa, data est anno תוּכה i. e. 432. at idem annus in opposita versione Latina recte exprimitur per 5427. ab O. C. quod argumento est τὸ ה in hoc symbolo non *quinarium* annorum, sed quintum millenarium indicare, ex quo etiam factum est, ut solennis formula לפק i. e. *secundum supputationem minorem*, non sit addita. Hæc ideo monenda visa sunt, quod nonnullos nostratium editionem hanc in annum 1672. præter R. *Schabtai* intentionem, retulisse comperi.

1692. *Biblia Hebraica* à *Davide Clodio* primum edita, & à B. *Jo. Henr. Majo*, ac *Jo. Leusdenio* recognita in 8. anno 1692. Francof. ad Mœnum, tum ab aliis, tum à Cl. *Thoma Crenio* Parte II. Animadversionum Historico-Philolog. pag. 121. ut emendatissima commendantur. Contra vero ea Cl. *Christianus Schoetgenius* per literas mihi testatus est, se, hac ipsa editione per viginti annos usum, quotidie fere tum penna, tum scalpro, nunc puncta, nunc accentus, nunc & literas ipsas emendandi occasionem nancisci.

1699. *Biblia Hebraica, Dan. Ern. Jablonskii.* Hic silentio non puto prætereundum consilium, quod præstantissimus *Jablonskius* anno 1702. de nova

nova Bibliorum Hebraic. editione typis majoribus, quam quos prior illa refert, in senum gratiam forma quarti ordinis curanda, animo agitavit, quod ex literis ejus ad B. *Gabrielem Groddeckium* anno 1702. 13. Octobr. olim datis intellexi. Eam vero vir doctissimus ita delineat: *Quæque pagina columna gemina distinguetur. Accedunt tabulæ æneæ, quæ Geo- & Topographicæ, quæ vasa prisca, instrumenta bellica, vestitus sacros & profanos, &, quæ ad illustrandum textum sacrum facient, exhibentes, ut tabulæ illæ quasi commentarioli realis vicem obtinere possint. Ad calcem paginæ cujusque variantes, si quæ fuerint, lectiones subjicientur. Vocum obscuriorum & anomalarum etymon & significatio è regione vocis in margine adjicientur, nisi forte placuerit potius, versionem Pagnini singulis paginis ita subjicere, prout Guthirius fecit in Matthæo Syriaco.* Editionem illam priorem Rev. *Reimmannus* in Catalogo suo Part. I. pag. 233. ab exemplarium raritate, mendarum paucitate, & præfationis polyhistoria laudat, eadem opera observans, Vener. *V. E. Læscherum* in Theologia Exeget. Part. II. cap. 2. pag. 124. monere, unum alterumve locum in ea esse immutatum secundum Criticam R. *Menachem de Lonsano*, qui in conjectando nimium sibi permittat.

Biblia Hebraica per *Everhardum van der Hooght*, V.D. Ministrum Neodamensem, Amstelod. 1705. 8. Ad hanc editionem procurandam observationes suas, cum plurium annorum studio in editione Amstelodamensi anni 1667. tria millia mendorum & amplius deprehendisset, se liberaliter contulisse testatur Cl. *Carolus Schaaf*, modo laudatus, in Judicio itidem commemorato, simul conquestus, ne mentionem quidem nominis sui factam esse.

Biblia Hebraica in 12. *Amstelodami* 1705. typo satis elegante, sed minore, expressa, teste *le Longio*, pag. 71. Biblioth. Sacr. edit. II.

Idem ille commemorat *Biblia Hebraica* in 4. *Halæ* à Rev. *Jo. Henr.* 1705.
Michaëlis anno 1705. curata, sed illa quidem anno 1720. demum lucem viderunt. Non alia est editio, quam idem ibidem, tanquam studio & cura sociorum Collegii Orientalis Theologici Hallensis in Saxonia an. 1707. prelo subjectam ex Memoriis Trivultinis anno 1707. mense Aprili pag. 737. laudat. Plurium enim opera ad hanc editionem perficiendam usum esse Virum doctissimum, ex præmissa præfatione apparet. Eandem a variantium lectionum sylloge, locorum parallelorum multitudine, & notationum acumine laudat Rev. Reimannus in Catalogo Parte I. p. 233.

Quæ ibidem à *le Longio*, editio anni 1706. *Georg. Burcklino* accepta 1706.
fertur, ea anno 1716. demum lucem adspexit.

1707. *Biblia Hebraica* in 4. *Venetiis* ex typographia Bragadina anno 1707. teste *le Longio* pag. 71.

Biblia Hebraica cum Latina interpretatione *Santis Pagnini*, *Bened. Ariæ Montani*, & aliorum quorundam collato studio ad Hebraicam dictionem diligentissime expensa in fol. Francof. ad Mœn. apud Frider. Knochium anno 1707. ibidem commemorantur; sed ea promissa quidem, nunquam autem edita vidi.

Biblia Hebraica Veteris, & Græco-Germanica Nov. Test. à *Christiano Reineccio* Lipsiæ in 4. curata ibidem perperam afferuntur. Priora quidem, Hebraica nempe, lucem non viderunt. Mutato enim consilio V. C. *Biblia Sacra Quadrilingvia Nov. Test.* i. e. contextum Græcum cum versionibus *Syriaca*, *Græca vulgari* & *Germanica* Lutheri cum variis lectionibus, locis parallelis & annotationibus Philologicis Lips. 1713. fol. (vide Acta Eruditorum Lipsiensium Latina anno 1714. p. 150.) Hebraica vero, ut paulo post dicetur, ibidem an. 1725. 8. edidit.

1709. *Biblia Hebraica* in 4. *Kilonii* 1709. per *Henricum Opitium*. Eam editionem enarrant Memoriæ Trevultinæ anni 1711. Tom. I. p. 40. sqq. nec sine laude. Id unum desiderant earum auctores, quod codices MSS. in Gallia obvii Editori ad manus non fuerint, statuuntque, Parisienses Bibliothecas, nominatim *Regiam*, *Colbertinam*, *Sorbonensem*, & *Oratorianam* præstantissimos & plures numero, quam in universa forte Europa exstent, suppeditare, nec usquam gentium Biblia Hebræa, nisi in urbe Parisiensi, edi recte posse.

1711. *Biblia Hebraica* non punctata *Jablonskiana* anno 1711. primum edita, *Zullichoviæ* in Orphanotropheo, una cum *punctatis* iterum prostiterunt anno 1728.

1713 *Biblia Hebraica* à *Christiano Reineccio* Lipsiæ 1713. promissa quidem sunt, sed non, quod paulo ante monuimus, prodierunt.

1716. *Biblia Hebraica* in 4. à M. *Georgio Christiano Burcklino*, Francof. ad Mœnum anno 1716. curata, à *le Longio* loc. cit. pag. 71. in annum 1706. referuntur, ibidem vero pag. 72. tanquam Jenæ anno 1711. in 8. edita commemorantur, tandem vero col. 2. Francofurti anno 1716. lucem vidisse dicuntur. Quod postremum ut recte factum est; ita, cave, putes, reliquas duas, tanquam ab hac distinctas, lucem unquam vidisse. B. *Jo. Henr. Majus*, Theologus olim Giessensis, cujus auspiciis & consiliis editio hæc debetur, in præfatione præmissa, testatur, editionem *Clodianam* Francofurti anno 1677. fundamenti quidem loco positam, sed ad *Jablonskianam* & *Opitianam*, tum vero *Munsterianam* anni 1546.

Venetam

Venetum anni 1613. & *Genevensem* anni 1618. recognitam & emendatam hic sisti. De MSS. Codd. qui adhibiti simul sunt, ita idem loc. cit. *Nec defuere nobis Codd. MSS. celebres. Nam præterquam, quod jam ante triginta annos, & amplius, Celeberr. DN. D.* Opitio *enixe à me petenti, pro eo ac debui, non pauca loca notavi ex antiquissimo Codice MS. membranaceo, quem civis meus, D.* Jo. Reuchlinus, *vulgo* Capnio *dictus, à Friderico III. Romanorum Imperatore, acceperat, quique in Serenis. Marchionis Bada-Durlacensis Bibliotheca, tanquam κειμήλιον aliquod adservatur, ac de quo copiose retuli in Vita Reuchlini pag.* 529. *sqq. non destiti à Serenis. Hassiæ Landgravio, Principe ac Domino meo Clementissimo, anno* CIↃIↃCCVIII. *humillime rogare, ut apud Celsissimum DN. Marchionem pro me intercedens impetraret duorum MSS. Codicum transmissionem ad fidelem collationem. Obtinuissem quoque sine mora ambos Codices, nisi eo tempore adhuc Basileæ delituissent, aut tuto transferri potuissent. Ante biennium tamen, pace Germaniæ & patriæ meæ reddita, relatisque Caroloburgum dictis voluminibus, compendiosiori via rem adgressi, indultu Serenis. Principis, omnia atque singula loca, de quibus certiores reddi volebamus, per Virum admodum Reverendum, DN.* J. C. Zandtium, *tum Pastorem Ecclesiæ Durlacensis, & Professorem Theologiæ in Gymnasio illustri ibidem doctissimum, accepimus. Communicavit etiam pro sua humanitate nobiscum Pentateuchum MS. multi pretii Vir de antiquitate Hebraica meritissimus & clarissimus Dn.* Jac. Henr. van Bashuysen, *cui propterea publico nomine obstrictos nos esse grati profitemur. Commodum quoque & exoptato accesserunt diversi Codd. MSS. ex Bibliotheca instructissima & nulli secunda Generosissimi DN.* ab *VFFENBACH, quos inter unus cumprimis, ordine VI., venerandæ vetustatis ætatem, quippe VII. ferme Saculorum præ se ferens, accurata elegantia illustris, continens libros S. Codicis Historicos, Propheticos, ac reliquos ordine omnes ad finem usque, scriptus singulari industria, cum punctis vocalibus, accentibus ac tergemina Masora, memorandus venit.*

Quantacunque autem industria in hanc editionem impensa sit, caveri tamen non potuit, quo minus vel sic menda quædam exstantiora in ea relinquerentur. Hujus generis nonnulla annotavit Cl. *Christianus Reineccius* in præfat. ad Biblia Hebraica Lips. 1725. 8. edita.

Biblia Hebraica in 4. Halæ 1720. per Rev. *Jo. Henr. Michaelis.* Vide paulo ante ad annum 1705. 1720.

Biblia Hebraica cum variis Rabbinorum *Buxtorfianorum* & aliorum commentariis sub titulo קְהִלּוֹת מֹשֶׁה *Congregationum*, seu *Collectionum Mosis*, cura & typis R. *Mosis*, filii Simeonis Francofurtensis, Judicis in Synagoga Judæorum Germanorum Amstelodamensis. Prodiit *Tomus* I. *Amstelodami* 484. C. 1724. fol. in charta majori, foliis 293. Complectitur 1724.

ctitur is *Pentateuchum* cum Targum *Onkeloſi* & Maſora utraque, adjectis *Raſchii*, *Aben Eſræ*, & *Baal Hatturim*, tum vero aliorum, nempe R. *Levi ben Gerſon*, R. *Chiskijæ*, ſub titulo חזקוני, R. *Jac. de Leskau*, qui vocatur אמרי נועם, & R. *Obadiæ Sphorno* commentariis, qui omnes ſeorſim olim lucem viderunt. Additur his קומץ מנחה i. e. *pugillus Mincha*, ſive oblationis, ex *Levit. II.* 2. i. e. excerpta ex variis aliorum commentariis ab editore *Moſe*, *Francoſurtenſe*, ex libris פענח רזא, מנחה בלולה & aliis quibusdam facta.

Tomus II. ſiſtit *Prophetas Priores* cum commentariis *Raſchii*, *Kimchii*, *Levi Gerſonidæ*, & R. *Jeſchaja*. His accedit recens commentarius R. *Schemuel Laniado*, quem כלי יקר inſcripſit, in quo tamen collector ea omiſit, quæ ex *Raſchio*, *Kimchio* & *Gerſonide* ibi ſunt allata, lectore ad ipſos illorum commentarios ſemper ablegato. Ad marginem præterea legis ipſius collectoris annotationes ſuccinctas ſub titulo: מִנְחָה קְטַנָּה *oblatio parva*, in quam, ut præfatiuncula monet, ex R. *Moſche Alſchech*, & R. *Aaronis fil. Chajim* commentario in librum *Joſuæ* & *Judicum* ſub titulo לֵב אַהֲרֹן ea retulit, quæ Interpretes modo dictos effugerant. Prelum reliquit anno 486. C. 1726. & conſtat foliis 378.

Tomus III. *Prophetas Poſteriores* comprehendens, ſiſtit præter *Raſchium*, *Kimchium* & *Aben Eſram*, commentarios R. *Samuelis Laniado*, ſuper *Jeſaiam* & *Jeremiam*, qui inſcribitur אורים ותומים R. *Jacobi ben Rav* ſuper Jeſaiam, Jeremiam, Ezechielem, & Prophetarum minorum nonnullos, ſub titulo לקוטי שושנים, tum aliorum, nominatim R. *Obadiæ Sphorno*, R. *Schemuel Almoſnino*, obſervationes in eosdem & R. *Iſaaci Gerſon* in *Malachiam* ſpeciatim. Collector præter hæc præſtantiora ex aliis Interpretibus ſub titulo: מִנְחָה גְדוֹלָה i. e. *oblatio magna*, adſperſit. Prodiit an. 1726. foliis 321.

Tomus IV. *Hagiographa* exhibet, illuſtrata commentariis *Raſchii*, *Aben Eſræ*, R. *Iſaaci Jabetz* ſub titulo תּוֹרַת חֶסֶד R. *Joſephi Aben Jechaja*, & R. *Obadiæ Sphorno* ſuper Pſalmos, in quos pag. 107. ſqq. excerpta exſtant ex R. *Samuelis Arepol* מזמור לתודה. Super *Proverbia*, *Raſchii*, *Aben Eſræ*, R. *Levi Gerſonidæ*, *Aben Jechaja*, &, qui nunc primum ex MS. prodit, R. *Menachem Hammeiri*, una cum R. *Schalom*, *fil. Abraham* קב ונקי. In *Jobum*, *Raſchii*, *Aben Eſræ*, *Aben Jechaja*, R. *Iſaaci Jabeth*, R. *Moſis Nachmanidæ*, R. *Abraham Perizol*, *Obadiæ Sphorno*, & R. *Schimon fil. Zemach*, ſub titulo: אוהב משפט. In *Canticum Canticorum* exſtant hic præter *Raſchi*, *Aben Eſram*, & *Levi Gerſonidem*, *Aben Jechaja*, R. *Iſaac Jabetz*, R. *Meir Arama*.

Arama, & *Obadiæ Sphorno*. In *Ruth*: *Raschi*, *Aben Esra*, *Gersonides*, *Aben Jechaja*, & *Isaac Jabetz*. In *Threnos* & *Ecclesiasten* iidem, nisi quod *Gersonides* in Threnos desideretur, in *Ecclesiasten* vero *Obadias Sphorno* legatur. In *Esther*: *Raschi*, *Aben Esra*, *Gersonides* & *Aben Jechaja*. In *Danielem*: *Raschi*, *Aben Esra*, *Seadja Gaon*, *Aben Jechaja*, *Isaac Jabetz*, & *Gersonides*. In *Esram* & *Nehemiam*: *Raschi*, *Aben Esra*, *Aben Jechaja*, & *Isaac Jabetz*. In *libros Chronicorum*: *Raschi*, *Kimchi*, & *Aben Jechaja*. Suas & aliorum observationes hinc inde collectas & hic addidit Editor sub titulo: מִנְחַת הָעֶרֶב *oblatio vespertina*. Calcem claudit *Masora magna*, *cum variis lectionibus Orientalium & Occidentalium*, itemque libello שער הנגינים. Prodiit hic Tomus an. 487. C. 1727. foliis 413.

Ex his apparet, plenissimam hanc esse & luculentissimam editionem *Bibliorum Rabbinicorum*, quippe in qua non solum ea, quæ *Buxtorfius* habet, sed &, quæ ille ex *Bombergianis Bibliis Rabbinicis* anni 1518. omiserat, exstent, imo præterea ex MSS. nonnulli Interpretes accesserint, ut alios taceam, qui seorsim antea excusi, vel integri, vel ex parte sunt producti. Omitto Editoris collectanea, ex variis Interpretibus opera non contemnenda collecta.

Biblia Hebraica ad exemplum editionis *Leusdenianæ* anni 1667. 1725.
vel potius *van der Hooghtianæ* anni 1705. sed sine lemmatibus Latinis marginalibus in 8. *Amstelodami* 1725. per *Salomonem ben Joseph Props*, Bibliopolam & Typographum inter Judæos famigeratissimum. Titulus Latine ita est conceptus: *Biblia Hebræa cum vetustissimis atque optimæ notæ tam MSS. quam typis excusis codicibus diligenter collata, & secundum veterum Scribarum ac Masoretharum correctiones examinata. Notulis* קרי & כתיב *ubique fideliter appositis, ad variantes lectiones rite ac more majorum legendas ac pronunciandas; literis, vocalibus & accentibus cum omni humana cura atque industria revisis. Quare nulli dubitamus, quin lector hanc editionem tam accuratam esse comperturus sit, quam hactenus ulla prodierit.* Præmittuntur judicia & elogia ex Judæis, unius R. *Salomonis Ailjon*, Archisynagogi Hispani Amstelodamensis, ex Christianis vero plurium, nominatim *Jo. Meyeri*, *Guil. Surenhusii*, *Caroli Schaafii*, *Alberti Schultens*, & *Ottonis Verbrugge*, qui omnes linguas Orientis in Belgio & Frisia tam profitebantur. Atque illos quidem in prædicanda editoris diligentia formisque nitidis merito consentire, intelligens & industrius lector facile deprehendet. *Surenhusius* speciatim testatur, *se nullam Sacrorum Bibliorum editionem correctiorem hactenus vidisse*. Inter cetera ex 1 *Paralipom. VI.* 78. 79. commata 36. & 37. capitis XXI. libris *Josuæ* ex auctoritate Codicum præstantissimorum contextui restituit.

tuit. Ex Cl. *Caroli Schaafii* Judicio manifestum fit, editorem non tam *Athiæ* editionem anni 1667. quam, quæ ad hanc an. 1705. ab *Everhardo van der Hooght* comparata & correcta est, nova adhibita industria, secutum esse.

Biblia Hebraica ad optimorum Codicum & editionum fidem recensita & expressa, adjectis notis Masorethicis, aliisque observationibus, nec non versuum & capitum distinctionibus, numeris & summariis, accurante M. *Christiano Reineccio*, SS. Theolog. Baccalaureo, & Consiliario Saxo-Weissenfelsensi, illustris Augustei Rectore, & Professore Publico. Lipſ. 1725. 8. apud *Bernhardum Christoph. Breitkopfium*. Diligentissimus Editor interdum, v. c. *Exodi XL*. 5. *Jeſ. XLV*. 12. & alibi, quasdam legendi varietates ex probatis Codicibus affert, & speciatim *Josuæ XXI*. 36. duos versiculos, in recentioribus editionibus, & antiquis plerisque omissos, ex antiquiorum Codicum & editionum fide restituit. Lege de illis versiculis Rev. *Jo. Georg. Abichtii* dissertationem singularem.

Inter promissas *Bibliorum Hebraicorum* editiones numeratur etiam illa, quam doctissimus *Jac. Henricus van Bashuysen*, Professor hodie Servestanus, jam anno 1707. in præfat. ad Exercitationem Scripturariam & Criticam, *Francofurti ad Mœnum* editam, itemque in præfatione ad *Psalterium Hebraicum* cum notis selectissimorum inter Judæos commentatorum *Hanoviæ* 1712. in 12. curatum sperari jussit. Textum scilicet Hebræum ad accuratiores *Bombergii*, *Athiæ*, *Leusdenii*, *Clodii*, & *Jablonskii* editiones recensebit, vocesque Hebraicas vel semel, vel rarius, in contextu occurrentes, à reliquis certo signo distinguet, maxime vero omnium observationes Interpretum, inter Judæos præstantiorum, ceu in Psalterio factum est, in compendio repræsentabit.

Conspectus novæ editionis *Biblia Hebraica* ad *Amstelodamensem* illam *Jos. Athiæ*, *Londini* apud *Samuelem Jallassonium*, typographum & Fusorem, typis novis & variis additamentis curandæ, prodiit ibidem 1727. 8. Contextui ipsi, luculentis formis cum accentibus & vocalibus expresso 1) præmittentur in limine singulorum capitum summaria eorum Hebraica. 2) Literæ *Chateph Cametz* punctatæ, ad pronunciationem earum faciliorem reddendam asterisco ad exemplum Bibliorum Hebraicorum, à *Lumbroso* editorum, notabuntur. 3) addentur regulæ pro cantu *Taamim*, seu Musica librorum Poëticorum à R. *Salom. de Olivera* compositæ: item 4) aliæ ad dignoscendas radices vocum, regulæ quædam Grammaticæ Ebraicæ. 5) operi præfigetur ichnographia Tabernaculi, Vasorumque Sacrorum, item mensuræ tam liquidæ, quam aridæ, cum men-

menſuris Anglicanis & Amſtelodamenſibus comparatæ. 6) in limine libri *Joſuæ* comparebit tabulæ Geographica Terræ Sanctæ, in tribus XII. diviſæ: cum 7) tabula Geographica exitus Iſraëlitarum ex Ægypto, & 8) Sciagraphia Templi Salomonis. Confer *Monthly Catalogue* anni 1727. num. 53. pag. 103. ubi emendatio 5000 & amplius erratorum, quæ in editionem Athianam anni 1649. (ita legitur) irrepſerint. Conſpectus ille enarratur etiam in *Bibliotheque Angloiſe* Tom. XV. Parte II. pag. 552. & in Muſeo Bremenſi I. 2. pag. 351. ſqq. Ab eruditis quibusdam Chriſtianis, nominatim D. *Benneto*, paulo poſt defuncto, conſilium hoc ſusceptum fuiſſe, ex amico, inter Anglos commorante, per literas intellexi. Vereor autem, ne cum eodem *Benneto* deſtinata hæc exſpirarint.

EDITIONES PARTIVM CODICIS HEBRAICI & librorum aliquot ſpecialium.

Pentateuchus cum V. *Megilloth* & *Haphtaroth*, *Oelsnæ* 290. C. 1530. fol. 1530.
de quo Vol. II. pag. 386. abunde dictum eſt. Eundem diſtinguendum putavi ibidem pag. 369. a *Codice Hebræo integro*, quem Hiſtorici Oelsnenſes anno 1535. Oelsnæ ſub prelo Judaico ſudaſſe, ſed immani procella, eo anno urbi incumbente, disjectum fuiſſe tradunt. Sententiæ meæ has dedi, & adhuc habeo cauſas. Pentateuchus noſter anno 290. C. 1530. lucem vidit, quod αὐτοψία me docuit. E contra Codex ille integer an. 1535. operas exercuiſſe ſcribitur. Idem Pentateuchus nullis inſtructus eſt commentationibus vel gloſſis. Has autem Codici illi integro cum additas, tum inpoſterum deſtinatas, ſed tempeſtate illa totum opus interruptum fuiſſe, teſtantur. Denique omnis iſta traditio, quod Pentateuchus noſter pro parte Codicis illius integri habendus ſit, Judæos habet auctores, quibus quam parum fidei in rebus Hiſtoricis hodie tribuendum ſit, cordato cuique conſtat. Hinc veri mihi viſum eſt ſimile, unum alterumve Judæorum, lucri ſtudio adductum, fabulam illam cum ſpe majoris lucri venditaſſe, & facile inter ſuos, quod quærebant, inveniſſe. Interceſſit his Cl. M. *Jo Georgius Pagendarm*, V. D. Miniſter quondam Paſchkervicenſis, in diſſertat. Academica *de Codice Judæorum Olsnenſium Ebræo ex parte adhuc ſuperſtite*, Jenæ 1730. habita, qua ab altera parte contendit, Pentateuchum noſtrum omnino partem *Codicis Hebræi integri*, quem Judæi *Oelsnenſes* anno 1535. moliti ſint, conſtituiſſe. Videamus opinionis hujus præſidia. Duos ait eſſe meæ ſententiæ vel ſolos

vel præcipuos auctores: alterum *Laurentium Knorr* à *Rosenroht*, calamitatis Oelsnensis *αὐτόπτην*, in epistola ad *Ambros. Moibanum* data, alterum, ipsum illum *Ambrosium Moibanum*, Theologum quondam Vratislaviensem, qui *Knorrii* indicio & suasu in Relatione vernacula de tempestate ista Olsnensi *Argentorati* 1536. 3 plagulis in 4. edita, & *Olsnæ* 1682. 8. recusa, inter cetera Codicis illius Hebraici interrupti fecerit mentionem. *Knorrii* verba pag. 12. Dissertationis suæ hæc recitat: In dem sie (die Juden) damahls bey ihnen eine sonderliche Druckerey angerichtet, in welcher sie das Alte Testament, so in ihrer Sprache aufs neue mit einer Glosse und Auslegung corrigiret worden, in Hebraeischer Sprache zu drucken fürgenommen. h. e. *siquidem illi* (Judæi) *tunc temporis singulare apud se typographeum adornarant, in quo Vetus Testamentum, in lingua sua recens glossa & expositione correctum, Hebraica lingua imprimendum susceperant.* *Moibani* vero ista sunt pag. 15. Dergleichen so haben sie (die Juden) daselbst eine fast merckliche Druckerey zugerichtet, darinnen sie das Alte Testament, so in ihrer Sprache aufs neue mit einer Glosse und Auslegung corrigiret worden, in Hebraeischer Zunge zu drucken fürgenommen, welches Exemplar, sie ein gantz Gemach voll gehabt: dieses Gemach und Druckerey hat das Wetter auch genommen, dasselbe gantz eingerissen, &c. Verba hæc adeo prioribus respondent, ut Latine converti nil sit necesse. In his *neglectum* & *ignorantiam linguæ Ebrææ* videre sibi videtur Cl. *Pagendarmius* pag. 12. ex his rationibus, quod primo quidem nemo Judæorum Codicem Sacrum, quem aliis nominibus appellare consueverint, *Veteris Testamenti* nomine appellasse unquam censendus sit; porro vero non appareat, quid sibi tandem velit *Vetus Testamentum lingua sua* (Judæorum) *denuo correctum, & lingua Ebræa typo destinatum.* At neutrum puto fraudi esse doctrinæ aut fidei hinc *Knorrii*, hinc *Moibani.* Neuter etiam Christianis clarius exprimere rem poterat, quam dum Codicem Hebræum *Veteris Testamenti* nomine appellabant, h. e. illo, quod usu est frequentatum. Similiter Judæi in scriptis suis Antichristianis *Novum Instrumentum* nomine *Evangelii* nunc quidem corrupto, nunc integro, uti consueverunt, quamvis alioquin pro tali non habeant, quale est, & quale nomen ipsum refert. Cetera illa verba nec obscura mihi, nec explodenda videntur. Id enim sibi uterque volunt, quod Judæi Vetus Testamentum, seu Codicem Hebræum, *a mendis repurgatum* seu *recognitum* cum glossis, seu commentariis sua lingua scriptis, Hebraice edere instituerint. Nihil hic est, quod non a Judæis dici scribive potuerit, aut scribi etiamnum in limine novarum Codicis Hebræi editionum soleat. Accipe exemplum ex editione Codicis Hebræi, Amstelodami per R. *David Nunnes*

nes Torres, Magiſtrum quondam Judæorum Hagenſium, anno 460. C. 1700. 12. curata. Illius hæc eſt inſcriptio : חמשה חומשי תורה עם חמש מגלות והפטרות כל השנה מוגה בהשקפה גדולה ובעיון נמרץ : i. e. *Pentateuchus cum V. Megilloth & Haphtaroth per totum annum* correctus *multo ſtudio, & cura magna.* Tituli duarum ceterarum Codicis S. partium, nempe librorum *Propheticorum* & *Hagiographorum* in hac editione eodem modo ſunt comparati. Vides hic *correctionis* diſertam fieri mentionem, non eo conſilio, ac ſi editor quicquam ſibi in contextu pro lubitu emendandum ſumſerit; ſed, ut appareret, omnem adhibitam eſſe curam, ut contextus ille, quam fieri poſſet, curate exſcriberetur. Id quod ex additis vocibus מפי סופרים ומפי ספרים *ex ore Scribarum* (eruditorum & legis peritorum,) *& ex ore librorum*, ſeu Codicum, apparet. Rectiſſime itaque Duumviri illi ea voce *correctionis*, tanquam Judæis in hoc negotio familiari, uſi eſſe cenſendi ſunt. Neque enim hoc illi ſignificare voluerunt, quod in gloſſis illis emendare quicquam aut corrigere in *phraſibus*, *vocibus*, *punctis* & *accentibus* Codicis Hebræi ſuſtinuerint Judæi. Textum illi promittebant *recognitum*, ſenſum vero ejus *annotationibus illuſtratum.* Quod ſi editio illa *Amſtelodamenſis* modo laudata *expoſitione* ſeu *commentario* munita fuiſſet, editor in titulo ceteris junxiſſet : עם פירושים Hanc expoſitionem iidem ajunt *lingua Judæorum* concinnatam fuiſſe, ubi nihil refert, ſive id de *lingua Hebræa Biblica* ſive de *Judæo Germanica* acceperis. Vtraque enim in illuſtrando Codice Sacro uti ſolere Judæos edita publice exempla teſtantur. Prætulerim fere ego *Judæo-Germanicam*, quam de Judæis loquens, *ſuam* appellavit prudenter *Knorrius*, ut diſtingueret ab *Ebræa*, in qua Codex Sacer edi debebat. Ex his, puto, apparet nihil a Duumviris iſtis dictum eſſe, quod *imperitiæ* aut *negligentiæ* ſuſpicionem ſecum ferat.

Videamus itaque, quid vel ſic vir doctus pro ſententia ſua ex illis eliciat. Primum eſt pag. 22. quod *ſententia vulgaris* i. e. noſtra illa, *ex allegatis* Roſenrohtii *verbis commode ſatis elici nequeat, niſi admittere ſimul velis, enarrationem in iis factam paulo obſcuriorem, quam vulgo, creditur, deprehendi, ac ejusmodi locutionibus interpolari, quæ tantum ſibi invicem repugnant, quantum lux & tenebræ* &c. *Roſenrothius*, fateor, non meminit Pentateuchi *Olsnenſis*, tanquam ſeorſim anno 1530. editi; ſed eum tamen ab illa editione Codicis Hebræi diſtinguendum eſſe inde colligitur, quod hanc anno 1535. & quidem cum gloſſis operas exercuiſſe ſine ulla obſcuritate tradit. Talem etiam in ceteris ejus verbis non exſtare, ex parte jam oſten-

ostendimus. Invenire vero novum obscuritatis caput Vir doctus sibi in eo videtur, pag. 22. quod *glossematis* & *commentationis* mentionem faciat, cum tamen Iudæi alias *expositiones* suas certis & specialibus *titulis* ex S. Codice v. c. haustis, insignire soleant. Enimvero non semper id faciunt Judæi, inprimis antiquiores illi, v. c. *Kimchi*, *Raschi*, *Gersonides* &c. Horum expositiones sub nudo פירושים titulo exstant, & hodienum a Judæis allegari solent. Pervulgata afferrem, si idem de recentioribus probandum susciperem. Obscure itaque rem non egit *Rosenrohtius*, quando simpliciter ex Judæorum more *glossæ* & *commentationis* hic meminit, ubi hoc obiter monitum velim, non videri eundem per *glossam* & *commentationem* diversa innuere voluisse, sed alteri voci, nempe *glossa*, tanquam ea ætate Germanis receptissimæ, alteram *commentationis*, פירוש, Judæis frequentiorem, addidisse. Si quid in narratione *Rosenrohtii* desiderari debeat, id forte fuerit, quod nomina commentatorum non commemorarit. Sed eo quidem ad institutum ejus opus non erat: forte etiam ipse illa ignoravit. At Vir doctus pag. 24. in allatis verbis *locutiones sibi maxime repugnantes* videt, dum scilicet *Judæi circa immanis tempestatis tempus Codicem Vet. Test. Ebræum imprimere vel instituisse vel cœpisse dicantur*, & vel sic *conclave Codicis hujus exemplaribus totum refertum habuisse*, affirmentur. Nihil equidem hic video, quod sit ἀσύςατον. Codicem Hebræum imprimendi initium fecisse dicuntur Judæi, non commemorato eo, quousque in opere tunc processerint. Quantumcunque autem fuerit, quod profligarint, necesse est, ut multæ in promtu fuerint plagulæ diversorum scilicet exemplarium, quorum multa, ubi de Bibliis agitur, exscribi consueverunt. Itaque *conclave* illis *refertum totum* jam fuisse dici potuit. Neque vox *exemplaris* offendere quenquam debet, de opere nondum absoluto adhibita. Plagulæ enim, quotcunque etiam sint, ubi eo, quo decet, ordine conjunguntur, omnino constituunt *exemplar* operis destinati, sive ad finem fuerit perductum, sive minus. Hinc in Bibliopoliis nihil frequentius est *exemplaribus deficientibus*, nec desunt exempla librorum, quos, dum sub prelo calerent, auctores operi immortui, imperfectos reliquerant, quique vel sic vendi deinceps consueverunt. Itaque etiam hinc patet, *Moibanum* voces exemplaria & gedruckte Bogen, pro ἰσοδυναμάσαις seu æquipollentibus, quarum altera alteram explicaret, sicut supra Glossen & Auslegung, habuisse & haberi velle. Hinc eas conjungit *Moibanus* pag. 17. so hat das Wetter dasselbe Gemach mit der Druckerey gleichfals genommen, selbtes gäntzlich eingerissen, die Exemplaria und gedruckten Bögen (exemplaria i. e. philyras excusas) über

alle

alle Häuser in die Gassen der Stadt und in das weite Feld geführet. Quod si tamen Vir doctus voces illas pro diversis omnino haberi velit, nec sic vadimonium deseremus. Folia enim *seorsim excusa* audient philyræ seu plagulæ hactenus impressæ; eadem vero dicentur *exemplaria* ubi ordine sibi fuerint conjuncta. Sic, puto, sine offendiculo intelligentur verba: Jedoch hat man aller solcher Bögen kein gantz Exemplar zusammen bringen mögen, i. e. philyræ excusæ & dissipatæ ita colligi non potuerunt, ut ordine se invicem exciperent, & sic exemplum sisterent plagularum omnium adhuc excusarum. Nihil hic iterum video, quod sibi non constet, aut legentem impediat, tantum abest, ut quicquam narrantes confundat.

Altera Dissentientis ratio pag. 24. affertur, *suam scilicet sententiam longe facilius ex allegatis Rosenrohtii verbis elici posse*, nempe quod Codex ille Hebræus i. e. Pentateuchus, de quo disputatur, cum ceteris Sacri Codicis libris vel *ex parte*, vel *integer*, conclavi illo, ventis disjecto, fuerit comprehensus. Hoc fine suspicatur, imo pro certo haberi vult, Pentateuchum illum, quamvis *quinquennio* ante excusum, & more Judæorum seorsim venditum, in conclavi illo adservatum fuisse, ut reliqua ejus exempla cum ceteris, *Prophetarum* scilicet & *Hagiographorum* libris, ubi similiter formis exscripti fuissent, conjungi & junctim vendi possent. Non nego, Judæis in more positum esse, ut ita interdum agant. Sed & scio, frequentius inter eos ita agi, ut Pentateuchum cum *Megilloth* & *Haphtaroth* seorsim excudant, sine consilio ceteros libros Biblicos illis aliquando subjungendi. Exemplorum satis habebit, qui legere voluerit, quæ Vol. II. pag. 385. sqq. attuli & in his Supplementis paulo post de Pentateuchis, cum Megilloth & Haphtaroth seorsim excusis, afferam. Ratio hujus instituti eo continetur, quod sic Judæorum vulgus illos libros Biblicos conjunctos uno volumine habet, qui in Synagogis diebus Sabbati & festis prælegi consueverunt, & quibus legendis privatam quoque ipsi impendunt industriam. Quod si igitur conjecturis indulgere velimus, præstare ausim, meam illam sententiam, de Pentateucho illo anno 1530. separatim excuso & vendito, probabiliorem visum iri, quam alteram illam viri docti, de Pentateucho eodem, per integrum quinquennium adservato. Nec præter rationem dubitaverim, fieri potuisse, ut in Codice Hebræo integro excudendo per integrum quinquennium versati sint, & ne sic quidem opus absolverint. Accedit, narrationem illam *Knorrii* & *Moibani* fidem nobis facere, quod consilium illud de imprimendo Codice Hebræo integro non diu ante

ante ingruentem illam gravem tempestatem à Judæis fuerit susceptum. Non adversatur huic, quamvis vir doctus id urgeat, quod conclave tamen exemplaribus *refertum* fuisse dicatur. Cum enim, quale vel quantum hoc conclave fuerit, ignoremus, ignoremus etiam, quot plagulæ vel exemplaria ad illud complendum fuerint requisita, temere ageremus, si precariis conjecturis partim fidem narrantium suspectam reddere, partim certi quippiam in contrariam illi, quæ omnino evidentior est, sententiam statuere & pronunciare velimus. Constat itaque, narrationem sæpe allatam pro nobis potius, quam pro Viro docto, facere, id quod ex sequentibus manifestius evadet.

Intelligebat Cl. *Pagendarmius*, obstare sibi inprimis *glossas* illas & *expositionem*, quibus Codicem illum Hebræum anno 1535. dum imprimeretur, instructum fuisse, & instrui debuisse narratur, cum Pentateuchus anni 1530. illis sit destitutus. Nec inficior ego, præcipuum hoc fuisse, quo adductus sim, ut illum de venditata sua dignitate dejiciendum censerem. Itaque & hunc lapidem nova quadam conjectura amoliri conatur. Suspicatur nempe pag. 26. *Knorrium*, Pentateuchum illum cum *Megilloth* & *Haphtaroth* editum esse, ex Judæis audientem, vocum illarum, præ ignorantia linguæ Hebraicæ, ignarum, *Haphtaroth* pro *glossemate*, *Megilloth* autem pro *commentatione* habuisse. Quam peritus vel imperitus linguæ Hebraicæ fuerit *Knorrius*, quem *Consiliarium Generosissimum* appellat pag. 26., non definiverim. Id pro certo habeo, & exemplis constat, Juris scientiam non præcludere viam literis Hebraicis indulgendi; nec præterea quidquam adhuc attulit vir doctus, quo *Knorrius* imperitiam suam prodiderit. Ponamus tamen, ignorantiam illam extra dubium esse collocatam, vel sic non ampliori, quam conjecturæ loco, id omne haberi potest. Conjecturis autem ut nulla, ita potissimum res historica, nec stat, nec cadit, talibus inprimis, quæ vel *imperitiam*, vel *negligentiam*, argumentis idoneis non superstructam, narrantibus impingunt.

Tertiam denique *eamque palmariam rationem* sententiæ suæ Cl. *Pagendarm* p. 27. repetit à nonnullis *Pentateuchi* hujus, cujus exemplum est apud *Oppenheimerum*, circumstantiis, nominatim *tempore impressionis*, *exempli raritate*, & *ejusdem caritate*. Quod ad primum attinet, non negat, illum annum 1530. referre, sed ait, *cum revera per quinque annos excudendi curæ subjacuisse*, &, *codicem hunc esse ex exemplaribus, quæ vel ante trigesimum quintum annum, vel ante tempestatem illius anni in emtorum manus pervenerint, reliqua vero omnia interiisse*. Hæc partim ἀνύστατα, partim gratis pronunciata mihi

mihi videntur. Quomodo enim per *quinquennium* operarum curis subjectus fuisse dici potest, qui jam anno 1530. in vulgus exierit, & venierit? Non obvertere his potest vir doctus, se ita pronunciare, habita ratione ceterarum Codicis Hebræi partium, quas Pentateuchus ille quasi exspectarit. Sic enim sumit sibi, de quo cum maxime disputatur; imo sumit, quod probandum erat, Pentateuchum illum, seorsim à ceteris partibus venditum, & nihilominus, quod ad reliqua exemplaria, conservatum fuisse, donec in auras difflaretur. *Rara* hujus Codicis exempla hodie occurrere ipse docui, nec nunc inficior. Prout vero variæ *raritatis librorum* causæ exstant, ita non video, quomodo illa nostri hujus tantum ex illa calamitate repeti possit. Fieri potuit, ut pauca tunc exemplaria imprimerentur. Fieri potest, ut plura, quam duo illa exempla, *Hanoveranum* scilicet & *Hamburgense*, in Polonia vel alibi exstent. Duo jam ab illo impresso Secula effluxerunt, & tam remotæ ætatis libri Hebraici in universum rarius occurrunt. Magna Pentateuchorum, alibi editorum, copia ab eo tempore in manus Judæorum pervenit. Nonne hæc, & alia hujus generis efficere potuerunt, ut Pentateuchus iste Olsnensis rarius oculis objiceretur, etiamsi tantæ calamitati non fuerit obnoxius? Nec profecto mirum est, *cariori* pretio hodie vendi, apud eos inprimis Judæos, qui à nugivendulis persuaderi sibi passi sunt, ut eum ex ingenti periculo non sine miraculi specie ereptum esse crederent.

Vltimo loco vir doctus pag. 30. sqq. ea argumenta eludere conatur, quibus sententiam meam Vol. II. pag. 386. sq. superstruxi.

Cum vero illa hic in superioribus urserim, & ab objectis liberarim, taedio forem lectoribus, si & ipsius & meam cramben recoctam apponerem. Secure itaque totam hanc causam judicandam cuique relinquam, ubi ad nonnullas exceptiones, supra non allatas, paucis respondero. Pentateuchum hunc ne quidem an. 1530. prodiisse ait, cum in titulo mensis *Abb*, qui *Augusto* nostro respondet, & in Judæorum annum inclinantem incidit, commemoretur. Largiamur, ne longiores simus, Viro docto integrum annum, illi excudendo insumtum, & sic quadriennium saltem fuerit, quo Pentateuchum hunc per se absolutum, in claustris & cancellis latuisse necessum est, si pro parte haberi debeat Codicis Hebræi integri, quem cum *commentariis* edendum anno 1535. Judæos suscepisse *Knorrius* & *Moibanus* testantur. Sed hoc ipsum inter *ἀδύνατα creditu* numerari non vult pag. 32. cum alia exstent exempla (pag. 34.) quod partibus librorum Hebraicorum, vel codici integro excuden-

cudendis *biennium* imo *triennium* impenderint. Largiar & hoc. Cum vero, quod credi potest, quod fieri potest, & interdum fit, non semper vel credatur, vel fiat; id inprimis ostendendum erat, maxime veri esse simile, hunc Pentateuchum, cujus exempla non negat vir doctus ante annum 1535. vendita, ceteras codicis Hebr. partes quasi exspectantem, tamdiu latuisse. Huic vero sententiæ inprimis id obstat, quod Pentateuchus hic commentatione omni sit destitutus, quam Codicem Hebræum integrum, anno 1535. vel paulo ante exscribi coeptum, repræsentasse, Duumviri illi testantur.

Quæ ad amoliendam à Judæis vel *credulitatem*, vel lucri *cupiditatem*, satis alioquin perspectam, affert idem p. 37. sqq. ea suo loco hoc securius relinquo, quo minus, quicquid hujus erit, causæ meæ detrimentum affert. Vereor enim jam pridem, ne in his enarrandis longior fuerim. Et otio meo pepercissem forte, nisi de *Knorrii* & *Moibani* cum *fide*, tum *doctrina*, in dubium vocata, agi vidissem, & Cl. Dissentienti sententiæ suæ veritatem ita persuasam esse comperissem, ut in hanc sententiam scriberet pag. 27. *His probe perpensis, ac veritatum instar obtentis (nam nobis è manibus eripi non possunt) causæ caput me demonstrasse, quam certissimus sum, atque scio.* Imo pag. 26. persuasum sibi habet, *piaculo non ultimæ caveæ se adstrictum iri, nisi dixerit*, B. Knorrium *Pentateuchum illum pro Codice Veteris Instrumenti Ebræo integro, Haphtharoth pro Glossemate & pro commentatione Megilloth habuisse.* Comparet lector utriusque causæ momenta, si tanti res videatur, & judicet.

1544. *Pentateuchus* & V. *Megilloth*, Hebraice in 8. *Venetiis* apud Cornel. Adelkind typis Bombergianis, anno 304. C. 1544. secundum *le Long* in Bibliotheca Sacr. edit. II. pag. 72. b. ubi tamen vitio operarum *Adelkind* prave appellatus est *Akildencd.* Vereor præterea, ne hæc editio eadem sit cum illa anni 1543. ibidem literis Bombergianis exscripta, quam idem proxime ante hanc laudaverat.

1546. *Pentateuchus*, V. *Megilloth* & *Haphtaroth*, Hebr. in fol. *Briscia* in Lithuania, apud David Jonathan 306. C. 1546. Exstat in Bibliotheca quadam Vratislaviense.

Pentateuchum, Parisiis eodem anno in 4. à *Carolo Stephano* editum, commemorat *Chevillerius* de originibus Typographiæ pag. 297. nescio, quam recte. Certe ejus non meminit diligentissimus *Michael Maittaire* in Catalogo librorum, à Stephanis editorum, qui *Historiæ Stephanorum* est subjunctus. Idem Tomo III. Annalium Typographicorum Parte II. p. 670.

670. apte suspicatur, editionem hanc ex illa, quæ à *Stephano* anno 1556. curata est, operarum lapsu confectam esse.

Pentateuchus Hebr. & Chald. cum V. *Megilloth*, & commentario quodam ex aliis selecto, *Venet.* 307. C. 1547. de quo plura attuli Vol. III. pag. 320. num. 733. 1547.

Idem cum V. *Megilloth* & *Haphtaroth*, *CPoli* in 4. 1550. per *Samuelem Chajim*, de quo Volum. II. pag. 387. sine anno ibi commemorato, quem *le Longius* exprimit Parte II. Biblioth. Sacr. pag. 479. ed. II. Conf. Cl. *Michael. Maittaire* in Annalibus Typographicis Tom. III. Parte II. pag. 584. 1550.

Idem cum V. *Megilloth*, Hebr. & Lat. additis, ex Rabbinorum commentariis, annotationibus, *Venet.* 1551. 4. *Editio nitida, ac rara, cujus auctorem accepimus esse Sebastianum Munsterum.* Ita Bibliotheca Reimmanniana Part. I. pag. 216. 1551.

Idem cum *Haphtaroth* in 12. an. 318. C. 1558. in membrana, sine loco editionis designato. Vidi in Bibliotheca Oppenheimeriana. 1558.

Idem cum *Megilloth* & *Haphtaroth*, addito *Raschii* commentario, *Lublini* 318. C. 1558. fol.

Idem cum *Megilloth* & *Haphtaroth* in 16. *Venet.* 334. C. 1574. apud Jo. de Gara. 1574.

Idem cum triplici *Targum* & commentario *Raschii*, novisque animadversionibus R. *Pheibel*, generi R. *Jeschajæ Horwitz*, ad *Raschium* spectantibus, itemque expositione vocum difficiliorum τῶν *Targumim*, &c. *Hanov.* 374. C. 1614. 8. iterumque *Amstelodami* 406. C. 1646. teste *Schabtæo* in *Siphte Jeschenim*, p. 86. num. 57. 1614.

Idem, cum V. *Megilloth* per Samuelem fil. Joseph Bezalel in 4. *Pragæ* 375. C. 1615. secundum *le Long* loc. cit. pag. 73. 1615.

Idem cum triplici *Targum* &c. secundum editionem Hanoviensem anni 1614. de qua modo diximus, Amstelod. 406. C. 1646. 1646.

Idem cum Targum *Onkelos*, V. *Megilloth* & *Haphtaroth* in 12. Hamburgi 1663. apud Georg. Rebenlin, quem le Longius pag. 74. mendose *Rebontani* appellat. Curavit hanc editionem *Teble ben Benjamin Wolf*, Judæus, de quo lege Accessiones ad Vol. I. sub nomine טעבלי.

Idem cum V. *Megilloth* & commentario *Raschii*, Pragæ 430. C. 1670. in 12. teste *le Long*. 1670.

1680. *Idem*, Hebr. & Chald. cum V. *Megilloth* & commentario *Raschii*, itemque alio, qui dicitur *Siphte Chachamim*, *Amstelod.* 440. C. 1680. apud Vri Veibſch; iterumque cum acceſſionibus *Dyrenfurti* 1693. 4. Vide, quæ Volumine III. ſcripſi ſub שבתי בן יוסף.

1688. *Idem* cum V. *Megilloth*, *Amstelod.* in 16. an. 1688.

Idem cum V. *Megilloth* & commentar. *Raschii*, &c. *Dyrenfurti* 1693. 4. Vide paulo ante ad an. 1680.

1693. *Idem* cum V. *Megilloth*, & in calce cum inſtitutione Scripturam Sac. legendi, *Pragæ* in 26. oblongo, anno 453. C. 1693. apud filios Judæ Bak. Quam Vol. II. pag. 393. laudavi editionem cum *Megilloth* & *Haphtaroth* hoc anno in 4. curatam, ea itidem *Pragæ* apud nepotes *Mosis Bak* prodiit.

1696. *Idem* cum *Megilloth* & *Haphtaroth*, Targum *Onkelos* & commentario *Raschii* in 8. *Pragæ* 456. C. 1696. apud filios Judæ Bak, cura Behr Perlhefter.

1701. *Idem* cum Targum *Onkelos* & *Haphtaroth*, Amſtelod. 461. C. 1701. 12.

1705. *Idem* cum triplici *Targum*, &c. *Berolini* 465. C. 1705. &c. Curam editionis habuit Judæus R. *Schelomo Salman b. Matathja*, quod ex præmiſſa ejus præfatione patet.

1710. *Idem* cum *Megilloth* & *Haphtaroth*, *Wilmersdorf.* in 4. 470. C. 1710.

Idem ſine punctis, in 24. *Berolini* anno 1710. ex Typographeo Jablonskiano.

1711. *Idem* cum Targum *Onkelosi*, & commentario *Raschii* in 4. Dyrenfurti an. 1711.

1712. *Idem* cum V. *Megilloth* & *Haphtaroth* in 12. *Amstelod.* 472. C. 1712. apud Salom. Proops.

Idem cum Targum *Onkelos* & commentar. *Raschii*, in 12. *Amstelod.* apud eundem eodem anno.

1716. *Idem* cum *Megilloth* & *Haphtaroth* in 4. *Hanoviæ* 476. C. 1716. apud Jo. Jac. Beauſang.

1719. *Idem* cum Targum *Onkelos* & *Haphtaroth* in 8. *Amstelod.* 479. C. 1719. apud Salom. Proops, typis luculentis.

1720. *Idem* cum *Megilloth* & *Haphtaroth* in 8. *Pragæ* 480. C. 1720. per nepotes Judæ Bak.

Idem

Idem cum V. *Megilloth* in 8. Amstelod. 484. C. 1724. apud Salom. Proops. 1724.

Idem cum *Megilloth* & *Haphtaroth*, literis majusculis punctatis & accentuatis, *Sulsbaci* 485. C. 1725. 4. apud *Salman ben Aaron*. Accedunt in margine glossæ lingua Judæo-Germanica. 1725.

Idem cum *Megilloth* & *Haphtaroth*, additis glossis Judæo-Germanicis marginalibus ex *Beer Mosche*, *Furthi* 486. 4. 1726

Idem cum *Megilloth* & Targum *Onkelos*, item *Raschii* commentario Hebraico, & infra hunc Judæo-Germanico, sub titulo מלמד שיח auctore R. *Elijakim ben Jacob*, de quo Vol. III. pag. 116. dictum est. Accedunt *Haphtaræ* cum commentario *Kimchii*. Amstelod. 1726. 4. foliis 347. & quoad *Haphtaroth* foliis 55. apud Sal. Proops. Eodem modo Francof. ad Mœn. 490. C. 1730. sumtu Salom. Aphtrod.

Idem cum *Megilloth* & *Haphtaroth*, 12. Sulsbaci 486. C. 1726. foliis 302. apud Salom. fil. Aaron.

Idem cum Targum *Onkelos* & subjecto *Raschio*, qui illustratur à latere in commentario, עיר מקלט dicto, sicut contextus ipse passim explicatur alio commentario, qui vocatur מגדול דוד Vterque auctorem habet R. *David de Lida*, Archisynagogum quondam Amstelodamensem. Exstat autem in limine amplioris collectionis, quæ dicitur יד כל בו à 14. diversis ejusdem scriptis illa comprehensis, de qua infra scribam ad Vol. III. pag. 180. Prodiit *Francof. ad Mæn.* 487. C. 1727. apud Jo. Kelner. 1727.

Idem cum Targum *Onkelos* commentario *Raschii*, Masora parva, Baal Turim, notulisque nonnullis, ut & *Haphtaroth* cum *Kimchii* commentario, *Amstelod.* in 4. an. 488. C. 1728. apud Salom. Proops. 1728.

Idem cum V. *Megilloth* & *Haphtaroth*, commentariis item *Raschii* & *Siphte Chachamim*, Francof. ad Viadrum 488. C. 1728.

Idem, literis majusculis, addita expositione vocum difficiliorum Judæo-Germanica, 4. Amstelod. 489. C. 1729. apud Sal. Proops. 1729.

Idem cum *Megilloth* & *Haphtaroth*. additis ad marginem summariis, dialecto Judæo-Germanica, 4. Francof. ad Mœn. 489. C. 1729. apud Salom. Aphtrod.

Idem cum libello *Esther*, sine vocalibus & accentibus. 8. Hanov. 490. C. 1730. 1730.

Idem cum *Megilloth* & Targum *Onkelos* &c. ad edit. Amſtelodamenſem, de qua paulo ante ad an. 1726.

Idem Hebr. Oelsnæ in Sileſia editus, quem *le Longius* pag. 75. a. ſine addito anno commemorat. De eo ſuperius actum eſt.

Idem Hebr. & Germanice, in fol. Leopoldo I. imperante, ſine anno.

Idem cum V. *Megilloth* ſine punctis, *Sabioneta* in 12. ſine anno.

Geneſis, *Exodus*, & *Leviticus*, cum *Jo. Elai Terſeri* verſione Latina, Vpſal. 1652. 8. per Jo. Pauli. Auctor rei eſt Cl. *Stiernmannus* in Biblioth. Svio-Gothica Tom. II. pag. 833. qui ibidem teſtatur, eundem *Terſerum* totum Codicem Hebræum auſpiciis Chriſtinæ Reginæ edere conſtitutum habuiſſe, conſiliique interrupti rationes ediſſerit.

GENESIS Hebraice in 4. Pariſiis per *Chriſtian. Wechelum* an. 1535. & 1537. quam editionem, tanquam ſibi viſam, memorat diligentiſſimus *Mich. Maittaire* in Annalibus Typographicis Tomo II. Part. II. pag. 432. & 816. Le *Longius* pag. 75. quem ipſe ego olim propere ſecutus ſum Vol. II. pag. 395. *Andream* appellat. At hic quidem *Chriſtiani Wecheli* filius eſt, qui aliquot annis poſt imprimendi artem demum fecit. Nec memini me videre libros, qui ex *Andreæ Wecheli* officina prodierint. Ita igitur ſtatuendum puto, *Geneſin* æque ac *Exodum Chriſtiani Wecheli* opera, illam anno 1535. hanc 1536. de qua mox, prodiiſſe, & priorem, novo forte titulo ornatam, deinde annum 1537. præ ſe tuliſſe. Exemplum, quod vidi, *Geneſin* & *Exodum* una complectebatur.

Eadem cura *Pauli Fagii*, Conſtantiæ 1543. 4. Sed vide, quæ paulo poſt ad IV. Geneſeos capita dicentur.

Eadem, Pariſ. 1556. 4. per Carolum Stephanum, teſte *Maittairio* in Catalogo librorum, à Stephanis editorum, qui in calce Hiſtoriæ Stephanorum abſolutiſſima exſtat.

Eadem Genevæ 1617. 12. cujus exemplum, quod Georgius II. Saxoniæ Elector, Jac. Wellero dono olim dedit, memoratur in Catalogo Biblioth. Vffenbachianæ Tom. I. pag. 25. num. 48.

Eadem ex Bibliis Hebraicis, quæ mandato D. Auguſti, Electoris Saxoniæ excuduntur, in 8. teſte *Le Long* pag. 75. Eam nunquam ego vidi.

Eadem in 4. Francof. ad Mœn. per M. Georg. Chriſtian. Burcklinum quem *le Longius* p. 75. mendoſe *Benatiliam* appellat.

Geneſeos

Geneseos capita XVII. priora, sine punctis, adjecta versione Latina, exstant commentario fusiore illustrata ab *Henning. Bernhardo Wittero*, Pastore Hildesiensi, sub titulo: Jura Israelitarum in Palæstinam, terram Chananæam, commentatione in Genesin perpetua demonstrata. Hildesiæ 1711. in 4.

Geneseos capita VII. priora in folio primum edidit *Jo. Elai Terserus*, quod consilium postea in gratiam Studiosorum ex mandato Reginæ Christinæ mutavit, ut ipse testatur in præfat. annotationum ad Exodum. Ita Cl. *Stiernmannus* Tom. II. Biblioth. Svio-Gothicæ pag. 833.

Geneseos capita IV. prima Hebraice, cum versione *Germanica* a regione, Hebraicis characteribus exarata, eaque juxta usitatam interpretationem מלה במלה i. *ad verbum* translata, una cum succinctis in fine adjectis scholiis, pro Studiosis Linguæ Hebraicæ, per *Paulum Fagium*, Constantiæ anno 1543. 4. Ita habet inscriptio hujus libelli, quem Vol. II. pag. 396. ex *Neandro* laudavi, nunc vero in manibus ipse habeo. Constat pagg. 49. Præfatiuncula *Fagii* ad Lectorem ita habet: *Optime Lector, cum anno redemti Orbis M. D. XLIII. Constantiæ, inclyta Imperii urbe, literas Hebraicas publice profiteri auspicarer, factum est, ut ad preces quorundam Studiosorum, maxime τῶν πρωτοπείρων, quibus tum non suppetebant Biblia Hebraica, hæc prima IV. capita primi libri Mosaici excudi curaverim, adjecta simul, consilio ac impulsu quorundam, Germanica Judæorum interpretatione, quo hinc non tam Germanicam Judæorum legendi rationem, quam hebraismos Sanctæ linguæ facilius planiusque cognoscerent, atque perciperent. Et quia visus est nonnullis hic labor qualiscunque etiam aliquo modo studium Hebraicæ linguæ juvare. Idcirco eo facilius passus sum, quicquid illud est laboris, non tam privatis & paucis quibusdam auditoribus inservire, quam & multis per impressionem commune & publicum fieri. Et quia fortassis ratio legendi Germanica Hebræorum non omnibus nota est, placuit in calce hujus codicilli ejus rei brevem tradere institutionem, quo ista ratione simul quoque viam pararem ad Germanica Hebraica Biblia, quæ non sine certa causa, ut ex ejus operis præfatione patet, quoque evulgamus. Boni consule, candide Lector, & vale.* Patet ex his, *Fagium*, præstantissimum Hebraismi sua ætate statorem, capita illa IV. priora seorsim in usum primum auditorum suorum, deinde vero cum accessionibus quibusdam in plurium commodum exscribi curasse. Mentio hic quoque fit integrorum Bibliorum Judæo-Germanicorum, tanquam sub prelo tunc sudantium. Et prodiit omnino *Constantiæ* anno sequente 1544. *Pentateuchus* Judæo-Germanicus, de quo infra suo loco dicemus. Cl. *le Long* quatuor hæc capita de toto *Geneseos* libro accepit pag. 75. minus quidem recte,

recte, quod ex dictis facile constat. Ceterum versio *Germanica* textui Hebræo punctato à latere opposita est: notæ autem Latinæ, quæ separatim accedunt, ad Analysin vocum Grammaticam pertinent. Institutio legendi Germanica Judæorum paginis quinque absolvitur.

Geneseos capita IV. priora cum opposita à latere versione B. *Lutheri* Germanica in Grammatica Hebrææ Linguæ Germanica à Cl. *Jo. Henr. Michaelis* Halæ aliquoties, & anno 1723. 8. ibidem quintum edita in usum tironum, leguntur.

Geneseos prima V. capita & partem *sexti* Hebraice Cl. M. *Jo. Gottfrid Tympe* recensuit, & singularum vocum rationem Grammaticam secundum principia Danziana exposuit in usum auditorum. *Jenæ* 1727. 8.

Geneseos capita III. priora cum subjecta versione Latina in calce Hebraismi in nuce per *Andream Stubelium*, Lipsiæ 1688. 8.

EXODVS Hebraice in 4. Parisiis per *Christianum* (non *Andream* ut *le Longius* habet) *Wechelum* 1536. Vid. Cl. *Mich. Maittaire* Annalium Typographicorum Tom. II. Part. II. pag. 433.

Eadem Hebr. & Latine, cum annotationibus *Jo. Elai Terseri*, 8. Holmiæ 1660. Vide *Stiernmanni* Bibliothecam Svio-Gothicam Tom. II. pag. 835.

Ejusdem capita nonnulla in *Wilh. Schickardi* Spicilegio Hebraico exstare memorat *Jo. Christoph. Speidelius* in Vita ejus, novæ Horologii ejus editioni *Tubingæ* 1731. 8. præmissa.

Decalogus Hebraice seorsim per *Christianum Wechelum* Paris. in 8. sine anno notato. Vide *Maittairii* Annales Typograph. loc. cit. pag. 796. in notis.

Idem *Decalogus* Hebraice cum commentario *Aben Esræ* & Targum *Onkelos*, Paris. 1566. 4. apud Rob. Stephanum. Lege *Maittairium* Tom. III. pag. 735. & 738. ubi *decalogus* cum brevi accentuum tractatione *Alphabeto Hebraico* ibidem 1566. 8. ex ejusdem officina subjunctus affertur, nec non pag. 743. ubi idem Decalogus cum commentario *Aben Esræ* & paraphrasi *Onkelosi* Latine, *Jo. Mercero* interprete, memoratur.

Ejusdem *Exodi* cap. XV. 1-10. sive Canticum Mosis à *Pet. Guarino*, Ordinis Benedictinorum, Tomo II. Grammat. Hebr. pag. 537. sq. literis Samaritanis, Hebr. quadratis, & Rabbinicis rotundioribus exhibetur, & Grammatice resolvitur, usque ad p. 569.

JOSVÆ

JOSVÆ & JVDICVM libri Hebr. cum *Targum*, & commentariis *Kimchii*, ac *Levi Gersonidæ* exſtant in Bibliotheca Academica Vpſalienſi inter libros, a præſtantiſſimo *Henr. Benzelio* CPoli emtos, & Vpſaliam translatos. Nec locus nec annus editionis in Catalogo erat notatus.

PROPHETÆ *Poſteriores* cum commentario R. *Moſis Alſchech*, Jesſenitii 480. C. 1720. in fol.

JESAIAS & JEREMIAS Hebraice cum verſione *Hiſpanica* à latere, literis Hebraicis punctatis expreſſa, *Theſſalonicæ* an. השכ״ט i. e. 329. C. 1569. 4. die quarto menſis *Tisri*, in ædibus Joſephi ben Iſaac ben Joſeph Jebetz. Hanc editionem *Sabionetenſem* facit *le Longius* in Biblioth. Sac. ed. II. pag. 75. b. exemplar ejus in muſeo Cl. *Ludov. Bourguet*, Nemauſenſis, qui nunc in Helvetia commoratur, exſtare teſtatus. Idem hoc exemplum nunc apud me eſt, poſtquam primum ad B. *Vngerum*, poſt hujus vero fata nimis matura ad me, emtionis jure pervenit. Illius nusquam video fieri mentionem, dignumque habeo, quod diligentius enarretur. Titulus eſt: החלק השלישי מהארבעה ועשרים *Pars tertia librorum* (Sacrorum) XXIV. Hinc ſequuntur plura literis Hebraicis quidem, ſed vocibus Hiſpanicis, cum punctis expreſſa hoc modo:

קון לאדינו אי אגורה נוש אה פארישידו קומינסר די לוס נביאים
אחרונים אי אקאבאדוש קי שיראן קיריינדו איל דיו ברוך הוא שי
הארה איל ריסטו דיל ארבעה ועשרים אי די אקי אדילאנטי קון
איסטו אי קון לה מיזמה דילה אלמה טודוס פודראן ליאיר און
קאדה דיאה אי אוטרו קאדה נוגי· אי נו שי פודרא נאדי אישקושאר
קון דיזיר שי נו שי מילדאר קומו אי די מילדאר קי קון איסטיס ליברוס
אין לאדינו טודוס שאבראן אי איל אורדין די נגאישוש אנטיגוס
איש מילדאר פסוק די דיאה אי דינים די נוגי· אי אקי שיאה דארו
און חכמים שלם ונעלה פלאטיקו אי אנטינד אין לה סיבדאר
קי לו לאדינו פור איל פירוש די איל חכם רבי דוד קמחי גינטו קון
דיסיר אלגינוס לאדינוס ביין פירנוסטיקאדוס אי קי נו דישו איל
לאדינאר קי שי איזה אין לה סיבדאר· פור טאנטו נו שיאה אלגוט קי
קיירה ריפרינדיר קון אלגונוס לאדינוס קי איל טירנת די קאביסה קי
שיירטו שיאה רימיראדו אין איסטה אוברה קואנטו שיאה פודידו:

i. e. *cum verſione Hiſpanica: & nunc quidem nobis viſum eſt initium facere à Prophetis Poſterioribus, quibus ad finem perductis, ſi Deus voluerit, reliquæ partes Codicis*

S

Codicis Sacri similiter convertentur. Ab hoc vero tempore & inposterum hujus voluminis, ut & libri Mesa del Alma, *beneficio unusquisque legere poterit partem aliquam, ex altero singulis diebus, ex altero singulis noctibus: atque sic exsequetur præceptum, quod jubet,* & meditaberis die ac nocte (*Josuæ I. 8.*) *Nec quisquam excusare se poterit, dicendo: cum nesciam meditari, quomodo meditabor? Horum enim duorum librorum, Hispanice scriptorum, ope omnes id facere poterunt. Sic enim volunt instituta Rabbinorum nostrorum, ut textum sacrum die, ritualia vero scripta nocte meditemur. Propterea hoc negotium datum est Sapienti cuidam perfecto, & egregio, peritissimo hujus rei, & doctori in hac civitate, ut hæc interpretarctur Hispanice, adhibito commentario R. Davidis Kimchii, voces autem Hispanicas recte exprimeret, easque adhiberet, quæ in civitate nostra usu sunt receptæ. Propterea caveat sibi quisque, ne reprehendat nonnullas interpretationes, easque cum aliis, quas capite suo reconditas habet,* (i. e. quas ipse fingit) *permutare instituat. Persvasum sibi potius habeat, omnia in hac opera accurate, quantum fieri potuit, esse expensa.*

Ex his cognoscimus, consilium fuisse editori, integrum Sacrum Codicem eodem modo *Hispanice* conversum in lucem edendi, initium autem factum esse à Prophetis majoribus, qui an ad finem perducti sint, non dixerim. Meum enim exemplum *Jesaiam* tantum exhibet foliis 66. & *Jeremiam* foliis 69. ubi in calce legitur consueta Judæis formula: תושלבע i. e. *absolutum & perfectum est: Laus sit Deo, creatori mundi.* Eadem vero non exstat in fine Prophetæ *Jesaiæ.* Atque hinc colligere mihi posse videor, duos hos Prophetas, uno hoc volumine junctos, illo tempore tantum lucem vidisse. De ceteris S. Codicis libris, eodem modo editis, nihil unquam legere me memini. In præfatione ista mentio præterea fit libri ritualis, *Mesa del Alma*, tanquam *Hispanice* literis Hebraicis exscripti. Illum suspicor esse compendium libri *Arba Turim* cujus meminit *Moses Altaras* in præfatione ad librum suum Hispanicum Latinis literis sub titulo: *Mantenimiento de la alma*, an. 369. 4. editum, testatus scilicet, ejusmodi compendium rituum, quale hoc sit, jam ante Hispanice, sed formis Hebraicis expressum exstare: Lege, quæ sub *Mosche Altaras* Vol. III. dicta sunt.

Vt aliquod versionis hujus specimen exstet, en tibi quinque priora commata capitis I. Jesaiæ, cum opposita à latere versione recentiore Ferrariensi, Amstelodami 406. C. 1646. fol. recusa. Vtramque dabo literis Latinis, quamvis in *Thessalonicensi* illa Hebraicis sit descripta.

Versio *Thessalonicensis.*	Versio *Ferrariensis.*
1. Prophedesmo de Jeschaiahu, hijo de Amoz, che prophetizò sobre	1. Prophecia de Yesahiahu, hijo de Amoz, que prophetizo sobre Juda

Juda y Jeruſchalajim en dias de Vzziahu, Jothan, Achas, Jehiskijahu, Reyes de Jehuda.

2. Oyd ſcielos y eſcuga tejera, che Adonai hablo: hijos engrandeci, y enalteſi, y eljon rebellaron en mi.

3. Conoſce bue ſu Criador y aſno peſebre de ſu duenjo, Iſrael no ſuvo, mi pueblo no paro mejentes.

4. Guai, gente pecadora, pueblo peſado de delito, ſemen en maleſedores hijos danjadores, dexaron à Adonai, enſanjaron a ſanto de Iſraël, tornaron ſe atras.

5. Sobre che ſeredes feridos a un enjadedes rebiljo, toda cabeça à la enfermedad, y todo coraçon dolorioſo. De palma de pia y feſta cabeça non en el ſanidad, peſilio y tolondro y ferida tierna non fueron meleſinados, y non fueron ſoldados, y non fue enterniſada con el aſcite.

Yehuda y Jeruſalaim, en dies de Huzziahu, Yotham, Ahaz, Yehiskiahu, Reyes de Yehuda.

2. Oyd cielos, y eſcucha tierra, por que Adonai hablò. Hijos engrandeci y enalteci, y ellos rebellaron contra mi.

3. Conocio buey ſu conprador, y aſno peſebre de ſu duenno, Iſrael no conoçio, mi pueblo no entendio.

4. O gente pecadora, pueblo peſado de delicto, ſimiente de malinos, hijos dannadores dexaron à A. hizieron enſannar à Santo de Iſrael, bolvieron ſe atras.

5. Sobre que ſoys heridos aun annadis rebello? toda cabeça a enſermedad, y todo coraçon doforioſo. De planta de piè y haſta cabeça no en el ſanidad, herida y tolondro, y llaga tierna no fueron melazinadas, y no fueron ligadas, y y no fue molificada con azeyto.

Facta utriusque verſionis comparatione manifeſtum fit, *Theſſalonicenſem* illam *Ferrarienſem* utplurimum ſequi, niſi quod in *Theſſalonicenſi* voces quædam Hiſpanicæ obſoletiores exſtant, quæ in *Ferrarienſi* per alias magis Hiſpanicas ſunt expreſſæ. *Ferrarienſis* alioquin noſtra hac prior eſt, quippe jam anno 313. C. 1553. in lucem edita, & deinde aliquoties recuſa.

PROPHETÆ *Minores*, Hebr. *Antwerpiæ* 1588. in 12. apud Raphelengium.

Iidem, Lugduni Batav. 1597. in 16. apud eundem.

HOSEAS, *Joel*, *Amos*, *Abdias*, & *Jonas*, cum Targum *Jonathanis* & commentariis *Raſchii*, *Aben Eſræ* & *Kimchii*, variis lectionibus ex multorum

torum exemplarium collatione in margine adſcriptis, in 4. apud Robertum Stephanum 1556. Vid. *Mich. Maittaire* Catalogum librorum à Stephanis editorum p. 29. in calce *Historiæ* ejus Stephanorum, qui ab hac editione diſtinguit aliam Prophetiæ *Hoſeæ*, tanquam eodem anno cum Targum ſeorſim curatam.

OBADIAS cum alphabeto Ebraico in 8. Pariſiis, per Chriſtian. Wechelum edente *Agathio*. Conf. *Maittaire* in Annalibus Typographiæ Tom. II. Part. II. pag. 421. & 791.

Idem Hebraice cum praxi legendi in *Tho. Benneti* Grammatica Ebraica Lond. 1728. 8. latine edita, pag. 63. ſq. ubi deinde pag. 99. ſqq. exſtat praxis Vaticinium hoc reſolvendi.

OBADIAS & JONAS Hebr. in 4. Pariſ. 1568. apud Martin. Juvenem.

JONAS, MICHEAS, & liber RVTH, Hebr. in 8. *Hafniæ* 1651. apud Sartorium ſub titulo: *Fontium Iſraelis Trias*. Vide Catalogum Bibliothecæ Roſtgardianæ p. 203.

JONAS cum commentariis *Kimchii* à *Franc. Vatablo* recognitis, adjectis ſcholiis Maſoræ & varia lectione per *Jo. Mercerum*, apud Robertum Stephanum, Pariſ. 1567. 4. Vide Cl. *Maittaire* Annales Typograph. Tom. III. p. 739.

JONAS cura *Georg. Mayer* ex S. J. cum ejus Inſtitutionibus Linguæ Hebrææ non Lugduni Batav. quod Vol. II. ſcripſi, ſed Lugduni in Gallis apud Nicol. Sullieron 1622. 8. prodiit.

JONÆ liber Propheticus Hebr. expoſitione literali & exegetica illuſtratus, *Hafniæ* 1688. 4.

JONÆ caput II. cum verſione & analyſi vocum Grammatica exſtat in calce Grammaticæ Ebraicæ à *Franc. Junio* Genevæ 1596. 4. editæ.

HABACVC cum commentariis R. *Davidis Kimchii* à *Franc. Vatablo* ſumma cura & diligentia recognitus, adjectis inſuper ſcholiis Maſoræ, varia lectione, atque indice locorum, quos *Kimchi* citat ex Talmud, per Jo. Mercerum, ex officina Caroli Stephani, Pariſ. 1559. 4. Conf. *Maittaire* Annales Typograph. Tom. III. Part. II. p. 710.

Habacuci caput III. ſeu oratio ejus ad Deum, Hebr. cum punctis & accentibus exſtat in limine Pſalmorum, Wittebergæ in 8. an. 1566. per Hieron. Opitium editorum.

MALA-

MALACHIAS cum commentariis R. Davidis Kimchii à Franc. Vatablo ſumma cura & diligentia recognitis, Pariſ. 1618. 4. apud Rob. Stephanum. Vide Cl. *Maittaire* Annales Typograph. Tom. III. pag. 872. Appendice, qui in notis monet, eandem hanc eſſe editionem, ac illam, quæ ex Rob. Stephani officina integri Codicis an. 1540. ſqq. prodiit.

Idem cum commentario *Kimchii* (*ubi omnia cum libro præcedenti conveniunt per* 18. *paginas, niſi quod in hoc addatur commentarius R. Salomonis Jarchii in Malachiam, qui quatuor paginas implet, Hebraice.*) Accedit Latina interpretatio per *S. M. de Muis*, ex officina ejusdem 1618. Ita idem *Maittaire* loc. cit.

KETVVIM (כתובים) i. e. HAGIOGRAPHA, *Neapoli* in 4. majori, vel folio minori anno זמ״ר i. e. 247. C. 1487. in membrana 2 Voluminibus expreſſa. Volumen I. *Pſalmos* punctatos ſine accentibus exhibet cum commentario R. *Davidis Kimchii* à latere. In calce illius leguntur nonnulla à correctore R. *Jacobo Baruch ben Jehuda Lando* (לנדא) qui ſe המתגורר עתה פה נאפולי i. e. *Neapoli nunc exulem* ſeu *commorantem* appellat. Atque hoc mihi argumento fuit, editionem hanc *Neapoli*, cujus in titulo alioquin non fit mentio, curatam eſſe. Verba correctoris hæc ſunt: ברוך ה׳ אלדים אלדי ישראל לא עזב חסדו עמנו וזכנו
לסיים זה הספר הקדוש והנורא ס׳ תהלים עם הביאור מ״ר דוד קמחי
ז״ל הערוך והנכבד יפה נוף ועל זה פירוש אמרו אם אין קמח אין תורה:
Poſtea ſequuntur iſta: שנת זמ״ר ד׳ ימים לחדש ניסן יציאת גלות
מצרים על ידי המחוקק המופלג כמ״ר יוסף ב״ר יעקב ז״ל אשכנזי יהוה למען
רחמיו הרבים יוציאנו מזה הגלות במהרה׃ Summa verborum eſt *Pſalmos* cum commentario *Kimchii* diffuſo & præſtantiſſimo anno 247. quarto menſis *Niſan* per R. *Joſeph ben Jacob*, Germanum, Typographum, editas hic conſpici.

In exemplari, quod ex Bibliotheca B. *Guſtavi Schroedteri* (cujus catalogus in calce inſpici meretur) habui, titulum fruſtra quæſivi, quem nec forte ex more antiquiſſimarum quarumque editionum unquam habuit. Initium enim ibi fit à præfatione Kimchii in commentarium ſuper Pſalmos. Commentarius ipſe longe plenior eſt eo, qui in editione Veneta anni 326. in 8 exſtat. Totum hoc volumen conſtabat foliis 116. integris.

Volumen II. ceteros libros Hagiographos usque ad libros Chronicorum omnes complectebatur, cum commentario R. Immanuelis ben Jacob foliis 254. integris. In calce monebatur, impreſſionem abſolutam eſſe an. 247. *Neapoli* per *Schemuel fil. Schemuelis*, Romani,

Vtrumque volumen iisdem literis exſcriptum eſt. Vtrinque textus Hebræus quadratis, commentarius vero Rabbinicis literis ita eſt impreſſus, ut literæ בגדכפת, quoties *daghesch* leni inſtrui non poterant, lineolam *Raphe* ſuperimpoſitam exhibeant. Vocalis *kametz* ſemper per lineam ¯ ſubjecto puncto, exprimitur.

PROVERBIA SALOMONIS, JOB & V. *Megilloth* ex officina *Raphelengii* anno 1601. in 12. memorantur in Tomo I. Bibliothecæ Vffenbachianæ pag. 23. num. 19.

PROVERBIA, CANTICVM & ECCLESIASTES Hebr. in 16. *Venet.* 1522. per Dan. Bombergium, cum præfatione hujus Latina ad Jo. Reuchlinum, cujus juſſu is ait hæc volumina eſſe excuſa, ſicut *Pſalterium* anno 1521. Textus ipſe literis quadratis cum punctis & vocalibus eſt deſcriptus. Confer, quæ paulo poſt de Pſalterio ſeorſim excuſo dicentur.

PSALMI Hebraice cum commentar. *Kimchii* in 4. majori, *Neapoli* 247. C. 1487. Vide paulo ante KETVVIM.

Iidem, Hebr. & Lat. ex Vulgata, & S. *Hieronymi* verſione per Conradum Pellicanum, Tom. VIII. Opp. S. Hieronymi, Baſil. 1516. fol. apud Auerbachium. Confer *Maittairii* Annales Typograph. Tom. II. Part. I. pag. 139.

Iidem cum præfat. Hebraica *Conr. Pellicani*, & *Sebaſt. Munſteri. Baſil.* 1516. in 24. apud Jo. Frobenium. *Le Longius* pag. 76. b. male, operarum, ut puto, vitio annum 1519. & formam 18. deſignat. Poſterius ipſe ego Vol. II. pag. 401. tradidi. Nunc autem rectiora edoctus ſum a Vener. *Valent. Erneſto Læſchero* in Stromatibus pag. 284. & *Maittairio* Tomo II. Annalium Typographic. Part. I. p. 139.

Iidem, Venet. in 26. anno 1521. per Dan. Bombergium, juſſa Jo. Reuchlini, ceu Bombergius ipſe teſtatur in præfatione ad editionem libri Proverbiorum, Cantici & Eccleſiaſtæ, quam paulo ante laudavimus. Deſcribam hic ex libello rariſſimo, qui in manibus eſt, ipſam *Bombergii* ad Reuchlinum epiſtolam. Illa ſic habet:

Daniel Bombergus Joanni Reuchlin Phorc. legum Doctori

S. D.

Petiiſti à me, ut uno volumine Pſalmiſtam cum Salomonis Proverbiis & Eccleſiaſte in Enchiridii forma cum accentibus impreſſum ad te mitterem, quod medius fidius libenter effeciſſem, niſi me Talmud, opus certe magni & laboris & impenſæ, mihique à Summo Pontifice demandatam,

datum, tuis vetuisset desideriis satisfacere, quoniam non sine meo magno incommodo (dum Tulmud est in manibus) quod rogasti, posset expediri; hoc tamen nunc solum ad te mittitur: reliqua vero alias, Deo dante, commodius excudentur. Nunc autem ingratus & inhumanus mihi videar, nisi tuum nomen, quantum in me est, æternitati mandandum curem, ut, quod tuis jussis cœptum est, tuis etiam (quamvis multo plures ac majores merearis) laudibus absolvatur. Quem enim patiuntur tuæ virtutes præclarissimæ tuum silentio nomen prætermittere, quum de Hebræis Græcisque literis (ut late patet) sis ad eo bene meritus, quod justius dici potes aliis natus, quam tibi ipsi, nam alienam tuæ semper utilitatem prætulisti; tua enim industria tuisque vigiliis multa perutilia, quæ à tetro tenebrarum carcere claudebantur, in lucem prodierunt, eaque nunc ubique videntur, & lectitantur. Sed, quo progredior nimis audax, tuas dum conor laudes enarrare, deterens, quas nedum Fabius ille facundissimus se speraret explicaturum. Vale. Venetiis nono Kal. Octobr, M.D.XXI.

Ita *Bombergius*.

Titulus hujus editionis iste est: נדפס שנית עם רב העיון על ידי דניאל בומבירגי ׳בשנת רפ״ב: i.e. Excusum est secunda vice per Dan. Bombergium anno 282. C. 1522. Vbi, velim, notes, Hebraicam anni designationem non diversam esse ab illa anni Christiani 1521. Epistola enim hæc mense *Octobri* anni 1521. data est, quem antecedit Judæorum *Tisri*, qui Septembri apud nos respondet. *Tisri* vero sive *Septembrem* Judæis anni novi initium afferre, me non monente, constat. Cum præterea editio hæc *Psalmorum* appelletur *secunda*, necesse est, ut ante hanc alia Psalmorum Bombergiana, nescio quo anno, separatim curata, exstiterit. *Talmud*, cujus hic mentio fit, tanquam sub prelo sudantis, *Babylonicum* est, quod an. 1520. formis Bombergianis exscribi coeptum, anno demum 1522. vel 1523. ad finem est perductum. Lege, quæ de illa editione Veneta Vol. II. p. 896. commentati sumus.

Sequente anno Christiano 1522. apud eundem *Bombergium* lucem viderunt libelli tres, *Proverbiorum* scilicet, *Cantici* & *Ecclesiastæ*, quos in antecedente epistola *Reuchlino* promiserat. Epistola Bombergii præmissa ita habet:

Dan. Bombergus Jo. Reuchlino Phorcensi LL. doctori

S. D.

Etsi Talmud & Rab. Alphes impressione præpeditus, nedum hinc ad septem

ſeptem menſes, me ſperabam tuis poſſe deſideriis reſpondere, quibus tunc ultimam (ut ſpes eſt) ſumus manum impoſituri. Vicit tamen, quod videbatur difficillimum ac minime tentandum, magna, qua tecum connexus ſum, benevolentia, hacque coactus non potui, quin tuis juſſis obtemperans (gravis licet obſtaret Talmud & Rab Alphes & opera & impenſa) Salomonis Proverbia, Canticum Canticorum & Eccleſiaſten in enchiridion ſimul (ut juſſiſti) noviter cum accentibus excudendum curarem. Nam quid tam arduum, quidve tam operoſum mihi poteſt objici, quod, te jubente herculea audacia non aggrediar, nec clam me eſt, quam mihi ſit & tutum & utile, tuis juſtiſſimis petitionibus ſatisfacere. Quod igitur à me per literas petiiſti (quamvis ad hunc usque diem diſtulerim) nunc ad te miſſum tanto libentius accipies, quanto me fateor id ardentius exegiſſe. Quis nunc mihi (ut hic locus erat) maximas & plurimas laudes ſatis commemoret, quæ tibi procul dubio debentur, ſed ingenii mei imbecillitate non exſolvuntur; exactum autem putetur, quod, ſi poſſem, libenter darem. Tu enim (taceo cætera) pro ſacræ linguæ inſtauratione quid non feciſti, ut non immerito alter ejus pater ſis appellandus. Vale. Venetiis XI. Kal. Februarias M. D. XXII.

Pſalmi, Venetiis in 24. typis Dan. Bombergii, *ſecunda editio* 282. C. 1522. Ita *le Longius*, & ego poſt illum Vol. II. p. 402. At hæc non alia eſt ab illa 1521. quam modo recenſui. Ea enim ex computo Judaico eſt anni 1522. quæ ex Chriſtiano in annum 1521. incidit.

Iidem Moguntiæ in 12. anno 1523. Hebr. & Latine, qui cum multis *Juſti Lipſii* caſtigationibus MSS. commemorantur in *Muſeo Lipſiano* pag. 454. in calce Bibliothecæ *Petavianæ* & *Mauſartianæ*, Hagæ 1722. editæ. Hinc emtionis jure in Bibliothecam Leidenſem tranſierunt.

Iidem in 8. Lipſiæ 1533. in ædibus Melchioris Lottheri per *Antonium Margaritam*, ſub cujus nomine vide, quæ ſupra Vol. III. ſcripta ſunt. Accedunt ibi radices in margine: textus ſine punctis eſt expreſſus. In calce leguntur bina capita priora Evangelii Matthæi, cum ſex primis verſibus capitis III. hebraice reddita.

Iidem Hebr. & Latine in Appendice Tomi VII. Operum Hieronymi in fol. Pariſiis 1533. apud *Chephallon.*

Iidem Hebraicis literis majuſculis, cum punctis & accentibus. *Pariſ.* 1540. 4. apud Robertum Stephanum. Sed illi quidem procul dubio

dubio partem constituunt Codicis Sacri Hebræi, quem ab eodem inde ab an. 1539. usque ad 1544. editum esse supra monuimus.

Iidem, nescio an *Hebraice*, cum annotationibus ex Hebræorum commentariis, Paris. in 8. 1546. apud Robertum Stephanum. Vide *Maittairii* Catalogum librorum à Stephanis editorum pag. 87.

Iidem Hebr. & Latine, ex versione Hieronymi in Fol. Paris. 1546. apud Carolum Guillard in appendice Tomi VII. Opp. Hieronymi.

Iidem Hebraice 8. *Basil.* 1548.

Iidem cum duplici versione & annotat. ex edit. Rob. Stephani 1556. editio emaculata, nitida, rara. In qua translatio à Vatabli & Pagnini translatione mirum quantum diversa. Et annotationes liberaliores pingviores & exquisitiores iis, quæ in Bibliis à Rob. Stephano 1545. Lutetiæ editis & 1605. Hanoviæ recusis, itemque in Psalterio, 1546. a Rob. Stephano seorsim edito, continentur. Ita Rev. *Reimmannus* in Catalogo Bibliothecæ suæ Part. I. p. 241.

Iidem Hebr. in 16. *Basil.* 1563. apud Frobenium, cujusmodi exemplar possidet Cl. *Clannerus.*

Iidem recens editi ac diligentissime correcti, declaratis etiam in fine dictionibus, quæ aliter leguntur, quam scribuntur, per M. *Hieronymum Opitium*, juniorem, in 8. 1566. Wittebergæ per Joh. Cratonem, cujus nomen in calce Hebraicis verbis annotatur.

Iidem Hebr. & Lat. 8. Basil. 329. C. 1569.

Iidem Hebr. sine punctis, in 4. *Antwerp.* 1574. Plantini, ubi in margine interiore radices Hebrææ semper apponuntur.

Iidem, Hebr. cura Hier. Opitii, in 24. Wittebergæ 1574.

Iidem, Hebr. cura Hieron. Opitii, junioris; in fine declaratæ sunt dictiones, quæ in Psalmis aliter leguntur, quam scribuntur, in 8. Wittebergæ apud Cratonem, 1576.

Vtramque hanc editionem affert le *Longius* pag. 77. a. Priorem illam in 24. anni 1576. ego vidi. Posteriorem in 8. non puto diversam esse ab illa anni 1566. sive numerus iste anni prave sit descriptus, quod crediderim, sive exemplaria editionis 1566. novo titulo fuerint munita.

Iidem Hebr. per *Hier. Opitium*, juniorem in 8. Witteberg. 1615. ex officina Georg. Kelneri, sumtibus heredum Samuelis Selfischii. Cl. *le Long* in Bibliothecæ Sacr. edit. II. æque ac I. *Opitium* editorem *Henricum*

 vocat

vocat mendose. Ipse enim ego editionem hanc in manibus habeo, eo prorsus titulo & nomine editoris insignitam, qui exstat in editione Psalmorum, Witteberg. 1566. 8. ab eodem procuratam. Præmissa quoque huic anni 1615. est eadem *Opitii* dedicatio, anno 1566. scripta, & in fine *Jo. Cratonis*, ut typographi, nomen cum anno 1566. hebraice exprimitur. Hinc recte colligas, vel unam esse utramque editionem, vel hæredes Samuelis Selfischii, Bibliopolæ, qui priorem anni 1566. (testante dedicatione) in lucem protulerit, posteriorem hanc ad prioris illius fidem recudi fecisse.

Iidem Hebr. in 4. *Cracov.* 358. C. 1598. ceu recte *Longius* in edit. II. pag. 77. emendavit, qui ante *Cremonensem* dixerat.

Iidem in 32. *Venet.* 358. C. 1598. cum prævio Precum libello.

Iidem Hebr. eleganti, nova, utili, maximeque necessaria typorum forma, qua primo statim intuitu singularum vocum literæ radicales à servilibus discernantur. Editi in gratiam Ecclesiarum & Scholarum, ut Ebræa Sancta lingua multo feliciter, auxiliante Spiritu Sancto, nunc, quam ante, disci atque doceri possit. Auctore *Elia Huttero*, in fol. Hamburgi ex Bibliopolio Frobeniano 1638. Eadem est hæc editio, quæ anno 1586. Hamburgi olim erat curata.

Iidem, Hebraice in 4. Pragæ 1646.

Iidem, Hebr. cum versione, paraphrasi & notis Hispanicis R. *Jac. Jehudæ Leonis* in 8. Amstelod. 431. C. 1671. (non 435. C. 1675.) Vide Vol. III. sub nomine editoris.

Iidem Hebr. cum commentario Kimchii in Ordine Precum *Amstelod.* 442. C. 1682. 4.

Iidem Hebr. in 4. Pragæ 446. C. 1686.

Iidem Hebr. in 12. Pragæ absque anno, imperante Leopoldo I. opera *Menachem Mendes*.

Iidem in 4. *Amstelod.* 455. C. 1695. cum comm. Mosis Alschech.

Iidem in 12. *Dyrenfurti* 465. C. 1705. per Schabtæum, cum libro *Maamadoth*.

Iidem in 12. *Dyrenfurti* 467. C. 1707. cum commentario R. Mosis Alschech, & alio R. Isaaci inquilini Cracoviensis, sub titulo: מאזני צדק, de quo Vol. II. pag. 1323. inter Anonymos diximus.

Iidem in 12. *Amstelod.* 468. C. 1708. apud Salom. Proops, quem & *Longius* pag. 78. minus recte *Propes* vocat.

Iidem

Iidem cum comment. מאוני צדק *Furthi* 469. C. 1709. *Le Longius* pag. 78. *Francofurtensem* facit. Ego exemplum hujus editionis non vidi, & fere suspicor, eam ex *Dyrenfurtensi* anni 467. de qua modo diximus, confictam esse.

Iidem cum notis selectissimorum commentatorum Judaicorum contractorum, & cum nominis notatione ad sensum literalem illustrandum exhibitorum, Bibliorum Hanoviensium Hebraicorum Specimen tertium, per *Henr. Jac. van Bashuysen*, Hanoviensem, SS. Theolog. Doctorem & Philologiæ Sacræ in Schola Academica Hanoviense Professorem, *Hanoviæ* 1712. 12. Commentarii illi, quibus notæ, textui substratæ, debentur, sunt *Raschii*, *Aben Esræ*, *Kimchii*, *Romemoth El*, *Michlal Jophi*, R. *Jac. Lumbroso*, *Jalkuth*, & *Meir Tehilloth*. Præmissa est, novo exemplo, R. *Pinchas Seev Wolf fil. Benjamin*, Rabbini Hanoviensis primarii, approbatio, qua is testatur, se nihil in notis illis invenisse, quod à mente Interpretum, quos diximus, alienum sit. Atque id quidem in gratiam Judæorum puto factum, ut illi ab usu hujus editionis non abhorrerent. Ceterum Psalterium illud erroribus multis tam in contextu, quam in notis Rabbinicis scatere judicat *Jo. Buxtorfius*, Prof. Basileensis, in epistola MS. ad B. *Schudtium* data, nescio quam recte, qui diligentius illud inspicere per otium non potuerim.

Iidem in 12. *Wilmersdorfii* sine anno, quem 1713. esse B. *Vngerus* in exemplari suo notaverat. De hac editione dixi jam Vol. II. p. 407. Hic, velim, superioribus addas, singulis Psalmis ibi præmitti summaria eorum Hebraica.

Iidem cum commentar. *Kimchii* in R. Isaaci Meir Frenckel *Tephilloth*, *Dyrenfurthi* 1714. 4.

Iidem, Wilmersdorfii 477. C. 1717. 12. pp. 85. apud Hirsch ben Chajim, nova ratione ita dispositi, ut singula Psalterii commata secundum literarum seriem legantur. Titulus est: ס׳ לקוטי תהלים על פי אב *collectio Psalmorum juxta alphabetum.* Collectores sunt *Jehuda fil. Mosche*, *Schelomo* & *Jonathan*, filii *Isaac Winkler*. Displicuit illud institutum ipsis Judæis, qui suos ideo ab usu eorum prohibuerunt.

Iidem secundum septem hebdomadis dies, & secundum dies mensis triginta dispositi, per *Schelomonem Salman Lunden*. Francof. ad Mœn. 477. C. 1717. 12.

Iidem literis majusculis, cum vocalibus & accentibus, Francof. ad Mœn. 484. C. 1724. 12. apud Kelnerum.

Iidem Hebr. cum expositione Judæo-Germanica in 12. Amstelod. 484. C. 1724. 12. apud Salom. Proops.

Iidem Hebr. cum versione Judæo-Germanica interlineari, & notis Hebraicis contextui substratis, ex *Kimchii* potissimum & aliorum quorundam commentariis petitis, per R. *Michel*, Furthensem, Wilmersdorfii 485. C. 1725. 4.

Iidem Dyrenfurthi 1728. 8. Vide, quæ infra in Supplementis ad Vol. III. sub nomine R. *Isaaci* fil. *Eliæ* scribentur. Exstant præter has Psalmorum editiones aliæ, nunc cum, nunc sine anno designato, quarum nonnullas Volumine II. inter Anonymos sub titulo: תהלים ומעמרות recitatas leges.

Psalmi XV. Graduum, *Wilmersdorfii* (*le Longius* pag. 78. b. mendose habet *Willendertii*) 1712. in 4.

Psalmi X. priores, *Constantiæ* 1544. fol. pp. 66. editi hunc habent titulum: פירוש *commentarium Hebraicum R. Dav. Kimhi in decem primos Psalmos Davidicos, cum versione Latina è regione, pro exercitamento omnibus Hebraicæ linguæ studiosis, quibus ad legenda Hebræorum commentaria animus est.* In calce hæc exstat *Fagii* epistola, quam ex libro rarissime obvio integram subjiciam.

En, candide lector, enarrationes R. Dav. Kymhi in decem primos Psalmos Davidicos, quibus Latinam versionem è regione adjicere placuit, ut ista ratione vel gustum aliquem habeant, qui ad legenda Hebræorum Rabinorum in sacras literas commentaria anhelant. Dein, ut hinc etiam aliquo modo elucescat, quid Rabbinorum scripta ad explicandas divinas literas momenti habeant. Qua certe in re, meo judicio, R. David Kimhi non postremus esse videtur. Vt qui vim & proprietatem vocum, literalem denique ac historicum sensum præ cæteris non infeliciter assecutus esse videtur. Nam, etsi Hebræi illi commentatores Christum, qui Sacræ Scripturæ unicus scopus est, parum vel nihil attingant, imo sæpe ex professo impugnent: tamen non propter ea illorum scripta plane explodenda, atque omnino è medio tollenda, ut quidam satis stulte & insane clamitant, arbitror. Cum interim vel extra Christum multa habeant, quæ sacra Veteris Instrumenti oracula legentibus multum prodesse possint. Inprimis illorum lectio, qui Sacram Scripturam על דרך הפשט sive בפשוטו aut כמשמעו (ut ipsi loquuntur) i. e. ad literalem, Grammaticum atque historicum sensum tractant. Inter quos facile princeps est R. David Kimhi. Qui quod literam,

teram, quod historiam, quod denique idiomata vocum attinet, plus lucis ac utilitatis adfert, quam multorum aliorum Scriptorum, etiam Christianorum, lectio (absit invidia dicto) Quod vel breves istas ejus in Psalmos explanationes legenti manifestum fit. Et quia paucis, nec nisi in lingua Hebræa bene exercitatis Rabbinorum פירושים i. e. commentaria pervia sunt. Ideo puncta illis admovere volui, ut ita ad reliqua facilius aditus pateret. Quod si hoc meo labore qualicunque doctis non ingratum fecisse intellexero, operam dabo, ut, quod reliquum est, enarrationis Kymhi in Psalmos, simul quoque à me & brevi habeant. Vale.

Iidem Psalmi X. cum commentario *Kimchii*, sed non punctato antea cum ejusdem Fagii versione Latina anno 1542. lucem viderant. Sed illa quidem versio à posteriore, *Constantiæ* edita, frequenter differt. Posterior illa magis est literalis & ad Hebraismum accedit propius: prior autem elegantior de sensu exprimendo magis laborat.

Psalmi VII. priores æri incisi *Stockholmii* 1706. ut editi a nobis Vol. II. pag. 408. afferuntur. Totum Psalterium, auspiciis *Gustavi Peringeri* ibidem 1710. 8. hoc modo prodiisse testantur Memoriæ Trivultinæ anni 1710. p. 1100. nescio quam recte, cum nihil hujusmodi alibi invenerim commemoratum.

Psalmi VII. Pœnitentiales Hebraice cum punctis, sed sine accentibus, cura *Jo. Reuchlini* Tubingæ primum an. 1512. 8. editi, & Wittenbergæ apud Jos. Clugum anno 1529. (non 1519. ut Volum. II. pag. 408. operæ mendose expresserunt) recusi sunt. Titulus est: *Septem Psalmi Pœnitentiales Hebraici cum Grammatica tralatione Latina.* Commentarius vero seorsim additus hanc habet inscriptionem: *Jo. Reuchlini, Phorcensis, Legum doctoris, in VII. Psalmos Pœnitentiales Hebraicos interpretatio de verbo ad verbum, & super eisdem commentarioli sui ad discendam linguam Hebraicam Rudimentis.* Epistola Reuchlini ad *Jac. Lempum* Stutgardiæ 1512. data & opusculo præmissa longior est, quam ut hic tota exhiberi possit. Vnum tamen ex ea locum afferam, quo Reuchlinus instituti sui causam breviter exponit. *Sperabamus autem*, inquit, *indubitata fide, multas ex Italia Biblias Hebraicas* Soncini, Pisauri *ve, aut aliis in locis, impressas cum cæteris Judæorum libris quotidie venturas, quæ, cum obsistente grandi bello, quod Augustus Imperator Maximilianus jam diu in Italia feliciter gerit, emporio nostro non afferantur, tentanda nihilominus via est, ne nos ipsi nobis deesse videamur.* Commentariolus ipse ad Analysin Grammaticam maximam partem pertinet. Editionis *Tubingensis* annum 1522. constituit Cl. *Jo. Christian. Klemmius* in Professoribus

Linguæ Hebraicæ Tubingensibus, de quo in Erläuterten Würtenberg Parte I. pag. 120. quod operarum vitio factum credo.

Psalmi iidem Pœnitentiales, Hebr. Græc. & Lat. in 24. Lugduni 1660. Vide supra inter Polyglotta.

Psalmi VI. priores Hebraice cum punctis, sine accentibus, addita à latere interpretatione Latina & exegesi diffusiore per *Jo. Reuchlinum*, sub titulo: *Exegesis dictionum in Psalmos sex per Anton. Reuchlinum*, Basileæ per Henr. Petri, mense Augusto 1554. fol. pp. 55. Exegesis, singulis Psalmis subjecta, diffusior est, & non tantum voces Grammatice persequitur, sed & verborum phrasiumque Hebraicarum sensum, adhibito etiam *Kimchii* commentario, investigat.

Psalmi VI. priores Hebraice cum praxi eosdem legendi exstat in *Thomæ Benneti*, Angli, Grammatica Hebraica pag. 85. sqq. ubi p. 121. sequitur praxis eosdem resolvendi.

Psalmi V. nominatim XXII. XXIV. XXIX. XLI. & XLV. Hebraice cum Lat. versione & expositione *Agathii Guidacerii*, in 4. Paris. 1532. apud Franc. Gryphium. Vide Cl. *Maittaire* Annales Typographic. Tom. II. Part. II. pag. 762.

Psalmi II. primi, versibus dimensi, cum alphabeto Hebraico, cúra Guil. Morelli, Paris. 1563. 8. Vide eundem *Maittaire* Tom. III. in Appendice pag. 730.

Psalmus I. & II. per *Jo. Terentium* in Triade I. Meditationum ejus, & Psalmus XL. in Triade II.

Psalmus I. cum commentario *Kimchii*, in 4. Paris. 1612.

Psalmus XVIII. ex secundo Samuelis & primo Psalmorum libro in concentum digestus, cum opposita à latere versione Latina, in calce dissertat. epistolæ *Florentini de Bruin* de emendandis Temporum Hebr. Linguæ anomaliis, Amstelodami 1703. 8.

Psalmus XXV. totus, Hebr. cum vers. Latina, & ratione Hebraica recte legendi, subjunctaque diffusa analysi Grammatica, legitur in Jo. Brunneri Rudimentis Hebr. linguæ, Friburgi Brisgojæ 1585. 4. editis pag. 258—320.

Psalmus XXXIV. secundum Hebræos exstat cum Exercitatione in eum Grammatica in Roberti Bellarmini Institutionibus Linguæ Hebr. a Simeone Muisio in edit. Paris. 1622. 8. aucta & recognita pag. 257. sqq. quæ ipsa se valde probavit *Thomæ Crenio* in notis ad Fascem III. Exercitatt. Philologic. pag. 1189.

Psalm.

Pſalm. LI. & *XCI.* per *Henric. Rumpium* in 4. Hamburgi 1617. Vide paulo poſt librum *Ruth.*

Pſalmus CXII. cum commentario *Kimchii*, Hebraice, uterque Latine redditus juxta Hebraic. phraſin, opera *Simeonis de Muis*, Pariſ. 1618. 4. apud Robert. Stephanum. Vide *Maittaire* l. c. p. 873.

PROVERBIA, ECCLESIASTES & CANTICVM, Hebr. & Latine per *Sebaſt. Munſterum*, Baſil. 1524. 8. teſte *le Longio*, pag. 78. b.

Proverbia, Hebr. Lugduni Batavor. in 16. anno 1590. teſte eodem.

Eadem cum verſione Italica in 4. Venetiis, quæ in Bibliotheca Buxtorfii fuiſſe teſtatur *Longius*. Non dubito, eam eſſe editionem, quam *Venetiis* 377. C. 1617. per *Chiskijam Rite* curatam eſſe Vol. II. pag. 409. monui.

Eadem cum excerptis ex commentariis variis, Wandesbecæ an. 1730. 8. de qua editione infra ſcribam in Supplementis ad Vol. III. ſub nomine *Iſaaci f. Eliæ.*

MEGILLOTH *quinque*, collatis veteribus exemplaribus, & adhibito peritiorum judicio, Pariſ. in 4. ex officina Caroli Stephani, Typographi Regii 1555. Literæ ſunt luculentæ, punctisque & accentibus munitæ.

Eædem Megilloth, una cum *Machſor* ex ritu Judæorum Germanorum, Francof. ad Mœnum 482. C. 1722. 4. apud Kœlnerum, ſumtu Salom. Aphtrod.

CANTICVM CANTICORVM, *Hebr.* cum verſione Vulgata per *Agathiam Guidacerium*, Pariſiis in collegio Italorum in 4. 1539.

Idem, Hebr. 4. Pariſ. 1574. per Martinum Juvenem.

Idem cum comment. R. *Eliſcha* f. *Galiko*, Venet. 4. anno 347. C. 1587. Textus punctis & accentibus eſt inſtructus.

Idem cum comment. R. *Eliæ ben Moſche Loans*, in 4. Baſil. 366. C. 1606.

Idem cura Laurent. Petræi in 16. *Hafn.* 1640. Vide, quæ ſcripſi Vol. II. pag. 360. & Vol. III. ſub nomine לאורינציאוס פטריאוס.

Idem, punctatum, cum ſubjecta verſione Hiſpanica ipſius contextus & Paraphraſeos Chaldaicæ, quinta vice prodiit Amſtelòd. 472. C. 1712. 8. apud Salom. Proops.

RVTH & THRENI Hebr. ſtudio Auguſt. Juſtiniani in 4. Pariſ. 1520.

1520. apud Gourmontium. Accedere librum *Numerorum* supra Vol. II. p. 410. monui, nec satis memini, quo auctore, cum liber ipse mihi non visus sit, id scripserim. Nunc vero ex *Chevillerio* de originibus Typographiæ pag. 293. intelligo, additum esse *opusculum de numeris*, quod quale sit, sine inspecto libro, definire non ausim.

RVTH, *Hebr.* per Jo. Isaacum Levitam in 8. Coloniæ 1558. teste *le Longio*. Vidi ego editionem, eodem anno, ibidem curatam in 4. de qua Vol. I. num. 816. dixi. Atque hanc velle *Longium* non dubito.

Idem, Hebr. cum scholiis Masoræ ad marginem, item in eundem succincta expositio, nondum in lucem emissa, cujus in MS. exemplari auctor præfertur R. D. Kimhi: omnia per Mercerum recognita, ex officina Rob. Stephani, Paris. 1563. 4.

Idem, Hebr. cum scholiis Masoræ ad marginem, & succincta expositione *Petri Vignalii* in 4. Paris. 1609. Vide *Institutiones Hebraicas Quinquarborei*.

Idem Hebr. cum Lat. versione *Jo. Drusii*, per M. *Henric. Rumpium*, Pastorem & Profess. Gymnasii Hamburg. Hamburgi 1617. 4. una cum Ps. LI. & XCI. qui & anno 1615. vaticinia aliquot Vet. Test. de Messia θεανθρώπῳ & 1617. alia de Passione & Resurrectione ejus, & iterum alia eodem anno de Messiæ ascensione in cœlos, ejusque regno Hebr. & Lat. vulgaverat.

Idem cum precatione, Judæis in Festo Pentecostali recepta, in 16. anno 481. C. 1721. Francof. ad Mœnum, plagula una. Voces Hebraicæ precationis illius singulæ superscriptam habent expositionem Germanicam.

Idem Hebr. non una quidem serie, sed per commata consueta, sine vocalibus, apposita singulis à latere versione nova Latina, ad accentus inprimis conformata, cum commentario ampliore per B. *Jo. Franckium*, Brandenburgi Mecklenburgiæ an. 1724. 4. in calce Systematis Ethices Divinæ, seu commentarii in Ecclesiasten.

THRENI quos Vol. II. pag. 411. cum commentario R. *Eliæ ben Mosche Loans* editos dixi, delendi eo loco sunt. Ad *Canticum* enim, quod paulo ante monui, hic ejus commentarius pertinet.

Iidem Hebr. Paris. 4. 1552. apud Martinum Juvenem, teste *Mich. Maittaire* in Annalibus Typographicis Tomo III. p. 607.

Iidem Hebr. cum nova versione Latina, Paraphrasi Chaldaica, Masora utraque & commentariis Rabbinicis, ex Bibliis Buxtorfianis per

Franc.

Franc. Taylerum in 4. Londini 1651. Leguntur hic annotationes marginales, quæ errores Paraphraseos Chaldaicæ, Masoræ utriusque & commentariorum *Raschii* ac *Aben Esræ*, ut & menda Typographica Bibliorum Regiorum, Venetorum & Buxtorfianorum indicant & tollunt.

Iidem Hebr. sine punctis in usum publicæ lectionis Hebraicæ in 8. sine loco & anno editionis. Suspicor tamen *Kilonii* à B. *Hasenmullero* prodiisse. Junctus enim hic libellus in meo exemplo est *Capitulis Patrum* (פרקי אבות) quorum titulus Kilonium & annum 1674. præferebat. Typi omnino sunt iidem, & videtur uterque libellus eodem tempore prodiisse.

Iidem Hebr. cum punctis, & libello *τῶν* קינות Judaicarum ex ritu Judæorum Germanorum, *Amstelod.* 486. C. 1726. 12. apud Salomon. Proops, apud quem etiam cum iisdem *Kinoth* ex ritu Judæorum Polonorum lucem viderant an. 480. C. 1720. 4.

Iidem aliquoties prodierunt cum *Tikkun Lel Schevuoth* & *Hoschanna Rabba*, v. c. *Amstelod.* 463. 468. & 488. i. e. C. 1703. 1708. & 1728. 8.

ECCLESIASTES Hebr. cum punctis, sine accentibus, addita versione Latina, & annotationibus, ex Hebræorum Rabbinis collectis, per *Sebast. Munsterum* in 8. Basileæ apud Jo. Frobenium, mense Majo an. 1525. plagulis novem. Notæ illæ maximam partem sunt Grammaticæ; quæ vero ad illustrandum sensum faciunt, eæ ex *Targum* & *Raschi*, quod *Munsterus* ipse in præfatione profitetur, sunt depromtæ. Munsterus in calce menda nonnulla tollit, quæ in libro *Proverbiorum*, antehac cum Latina versione ab ipso edito, occurrunt.

Idem Hebr. cum versione Latina Vulgata, studio *Agathii Guidacerii* in 4. *Paris.* 1539.

Idem sine punctis, cum commentario R. *Eliæ Aschkenasi*, i. e. Germani, Amstelod. 1655. 4.

Idem, Hebr. non una quidem serie, sed per commata, sine vocalibus, cum nova versione Latina, ad accentus Hebræorum potissimum accommodata, à latere, commentario item pleniore, sub titulo Systematis Ethices Divinæ prodiit, auctore *Jo. Franckio*, Brandenburgi Mecklenburgiæ 1724. 4.

Idem Hebraice cum punctis & accentibus, apposita à latere nova versione Germanica, quæ singulis sectionibus brevioribus, secundum accentus Hebraicos dispositis, respondet per M. *Frider. Christianum Baueri.* Lips. 1732. 4.

ESTHER cum commentar. R. *Eliefer fil. Eliæ* ſæpius prodiit. Vide Volumen I. ſub nomine ejus.

Idem Hebr. & Latine per M. *Henricum Rumpium*, Hamburgi 1608. 8.

JOBVS & DANIEL Hebr. *Baſil.* in 16. anno 298. C. 1538. teſte *Longio* pag. 79.

JOBVS, Lingua Hebr. & Græco-Barbara, charactere Hebræo, ex verſione R. *Moſis fil. Eliæ Pobian* in 4. CPoli 336. C. 1576. Præfationem Interpretis integram ex Latina verſione Abbatis *Ludovici du Four de Longuerue* exhibet *Longius* pag. 79. ſqq. In ea teſtatur Interpres, ſe librum *Jobi* & *Proverbiorum* in linguam Græcam vulgarem convertiſſe. De illa *Proverbiorum* nihil alibi commemoratum adhuc inveni.

DANIEL cum commentario *Alſchech* &c. Amſtelod. 486. C. 1726. fol. Vide Acceſſiones ad Vol. III. ſub nomine *Moſche Alſchech*.

Idem cum punctis & accentibus, itemque commentario *Moſis Alſchech* & R. *Moſis Chagis*, ut & excerptis ex Abarbanelis מעיני ישועה Wandesbeci, prope Hamburgum, 1726. fol.

DANIELIS *Chaldaica* cum epiſtola Pauli ad *Titum* & Catecheſi B. Lutheri *Syriace*, in 8. Hafniæ 1626. apud Sartorium.

Eadem cum *Herman. Hardtii* Via in Chaldæam Helmſtad. 1708. 8. & quartum 1732. 8. cum Chaldaicis *Eſræ*, & verſione Græca ac Latina.

Quæ à *Leusdenio* in calce libelli *Pirke Avoth* Vltrajecti 1665. 4. edita ſunt, ea tantum caput II. & III. Danielis una cum *Jeremiæ* capitis X. verſu undecimo exhibent. Hæc opera deinceps per diſputationes continuata eſt, de quibus dixi Volum. II. pag. 413.

CHRONICORVM libri, Hebr. Pariſ. in fol. 1543. apud Rob. Stephanum, ſi fides Bibliothecæ Hulſianæ Tom. I. pag. 3. num. 53.

LIBRI APOCRYPHI.

SIRACIDES. Vide, quæ ſcripſi Volum. III. num. 410. ſub בן סירא.

TOBIAS. Præter editiones, Vol. II. p. 414. allatas, exſtat quoque illa *Sebaſt. Munſteri* in Grammatica ejus Ebræa, Baſileæ 1570. 8. curata, teſte *Longio* pag. 80.

Idem, cum figuris ligno inciſis, Venet. 1707. apud Hieron. Albrizzi.

De libro JVDITH & Apocryphis DANIELIS, Venetiis apud Vendramin, foliis octo in 8. impreſſis, lege Vol. II. p. 1360. n. 396.

COM-

COMPENDIA vel EXCERPTA BIBLIORVM HEBRAICORVM.

Andreæ Baueri, Theolog. Licentiati, & Profeſſoris Linguæ Hebr. Lipſienſis Oracula Vet. Teſt. ſelectiora, Hebr. Lat. Græce & Germanice in quibus potiores Aphoriſmi Theologici in Loco *de Deo uno, & trino*, nec non attributis divinis laudantur. *Lipſ.* 1635. 8.

Jo. Girberti Syntagma dictorum S. Scripturæ auctius & correctius recuſum, Francof. ad Mœn. 1728. 8.

Jo. Leusdenii Compendium Biblicum ad tertiam & quartam ejus editionem exactum, ſed multo correctius, edidit B. Jo. Jac. Schudt, Francof. ad Mœnum 1704. 8.

Balthaſ. Raithii: vide mox *Schickard.*

Henr. Rumpii: vide paulo ſuperius, ubi de libro *Ruth*, pag. 152.

Wilhelmi Schickardi Eclogæ Sacræ Hebræo-Latinæ, ſive Epitome Bibliorum, continens præcipua Vet. Teſt. loca in Novo citata, *Tubingæ* 1633. & *Erfurti* 1650. 8. Eædem recuſæ ſunt cum verſione interlineari *Santis Pagnini*, Cantico B. Mariæ, Rabbinicis plerisque & Paraſchis punctatis, per *Balthaſ. Raithium*, Tubingæ 1663. 8.

Mart. Schultzii Dicta religionis Chriſtianæ præcipua ex limpidisſimis Iſraelis fontibus deducta. Wittebergæ 1610. 8.

Anon. dicta inſigniora Scripturæ Hebr. Gr. Lat. & German. Gedani 1655. 8. ex Pentateucho tantum, plagulis 3.

VERSIONES NOVI TESTAMENTI Hebraicæ.

Novam verſionem Novi Fœderis Hebraicam paravit præſtantiſſimus *Chriſtianus Theophilus Vngerus*, quæ fatis ejus præmaturis an. 1719. 16. Octobr. interrupta eſt. In ea τὸν μακαρίτην non longe proceſſiſſe teſtantur auctores *Collectionis Veterum & Novorum Theologicorum* in Vita ipſius, an. 1722. pag. 308. Conſilium ſuum ipſe mihi per literas anno 1718. d. 27. Aprilis datas ita exponebat: *Jam à multis menſibus per intervalla ſum occupatus in recenſendo Novo Teſtamento, ab Huttero Hebraice reddito, quod cum editione Robertſoniana usque ad Acta Apoſtolorum diligenter contuli. Multa ſæpe limam requirunt, & genio Linguæ Sanctæ non ſatis reſpondere videntur. Animadverſionum illarum ſpecimen inpoſterum videbis.*

U 2 Idem

Idem in literis ad Rev. *Georg. Abrahamum Michaelis*, V.D. quondam præconem in cœtu Lutherano Svidnicensium an. 1718. 6. Aprilis datis, quas beneficio Reverend. & Cl. *Joh. Gerhardi Pagendarmii* accepi, hæc tradit:

Hæc scribo, recensionem Evangelii Johannis Hebraicam ad finem perducens, & Actorum Apostolicorum inchoans. Specimen animadversionum illarum tibi forte lectu non injucundum erit. En igitur, quæ capite XXI. Johannis primisque commatibus Actorum Apostolic. notarim.

Comma 1. Hutterus & Robertsonus reddidit ואחרי־כן ישוע עוד הודיע נפשו לתלמידיו על ים טיבריוס sed *hodia* verbum *ἐφανέρωσεν* non satis exprimit. Reddidi: ואחרי־כן ישוע עוד הראה את עצמו לתלמידיו אל ים טבריה וככה הראה:

Comma 2. היו כאחד שמעון כיפא הנאמר תאם *Thoam* numero singulari non exstat apud Hebræos. Reddidi: היו יחדו שמעון כיפה ותומה הנקרא דידימוס sive שמו מלשון תאומים.

Comma 3. *ὑπάγω ἁλιεύειν.* Hutterus: אלך לדיג *Le daijeg* non exstat in Sacro Codice, sed analogia non repugnat. Reddi quoque posset אנכי הלך לאחז דגים

Ibid. *καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτί.* Hutterus: ובלילה ההוא מאומה לא תפשו Voci מאומה negatio nunquam postponitur. Itaque reddendum: ובלילה ההוא לא לקחו מאומה

Comma 4. *πρωΐας δὲ ἤδη γενομένης.* Hutterus: ויהי בקר ויקם ישוע *Vaijakom* plus significat quam stare, etiam particulam *ἤδη* non expressit. Reddidi: ויהי כבר בקר ויעמד ישוע בשפת הים

Comma 6. *βάλετε εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ πλοίου τὸ δίκτυον.* Hutterus: פרשו מכמרת אל צדת ימינית האניה *Tziddat* est soloecum. Totum comma reddidi: השליכו חרשת אל צד האניה הימני ותמצאון וישליכו ועוד לא יכלו למשך אותו:

Comma 8. *οἱ δὲ ἄλλοι μαθηταί.* Hutterus: ותלמידים אחרים באו באניה כי אינם רחוקים מן הארץ כי אם כמו מאתים אמה בארץ משכים את מכמורת הדגים:

Mea

Mea verſio : ותלמידים האחרים באו באניה כי אינם רחוקים מן הארץ כי אם כמו מאתים באמה וימשכו את הרשת עם הדגים :

Comma 9. *ὡς οὖν ἀπέβησαν.* Hutterus : וכאשר ירדו אל הארץ ראו גחלים מושמים ודגה מושמה ולחם : *Muſamim* & *Muſama* non exſtat in ſacro Codice , quamvis analogia non repugnet. Reddidi : וכאשר ירדו ארצה ראו ערך גחלים ועליהם דגה ערוכה ולחם :

Comma 10. *ὧν ἐπιάσατε νῦν.* Hutterus : אשר תפשתם עתה Mea : אשר עתה לקחתם

Comma 11. *καὶ εἵλκυσε τὸ δίκτυον.* Hutterus : וימשך את החרם על הארץ מלא מדגים גדולים מאה חמשים ושלשה : Male *middagim* vix eſt phraſis Hebr. Reddidi : וימשך את הרשת על הארץ מלא דגים גדולים מאה חמשים ושלשה :

Comma 12. *δεῦτε, ἀριστήσατε.* Hutterus : הוי לכו סעדו לבכם איש לא היה אשר מלאו לבו לשאל לו מי אתה כי ידעו כי אדוני הוא : Ego reddidi : באו ואכלו · ומכל התלמידים לא היה איש אשר הואיל לשאול לו מי את יען אשר ידעו כי האדון הוא : Interim ואכלו non ſatis exprimere videtur verbum *ἀριστήσατε.* Fortaſſe planius reddetur : ואכלו לחם ſive באו שבו אל הלחם

Comma 14. *ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν.* Hutterus : אחרי שקם ממתים Reddidi ad genium linguæ : אחרי קומו ממתים

Comma 15. *ὅτε οὖν ἠρίστησαν.* Hutterus : וכאשר סעדו את לבבם אמר ישוע לשמעון כיפה שמעון בר יונה האוהב אותי יותר מן האלה אומר לו אף כי אדוני את יודע כי אוהב אנכי אותך אומר לו רעה את צאני :

Ego reddidi : וכאשר אכלו אמר ישוע לשמעון כיפה שמעון בר יונה האת אוהבי יותר מן האלה אומר לו אמנם אדני את יודע כי אוהב אני אותך אומר לו רעה את כבשי

Comma 18. ὅτε ἦς νεώτερος. Hutterus: כהיותך בחור אזרת מתניך והתהלכת איכה אבית ואם תזקן תוקיע את ידיך ואחר יאזור אותך: *Asartha*, *Thokia* non exſtant in Sacro Codice. Reddidi: חגרת עצמך אך לעת זקנתך תטה את ידיך ואחר יחגר אותך:

Comma 20. Ἐπιστραφεὶς δὲ ὁ Πέτρος. Hutterus: ויתהפך כיפה *Vaijithappech* hac ſignificatione non eſt in uſu. Reddidi: ויפן כיפה וירא לאחור

Ibid. ὅς καὶ ἀνέπεσε ἐν τῷ δείπνῳ. Hutterus: ואשר ישב במסבה על חזהו ויאמר ארני מי זה הוא המוסר אותך Meſibba notio prorſus eſt inſolita. Reddidi: אשר גם במשתה ערב ישב לפני חיקו ויאמר ארני מי זה הוא אשר עתיד למסר אותך

Comma 22. Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι. Hutterus: אם ארצה לקוותו עד כי אבוא מה אלך את בוא אחרי:

Ego reddidi: אם רצוני אשר ישאר עד בואי מה זאת אליך בוא את אחרי:

Comma 23. ὅτι οὐκ ἀποθνήσκει, ἀλλ' ἐὰν αὐτὸν θέλω ϱ. Hutterus: כי איננו מת כי אם ארצה לקוותו Ego reddidi: כי איננו מת רק אם רצוני אשר ישאר:

Comma 25. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ, ὅσα ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς. Hutterus: והיו גם אותות אחרות רבות אשר עשה ישוע אשר אם יכתב אותן חת אל אחת אומר אני כי כל העולם לא יכיל את אך מלבלם הספרים היו כלו להכתב: Ego reddidi comma totum: יש גם אחרים הרבה מאד אשר עשה ישוע ואם יכתבו המה אחד ואחד לדעתי כל העולם לא יכיל את הספרים הכתובים אמן;

Acta Apoſtol. Cap. I. comma 1. Τὸν μὲν πρῶτον λόγον. Hutterus: את מאמר הראשון על כלם ידידיה ידידי אשר החל ישוע לעשות וללמד כלתו; Mea verſio: את מאמר הראשון כתבתי ידידיה ידידי על כלם אשר החל ישוע לעשות וללמד:

Comma

Comma 2. *ἄχρι ἧς ἡμέρας.* Hutterus: עד היום אשר בו צוה להתלמידים אשר בחר בם ברוח הקדש ולקח: Ego reddidi: עד יום הלקחו למעלה בצוותו את התלמידים אשר בחר בם ברוח הקדש:

Comma 3. *οἷς καὶ παρέστησεν ἑαυτόν.* Hutterus: ואשר להם הקים את נפשו חי אחר בעותיו וממרוריו באותות רבות ארבעים יום נראה אליהם ואומר את אשר על־מלכות אלהים:

Hæc pleraque neque ſatis Hebraica ſunt, neque ſatis expedita. Reddidi: ויתיצב עצמו חי לפניהם באותות רבות אחרי ענותו וירא אליהם ארבעים יום וידבר להם על דברי מלכות אלהים:

Idem *Vngerus* in epiſtola ad Rev. *Michaëlis*, Paſtorem quondam Svidnicenſem, data, nunciat, ſibi ab erudito Viro, ad lacum Podamicum degente, miſſam eſſe verſionem Hebraicam librorum aliquot Nov. Teſt. cum ſua conferendam. Eum ſuſpicor eſſe Cl. *Ludovicum Bourguetum*, Hebraicarum literarum peritiſſimum, & B. Vngero, dum viveret, familiarem, ſalutis autem Judæorum provehendæ, quod ex ipſius ad me literis perſpectum habeo, ſtudioſiſſimum, qui adhuc in Helvetia commoratur. *Vngerus* in alia epiſtola, ad præſtantiſſimum M. V. *La Croze* anno 1717. 20. Maji ſcripta, obſervat, ſe ex accurata collatione Nov. Teſt. Hebraici Robertſoniani cum verſione Hebraica *Munſteri* & *Hutteri* inſtituta intellexiſſe, poſterioris verſionem frequenti emendatione tum quod ad phraſin, tum quod ad ſyntaxin, indigere.

Cl. *Jo. Henr. Callenbergius* in Continuat. III. Notitiæ de Judæis convertendis vernacula pag. 80. teſtatur, paratam ſe habere verſionem Hebraicam Evangelii S. Lucæ & Actuum Apoſtolicorum, a Studioſo quodam Judæo factam, & inpoſterum a ſe edendam.

Memini hic commode *Hugonis Broughtoni*, Cambro-Britanni. Quo enim is ſtudio in Judæos ad agnitionem veritatis cœleſtis perducendos ferebatur, pro eo varia, quæ huc pertinebant, conſilia ſuppeditabat, & ſuam quoque operam liberaliter offerebat. Argumento ſunt varii ejus tractatus, in Operibus Anglice Londini 1662. editis exſtantes. Speciatim legi velim epiſtolam ad Regem M. Britanniæ datam, Tomo IV. Operum p. 995. ubi affert *Novum Teſtamentum* lingua Hebræa Biblica & Talmudica expreſſum. 2) *Tractatum Hebraicum*, quo conſtet, Prophetas id agere, ut promittant, *Deum in Chriſto mundum ſibi reconciliaſſe.* 3) Librum, quo Pauli epiſtola ad Hebræos, conſentientibus Rabbino-

binorum illius ætatis testimoniis confirmetur. 4) denique collectionem testimoniorum Rabbinicorum super Vet. Test. quæ idem tradant, quod in Nov. Test. docetur. Idem p. 996. à Rege petit, ut facultas sibi fiat, Apocalypsin Hebr. & Gr. Lingua exponendi. De Nov. Test. Hebraice vertendo & ex Talmudicis scriptis interpretando legatur idem pag. 709.

Pertinet huc *Francisci de la Grange*, Sacerdotis ex Britannia Gallica, *Vita Sancti Sanctorum*, contexta primo per quatuor columnas, ex verbis singulorum quatuor Evangelistarum, i. e. Monotessarum sine ulla postpositione vocum vel rerum. Deinde unico contextu ex omnibus quatuor conficiendo unam narrationem nunquam interruptam, additis notis Evangelistarum. Affert hunc libri titulum *Imbonatus* in Biblioth. Latino-Hebraica pag. 43. sine mentione editionis, quam nec exstare puto.

Idem pag. 436. commemorat *Martini Theodosii Fabricii* Harmoniam Historiæ Passionis & Resurrectionis Domini nostri, JESV CHRISTI, ex quatuor Evangelistis concinnatam & editam, Germanice, Lat. Græce & Hebraice, cum præfixa B. *Ægidii Hunnii* præfatione, *Wittenbergæ* 1595. 8.

MATTHÆI Evangelium *Hebraice* cum versione Latina & Annotationibus *Seb. Munsteri* tum alias, ut Part. II. pag. 417. indicavi, tum anno 1580. in 8. *Basileæ* apud Sebast. Henric-Petri prodiit. Hanc ego editionem in manibus habeo, atque illam esse statuo, quam *Le Longius* pag. 81. Biblioth. Sacræ in annum 1581. refert. In Dedicatione ad Henricum VIII. Angliæ Regem pag. 7. *Munsterus* profitetur, se Evangelium Matthæi *In nativa sua, h. e. Hebraica Lingua, emittere, non qualiter apud Hebræorum vulgus lacerum invenerit, sed à se redintegratum, & in unum corpus redactum.* Quæ quidem verba ita accipio, quod Evangelium hoc, quod in Judæorum scriptis Anti-Christianis per partes hinc inde dispersum invenerat, hic integrum & in ordinem suum redactum repræsentet. De annotationibus suis idem p. 11. ita: *fecique, ut Hebraismo quidem Latina & Hebræa lucis majoris causa cohærerent. Latinas plerumque adeoque verbotim sæpe ex Enarrationibus insignis cujusdam viri, veri Theologi, me esse mutuatum, eo libenter indico, ne, quod aliorum, imo Christi est, qui dona sua quomodo vult, & quibus vult, dispensat, temerarie mihi arrogasse viderer. Cæterum Hebraica, quæ frequenter inserui, objecta fere Judæorum sunt, sed quibus nostram quoque subnexuimus responsionem.*

Post

Post Dedicationem ibi statim legitur brevis *Munsteri* institutio de *fide Christianorum Hebraice* cum punctis & *Latine*, pag. 1—33. hinc ejusdem institutio similis *de fide Judæorum hodierna* pag. 34—55. Tum *Responsiones quædam & rationes contra vanitates & errores Judæorum*, utraque lingua pag. 57—91. Porro *Errores & vanissimæ opiniones contra Christianos confictæ*, i. e. Narratio fabulosa de Cæsare, qui, quæ nam vera sit religio, expiscaturus, unum ex *Judæis*, *Christianis* & *Muhamedanis* comprehendi, & singulos in carceres separatos conjici jusserit, eosdemque ad deserendam religionem pristinam permovere conatus sit; pag. 92—114.

Post hæc exhibetur ipsum Matthæi Evangelium pag. 115—396.

Colophonem toti collectioni imponit *Epistola Pauli ad Hebræos*. *Idem* Evangelium, prout à *Munstero* editum erat, per *Joh. Quinquarboreum*, *cum punctis* in 8. Parisiis apud Martinum Juvenem an. 1551. qui in præfatione recte consultum ait fuisse, si *Munsterus* ea, quæ in Evangelio, quod à Judæis se ait accepisse, de suo vel restituerit, vel addiderit, asterisco notasset.

Ceterum B. *Jo. Mich. Dilherrus* lib. I. Electorum cap. IX. pag. 58. convenienter monet, exemplum hoc *Munsterianum* pro antiquo illo Evangelii Hebraice, quod ab *Eusebio* & aliis veteris Ecclesiæ doctoribus commemoretur, *ob solœcismos non tolerandos* haberi non posse. Eorum exemplum ex primis statim verbis ספר התולדות ישוע המשיח suppeditat. *Vel pueris*, inquit, *Ebraizantium notum est, nominibus constructis, vel in regimine positis, HE EMPHATICUM vel demonstrativum non posse præfigi. Quamvis enim* התולדות *non ponatur in regimine respectu vocis* ספר, *contingit tamen illud intuitu nominis* ישוע Jeschua. *Porro neque illud quenquam fugit eruditorum, quod* אין, non, *tantum cum nominibus participiis, & aliis particulis construatur. Huic vero Autori* אין *&* לא *nullo discrimine aguntur.* Ceterum versionem illam ex incorrecto Codice Latino confectam esse, ex eo conficit auctor Prolegomenorum ad Nov. Test. Græci editionem accuratissimam Amstelod. 1730. vulgatorum pag. 117. quod, quoties eadem vox Græca aliter à Latino redditur, etiam in Hebraico diversa occurrunt vocabula: contra ubi diversæ voces Græcæ eodem modo in Latino vertuntur, in Hebraico eadem vox recurrit: ut Matth. II. 7. 8. III. 2. XV, 32. &c.

Evangelium *Matthæi* Hebraicum *sine punctis* per *Jo. Tilium*, Episcopum tum Briocensem cum versione *Merceri*, de quo Parte II. p. 417.

Possideo ego exemplar, manu viri docti, nescio cujus, notatum. Textus Hebraicus, quadratis literis expressus, constat pp. 137. Versio autem Latina, illi separatim subjuncta, foliis 68. integris. Contextui Hebræo subjiciuntur *objecta Judæorum in Matthæum, quæ ad calcem Evangelii Hebraici adnexa erant.* Ea absolvuntur pp. 12. nec magni sunt momenti, & responsione vix digna. Hinc factum puto esse, ut Mercerus eorum versionem omitteret, quam meo exemplari Vir doctus manu sua adscripsit. Ceterum versionem hanc *non nisi secundum translationem veteris Latini Interpretis adornatam esse extra dubitationis periculum constitutum* aliquando *putabat* B. *Wagenseilius* in notis ad *Sota* pag. 597. Idem tamen in iisdem pag. 1122. exemplo quodam, ubi à Vulgato prorsus abit, adduci se passus est, ut de hac re dubitare occiperet. Codex, ex quo versio hæc edita est, exstat *Parisiis* in Biblioth. Colbertina num. 3924. in 4.

Duo priora capita Evangelii hujus una cum sex primis versibus capitis III. denuo hebraice à se conversa *Anton. Margarita*, Ex Judæus, cum *Davidis* Psalmis Hebraicis edidit *Lipsiæ* 1533. 8. In præmissa præfatiuncula Interpres ita: *Quod si deprehendero, lucubratiunculam usui fore lectoribus ac eruditis, dabitur forsan ansa transferendi imprimendique totum Matthæi Evangelium charactere suo genuino, hoc est, Hebraico. Magnam enim partem hujus laboris jam absolvimus pro ingenii nostri tenuitate & gratia, quam Deus nobis concessit.*

Evangelium D. MARCI Hebraice conversum opera & studio *Walther Herbst*, Hannoverani, *Witteberg.* 1575. 8. In præfatione profitetur Interpres, *se, quanta omnino diligentia fieri potuerit, confecisse, ac potissimum studuisse in hac sua infantia, ut vocabula essent Biblica.* Constat plagulis quinque.

Evangelium S. LVCÆ Hebraice ex versione *Frider. Petri*, Wittebergæ 1574. 8. Eam versionem ut planam, facilem, perspicuam claramque, & ex qua sola lingua sancta sine magna molestia brevi tempore disci possit, laudat *Neander* in Explicatione Partium Orbis terræ, Parte I. plag. M. 7. b.

Evangelium S. LVCÆ & JOANNIS, *Erhardum Schieggium*, Steckboræum Helvetium, Hebr. convertisse testatur *Imbonatus* in Bibliotheca Latino Hebraica pag. 38.

Evangelia Anniversaria Hebr. per *Jo. Clajum.* Vide quæ scripsi supra in his Accessionibus sub יוחנן קלאיוס. Adde Catal. Bibl. Reimmann. I. p. 253.

Evangelia Anniversaria, quæ Dominicis diebus & in Sanctorum Festis leguntur, Hebraice conversa per M. *Fridericum Petri*, nunc emendatio,

datiora quam antea. *Antwerpiæ* apud Plantinum 1581. 8. Editio itaque hac prior exstitit, quam frustra hactenus quæsivi. Hæc autem videtur esse Wittebergensis an. 1573. de qua Catalog. Bibl. Reimmann. I. p. 253. ubi hæc versio illi Jo. Claji ideo dicitur præferenda, quod ad Φεγίσιν Claji propius accedat. *Habes lector*, inquit præfatio, *Evangelia dominicalia, & de Sanctorum Festis; ita Hebraice conversa & emendata, ut ad primam editionem collata pene nova videantur, & ad Biblicarum historiarum locutiones propius accedant, quantum fieri potuit & licuit, phrasis perspicuitate & facilitate, & observata propria vocum significatione, collatis scilicet verbis Evangelistarum ad Græcam versionem LXX. Interpretum.* Compara B. Rehtmeyeri Historiam Ecclesiast. Brunsvicensem Part. IV. pag. 269.

Eadem ex ejusdem versione *Cantabrigiæ* 1648. in 8. edita memorari video in Catalogo Biblioth. *Jo. Meyeri*, Professoris quondam Harderoviciensis pag. 193. Laudantur à *Neandro* in Explicatione Partium orbis terræ loc. cit. Lege de nostro B. *Philippi Julii Rehtmeyeri* Historiam Ecclesiasticam Brunsvicensem Part. IV. pag. 269. sqq. unde patebit, eum anno 1549. *Hallerspringæ* in Ducatu Calenbergico natum, Brunsvigæ primum Scholæ Con-Rectorem, deinde vero ibidem ministrum verbi divini; denique Seniorem, Pastorem & Coadjutorem egisse, fatisque anno 1617. functum.

Gemmæ Evangelicæ i. e. Sententiæ insigniores ex Evangeliis anniversariis collectæ, per *Martin. Thaborem*, Magdeburgi 1610. 8. Conf. *Imbonatum* Biblioth. Lat. Hebr. p. 436.

Libellus Christiados, lingua Hebraica exornatus, quo Evangelia per annum & per dies festos carminibus distichis breviter compilantur. Conf. Catalog. B. Reimmann. I. pag. 253. Quibus additur precatio Hebraica ad Filium Dei, & Psalmi VI. metaphrasis, per *Joach. Beustium*. Wittebergæ apud Jo. Cratonem 1572. 8.

Tetrasticha Ebræa in textus Evangelicos, *Jac. Eberti*, à filio *Theodoro* in calce Poëtices Hebræorum p. 267—302. Lips. 1628. 8. edita. Vide Volum. III. num. MXV. b. In Catalogo Biblioth. *Jo. Meyeri*, Professoris quondam Harderoviceni, pag. 173. affertur editio Lipsiensis anno 1670. 8.

Epistolæ Anniversariæ Hebr. ex Græco & Syro sermone per *Conr. Neandrum* 1586. Vide supra inter *Polyglotta*. Epistolam *Pauli* ad *Hebræos* ex versione Hebr. *Alphonsi Zamoræ* Parte II. pag. 418. ex *Le Longio*

gio attuli, minus quidem recte. Epistola enim illa ab ipso Zamora ad Judæos, Romæ degentes, scripta est, quod jam monui Parte II. p. 1047.

SECTIO VI.

DE VERSIONE SAMARITANA.

Literas Samaritanas, tanquam genuinas & primævas, quibus Codex Sacer exaratus sit, cum Assyriacis, seu Hebraicis hodiernis ab Esdra permutatas esse nonnulli eruditorum contendunt, quos supra pag. 419. appellavimus. Iis adde *Rigordi* dissertationem Gallicam de origine Linguarum & Scripturæ, quæ exstat in Memoriis Trevoltinis anni 1704. pag. 1182. sqq. Anonymi (*Soucieti*) Animadversiones ad *Rich. Simonis* Criticam Prolegomenorum Dupinii Tom. III. pag. 676. & *Humphredum Prideaux* in Harmonia Historiæ Vet. & Nov. Test. iterum iterumque, & in variis linguis, edita Tom. I. pag. 345. edit. Anglicanæ in 8. Novissime *Guil. Whistonus*, more suo ingenio indulgens, permutationem illam characterum Samaritanorum & Hebraicorum à Judæis sub initium Seculi II. à C. N. susceptam esse contendit in *Conatu* pro restaurando textu Vet. Test. Anglice edito, Proposit. V. Confer *Memorias Literarias Magnæ Britanniæ*, gallice editas Tom. IX. pag. 228. sqq. Sententiam hanc Vener. *Jo. Gottlob Carpzovius* in Critica Sacra Parte II. cap. IV. castigavit, quod ut totum ad Pentateuchum Samaritanum refertur, ita huc omnino comparari meretur, quemadmodum idem Part. I. cap. V. pag. 225—242. elementis Hebraicis hodiernis antiquitatem præ Samaritanis diligenter adseruit.

Jac. Rhenferdius in Dissertat. de Antiquitate Literarum Judaicarum, quæ in *Operibus* ejus *Philologicis*, ab eruditissimo *Dav. Millio*, Vltrajecti 1722. 4. optimo consilio editis, pag. 225. sqq. recusa est, antiquitatem characteris Hebraici quadrati præ Samaritano ex eo potissimum adstruit, quod inter nomina literarum Orientalium antiquissima, v. c. *Alpha*, *Betha*, vel *Aleph*, *Beth*, & plerasque literas Judaicas mira convenientia cernitur, harum ductibus easdem res exprimentibus, quæ illarum nominibus significantur: id quod exemplo septendecim literarum diligenter commonstrat. Post hæc inde à §. XXI. ostendit, characteres Samaritanos non esse omnium antiquissimos, quia Samaritani eadem quidem literarum suarum nomina, sed characteres, rebus per nomina hæc notatis, minime omnium respondentes, habent. Eam præ-

præterea utriusque alphabeti, Hebraici & Samaritani, monet, esse convenientiam, ut alterum ex altero, Samaritarum nempe ex Hebræo, derivatum credi debeat. Vide §. XXII. & XXIII. Denique §. XXV. sqq. literarum Hebræarum usum apud antiquissimos Judæos demonstrat, tandemque §. XL. siclos, Samaritanis literis notatos, tanquam recentioris ætatis, pro contraria sententia nihil quicquam facere pronunciat. Digna est hæc commentatio, quæ à dissentientibus cum cura legatur. Confer in eandem sententiam *Augustini Calmeti* dissertationem in Tom. I. Dissertationum ejus p. 260. sqq. versionis Latinæ Mansianæ. Ceterum ad argumentum, à siclis petitum, responderi nequaquam posse statuit *Humphr. Prideaux* loc. cit. pag. 346.

Inter exemplaria Codicis Hebræo-Samaritani MSS. vir pertinacis industriæ, *Jac. le Long*, commemorat Codicem in 4. majori membranaceum, antiquum, mutilum quidem variis in locis, sed charta papyracea in ipsis Orientis regionibus resarcitum. Plurima, ita pergit, ad calcem cujusque libri occurrunt Samaritanorum testimonia, eorum ritus ac leges spectantia, Parisiis in Bibliotheca Sangenovevana. Hujus codicis forsan meminit Catalogus librorum Jacobi Lescot, Episcopi Carnotensis, pag. 19. in qua legitur: *Pentateuchus Samaritanus MS.* 1378. *in* 4. Ita *Le Long.* Atque is quidem recte ita conjecit, ut patet, ex ampliore Codicis hujus delineatione, ab ipso *Lescoto*, Episcopo, facta, quam Rev. *Magnus Crusius*, Pastor hodie Bramstedensis meritissimus, aliquoties à me laudatus, Parisiis ad me misit. En tibi illam:

Pentateuchon hoc Samaritanum non ab uno eodemque Scriba fuit exaratum, neque eodem tempore. Nam Geneseos *liber descriptus est in Ægypto à quodam Jadcha, filio Chelepb, filii Itamar Sacerdotis, anno regni Ismaelitarum seu Mahomedicæ Hegiræ* 180. *ut habetur in calce libri Geneseos.*

At Liber Exodi *descriptus est à quodam Abrahamo, filio Jadcha, anno* 987. *regni Ismaelitarum, ut annotatum est in fine Exodi ejusdem. De loco autem non constat.*

Utrum vero Jadcha, Geneseos libri descriptor, sit idem, ac Jadcha pater Abrahami, qui descripsit Exodum, non satis constat; attamen videtur haudquaquam id fieri posse, quia à Jadcha descriptore Geneseos ad annum, quo Abraham iste descripsit Exodum, interfluxerunt anni 207. *nisi dicamus vocare se Jadcha filium, quod esset ex ejus progenie, ut Orientalibus in more positum est.*

Leviticus *descriptus est anno ejusdem computi* 927. *annis nempe* 60. *ante librum Exodi. De loco autem & auctore non satis patet, cum characteres omnino vetustate absorpti sint.*

Reliqui duo libri nullam habent temporis aut loci notam, cum Deuteron. careat fine, Numerorum vero liber nuper instauratus sit, ut luculenter ex Scriptura conjicere licet.

Unde autem orta sit ista temporum scriptorumque varietas, facile novit, qui Orientalium non ignorat mores. Etenim posteri parentum venerantes memoriam, ea quæ ab illis sunt descripta, non servant duntaxat, sed si quid desit, supplendum enixe curant; & sic fecisse arbitror Levitici auctorem, & Abraham istum Exodi descriptorem, qui Pentateucho, à Jadcha proavo incepto, ultimam imponere manum conati sunt.

Hoc Pentateuchum Hebræo-Samaritanum omnino congruere comprehendi cum illo, quod impressum est in magnis Bibliis Parisiensibus, sive characterem spectes, sive voces, quæ etiam sunt hebraicæ, collatis præsertim locis iis, quæ notatu digna dignoscuntur in hujuscemodi textu.

Verum in illo desunt quædam, quæ temporis diuturnitate detrita sunt: nempe prima capita Geneseos usque ad ea verba Cap. III. v. 5. & aperientur oculi vestri. *A verbis illis Cap. IV. v. 1.* & peperit Cain *usque ad illa v. 19. ejusdem Cap.* nomen unius Ada. *Item à versu 3. Cap. VIII. usque ad v. 20. Cap. VIII. Item à versu 10. Capitis XIX. usque ad v. 3. Cap. XXV. Post hæc interseritur cap. 21. Versus etiam 5. Cap. V. repetitur. Atque hæc in genere, quæ in præsentiarum de hoc Pentateucho dici possunt.*

Ex annotatione, ad calcem libri Geneseos apposita, apparet, partem illam transcriptam fuisse anno Regni Ismaëlis, sive Hegiræ Muhammedicæ DCCLXXX. id est æræ Christianæ MCCCLXXVIII. sicut observavit Jac. Usserius Armachanus. Hactenus *Lescotus.*

De numis, qui Samaritanas literas referunt, conferendus est doctissimi, *Jo. Christiani Klemmii*, Professoris Tubingensis, libellus Academicus, de nummis Hebræorum, Tubingæ 1730. 4. editus, & enarratus in Relationibus Wurtenbergensibus vernaculis de novis literariis anno 1730. Sect. IV. pag. 68. sq. Argumentum hoc disputatum quoque est inter viros eruditissimos *Jo. Gagnerium* & *Adrian. Relandum* in Memoriis Trevoltinis anni 1705. ubi *Gagnerii* observationes exstant p. 1643. sqq. *Relandi* vero vindiciæ pag. 1997. sqq. leguntur. Video præterea in iisdem anno 1712. pag. 841. sq. afferri *Jo. Harduini* (ita enim interpretor literas P. H. J. i. e. *Pere Hardouin, Jesuite*) expositionem duorum numorum Samaritanorum, qui de aliis quoque commentatus est in notis ad *Plinium*, ex edit. Paris. anno 1723. pag. 432. sqq. De numis Samaritanorum lege quoque, quos affert *Fabricius* in Bibliographia Antiquar.

tiquar. p. 531. quibus adde Anonymum, (*Soucietum*) Anti Simonianum loc. cit. pag. 719. sq.

Pentateuchi *Samaritani* auctoritatem contra conatus *Whistoni* & aliorum recte post laudatum modo *Carpzovium* deprimit Celeberr. *Franc. Wokenius* in Samaritanis Eusebianis, quatenus ad vindicandum textum Hebræum præcipue faciunt, Vitemb. 1731. 4. ubi afferuntur ea, quæ Eusebius in Chronico ex Pentateucho Samaritano recitat, & alia promuntur ad eruditionem Eusebii Samaritanam spectantia. De Pentateucho Hebræo-Samaritano fuse quoque disserit *Richard Simon* in Critica Prolegomenorum Biblicorum Dupinii Tomo III. pag. 248—364. Inter cetera is affirmat, Samaritanos Pentateuchum suum ex Judæorum illo demum post captivitatem Babylonicam descripsisse, quod ab altera parte inficiatur Anonymus in Animadversionibus illi Tomo subjectis pag. 679. sqq.

De *Samaritanis*, eorumque rebus, Scriptores laudavi supra pag. 434. sqq. Adde illis, quos affert Celeb. *Frideric. Adolphus Lampe*, Professor Vltrajectinus, in Commentario super Evangelium S. Johannis pag. 710. ubi is inter cetera testatur, Cl. *Dav. Millium*, in cujus manus Chronicon Samaritanorum, quod olim *Andr. Relandi* fuit, pervenerit, brevi spicilegium aliorum messi additurum esse. Id quod ut fiat, cupide exspectamus. Confer Vener. *Jo. Gottlob Carpzovii* Criticam Sacram Parte II. p. 585. sqq. in notis.

DE CODICE HEBRAICO KARÆORVM.

Ad eum cognoscendum pertinet *Gustavi Peringeri* epistola de Karaitarum rebus in Lithuania scripta, & à B. *Tenzelio* dialogis menstruis Germanice editis anno 1691. pag. 573. sqq. inserta, quam integram, si initium, quippe huc non admodum pertinens, excipias, in exterorum gratiam hic promemus. *Degunt illi*, inquit, *in Lithuaniæ variis locis, Birsæ, quod castellum est, & opidum ditionis Principum Radziviliorum, Pozwolæ, Neostadii, Koronæ, Trocæ, alibique, moribus, lingua, religione, imo & facie à Rabbanistis, quorum feracissima est hæc regio, valde diversi: lingua illis materna est Tartarica, sive potius Turcica, qua etiam libros sacros explicant in scholis & ludis. Ejus specimen priorum Geneseos versuum hic mitto.*

(בראשית

(בראשית ברא) אינך כשמן יירטטי טיגרת אושול אול כוכרתי
דא אושול יירני:

(והארץ) האול ייר אידי ווירץ דנוש דקרנגיליק אידי יוזו אוסטונא
דריינין דכיצלן ייל שובול דרידיא יוזו אוסטונא אול סוכלרנין:

(ויאמר) דאייטטי טנרי בולסון יריק דכולרו ייריק:

Credo, eadem terra quondam exivisse, qua se genitos dicunt Tartari illi Muhamedani, qui Vilnæ & in confiniis habitant, quique sacra sua secundum instituta Muhamedis celebrant, & ipsi facie Karaitis valde similes Synagogas habent à septentrione ad Austrum dispositas, quia, ut ajunt, Salmanassar Septentrionem versus illos abduxit, unde & oraturi faciem ad austrum, ubi putant, Hierosolymas esse, dirigere solent. Et ne quis incautior hoc in officio sacro errare possit, est ad lævam in introitu Synagogæ affixa parieti charta majoribus signata literis : מזרח מבוא לשער *Non Pentateuchum solum, ut aliis creditum est, sed universos Vet. Test. libros pro Canonicis recipiunt. Sed, quod mirum, valde negligentes in cura antiquorum Codicum: quippe ipsi à Rabbanitis sive laceras, sive quocunque modo temeratas membranas Legis Mosaicæ in usum Synagogæ suæ redimunt, de literis redundantibus vel deficientibus parum soliciti: puncta tamen vocalia à Mose esse dicunt, & traditiones illas, quæ cum Scriptura & sana ratione conveniunt, non rejiciendas affirmant. Dicunt, se esse propaginem decem tribuum, quos partim in Tartaria subsedisse volunt. Quam tamen de tribubus sententiam improbare videbatur Vir stupendæ eruditionis, Andreas Mullerus Greiffenhagen, cum Stetini in transitu ipsum alloquerer. Sed velim super his scire, quid sentias, Domine Nobilissime, dum me interim tuo favori commendatum cupio.*

P. S. *Libri Karæorum, dogmatici & morales, impressi sunt Constantinopoli apud Soncinates. Est inter hos maxime celebris Liber* Adderes Elijahu *in fol. cujus & meminit Seldenus, qui Maimonidis More & Jad videtur imitari voluisse. Hujus unicum tantum in Lituania erat exemplar Trocæ, ad quod recurrebant ex aliis Synagogis, cum in rebus dubiis quæstio oriretur. Euchologium impressum est apud Bombergum Venetiis in 4. Reliquos manu exaratos habent, nec facile vendibiles. Nisi forte majori in copia reperiuntur apud Karaitas in Palatinatu Lucucensi superioris Poloniæ, qui & opulentiores & numerosiores feruntur. Nam in Lithuania opido pauci sunt, & Rabbanitis exosi.* Ita *Peringerus.*

DE VERSIONE GRÆCA τῶν LXX.

De illa non ita pridem erudite commentatus est doctissimus *Jo. Jacobus Breitingerus* in Prolegomenis ad Tom. II. τῶν LXX. Interpretum

tum ad fidem Codicis MS. Alexandrini iterum *Tiguri* 1731. 4. recognitorum cap. I. Ex illis consultum fuerit hic repetere tantum Propositiones XXIV., quibus summa dictorum ab eo capita continentur. Propositio I. sic habet: Septuaginta Interpretum versio, quæ versionum omnium est antiquissima, fuit Alexandrina, eaque sub Ptolemæo Philadelpho facta. II. Hæc versio ante septimum Philadelphi annum facta non fuit. III. Eadem diu fuit sola. IV. Ejusdem, quæ ἡ Κοινὴ vocabatur, summa fuit in Ecclesia primitiva authoritas. V. Prima ejus depretiatio orta est non aliunde, quam ex odio Christiani nominis. VI. Depretiatio illius secunda ex ipsius puritate deperdita fuit. VII. Non est LXX. Interpretum versio, ut nunc se habet, ad præjudicium textus Hebraici prædicanda. VIII. Non est Masorethica lectio, ut nunc se habet, ad præjudicium LXX. viralis interpretationis, & Ecclesiæ primitivæ, mordicus ubique defendenda. IX. Priusquam quicquam positivi statuatur in hac collatione Textuum de Hebræi Græcique Textus sinceritate, & de genuina LXX. versione, consulendi sunt Codices Hebraici MSS. & adornanda est editio τῶν ό quam fieri potest maxime pura. X. Veritas Hebraica à versione hac, & præsertim ab exemplari ejus Alexandrino, nunc edito, melius sæpe, quam vel ab ipsa Masorethica lectione, dignosci & distingui potest. XI. Ab Hebraica veritate non est censenda aliena hæc versio, nec à Codice Masorethico Codex Alexandrinus dissentiens, in locis plurimis, ubi à se invicem dissentire videntur. XII. Nonnulla in se continet Codex Alexandrinus, quæ Alexandrinorum dialectum maxime sapiant. XIII. Hexaplari Origenis editioni Codex Alexandrinus magis est consonus, quam Vaticanus: & quoad loca, ubi Romana editio habet additamenta ex Theodotione, Hesychio, aliisque, Codex noster Alexandrinus ibi rarissime videtur corruptus. XIV. Nonnulla in se continet Codex Alexandrinus, quæ ad Ecclesiam Alexandrinam respiciunt. XV. Codex Alexandrinus ex literarum ductu, accentuum defectu, notisque aliis characteristicis, summæ vetustatis esse demonstratur: & licet ætatem ejus aut seculum, quo descriptus fuerit, præcise hinc determinare haud sit possibile, mille tamen annorum ad minimum antiquitatem indubie præ se fert. XVI. Nonnulla in se continet Codex Alexandrinus, quæ ante Seculi post Christum IV. medium scripta non fuerunt; adeo ut ante Seculi ejusdem finem vix scribi potuerit. XVII. Nihil in se continet Codex Alexandrinus, quod ad Seculi IV. finem vel ad Quinti initium, non poterit adaptari, cumque ætate illa probe convenire.

XVIII. Librorum Historicorum genuinam LXX. Interpretum versionem exhibet Codex Alexandrinus; non autem Romanus. XIX. Codex Alexandrinus aut antiquissimus est, aut inter antiquissimos numerandus. XX. Idem ea non habet, quæ à veteri LXX. versione abfuerunt. XXI. Ea vero habet, quæ olim in LXX. editione fuerunt, sed à textu Hebræo abfuerunt. XXII. Concordat etiam partium dispositione cum vetustissima LXX. editione. XXIII. Idem cum scriptorum veterum allegatis & citatis concordat. XXIV. Libri, qui in hoc volumine continentur, vel ex Hebræo in Græcum translati sunt, vel Græce scripti sunt, perque Senatum Alexandrinum probati. Hæ Propositiones à Cl. Breitingero non sine doctrinæ apparatu tractantur. Quæ ut maximam partem extra dubium positæ mihi videntur, ita mea facere nolim, quæ Proposit. VIII. & sequentibus nonnullis continentur. Adde de eadem versione *Augustini Calmeti* dissertationem singularem in Collectione Dissertationum ejus Biblicarum Tom. II. p. 381. sqq. versionis Lat. & in Supplemento ad Bibliothecam suam Sacram in calce Tomi IV. Dictionarii Biblici pag. 6. ubi pag. 7. cave, credas, τὰς LXX. ex editione *Lamb. Bos*, Francof. ad Mœn. 1709. in fol. 2 Voll. recusas esse.

Versionem illam, qualis hodie est, admodum depravatam esse, eruditis viris præeuntibus, Vol. II. pag. 446. traditum fuit. Corruptelarum origines alii alias afferunt & augent. *Judæi* speciatim malæ fidei hic postulantur etiam a veteribus, quorum testimonia affert, iisdem ὁμόψηφος ipse, *Bartolomæus Germonius* lib. I. de Corruptoribus Codicum Ecclesiasticorum cap. III. pag. 37. sqq. Eosdem nuper ad causam dicendam vocavit *Guilielmus Whistonus* in Conatu contextum Hebræum restituendi Proposit. II. & IV. contendens, fraudem hanc post CHRISTI Domini nostri & Apostolorum ejus ætatem factam esse. Compara *Memorias Literarias Magnæ Britanniæ* Tom. IX. pag. 176. sqq. & pag. 223. ab altera vero parte observata Vener. *Jo. Gottlob. Carpzovii* in Parte III. Criticæ Sacræ contra Pseudo-Criticam Guil. Whistoni, pag. 784. sqq. De aliis corruptelarum fontibus consulendus fuerit laudatus modo Breitingerus in Prolegomenis ad Tomum II. τῶν LXX. cap. I. §. 27. sqq.

Eandem à Codice Hebræo passim dissentire æque perspicuum est, atque nonnunquam obscurum est, unde hæc varietas sit prognata. Interim illius rationes potiores summatim complexus est doctissimus *Pet. Guarinus* in præfat. ad Tom. I. Grammaticæ Hebraicæ pag. 33. sqq. Nihil prohibet, quo minus observatorum ejus summa capita hic afferamus.

mus. Ostendit scilicet idoneis exemplis, τὺς LXX. 1) literarum quarundam similitudine deceptos aliam pro alia legisse. 2) codices eorum voces Hebraicas cum unius aut plurium literarum trajectione exhibuisse. 3) literas ejusdem organi quandoque invicem commutasse. 4) voces hodie separatas conjunxisse. 5) vicissim voces conjunctas separasse. 6) cum aliis vocalibus legisse, seu alias inter legendum vocales supplevisse, quod omnium sæpissime accidat. 7) textum Hebræum quibusdam in locis amanuensium vitio potuisse esse corruptum; 8) versiones ipsas eorundem librariorum indiligentia, vel etiam imperitia, frequentissime depravatas esse. 9) denique variis interpretationibus locum dedisse a) variam unius ejusdemque vocis Hebraicæ, etiam eodem modo lectæ, significationem, quam alia atque alia ratione, prout series orationis sibi postulare videbatur, reddiderint Interpretes. b) diversam commatum interpunctionem. c) minorem, quam par erat, in quibusdam Interpretibus Linguæ Hebraicæ cognitionem. d) licentiam, quam sibi non raro sumunt, quando sæpe paraphrastas agunt, & sensum magis, quam verba, curant reddere, interdum voces nonnullas perspicuitatis causa adjiciunt, vicissim vero sententias, à Spiritu S. iteratas, contrahunt. Recte idem pag. 35. monet, eos sæpe immerito castigari, idque maxime in vocum quarundam sensibus, quos interdum jure amplificent, cum eorum plerique in linguis ab Hebræa derivatis, inveniantur.

Pertinent huc Cl. *Gerhardi Outhovii* Specimina Observationum in libros Biblicos Vet. Test. inprimis in ea loca, ubi LXX. Interpretes a textu Hebræo vel discrepant, vel discrepare videntur, ubi tum rationes discrepantiarum investigantur, ac dissensus, ubi fieri potest, tolluntur, phrasesque Græcæ explicantur & elucidantur. Specimen earum I. exstat in Bibliotheca Historico-Theologica Bremensi Classe I. Fascic. III. pag. 205. sqq. & II. ibidem Fascic. IV. p. 447. sqq.

Compertum præterea mihi est, doctissimum P. *Michalem le Quien*, Ordinis Prædicatorum, in mundo habere inter alias dissertationes, argumenti potissimum Critici, unam, qua in causas varietatis, quæ inter textum Hebræum & τὺς LXX. intercedit, inquirit.

Fuerunt, qui Codicem Hebræum ex versione τῶν LXX. interdum emendandum esse inconsulto statuerent. Inter hos numerandus quoque est *Lambertus Bos*, Professor quondam Franequeranus, cui M. *David Bernard* singularem opposuit dissertationem *de Locis quibusdam secundum*

 LXX.

LXX. Interpretes in Codice Hebræo ex ſententia Lamb. Bos emendandis, Vittebergæ 1721. 4. Ita ſpeciatim calculum illorum Chronologicum iſti Codicis Hebræi præferendum putarunt multi, contra quos legi velim Rev. L. *Gothofredi Kohlreifii* Chronologiam Sacram Parte II. cap. 3. In *Whiſtono* ſpeciatim opinionem hanc caſtigavit Venerandus *Jo. Gottlob Carpzovius* in limine Partis III. Criticæ Sacræ.

Quam Vol. II. pag. 447. laudavi *Jo. Pearſoni* diſſertationem eruditam de LXX. Interpretibus, ea recuſa quoque exſtat in limine editionum aliarum τῶν LXX, v. c. Leusdenianæ Amſtelodamenſis, Grabianæ Oxonienſis, & Breitingerianæ Tigurinæ. Seorſim eadem recuſa eſt per M. *Smidium*, ſub titulo: *Commentationis & defenſionis τῶν LXX*, una cum addita *Philippi Melanchthonis* diſſertatione ejusdem fere argumenti.

Non parum dignitatis ad hanc verſionem ex eo accedere, quod Apoſtoli in ſcriptis ſuis eam nonnunquam adhibuerint ſupra pag. 446. Vol. II. obſervavimus, miſſamque fecimus *Surenhuſii* ſententiam, in βίβλῳ καταλλαγῆς pag. 178. opinantis, convenientiam hanc, *non ſtudio & imitationi vel deſcriptioni, ſed caſui, vel divino ita dictanti Spiritui* tribuendam eſſe. Eam tamen non ita pridem amplexus eſt Vir doctiſſimus in Bibliotheca Lubecenſe Tom. I. pag. 23. ſqq. his præterea verbis uſus: *Nemo certe, niſi valde irreligioſus, dixerit, viros θεοπνεύςυς ea laboraſſe in linguis indigentia, ut ipſi in reddendis Græce Hebraicis opus fuerit ad LXX. Interpretes recurrere. Firmiter potius tenendum eſt, Evangeliſtas & Apoſtolos cum perfecta ſermonis Hebraici inſtructos fuiſſe notitia, tum in conſcribendis Novi Teſtamenti libris illam linguam Græcam adhibuiſſe, quam non per homines, vel lectionem librorum Græcorum, ſed à ſolo Spiritu S. cum mirabili illo linguarum dono ſuper ipſos effuſo, edocti erant. Utinam id ſemper recordarentur Philologi & Critici!* Sane vel primus ego futurus eram, qui contrariam huic ſententiam deſereret, ſi cum ea conjunctum foret id, quod divini Scriptores verſione τῶν LXX. ex *ignoratione linguarum uſi fuiſſe cenſeantur.* Jam vero nihil opus eſt, id dicere, nec memini, quenquam vel Philologorum vel Criticorum id affirmare. Imo vero alias illi afferunt hujus συγκαταβάσεως cauſas, & tales omnino, quæ θεοπνευςίαν ſartam tactamque relinquant. Lege eas, ſi placet, ſummatim comprehenſas à præſtantiſſimo *Carpzovio* in Critica Sacra modo laudata pag. 527. Abſit etiam, ut *Philologos* aut *Criticos* tantum huic ſententiæ indulgere cenſeamus. Non deſunt etiam inter noſtrates Theologi, qui, nihil alioquin de auctoritate & θεοπνευςίᾳ Novi Inſtrumenti diminutum cupientes, idem pronunciarunt. Omitto ſuperioris memoriæ Theologos, ſatis notos, cum in promtu

ſint

ſint ex recentioribus, qui *Surenhuſio* ſe oppoſuerint. Illi ſunt *Carpzovius* loc. cit. pag. 526. & Rev. D. *Martinus Friſius*, Theologus Kilonienſis, in Demonſtratione Exegetica de nonnullis valde notatu dignis modis, quibus Vet. Teſt. in Novo allegatur, pariterque de Græca LXX. Interpretum verſione, quatenus in Nov. Teſt. interdum citatur, & ab ipſo Spiritu S. in ejusmodi præſertim locutionibus, quæ Hebræum textum amplius clariusque illuſtrant, confirmatur. Hamburgi 1730. 4.

De Græca AQVILÆ verſione, Vol. I. commemorata, hic velim obſerves, in ea loca nonnulla, in fraudem Chriſtianæ doctrinæ, diverſa a textu Hebræo ratione, data opera corrupta & converſa viſa fuiſſe. Affert hujus generis quædam, à veteribus quoque notata, & ab hac ſuſpicione liberat eruditiſſimus *Petrus Weſſelingius* in Obſervationibus Variis pag. 73.

DE VERSIONE GRÆCO-BARBARA JVDÆORVM

Compara *Richardi Simonis* Epiſtolas Selectas Tom. II. pag. 87. edit. Amſtelodamenſis in notis.

TVRCICAM VERSIONEM

Karæorum commemorat, addito Specimine, *Guſtavus Peringerus* in epiſtola, quam modo repræſentavimus.

AD GALLICAM VERSIONEM

Pertinet Comment. Rabbinicus Judæi cujusdam Galli in libros Samuelis & Regum, Jeremiam, Ezechielem, Jeſaiam & XII. Prophetas minores. Auctor voces difficiliores Gallice exponit, & ad R. *Menachem* & R. *Salomonem* paſſim provocat. Codex MS. eſt *Vlmæ* in Bibliotheca Illuſtris Dn. Raymundi de Kraft. Incendio is ereptus eſt, & Seculo XII. vel certe ſequenti exaratus videtur. Lege Cl. *Schelhornii* Amœnitates Literarias Tom. III. pag. 81.

DE VERSIONIBVS JVDÆORVM ITALICIS.

Ad verſiones Judæorum Italicas contextus Hebræi pertinet inprimis R. *Jehudæ Arje Mutinenſis* גלות יהודה de quo Parte I. pag. 413. & in his ad eum locum acceſſionibus, tum vero Parte II. pag. 450. abun-

de diximus. Hic vero consultum putamus, specimen quoddam operæ hujus ex editione *Veneta* anni 1612. in 4. quæ apud me est, suppeditare. Ex capite I. hæc explicantur: בראשית ברא In principio creò (vel principio del creare) היתה תהו ובהו era vana e vacua: תהום abisso: מרחפת dibatteva: ויבדל separo: רקיע firmamento: יקוו siano adunate: ותראה היבשה apparisca il secco: ולמקוה all' adunamento: ימים mari: תדשא germogli: מזריע seminante: עץ פרי arbore fruttifero: למינו alla spetie sua: ותוצא produsse: מאורות luminarii: ולמועדים ולאותות per segni e per tempi solenni: לממשלת per il dominio: ישרצו serpiscano: חיה vivente: ועוף יעופף volativo voli: התנינים li draghi (le balene) הרומשת che serpe: כנף de ala: פרו ורבו crescete e moltiplicate: ירב moltiplichi: וחיתו ארץ animal terrestre: בצלמנו כדמותנו ad imagine n. come la similitudine n. וירדו בדגת signoreggino nel pesce: וכבשוה soggiogatila: זורע seminante: ירק verdura: מאד assai.

Titulus *Hebraicus* & *Italicus* operi præmissus est. Posterior ita habet: *Novo Dittionario Hebraico e Italiano cioè, Dichiaratione di tutte le voci Hebraiche più difficili delle Scritture Hebree nella volgar lingua Italiana: con prima alcune regolette piu facili di Grammatica per l' interpretare: e in fine un copioso Vocabulario del resto de Nomi, Particelle e verbi dichiarati nella stessa Lingua: con quale ciascuno con grandissima facilita per una certa regolata prattica potrà haver bona cognitione della lingua e Scritture Hebraiche.*

Dedicatio, præfatioque auctoris una cum censuris Judæorum & Christianorum, regulisque nostri Grammaticis succinctis constant foliis octo. Hinc sequitur interpretatio Italica *Pentateuchi* pag. 10—29. τῶν V. *Megilloth* pag. 30—34. Porro Prophetarum Priorum p. 35—50. Hinc *Prophetarum Majorum*, Jesaiæ, Jeremiæ & Ezechielis pag. 51—69. a. Tum *Prophetarum Minorum* pag. 69. b.—76. a. Porro librorum *Hagiographorum* usque ad libros Chronicorum pag. 76. b.—105. Excipit hæc interpretatio vocum difficiliorum Haggadæ Paschalis p. 105. b.—107. a. & τῶν *Pirke Avoth* pag. 107. b.—110. Denique vocabularium alphabeticum *nominum* (שמות) particularum (מלות) & Verborum (פעלים) faciliorum Hebraicorum cum versione Italica, quæ scilicet in præcedente interpretatione Biblica non occurrunt. Hic est habitus editionis *Venetæ* anni 1612. De editione secunda anni 1640. diximus in Accessionibus his pag. 296.

Subsidia, quibus ad hanc operam perficiendam usus est auctor, his verbis in præfatione commemorat: *Ma benfaccio à quelli e questi sapere, che*

che facendo quest' opera ho havuto dinanzi oltre il תרגום ורש״י *e tutti boni* מפרשים *espositori, anco tutti li migliori Dittionarii, e il* מכלול יופי *rarissimo, e il* חשק שלמה *Spagnolo ottimo, e le miglior Bibie Latine, e prima che habia rissolto di por già una parola, la hò in tutti questi buoni libri veduta, e poi con le bilancie (ben che deboli) del mio parere pesata e repesata, che per il senso convenisse e per il* דקדוק, *havendo riguardo a tutti li auertimenti, che qui oltre dirò & altri, e il tutto ho riveduto quatro volte dal principio al fine.* i. e. *Sed & hi & illi sciant, velim, quod, cum in hoc opere versarer, præter* Targum *&* Raschi, *aliosque optimos quosque Interpretes, ob oculos habuerim Dictionaria præstantissima, tum vero* Michlal Jophi, *librum rarissimum, &* Chescheck Schelomo *versionem Hispanicam optimam, nec minus Biblia Latina præstantiora. Ante vero, quam ullam vocis interpretationem seligerem, eam non solum in illis, quos dixi, libris deprehendi, sed & pro tenui ingenio meo iterum iterumque expendi, ut eam amplecterer, quæ & sensui & Grammaticæ responderet,* &c.

Canticum Canticorum, Judæorum opera, aliquoties lucem vidisse R. *Jac. Aboab* per literas B. *Vngero* testatur.

DE VERSIONE HISPANICA.

De Versione Judæorum *Ferraræ* primum edita lege B. *Casparis Lindenbergii* epistolam, ad Henr. Balemannum de non contemnendis ex Lingua Hispanica utilitatibus Theologicis datam, & Novis Literariis Maris Balthici anno 1702. pag. 301. sqq. insertam. *Ferrariensis autem illa*, inquit, pag. 303. *versio etsi apud plerosque male audiat, præcipue ob rigorosam nimis Textus Ebraici sectationem, quem à verbo ad verbum exprimere, neglecta linguæ Hispanicæ elegantia, allaborat, qua de causa scabra admodum & inepte superstitiosa* D. Kortholto, de variis Scripturæ S. editionibus cap. XXIV. §. 3. *& doctissimo quondam nostro* Pfeifero Critica Sacra cap. 13. §. 2. *dicitur, ab Hispanis tamen ipsis magni æstimatur: quippe Cypr. de Valera non modo dicta:* un gran tesoro de la lengua Espagnola fol. * 3. col. 1. *sed etiam à Cassiodoro de Reyna tale nacta encomium:* de la Vieja translacion Espannola del Viejo Testamento, impressa en Ferrara, nos havemos ayudado mas que de ninguna otra, que hasta aora ayamos visto, no tanto por aver ella siempre acertado mas, que las otras en cosas semejantes, quanto por dar nos la natural y primera signification de los vocablos Hebreos, y sas differencias de los tiempos de los verbos, como estan en el mismo texto, en lo qual es obra digna de mayor estima (à juyzio de todos los, que la entienden) que quantas hasta aora ay. præfat. fol. ** 3. a.

post

post med. Hæc B. *Lindenbergius.* Inter Judæos in eadem versione, id inprimis R. *Jac. Jehuda Leoni* in præfatione ad versionem suam Psalmorum Hispanicam pag. 1. displicet, quod phrasibus & dictioni contextus Hebræi nimis solicite insistat. Idem est judicium R. *Isaaci de Acosta* in præfatione ad *Conjecturas Sacras* super Prophetas priores Hispanice editas, de quibus Volum. III. pag. 555. sub *Isaaco Acosta* dixi.

Eadem *versio* ex editione *Ferrariensi* recusa est *Amstelodami* anno 5371. C. 1611. fol. die 20. mensis *Ijar* in cujus calce monetur, nullam originalis literam esse mutatam.

Biblia Hispanica in 4. Venetiis 1617. edita, a *Schabtæo* in Bibliotheca Rabbinica, i. e. *Siphte Jeschenim* afferri Le Longius in Bibliotheca Sacra pag. 367. testatur. Quo quidem in loco id factum sit, frustra hactenus quæsivi.

Biblia Hispanica ex versione *Ferrariensi*, charactere Romano, accurante *Menasse ben Israel*, in fol. *Amstelodami*, in domo Gillis Joost. Ad calcem legitur: Ad honorem & gloriam Sabbati 5390. (i. e. A. D. 1630.) Ita enarrat editionem hanc *Le Longius* loc. cit. idemque in nota subjecta observat, hanc editionem juxta præfationem editionis *Amstelodamensis* 421. C. 1661. à *Samuele de Cazeres* recognitæ mendis plurimis & vitiis refertam esse: utramque autem, nempe illam anni 1630. & hanc anni 1661. non illam, quæ *Ferraræ* curata est, exacte, sed pluribus in locis castigatam exprimere.

Habeo ego in manibus editionem anni 5390. In fol. in cujus tamen nec limine nec calce mentio fit vel *Menassis ben Israel*, vel *Gillis Joost*; vel *Amstelodamensis* urbis. Sed titulus ita, ut in editione Ferrariensi exstat, simpliciter expressus est, hoc modo:

Biblia en Langua Espanola, traduzida palabra por palabra de la verdad Hebraica, por muy excelentes letrados. Vista y examinada por el oficio de la Ynquisicion. In folio tituli extremo hæc leguntur: *Con Privilegio del Yllustrissimo Sennor Duque de Ferrara.* Sequitur præfatio, quæ in Ferrarienſe exstat. Postea conspiciuntur 1) ordo Haphtararum. 2) ordo librorum Scripturæ Sacræ, secundum Hebræos & Latinos. 3) Summaria capitum Scripturæ S. 4) Catalogus Judicum Israelis. 5) Summa Chronologiæ Sacræ Vet. Test. In calce denique totius Voluminis ista leguntur: *A loor y gloria del Dio fue reformada.* A 15. de Sebath 5390. Constat foliis 293. Exemplum illud manu B. *Eberhardi Anckelmanni*, Professoris quon-

quondam in Gymnaſio Hamburgenſi dexterrimi manu hinc inde notatum & correctum hodie exſtat apud doctiſſimum *Sebaſtianum Edzardum*, Logices & Metaphyſices apud nos Profeſſorem.

Cum itaque in hujus titulo nec *loci*, nec *typographi* mentio fiat, ſuſpicor Cl. *Le Longium* ab alia manu accepiſſe titulum editionis *Amſtelodamenſis* recentioris, nempe anni 406. C. 1646. in fol. Illa enim titulum eundem habet, quem editio anni 1630. refert, præterea vero *Amſtelodamum*, ut locum editionis, & officinam *Gillis Jooſt* exprimit, hoc modo: *en Amſterdam empreſſeſadorie de Gillis Jooſt en el Nieuweſtraet* 5606. Annum editionis mendoſe per 5606. pro 5406. i. e. C. 1646. ſcriptum eſſe Parte II. pag. 452. jam monui. Judæorum enim æra hodienum A. M. 5492. non ſuperat. Ceterum *Amſtelodamenſis* hæc alteram illam anni 1630. exacte ſequitur, typis vero longe elegantioribus expreſſa eſt, & conſtat foliis 605. dimidiis. In calce eadem leguntur, quæ in illa anni 1630. *A loor y gloria del Dio* fue reformada A. 15. de Sebath 5390. Atque hinc puto factum eſſe, ut editio anni 1630. cum hac *Amſtelodamenſi*, apud *Gillis Jooſt* curata, eadem à *Le Longio* haberetur. Ab hac anni 1646. non puto diſtinguendam illam, quam *Bartoloccius* Tom. IV. pag. 213. a. *Amſtelod.* anno 5416. C. 1656. fol. curatam teſtatur. Facile enim fieri potuit, ut pro 5406. ſcriberetur 5416.

Bibliis Hebraicis, *Venetiis* apud Jo. Caleonem 1635. 4. editis, verſionem Hiſpanicam vocum difficiliorum additam eſſe in margine, monuimus Parte II. pag. 377.

Jacobum Lombroſo in ſua Bibliorum Hebraicorum editione *Amſtelod.* 1639. phraſes & voces Hebraicas difficiliores frequenter in notis additis Hiſpanice interpretari Parte I. num. 1072. obſervavimus.

Eadem opera diligentius & frequentius defunctus eſt auctor libri חֵשֶׁק שְׁלֹמֹה de quo Part. II. pag. 1305. inter Anonymos mentionem fecimus. Titulus eſt: ס׳ חשק שלמה והוא העתק כל מלה זרה שבכל המקרא מלשון הקדש ללשון לעז: i. e. *Liber* Deſiderium Salomonis, *quo voces quæque obſcuriores totius Codicis Sacri ex lingua Sancta in vernaculam* (Hiſpanicam) *convertuntur*. Prodiit is ſecunda vice, ut in titulo diſerte monetur, *Venetiis* 378. (משיחך) C. 1618. die ſexto hebdomadis, & decimo quarto menſis Cheſvan, poſtquam inceptus eſſet die ſexto menſis *Menachem* anno 377. Id monetur in libri calce. Excudit autem *Jo. Cajon*, juſſu Pet. & Laurent. Bragadinorum in 4. foliis 106. Dedicationem præmiſit R. *Gedalja Korduero* ad *Salomonem* de שירש (forte *Xeres*) in

in qua is testatur, librum hunc in Bibliotheca sua reconditum fuisse, cui titulum istum fecerit, ideo, quod auctor nomen suum per modestiam dissimularit. Sequitur præfatio Hispanica literis Hebraicis expressa, & ad exponendam instituti rationem pertinens. Id vero ita comparatum est, ut phrases cujusque capitis difficiliores Hebraicæ, literis quadratis & *sine punctis* expressæ, additam habeant interpretationem Hispanicam, literis Rabbinicis descriptam. Speciminis loco apponemus hic ex libro rarissimo, quem Bibliotheca Vngeriana mihi suppeditavit, ea quæ ex tribus capitibus Geneseos prioribus explicantur.

Cap. I.

בראשית ברא· (אין פרינסיפיאו די קריאר) תהו ובהו· (ואנידארת אי
ואגואידארת) מרחפת· (אבולאן או אשופלאן) רקיע· (איספנדידורה)
יקוו· (סיאן אפאנייאראס) ולמקוה· (אי אה אפאנייאמיינטו) תדשא·
(אירמוליייסקה) והעוף· (אי לא אבי) ירב· (סי מוגיגואי) וירדו· (אי
פוריסטין) התנינים· (לוס פיסקאדוש·) וכבשוה ורדו· (אי סוגיגואדלה
אי פוריסטאר) וכל שיח· (אי טורו ארבול) ואד· (אי נובי)

Cap. II.

ויפח באפיו נשמת חיים· (אי אשופלו אין שוס נאריזיש רינפלו
דישפריטו די וידאש) הבדולח· (איל קריסטאל) קדמת אשור·
(ארה אואנטי די אשור) בצלעותיו· (די שוש קוסטיליאש·) ערומים·
(דישנודוס·) ולא יתבוששו· (אי נושי אוירגונשאבאן·)

Cap. III.

ערום· (קואירדו) ונפקחו· (אי שיראן אבײדטוס) ויתפרו עלה תאנה
(אי קחיירון פוגה די פיגיירה) חגורות· (שינטיירש) לרוח היום
(ארה פארטי דיל ריארה) ויתחבא· (אי אישקונדינשי·) איכה
(ארוטי) השיאני· (מי שתבאייו) גחונך· (טופיגו) ואיבה אשית· (אי
מאל קירינשייאפורני) ישופך· (טיפרירה) תשופנו עקב· (לו פיריראש
קארקאנייאל) עצבונך והרונך· (וטאטזיריא איטו פריניש) בעצב· (קין
דולור) ואל אישך תשוקתך· (אי אטו מארידו טו דישי או·) בעצבון· (קין
טרישטיזה) וקוץ ודרדר· (אי קארדו אי אישפינו) בזעת אפיך· (קון שודור
די טוס נאריזיש·) להט החרב המתהפכת· (שופלאמאג יאמינטו דילא
אישפאדה לא טראשטורבאן) Atque ita pergitur in ceteris, annotatis semper in margine singulorum capitum numeris. *Pentateuchus* procedit usque ad pag. 24. a. V. *Megilloth* usque ad pag. 29. b. Libri *Historici*, exceptis Chronicorum libris, quippe qui, ut in præfatione monetur, ex libris Regum intelligi possint, usque ad pag. 43. b. *Jesaias* ad pag. 57.

57. b. *Jeremias* ad pag. 63. b. *Ezechiel* ad pag. 65. a. *Prophetæ Minores* ad pag. 76. *Psalmi* ad pag. 94. b. *Proverbia* ad pag. 97. *Jobi* liber ad pag. 103. b. *Daniel* ad pag. 104. b. *Esra* & *Nehemia* usque ad pag. 106. Libri *Chronicorum* ob rationem modo expositam desiderantur.

Interpretatio frequenter consentit cum ea, quæ in Bibliis Hispanicis *Ferrariensibus* exstat, ut interpres eam ob oculos habuisse merito existimetur.

Quando & apud quem prima hujus libri editio curata sit, adhuc frustra quæsivi. Cl. *Le Long* pag. 367. Biblioth. Sacr. ed. in fol. affert duplicem, & utramque *Venetam* apud *Jo. de Gain* (is est Jo. Cajun קאיון) priorem 348. C. 1588. posteriorem anni 377. C. 1617. quæ rectius in annum 378. refertur, ut supra monuimus. Idem titulum libri Hispanicum, forte ex editione priore, ita exprimit: *Libro de Ladenor de los vierbos carvo de toda la miera intitolado* Kodesia de Selomoh. Manifestum est titulum libri vel librarii, vel typographi, vitio, prave esse expressum, atque ita forte restituendum: *Libro de Ladino de los vierbos caros de toda la mikra, intitolado* Kodesch *vel potius* Chescheck de Schelomo: i. e. Liber in quo Hispanice explicantur voces difficiliores totius Scripturæ Sacræ, inscriptus: Kodesch de Schelomo.

Laudat hanc interpretationem R. *Jehuda Arie Mutinensis* in præfatione ad librum suum גלות יהודה, quem locum paulo ante pag. 175. attuli. Eadem vero maximam partem exstat ad marginem Bibliorum Hebræorum *Venetiis* 1635. in 4. apud Jo. Caleonem excusorum.

In præfat. a Typographo libro *Chescheck Schelomo* præmissa monetur superioribus annis *Thessalonicæ* & *CPoli* majorem textus Hebræi partem cum versione Hispanica, literis Rabbinicis punctatis expressa, in lucem prodiisse, nunc vero ad sumtus levandos vocum tantum difficiliorum interpretationem exhiberi. Subinnuuntur hic *Pentateuchus* CPoli, & *Jesaias* ac *Jeremias* Thessalonicæ, cum versione Hispanica editi, de quibus mox dicemus. Apponemus hic præfationem ad Lectorem, quæ Hispanicis vocibus, sed literis Hebraicis, expressa est:

Prologo de quien lo fizo (hizo) *estampar.*

Viendo el mancamiento que ha mancado la nuessa (*nuestra*) Lengua Hebraica, lhamada de nuessos (*nuestros*) sabios לשון הקדש per ser la lengua, en que fue dada nuessa (*nuestra*) ley Sancta, mas en nuesso (*nuestro*) tiempo, que en los tiempos passados, lo qual es causa

de

de no ser entendida nuessa Ley Sancta, y vemos, que nuessos Sabios dieron licencia, que se escriviesse en Griega, que era la mas perfecta, y mas uzada en aquel tiempo, de modo, que siendo la lengua Espanhola la mas uzada en nuesso tiempo cierto sera dada la misma licencia pera (para) la lengua dicha y los anhos passados en Salonique en en Constantina se escomenco (comenco) à estampar una gran parte de la מקרא todo el פסוק en Hebraico, y todo en Espannol, y con los puntos, y era la espeza (despeza) grande y no podia un pobre comprar lo, y majormente siendo toda la מקרא que non (no) havria quien la pudiesse comprar, por onde fallendo me (hallando me) con este libro qual no se sabe, quien fue el autor, mas se ve por la otra, que era Sabio, y toda palabra, que se entiende facilmente, como ויאמר וידבר ויעש &c. no se curo de la copiar, y toda palabra, que es un poco difficil la interpreta, y si ha dos Ladinos, dize ansi y ansi, de modo que es muy copiozo, y de poca espeza (despeza) me parecio obra pia estamparlo, por que se falle (halle) en mano de todos, y subra el Lector, que el verbo del Pasuck era estampado en letra אשורית como ordinariamente se ha estampado, y su Ladino era estampado en letra Provencala, lhamada de el vulgo Letra de רשי, y nos parecio bien per excusar la espeza (despeza) de no lo apuntar, que quien sabe leer una carta que le viene en su negocio, sabra leer esta nuessa (*nuestra*) obra maximamente, que el פסוק te amostra la intencion.

Sententia horum verborum hæc est. Monet auctor, postquam defecerit cognitio Linguæ Sanctæ inter Judæos, factum esse, ut doctores permiserint, libros sacros in linguam Græcam, tanquam ea ætate maxime receptam, converti. Itaque nec dubium esse, quin nunc quoque liceat eosdem lingua Hispanica, tanquam quæ hodie potissimum frequentetur, donare, quemadmodum etiam jam superioribus annis Biblia Hebræa integra Hebraice & Hispanice Thessalonicæ & Constantinopoli imprimi cœperint. Tunc autem sumtuum magnitudinem prohibuisse, quo minus totus Sacer Codex eodem modo conversus exhiberetur. Cum itaque præsens commentatio, cujus auctor ignoretur, in manus suas inciderit, consultum sibi esse visum, eam ad sumtus minuendos in lucem proferre, ita conformatam, ut voces difficiliores singulæ Hispanica versione, nonnullæ etiam, quarum scilicet interpretatio ambigua sit, duplici instructæ legantur.

PENTATEVCHVS *Hispanice*, sed literis Hebraicis punctatis expressus, cum *Pentateucho Hebraico*, & *Barbaro-Græco CPoli* anno 1547. prodiit.

diit. Illius specimen lege in Appendice ad Vol. III. hujus Bibliothecæ. *Hispanice* aliquoties prodiit, nempe *CPoli* 307. C. 1547. & antea *Venetiis* 257. C. 1497. Vide, quæ supra ad Subsectionem III. de Partibus Bibliorum Polyglottorum diximus.

Hic velim, observes, Cl. *Jac. le Long* in Bibl. Sacr. p. 368. a. edit. posterioris in fol. recensere editionem versionis Hispanicæ CPoli 1552. curatam. At cave, eam diversam putes ab illa anni 307. C. 1547. *Schabtaus* enim in שי pag. 85. num. 54. annum hunc שיב i. e. 312. C. 1552. exprimens numerum quinarium ה qui in symbolo editionis CPolitanæ חשׁ exstat, male in computum advocavit. Vide nos Parte II. pag. 355.

Pentateuchus Hispanicus per Menasse ben Israël *Amstelod.* die 1. mensis *Sebath* anno 5387. C. 1627. 8. foliis 252. Subjiciuntur *Haphtaroth* d. 1. mensis *Chesvan* anno 388. foliis 78. cum Indice τῶν Paraschoth ad Festa pertinentium, & Summariis capitum totius Pentateuchi. Titulus Hispanicus est: *Humas de Parasioth y Asftharoth, traduzido palabra por palabra de la verdad Hebraica en Espannbol.* Ibi in margine indicantur loca, quibus Præcepta *Affirmativa* & *Negativa* continentur per literas M. A. & M. N. i. e. *misna* aut *mandamento afirmativo*, & *misna* aut *mandamento Negativo*, tum vero *Haphtaræ*, quæ singulis Paraschis respondeant. Versio ipsa editionem *Ferrariensem* exacte sequitur.

Pentateuchus ex eadem versione ejusdem cura ac sumtibus ibidem 1655. 8. de qua supra Part. II. p. 452. Hic afferemus titulum Hispanicum: *Humas ò cinco libros de la Ley Divina, juntas las Haphtaroth del anno. Con una perfecta glosa, en forma casi de Paraphrase, llena de Tradiciones, y Explicaciones de los Antiguos Sabios. Obra nueva, y de mucha utilidad, principalmente para los, que no entiendem los commentarios Hebraicos. Con dos Tablas nuevas. La una para saberse quando se lea una sola, ò dos Parasiot. La otra, de las IV. Parasiot, Sekalim, Zachor, Para, y A-hodes con su Calendario.* Pentateuchus absolvitur paginis (non foliis) 452. quibus subjicitur *Harmonia Mosaica* i. e. nexus & argumentum librorum Mosis quinque, paginis quatuor. Sequuntur *Paraschoth* pp. 128. In *Pentateucho* commata singulorum capitum, novo inter Judæos exemplo, numeris suis insigniuntur & à se invicem distinguuntur.

Pertinet huc

Parafrasis commentado sopra el Pentateucho, R. *Isaaci Aboab*, Amstelod. 441. C. 1681. fol. De ea Parte I. num. 1140. diximus.

Pentateuchus Hispanicus ex versione R. *Joseph Franci Serrani* Amstelod. 455. C. 1695. delineatus à nobis est ibidem num. 957. ad quem lege accessiones nostras, hoc volumine comprehensus.

Pentateuchus Hispanicus, cum libello Precum quotidianarum & festarum, Amstelod. 465. C. 1705. 8. apud Isaacum de Cordova.

Libri Historici ex nova versione Hispanica R. *Isaaci de Acosta*, cum subjuncta ejusdem Paraphrasi, *Lugduni Batav.* 482. C. 1722. in 4. Vide Accessiones has supra sub *Isaac Acosta.*

Prophetæ *Jesaias* & *Jeremias* cum versione Hispanica à latere, *Thessalonicæ* 329. C. 1569. in 4. Vide nos supra, ubi de variis Bibliorum Hebraic. editionibus, pag. 137.

Psalterium Hispanicum, à quodam Judæo, saltem ab Hispano, Hebraicam linguam callente, conversum: liber elegantissime scriptus an. 1628. exstat Parisiis in Biblioth. PP. Cœlestinorum, teste *Le Longio* in Addendis ad Biblioth. Sacram p. 1208.

Canticum Salomonis *Hispanice* à *Davide Cohen Carlot* A. C. 1631. 4. conversum & MS. memoratur in Bibliotheca Anonymiana Hagæ 1728. 8. edita, inter libros miscellaneos in 4. p. 281. num. 3856.

VERSIO LUSITANICA.

Pentateuchum *Lusitanicum* literis Latinis & consuetis Judæos Amstelodamenses imprimi curasse, testis est B. *Christophorus Arnoldus* in animadversionibus ad Sota Wagenseilianum pag. 1212. Vereor ego, ne Pentateuchus ille *Lusitanicus* sit *Hispanicus* ille, qui Amstelodami aliquoties lucem vidit. *Lusitani* enim & *Hispanici* Judæi ut ritibus inter se conveniunt, ita utrique libris *Hispanici* scriptis uti consueverunt.

VERSIO JUDÆO-GERMANICA.

De versionibus Judæo-Germanicis lege, quæ diligentissimus *Jac. le Long* repetita industria tum ex suis, tum ex B. *Ungeri* observationibus tradidit in auctiore Bibliothecæ Sacræ editione Part. I. p. 406. sqq.

Illa, quæ R. *Jekuthieli* fil. *Isaaci Blitz* debetur, altera illa R. *Josephi Josel*, quam Jos. Athias primum edidit, prior est. *Megilloth enim & Prophetæ Priores* annum editionis 436. C. 1676. *Posteriores* annum 437. C. 1677. *Hagiographa* 439. C. 1679. referunt, qui & in titulo universi operis

operis designatur. Nec dubito Pentateuchum, cui alias Megilloth jungi solent, eodem anno 436. quamvis non sit expressus, prelum exercuisse. Sumtus editioni impendit primum Typographus Judæus, Vri Pheibsch, huic vero illis ferendis, ob rei familiaris jacturam, ex litibus cum *Jos. Athia* æmulo factam, minus idoneo, *Guil. Blavius*, Exscabinus Amstelodamensis, & *Laur. Backius*, J. V. Licentiatus, suppetias tulerunt, totumque opus ad umbilicum perduxerunt.

Vtraque hæc versio, si dictionem Germanicam respicias, in locis non paucis est scabra, nec linguæ nostræ genium satis observat; & R. Jekuthiel (imo vero, idem, & frequentius illo, facere intellexi R. *Josephum Witzenhusium*) *illud quoque sibi nonnunquam indulget, ut interpretationi suæ vocabula Rabbinica quædam admisceat, Codicis tamen Hebraici sensum genuinum nunc Blitzii,* (i. e. ab *Vri Pheibsch*) *nunc Witzenhusii* (i. e. à *Josepho Athia* edita) *passim feliciter attigit.* Ita arbitratur B. *Christianus Theophilus Vngerus*, idoneus judex, apud Le Longium loc. cit. Aliorum de utraque judicia lege, si placet, apud Reverend. *Jo. Fabricium* in Historia Bibliothecæ Fabricianæ Parte I. pag. 20. sqq.

Vt exemplo utriusque conditio constet, consultum puto, specimen aliquod, literis Germanicis expressum, repræsentare.

GENES. Cap. I.

Ex versione Jekuthielis seu Blitzii.

Vers. 1. Im Anfang beschuf GOtt Himmel und Erd.

2. Und die Erd war wust und leer. Und war finster auf dem Abgrund. Und der Wind von GOtt schwebet auf dem Wasser.

3. Und GOtt sprach es sol Licht seyn, und es war Licht.

4. Und GOtt sah das Licht, daß es gut war. Und GOtt scheidet ab zwischen dem Licht, und zwischen der Finsterniß.

5. Und er heist GOtt das Licht Tag, und zu der Finsterniß heist er Nacht. So

Ex versione Josephi Josel seu Witzenhusii.

Vers. 1. In dem Anfang hat GOtt beschaffen die Himmel und die Erd.

2. Und die Erd is gewesen wust und leer: und Finsterniß auf dem Abgrund: und die nevuah von GOtt schwebet über den Wassern.

3. Und GOtt sprach: es sol Licht seyn, und es war Licht.

4. Und GOtt sah das Licht, daß es gut war. Und GOtt machet ein Unterscheid zwischen dem Licht und zwischen der Finsterniß.

5. Und GOtt hieß zu dem Licht Tag, und zu der Finsterhiß hies er Nacht: und

So war aus Abend und Morgen ein Tag.

6. Und GOTT sprach: es sol ein Spreitlung seyn mitten in die Wasser. Und das sol abscheiden, dem einen Wasser, und das andere Wasser.

7. Da machte GOtt den Spreitlung, und scheidet zwischen den Wasser, die unter dem Spreitlung waren, und zwischen den Wasser, die oben über dem Spreitlung waren. Und es war also.

8. Und GOtt heist den Spreitlung Himmel. So war aus Abend und Morgen der andere Tag.

9. Und GOtt sprach: es sollen sich die Wasser versammlen von unter dem Himmel, auf ein sonderlich Ort, daß sol werden gesehen die trucknis: und es war also.

10. Und GOTT heist die Trucknis Erd. Und zu der Versammlung der Wasser heist er, Meer. Und GOtt sah, daß es gut war.

11. Und GOtt sprach: es sol wachsen aus der Erd Graß und Kraut, alles saamhaftig wird von zu säen, und fruchtbahre Bäumen, die Früchten tragen zu seiner Art, und sein eigen Saamen wird in ihm zu säen auf der Erd. Und es geschach also.

12. Und die Erd ließ aufwachsen Graß und Kraut, das Saamen in sich trägt, etliches nach seiner Arth: und Bäumen, die Frucht trugen, alles das ihren eigen Saa-

und es war Abend, und es war Morgen, ein Tag.

6. Und GOTT sprach: es sol eine Spreitung seyn zwischen den Wassern, und sol ein Unterscheid machen zwischen dem (untersten) Wassern und dem (öbersten) Wassern.

7. Und GOtt machet die Ausspreitung, und er machet Unterscheiden zwischen dem Wassern, die da waren von unten zu der Ausspreitung, und zwischen den Wassern, die da waren von oben zu der Ausspreitung, und es war also.

8. Und GOtt der hieß zu der Ausspreitung Himmel; und es war Abend, und es war Morgen, der andere Tag.

9. Und GOtt sprach: die Wasser sollen sich einsammlen, von unter dem Himmel zu einem Ort, und die Trucknis sol werden gesehen; und es war also.

10. Und GOtt hieß zu der Trucknis Erd, und zu der Einsammlung von den Wassern hat er geheissen Meer: und GOtt sah, daß es gut war.

11. Und GOTT sprach: die Erd sol lassen Graß wachsen, Kraut (das) da machet seinen Saamen, ein fruchtbahren Baum, der da läst wachsen Frucht zu seiner Art, daß sein Saame, in ihm ist auf Erden: und es war also.

12. Und die Erd ziehet aus Graß, Kraut, (das) da machet ziehen Saamen zu seiner Art, und Baum, der da fruchtbar, (war) daß sein Saamen in ihm war

Saamen zu ihr Art bey sich selber hatten. Und GOtt sah, daß es gut war.

13. Da war aus Abend und Morgen den dritten Tag.

14. Und GOtt sprach: es sollen seyn Lichter an den Spreitlung des Himmels zu scheiden Tag und Nacht, und sollen seyn zu Zeichen und zu Zeiten, zu Tag und zu Jahren.

15. Und sollen seyn Lichter an dem Spreitlung des Himmels, daß sie scheinen sollen auf die Erd. Und es geschach also.

16. Und GOTT macht zwey grosse Lichter, ein groß Licht, das den Tag regirt, und ein klein Licht, das die Nacht regirt, dazu auch Stern.

17. Und GOTT setzet sie an den Spreitlung des Himmels, daß sie scheinen auf die Erd.

18. Und den Tag und Nacht regier, und scheiden Licht und Finsterniß: und GOtt sach, daß es gut war.

19. Da war aus Abend und Morgen der vierdte Tag.

20. Und GOtt sprach: sie sollen widmenen die Wasser mit widmene und lebendige Thieren: und Gevögel sol fliegen auf Erden, unter dem Spreitlung des Himmels.

21. Und GOTT beschaft die grosse Vest und allerley Thier, das da lebt, und vom Wasser widmund, ein etliches nach seiner Art: und allerley Geseder, Gevö-

war, zu seiner Art, und GOtt sah, daß es gut war.

13. Und es war Abend und es war Morgen: der dritte Tag.

14. Und GOtt sprach: es sollen Lichter seyn an der Ausspreitung von dem Himmel, zu unterscheiden zwischen dem Tag und zwischen der Nacht: und sie sollen seyn zu Zeichen, und zu Zeiten (Rechnung) und zu Tage und zu Jahre.

15. Und sie sollen seyn zu Lichter in der Ausspreitung von dem Himmel, zu leuchten auf der Erden: und es war also.

16. Und GOtt machet die zwey grosse Lichter, das grosse Licht zu gewältigen bey Tag, und das kleine Licht, zu gewältigen bey Nacht, und die Stern.

17. Und GOtt stellt sie in die Ausspreitung von dem Himmel: daß (sie) sollen leuchten auf die Erd.

18. Und zu gewältigen bey Tag und bey Nacht, und zu unterscheiden zwischen dem Licht und zwischen der Finsterniß: und GOtt sach, daß es gut war.

19. Und es war Abend, und es war Morgen: der vierde Tag.

20. Und GOtt sprach: die Wasser sollen widmenen, Widmenung lebendige Seelen, und das Gevögel soll schweben über der Erd vor der Ausspreitung von dem Himmel.

21. Und GOtt beschaft die grosse Walfische, und all die lebendige Seelen, die da widmen, daß die Wasser davon gewidmet (werden) zu ihrer Art, und

Gevögel, ein etliches nach seiner Art. Und GOtt sah, daß es gut war.

22. Und GOtt seegnet sie und sprach: seyd fruchtbahr, und mehret euch, und erfüllet das Wasser im Meer, und das Gevögel sol sich mehren auf der Erden.

23. Da war aus Abend und Morgen der fünfte Tag.

24. Und GOtt sprach: die Erd sol hervor bringen lebendige Thier ein etliches nach seiner Art: und es geschach also.

25. Und GOtt macht die Thier auf Erden nach seiner Art: und GOtt sach, daß es gut war.

26. Und GOTT sprach: last uns Menschen machen, ein Form, der uns gleich sey: die da herrschen über die Fisch im Meer, und über die Vögel unter dem Himmel: und über die gantze Erd, und über alle das Gewurm, das auf der Erden kraucht.

27. Und GOtt beschaffet den Menschen in seines gleichen: in den Form GOttes hat er ihn beschaffen: ein Mannes und Weibs person hat er sie beschaffen.

28. Und GOtt seegnet sie, und sprach zu ihnen: seyd fruchtbahr und mehret euch, und füllet die Erd, macht sie euch unterthan: und herrschet über die Fisch im

und GOTT sah, daß es gut war.

22. Und GOtt benschet sie zu sagen, seyd fruchtbahr, und vermehret (euch) und seyd derfüllen die Wasser in dem Meer, und der Vogel sol sich mehren auf der Erden.

23. Und es war Abend, und es war Morgen, der fünfte Tag.

24. Und GOtt sprach: die Erd sol ausziehen lebendige Seelen zu ihrer Art, Vieh und Widmenung, und wilde Thier von der Erd, zu ihrer Art: und es war also.

25. Und GOtt machet die wilde Thier von der Erd zu ihrer Art, und das Vieh, zu ihrer Art, und allerley Widmenung von der Erd, zu ihrer Art.: und GOTT sach, daß es gut war.

26. Und GOtt sprach zu dem Malachim: wir wollen beschaffen einen Menschen in unserm Form, als wie unser Gleichniß: und sie sollen gewältigen an den Fischen von dem Meer: und an dem Gevögel von dem Himmel, und an dem Vieh, und über dem gantzen Erdboden: und an allerley Widmenung, das da widment auf der Erden.

27. Und GOtt hat den Menschen beschaffen in seinem Form, in GOttes Form hat er ihn beschaffen, Manns person und Weibs person hat er sie beschaffen.

28. Und GOtt hat sie gebenschet, und GOtt sprach zu ihnen: seid fruchtbahr und vermehret auch, und derfüllet die Erd, und bezwinget sie: und seid gewältigen

Meer, und über die Vögel des Himmels, und über alles das Thier, das auf der Erden kreucht.

29. Und GOtt sprach: seht da! ich hab euch geben allerley Kraut, das in sich selber Saamen ziehet, auf der gantze Erd: und allerley fruchtbahre Bäumen, die auch selber Saamen ziehen, auch zu eurer Speiß.

30. Und zu allerley Thier auf Erden, und zu allerley Vögel des Himmels, und zu allem Gewurm, alles das Leben hat auf der Erd: daß sie allerley grün Kraut essen, und es geschach also.

31. Und GOtt sah an alles, was er gemacht hat, und es war sehr gut. Da war aus Abend und Morgen der sechste Tag.

tigen an den Fischen von dem Meer, und an Gevögeln von dem Himmel, und an all dem Thier, die da widmenen auf der Erden.

29. Und GOtt sprach: nun ich hab zu euch gegeben, all das Kraut, das da Saamen säet, das da is auf den gantzen Erdboden, und all die Bäum, die da säen Saamen, daß Baum Frucht in ihm is, sol zu euch seyn zu essen.

30. Aber zu all dem Thier von der Erden, und zu all dem, das da kriecht auf der Erden, da eine lebendige Seele in is, (hab ich gegeben) all das grüne Kraut zu essen, und es war also.

31. Und GOtt sach all das was er gemacht hatte, und nun es war sehr gut. Und es war Abend, und es war Morgen: der sechste Tag.

Hæc speciminis loco sufficiant. Monendum vero hic præterea puto, quod illa R. *Josephi Witzenhusii* id præ altera illa præcipuum habeat, quod nonnunquam voces pauculas, parenthesi inclusas, contextui interpretationis adspergat, quæ ad mentem Scriptoris Sacri illustrandam pertinent. Similiter in Bibliis Pentaplis ipsa hæc Josephi interpreatio literis Germanicis nostratibus ita expressa est, ut voces quædam vel phrases Rabbinicæ & Judæo-Germanicæ obscuriores aliis magis perspicuis per parenthesin explicentur. Sic in capite Geneseos I. vox Hebræa *nevuah* (נבואה) per: aushauchung: hieß per rief: trucknis per das truckene: widmenen per wimmeln: Widmenung per Wimmelung: ausziehen per herfürbringen &c. explicantur. In præfatione ad Biblia illa Pentapla Wandesbecci 1711. expressa, operarum, credo, vitio factum est, ut prior hujus versionis editio in annum 1670. pro 1679. posterior autem in annum 1686. pro 1687. referatur.

De utraque hac interpretatione Judæo-Germanica digna est, quæ inspiciatur Vener. *Jo. Gottlob Carpzovii* Critica Sacra Parte II. cap. VIII. pag. 749. sqq. ubi speciatim ex glossis, in Christianam religionem injuriis, quas copiosiores præstantioribus Vet. Test. oraculis *Jekuthiel* subnectere

ctete impudenter conſuevit, ſpecimina aliquot habentur, Germanicis literis noſtratibus expreſſa.

Pentateuchum cum 5 *Megilloth* & *Haphtaroth* & commentario Raſchii ex verſione Judæo-Germanica literis Judæo Germanicis expreſſa, Cremonæ 1542. fol. prodiiſſe ſupra Parte II. pag. 455. retuli. At iſta editio unius Catalogi librorum impreſſorum Bibliothecæ Bodlejanæ fide hactenus nititur. Hujus enim Parte II. p. 44. *Pentateuchus & 5. Megilloth & Haphtaroth cum comment. Jarchii Germanice, ſed omnia literis Hebraicis. Baſil.* 1603. & 1583. & *Cremonæ* 1542. afferuntur. Ad hanc Bibliothecam provocat Cl. *Le Longius*, qui proinde librum ipſum nunquam conſpexit. Commode vero is ex Bibliotheca Vngeriana ad me emtionis jure pervenit, quem nunc data opera hoc magis recenſendum mihi ſumam, quod ea neminem hactenus perfunctum eſſe video. Exemplum meum deſtituitur folio, quod inſcriptionem libri exhibere debebat. Sequitur hinc præfatio editoris, dialecto Judæo-Germanica concepta, cujus initium fit ab apophthegmate Hillelis Senioris, Hebraicis literis ſequentem in modum concepto: הלל הזקן אומר בשעת המכניסים פזר. בשעת המפזרים כנס אם ראית דור שהתורה חביבה עליו פזר שנאמ׳ יש מפזר ונוסף עוד. ואם ראית דור שאין התורה חביבה עליו כנס שנאמר עת לעשות ליי הפרו תורתך: Poſt ſubjectam hujus dicti, quod ad legis ſtudium cohortatur, expoſitionem Germanicam editor inſtituti ſui rationem pluribus exponit, quorum ſententiam Latinis verbis exprimam. Queritur ſcilicet de neglecto legis ſtudio, quod inter ſuos, inprimis in iſtis (Italiæ) regionibus obſervarit, quandoquidem feminæ & virgines peſſimum virorum in hac parte exemplum ſequantur, pauci autem patres familias, ſtudio legis ducti, mediis priſtinam ignorantiam à ſe amoliendi deſtituantur. Itaque conſultum ſibi viſum eſſe, Pentateuchum in vernaculam linguam ſumma fide convertere, ita quidem, ut quæ in Pentateuchis *ante ſe* eodem modo editis, deſiderentur, induſtria ſua ſuppleantur. In iis enim nunc voces quaſdam, nunc lineas, nunc commata integra fruſtra quæri, interdum autem voces ipſas prave converſas, & ſenſum perperam redditum eſſe. Cumque ex nuda contextus lectione de ſenſu conſtare cuique non poſſit, addidiſſe ſe commentarium à latere, atque eadem ratione tum quinque Megilloth, tum Haphtharoth nonnullas Germanice convertiſſe. In fine præfationis hæc legis: Alſo ſagt der Diener von alle züchtige und fromme Weiber, Jehuda bar Moſche Naphthali, der da iſt geheiſſen ליב ברעש (Lef Bres) und iſt auſſen

auſſen gedruckt worden heut im *Erebh Peſach* (Oſter=Abend) im Jahr, das man zehlt dreyhundert und zwanzig, in die kleine Zahl, und das die Sidra gehet בזאת יבא אל הקדש und gedruckt zu Cremona die Mittelſtadt unter Gewalt unſern Edlen und Hochgebohrnen König Philippo, Sohn von dem Kayſer Carolo. i. e. *Hæc ait ſervus omnium honeſtarum & piarum fœminarum* Jehuda fil. Moſche Naphthali, *qui alias vocatur* Lef Bres, *liberque hic ad finem perductus eſt hoc die, veſpera Paſchali anni* 320. *æræ minoris* (i. e. C. 1560.) *qua legi ſolet Paraſcha:* בזאת יבא אל הקדש (ex Levit. XVI. 3. ſq.) *& impreſſus* Cremonæ, *quæ eſt metropolis ſubjecta imperio Nobiliſſimi & Celſiſſimi Regis Philippi, filii Caroli Imperatoris.*

Ex his apparet, auctorem & editorem *Pentateuchi* hujus Judæo-Germanici eſſe *Jehudam filium Moſche Naphthali*, qui alias dictus ſit *Lef*, vel *Löw* (ſic enim appellare Judæi ſolent eos, qui *Jehudæ* nomen habent) *Brehs* i. e. ut ſuſpicor, *Briſcenſis* ex Lithuania. Provocat is ad Pentateuchos ante ſe ſimiliter editos, eosque à ſe hic emendatos & ſuppletos eſſe profitetur. Quos autem hic ſpeciatim innuat, non dixero. Exſtitiſſe autem ejusmodi verſiones inter Judæos ante noſtram, ex iis manifeſtum eſt, quæ de interpretationibus Judæo-Germanicis ex B. *Luthero* & *Matheſio*, Parte II. pag. 455. commemoravi. Interim hoc certum eſt, noſtrum ſpeciatim ſecutum eſſe verſionem vernaculam Judaicam, quæ Conſtantiæ anno 304. lucem vidit. De ea vide, quæ mox ſcribentur. Annus editionis clariſſime exprimitur per 320., idemque confirmatur in calce voluminis verbis his Hebraicis: ובכן נשלם זאת מלאכת הקדש היום ערב פסח לניסן החדש : שנת ש״כ לפ״ק פה קרימונה לפרשת בזאת יבא אל הקדש : בשמי ומהוני צעיר התלמידים תולעת ולא איש יהודה בר משה נפתלי ז״ל הנקרא ליב ברעש עׂ וויצענצו קונטי ובביתו· i. e. *Atque ſic obſolutum eſt opus ſanctum, hodie veſpera Paſchali menſe Niſan: anno* 320. *æræ minoris, hic* Cremonæ, *quando legi ſolet Paraſcha:* בזאת יבא אל הקדש *auſpiciis & ſumtibus meis, parvi inter diſcipulos, qui vermis eſt, & non homo*, Jehudæ fil. Moſis Naphthali, *p. m. alias dicti* Lef Brehs, *per* Vincentium Conti, *& in hujus ædibus.* His verbis ſubſcripta ſunt nomina *Docii Alberii Vicarii Epiſcopalis, & Fr. Jo. Dominici Vicentini, Vicarii Sanctiſſ. Inquiſitionis*, tanquam qui poteſtatem imprimendi fecerint.

Pro anno 320. i. e. C. 1560. in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ, ut ante monuimus, deſignatur annus C. 1542. Is vero reſpondet anno æræ Judaicæ minoris 302. Atque hinc patet origo erroris, in anno exprimendo ab auctore Catalogi commiſſi. Legerat is in calce

literas שכ׳ i. e. 320. ſed prave legerat per שב׳ i. e. 302. cumque linguæ Germanicæ ignarus eſſet, non poterat emendare Spalma lectionis ex calce præfationis Judaico-Germanicæ, in qua annus 320. non notis numerorum, ſed vocibus Germanicis drey Hundert und zwantzig diſertiſſime indicatur.

Cl. *Le Longius* pag. 407. Bibliothecæ Sacræ ed. poſter. auctorem hujus interpretationis *Eliam Levitam*, illuſtrem inter Judæos Grammaticum, eſſe ſuſpicatur, his uſus verbis: *Hic Pentateuchus, qui in Bibliotheca Bodlejana ſervatur, forte eſt ex verſione Eliæ Levitæ; inveterata enim apud Judæos Germanicos opinio invaluit, verſionem Germanicam Pentateuchi ſequentis, Conſtantiæ editum, auctorem agnoſcere Eliam Levitam, quo præjudicio ſine dubio Sabbathæus deceptus eſt; ſed Eliæ Levitæ potius tribuenda eſt verſio Cremonæ excuſa, ſiquidem hoc ipſo anno* 1542. *jam in Italiam reverſus fuerat.* Enimvero conjectura hæc viri docti de *Elia Levita* omnino deſerenda eſt. Nullam ejus mentionem facit præfatio R. *Jehudæ b. Moſche Naphthali*, qui ipſe ſibi potius operam hanc vindicat. Itaque, ſi Judæorum opinioni de interpretatione Germanica, ab *Elia Levita* confecta, aliquid tribuendum fuerit, aliam exſtitiſſe neceſſe eſt, præcipue, cum *Eliam* anno 1560. quo noſtra hæc primum lucem vidit, fatis functum fuiſſe, ex iis manifeſtum ſit, quæ Parte I. hujus Bibliothecæ de *Elia* ejusque anno emortuali diximus. Mihi quidem omnis iſta Judæorum traditio nulla eſſe videtur, cujus ſententiæ rationem mox exponam, ubi de Pentateucho Germanico Conſtantienſi dicetur.

His ita diſputatis, ſupereſt, ut de Pentateuchi *Cremonenſis* rationibus diſpiciamus. Interpretatio Germanica, literis majusculis expreſſa, oppoſitam à latere habet expoſitionem tum vocum, tum ſenſus, literis minusculis deſcriptam. Atque illa fere tota ex *Raſchio* petita eſt, cujus ipſa interdum verba plerumque autem ſententiam & ſenſum exhibet, & nunc brevior eſt, nunc diffuſior, prout argumentorum, de quibus agitur, conditio poſtulat. Singulis *Paraſchis* ſtatim ſubjiciuntur *Haphtharæ*, ſeu Lectiones Propheticæ, ipſis ex uſu Judæorum reſpondentes, ſed ſine addita expoſitione laterali. Hoc modo procedit volumen usque ad fol. 140. Hinc ſequuntur Haphtharæ diebus feſtis & ſolemnibus receptæ ſeorſim usque ad fol. 147. b. Eas excipiunt quinque Megilloth cum brevibus in margine notis, usque ad fol. 156. Finem faciunt folia duo, quibus & ברכות ſeu *formulæ benedicendi* ſuper Legem, & index ſingularum Paraſcharum, ubi incipiant & deſinant, continentur.

Eadem

Eadem hæc verſio recuſa eſt eodem, quem dixi, modo *Baſileæ* anno, qui in calce libri exprimitur, גשם 343. C. 1583. fol. apud Thomam Guarinum, foliis 160. ſub hoc titulo: חמשה חומשי תורה עם קצת פירוש רש״י ועם הפטרות אחר כל סדרא וסדרא וגם ההפטרות מהמועדים וחמש מגלות וברכות התורה: i. e. *Pentateuchus cum parte commentarii Raſchii, & cum Haphtharoth poſt ſingulas Paraſchas, ac præterea cum iis Haphtharoth, quæ feſtis diebus ſunt receptæ. Accedunt quinque Megilloth & benedictiones ſuper Legem.*

Eadem hic R. *Jehudæ ben Moſche* præfatio, ſi pauca exceperis, occurrit, idemque carmen rhythmicum, quod alteram folii primi paginam occupat. Poſt illud vero recens editor monet, in repetita hac editione ſublata eſſe menda nonnulla, quæ editionem primam tum alias, tum ſpeciatim in Haphtharis nonnullis deturparint. Et ſane nonnulla commata in editione *Cremonenſi* omiſſa penitus eſſe, quæ *Baſileenſis* ſupplevit, ex capite I. Geneſeos, quod infra ex utraque editione Germanice exhibebimus, patebit. In calce Voluminis occurrit nomen Iſraëlis הזיפרוני (*Siphronei*) typothetæ inter Judæos Baſileenſis, cujus cura complures libri Hebraici exſcripti proſtant.

Eadem verſio tertium recuſa eſt *Baſileæ* anno 1603. ſi credimus Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ loc. cit. Ipſe quidem hactenus iſtam editionem fruſtra requiſivi. Cl. *Le Longius* in Biblioth. Sacra editionis prioris addit aliam *Auguſtanam*, ſed ſine anno. Hanc autem in repetita ejusdem operis editione in folii forma pag. 407. omittit, & viciſſim pag. 408. Pentateuchum Germanicum Conſtantiæ anno 1544. editum *Pragæ* 1583. & 1603. itemque *Auguſtæ Vindelicorum* tradit eſſe recuſum. Ibi equidem non dubito, pro *Praga* legi debere *Baſileam*, atque iſta omnia non de *Conſtantienſi*, ſed *Cremonenſi* Pentateucho accipienda eſſe. Jam denique ſpecimen interpretationis hujus lectoris oculis ſubjiciendum eſſet, niſi conſultius videretur, id una cum ſpecimine Pentateuchi Conſtantienſis exhibere. Exſtat enim

Pentateuchus cum quinque *Megilloth & Haphtaroth* perſpicue & cum magna cura ex Hebraico Germanico translatus & impreſſus *Conſtantiæ* Svevorum anno 304. C. 1544. 4. Titulus Hebraicus ſic habet: חמשה חומשי תורה עם חמש מגלות וההפטרות מפרשים באר היטב ברוב העיון מלשון עברי ללשון אשכנזי ונדפס פה קונשטאנציא הבירה שנת רש ליצירה: Præmittitur præfatio Judæo-Germanica, cujus hæc eſt ſumma. Diminui indies in animis hominum ſcientiam (Legis) &

& ſapientiam ſecundum veterum Hebræorum apophthegma: לבות הראשונים היו כפתו של אולם· ולבות האחרונים כמחט של סדקית i. e. *Corda majorum fuerunt inſtar portæ templi; corda autem recentiorum ſunt inſtar foraminis acus.* Synagogas præterea adeo paucas eſſe per frequentia exilia, ut ubi olim decem inventæ ſunt, nunc vix una conſpiciatur, ex quo fiat, ut patres familias non inveniant, qui liberos ſuos inſtruant. Propterea conſultum ſibi viſum eſſe, Pentateuchum cum 5 voluminibus & Haphtaris Germanice edere, quemadmodum eruditi quidam Judæi & doctores jam olim converterint. Hoc itaque conſilio ſe diverſas ejusmodi interpretationes (העתקות) earumque exemplaria (נוסחאות) adhibuiſſe, atque ex ſingulis inter ſe comparatis ſelegiſſe ea, quæ ad ſenſum contextus Biblici fideliſſime exprimendum pertinerent. Hoc enim modo fieri poſſe, ut vel paterfamilias liberos ſuos, vel rudiſſimus quisque imperitum vulgus ad lectionem Pentateuchi cum fructu inſtituendam perducere poſſit, inprimis cum interpretatio hæc verbum verbo exprimat. Cum vero interdum diverſæ exſtent ejusdem vocis vel phraſeos expoſitiones, earum in margine factam eſſe mentionem. In his autem ſe inprimis ſecutos eſſe *Raſchium*, tum vero *Kimchium*, & *Aben Eſram*, quorum nomina in margine ſemper appellantur. Denique auctor, interjectis aliis nonnullis, adhortatur feminas Judaicas, infantes, & rude vulgus, ut translatione hac tum domi, tum in Synagogis, ubi Pentateuchus Hebraice prælegi ſoleat, ita utantur, ut lecta probe intelligant. Promittit etiam reliquorum Sacri Codicis librorum interpretationem Germanicam ſimilem, ſi intellexerit, operam hanc ſuam non diſplicuiſſe.

Annectitur continua ſerie ſuccincta inſtitutio Grammatica de literis, nominibus & verbis Hebraicis, ut ſcire tirones poſſint, quæ literæ ſint radicales, quæ ſerviles, quæ item nomina, quæ verba &c. Poſtea conſpicitur interpretatio ipſa Pentateuchi cum ſcholiis marginalibus. Ea complet alphabeta duo & quatuor philyras. Succedunt quinque Megilloth, continua ſerie, per philyras ſeptem. Agmen claudunt Haphtaræ, Sabbatis ſingulis & diebus feſtis uſitatæ, plagulis 18.

Cuinam hæc interpretatio debeatur, non una eſt ſententia. Præfatio fruſtra hic conſulitur, cujus auctor in plurium numero loqui ſolet, ut hinc non inepte colligas, plures operam contuliſſe. Ex Judæis R. *Schabtæus* in *Siphte Jeſchenim* pag. 86. num. 61. *Eliæ Levitæ* eam fert acceptam. Id vero non alia de cauſa puto factum, quam quod in calce

ce libri ex *Eliæ* hujus *Tisbi* ſeu Dictionario Chaldaico ille affertur locus, qui Haphthararum originem & rationes exponit : כה אמר אליהו הלוי אשכנזי המדקדק בספר של תשבי והנה אכתוב מה היא סבת ההפטרה : i. e. *Ita ait Elias Levita, Germanus, Grammaticus, in libro ſuo Tisbi :* Et ecce explicabo, quæ ſit origo & ratio Haphtararum. Ex eo vero temere conjecturam feceris, Eliam totius operæ eſſe auctorem, cum *Fagius* & *Munſterus* ſæpe in commentationibus ſuis teſtimoniis Grammatici hujus utantur, ac præterea ille Eliæ locus tantum ad complendam ultimam, quæ alioquin vacua futura erat, paginam adductus videatur.

Alii itaque *Michaeli Adamo*, Ex-Judæo, & civi Tigurino, tribuunt, quos ſupra Parte II. pag. 454. appellavimus. Illis hic addemus conſentiens *Conradi Geſneri*, ex Pandectis an. 1548. editis, teſtimonium, lib. I. pag. 92. *Pentateuchus & quinque parvi libri Canonici* (i. e. Megilloth) *lingua Germanica, characteribus autem Hebraicis, Michaele Adamo, Judæo converſo, interprete, nuper excuſus eſt. Idem reliqua etiam Biblia transponere pergit, & magna ex parte jam tranſtulit: omnia plane ad verbum pro Judæis (qui niſi ad verbum utcunque ridicule translata non admitterent) & illis, qui primum huic linguæ initiantur, ut facile conferre poſſint.* Atque hujus fide ſecure ſtamus, cum, judice B. *Vngero* apud *Le Longium* loc. cit. hæc *Geſnerum* ignorare non permiſerit eadem in urbe Tigurina cum *Michaele Adamo* commoratio, qui propterea nomen ſuuam reticuiſſe videtur, ne Judæi verſionem ſuam faſtidirent.

Huic vero *Paulum Fagium* opem tuliſſe non præter rem arbitror. Illi certe præfationem acceptam fert *Jac. Friſius* pag. 604. Bibliothecæ Geſnerianæ anno 1583. curatæ. Atque id quidem de illa præfationis parte puto accipiendum, quæ, ut paulo ante monuimus, brevem inſtitutionem Grammaticam de literis, nominibus & verbis Hebraicis complectitur. Illa enim totidem verbis exſtat in calce *Primorum IV. Capitum Geneſeos hebraice cum verſione Germanica è regione*, à *Paulo Fagio* Conſtantiæ editorum. Hæc autem anno 1543. adeoque ante interpretationem hanc Pentateuchi Germanicam lucem viderunt. Itaque hanc ſuam laciniam *Fagius* præfationi Interpretis aſſuiſſe merito videtur, niſi potius eam totam Fagio tribuendam cenſeas, cum tota dictio purior ſit, quam ut ab Ex-Judæo proficiſci potuerit. Præterea ipſa illa interpretatio IV. capitum Germanica ex aſſe conſentit, cum illa, quæ in Pentateucho Conſtantienſi exſtat; eadem utrinque ſunt ſcholia marginalia, iidem typi. Imo Fagius in præmiſſa præfatiuncula, quam ſupra, ubi de variis

riis Bibliorum Hebraicorum editionibus agitur, integram descripsimus, testatur, se editione hac quatuor capitum *viam sibi parare ad Germanica Hebraica Biblia, quæ non sine certa causa, ut ex ejus operis præfatione pateat, evulget.* Speciminis igitur loco prima illa capita Fagius præmisit Pentateucho integro, qui tum prelum exercebat. Ita igitur statuo, Michaelem Adamum, Ex-Judæum, potiores interpretis partes in hoc opere sustinuisse, Fagium vero tum recognovisse interpretationem, tum, ut in lucem prodire posset, curasse.

Restat nunc, ut Specimen hujus interpretationis lectori repræsentemus. Accipe itaque caput I. Geneseos ex utraque versione *Constantiensi* scilicet & *Cremonensi*, ut constet, auctorem posterioris illius vestigiis prioris frequenter institisse.

GENESOS CAP. I.

Ex versione Judæo-Germanica *Constantiæ* in Svevis an. 1544. edita.

Kimchi Im ersten.

Vers. 1. Eh (denn) er hat derschaffen GOtt die Himmel und die Erd.

die נבואה GOttes

2. Und die Erd was wust und leer, und Finsterniß auf Angesicht des Abgrundes und (Wind) GOttes schwebet auf Angesicht der Wasser.

Raschi: כסא הכבוד.

3. Und er sprach GOtt: es sol seyn Licht, und es war Licht.

4. Und er sah GOtt das Licht, daß es gut was, und er macht scheiden GOtt zwischen dem Licht, und zwischen der Finsterniß.

5. Und er rufet GOtt zum Licht Tag, und zu der Finsterniß hat er gerufet Nacht, und es war Abend, und es war Morgen, (Tag einer.)

d.i. der erste Tag.

באמצע.

6. Und er sprach GOTT: es sol seyn ein Ausspreitung in (zwischen) den Wassern, und sol machen scheiden zwischen Wassern zu Wassern.

7. Und

Ex versione Judæo-Germanica *Cremonæ* an. 1560. impressa.

Eh er beschuf GOTT den Himmel, und Erde.

2. Und die Erd was wust und leer, und was finster auf vor Abgrund, und Wind GOTT schwebet auf vor dem Wasser.

3. Und er sait GOtt, es sol seyn Licht; und es was Licht.

4. Und er sah GOtt, wenn das Licht was gut, und er scheidt GOtt zwischen Licht und zwischen der Finsterniß.

5. Und er rieft GOtt zu dem Licht, Tag, und zu der Finsterniß, er rieft Nacht. Und es was Abend, und es was Morgen: Tag ein.

6. Und er saiht GOtt: es sol seyn ein Spreitung inzwischen die Wasser, und es sol scheiden zwischen Wasser zu Wasser.

7. Und

7. Und er macht GOtt die Ausspreitung, und er macht Unterscheiden zwischen den Wassern, die von unten zur Ausspreitung, und zwischen den Wassern, die von oben zur Ausspreitung, und es war also.

8. Und er riest GOtt zu der Ausspreitung Himmel, und es war Abend, und es war Morgen, Tag der ander.

9. Und er sprach GOtt: sie sollen sich sammlen, die Wasser von unten dem Himmel zur statt einer, und sie sol werden gesehn die Trucknüß, und es war also.

10. Und er ruft GOtt zur Trucknüß Erd, und zu Sammlung der Wasser hat geruft Meer, und er sah GOtt, daß es gut was.

11. Und er sprach GOTT: sie sol grasen die Erd Graß und Kraut, das da macht säen Saamen, Baum der fruchtmachende Frucht zu (seinerley) daß sein Saamen in ihm auf die Erd, und es war also.

12. Und sie zoch aus die Erd Graß und Kraut, das macht säen Saamen, zu seinerley, und Baum machend Frucht, daß sein Saamen in ihm zu seinerley, und er sah GOtt, daß es gut was.

13. Und es ward Abend, und es ward Morgen: Tag der dritte.

14. Und er sprach GOtt: es sol seyn Lichter an der Ausspreitung der Himmeln, zu machen unterscheiden zwischen dem Tag, und zwischen der Nacht, und sie sol seyn zu Zeichen, und (zu Zeiten) und zu Tagen, und zu Jahre.

15. Und

7. Und er macht GOtt das Gespreit, und er scheidt zwischen Wasser das zu unten zu der Spreitung, und zwischen dem Wasser, von oben zu der Spreitung, und es was also.

8. Und riest GOTT zu der Spreitung, Himmel, und es was Abend und es was Morgen: Tag der ander.

9. Und er seiht GOtt, sie sollen sich sammlen die Wasser von untenzu zu statt ein, und es sol werden gesehn die Trucknüß: und es was also.

10. Und riest GOtt zu der Trucknüß Erde, und zu Sammlung der Wasser riest er Meer, und er sah GOtt, daß es was gut.

11. Und er seiht GOtt: sie sol grasen die Erd Graß, Kraut, macht säen Saamen Baum frucht macht Frucht (zu seinerley,) daß sein Saamen in ihm auf der Erden, und es was also. (nach seiner Art.)

12. Und sie zog aus die Erd Graß Kraut macht säen Saamen zu seinerley, und Bäum macht wachsen Frucht, daß sein Saamen in ihm zu seinerley, und er sach GOtt, daß es was gut.

13. Und es was Abend, und es was Morgen: Tag der dritt.

14. Und er saiht GOtt, es sol seyn Licht an Spreitung des Himmels, zu scheiden zwischen den Tag und zwischen der Nacht, und sie solln seyn zu Zeichen, und zu Zeit und zu Tag, und zu Jahr. (zu Festtagen.)

15. Und

15. Und sie sollen seyn, zu Lichter, an der Ausspreitung der Himmeln, zu thun leuchten auf die Erd, und es war also.

16. Und er macht GOtt zwey die Lichter die grossen, das Licht das groß zu gewaltigung des Tags, und das Licht das klein zu gewaltigung der Nacht, und die Sternen.

(er thät oder: er sezt.) 17. Und (er gab) sie GOtt an die Ausspreitung der Himmeln zu thun leuchten auf die Erd.

18. Und zu gewaltigen am Tag und an der Nacht, und zu machen unterscheiden zwischen dem Licht und zwischen der Finsterniß, und er sach GOtt, daß es gut was.

19. Und es war Abend, und es war Morgen: Tag der vierdt.

20. Und er sprach GOtt: sie sollen widmen die Wasser Widmung leisa labendig, und Vogel werd fliegen auf der Erden, auf Angesicht Ausspreitung der Himmeln.

21. Und er beschuf GOtt die Drachen die grossen und allen leisa (לייבא) lebendig der da widmet, daß sie haben gewidmet die Wasser zu iderley, und all (geflügelt) Gevögel das (Fettig hat) zu seinerley, und er sach GOtt, daß es gut was.

(er segnet.) 22. Und er (benscht) sie zu sagen: fruchtigt und mehret euch, und füllet die Wasser in dem Meer, und der Vogel sol sich mehren auf der Erden.

23. Und es war Abend, und es war Morgen: Tag der fünft.

24. Und

15. Und sie sollen seyn zu leuchten an Spreitung des Himmel, zu leuchten auf der Erden, und es was also.

16. Und er macht GOTT zwey die Licht die grossen, das Licht das groß zu gewaltigen den Tag, und das Licht das klein zu gewaltigen die Nacht, und die Sternen.

17. Und er gab sie GOTT an Spreitung des Himmel, zu leuchten auf die Erd.

18. Und zu gewaltigen bey Tag und bey Nacht, und zu scheiden zwischen dem Licht und dem Finsterniß: und er sach GOtt, wenn es was gut.

19. Und es was Abend und es was Morgen: Tag der vierdte.

20. Und er seiht GOtt: sie sollen widmen die Wasser Widmung leif leben, und der Vogel sol fliehen auf der Erden, auf vor Spreitung des Himmel.

21. Und er beschuf GOtt die Fisch die grossen und all leif das Leben das da widmet, daß sie sollen widmen die Wasser zu ihrerley, und all Vogel fettig zu ihrerley; und er sach GOtt, wenn es was gut.

22. Und er benscht GOtt sie zu sagen: fruchtigt und mehrt euch, füllet die Wasser im Meer, und der Vogel sol mehren auf der Erden.

23. Und es was Abend, und es was Morgen, Tag der fünft.

24. Und

24. Und er sprach GOTT: sie sol ausziehn die Erd leibe lebendig zu ihrerley, Vieh, und Widmung und Thier der Erden zu ihrerley, und es war also.

25. Und er macht GOtt die Thier der Erden zu ihrerley, und das Vieh zu ihrerley, und alle Widmung der Erden zu seinerley, und er sach GOtt, daß es gut war.

26. Und er sprach GOtt: wir wollen machen Menschen in unser Form, nach unserm Gleichniß, und sie sollen gewaltigen an Fischen des Meers, u[illegible] Vogel der Himmeln, und am V[illegible] und an allem Erdreich, und an allem Widmung, das da widmet auf Erden.

27. Und er beschuf GOtt den Menschen in seiner Form, in der Form GOttes er hat derschaffen, ein Männlein und Weiblein er hat derschaffen sie.

28. Und er benscht sie, und er sprach zu ihnen GOtt: fruchtiget und mehrt euch, und füllt die Erd, und bezwingt sie, und gewaltiget am Fisch des Meers, und am Vogel der Himmeln, und an allem Thier, das da widmet auf der Erden.

29. Und er sprach GOtt: (Nun) ich hab geben zu euch alles Kraut, das da saamet Saamen, das auf Angesicht des gantzen Erdreichs allen Baum das in ihm Frucht das Baum saamend Saamen: zu euch es sol seyn zur Speise.

30. Und zu allem Thier der Erden, und zu allem Vogel der Himmeln, und zu allem, das da widmet auf der Erden,

24. Und er saiht GOtt: sie sol ausziehn die Erd leib das Thier zu ihrerley, Vieh und Widmung und seine Thier Erde zu seinerley, und es was also.

25. Und er macht GOTT Thier der Erden zu seinerley, und das Vieh, zu ihrerley, und all Widmung der Erden zu seinerley, und er sach GOTT, es was gut.

26. Und er saiht GOtt: wir wollen machen ein Menschen in unserm Form, as unser Gleichniß, und er sol gewaltigen am Fisch das Meer, und an Vögel des Himmels, und an all Thier, das da widmet auf der Erden.

27. Und er beschuf GOtt den Menschen in seinem Form, in Form GOtt er beschuf, in Mensch Nahmen und in Weibs Nahmen er beschuf sie.

28. Und er benscht sie, und er sagt zu ihn GOtt: fruchtigt und mehrt euch, füllet die Erd, und bezwingt sie, und gewaltiget an Fisch das Meer, und an Vogel des Himmels, und an all Thier, das da widmet auf der Erden.

29. Und er saith GOtt: Nun ich hab geben zu euch all Kraut samung Saamen, das auf vor der Erden, und all Baum, das an ihm ist fruchtbaum, macht säen Saamen: zu euch es sol seyn zu essen. (siehe, oder: nim wahr.

30. Und zu all Thier der Erden, und zu all Vögel des Himmels, und zu all Widmung auf der Erden, daß an ihm

Erden, das in ihm leibe lebendig, al-les grün Kraut, zur Speise, und es war also.

31. Und er sagt GOtt alles das er hat (gemacht,) und nun, es war gut sehr: und es ward Abend, und es ward Morgen: Tag der sechst.

(derschaf-fen.)

leib das Leben, all grün Kraut zu essen, und es was also.

31. Und er sach GOtt alles das er hat gemacht, und es was gut sehr. Und es was Abend, und es was Morgen: Tag der sechst.

In his speciminibus notari velim, primum, quod scholia marginalia pertineant ad versionem *Constantiensem*, illasque ejus voces, quæ parenthesi sunt inclusæ. Illa enim in marginibus editionis *Constantiensis* tantum leguntur. Deinde non omittendum est, quod in editione *Basileensi* anni 1583. quam ad *Cremonensem* expressam esse monui, versus 28. capitis I. conversus exstat, qui in Cremon… desideratur, quemadmodum & in eadem *Basileensi* voces nonnullas p…im rectius, quam in *Cremonensi*, expressas esse perspexi. De his itaque recte monuit editor Basileensis. Ipsæ interpretationes, *Constantiensis* & *Cremonensis*, ut ad se invicem proxime accedunt; ita prior illa Hebraico textui pressius insistit. Vtraque autem non pauca habet argumenta, ex quibus recte colligas, B. *Lutheri* nostri versionem ab auctore consultam fuisse. Atque id puto *Paulo Fagio* deberi. Vtraque etiam Hebraismos solicite sectatur, & voces Hebraici textus, in usum scilicet Judæorum, quod ad ipsum ordinem superstitiosius reddit, quam in recentioribus illis, *Jekuthielis* scilicet, & *Josephi Vitmundensis*, quas *Vri Pheibes* & *Joseph Athias* in lucem protulerunt, factum videas.

In superioribus monui, IV. capita Geneseos, à *Paulo Fagio* edita, eandem sistere interpretationem, quæ in Pentateucho Constantiensi exstat. Hoc vero ita intelligendum est, ut paucæ quædam varietates excipiantur. Sic v. 31. Capitis I. IV. Capitibus *Fagii* ita redditur: Und er sach GOtt alles, das er hat gemacht, und nun es war sehr gut: pro quo in Pentateucho Constantiensi exstat: es war sehr gut, mutato scilicet ex linguæ Germanicæ genio verborum ultimorum ordine. Vicissim à Fagio omittitur scholium marginale Pentateuchi ad verbum: gemacht, quod ibi exprimitur aliter per derschaffen &c.

Pentateuchus Germanicus cum commentario literali & allegorico ex variis Medraschim & interpretationibus confecto per R. *Isaac fil. Schimschon*, de quo lege Parte I. suo loco, ubi minus recte *Pentateuchus Hebraicus* appellatur. Prodiit *Pragæ* 368. C. 1608. fol. Conf. ש pag. 86. n. 63.

Pentateuchus, 5. Megilloth & Haphtharoth Germanice, cum commentario ab utroque latere, cujus alterum *Raschii*, alterum aliorum expositiones refert. Pragæ 370. C. 1610. fol. Vide ש״ו l. c. n. 62.

Pentateuchus Germanicus, sine commentario. *Venet.* apud Bragadin. 1619. fol.

Pentateuchus Hebraicus & Germanicus, Leopoldo I. Romanorum Imperatore regnante, *Pragæ*, sine anno, in fol.

Libri Historici Vet. Test. &c. Germanice *Pragæ* 1674. & *Dyrenfurti* 1704. in 4. De his dixi Parte I. num. 617. & supra in his Accessionibus ad locum illum, inprimis autem Parte II. pag. 456. His addi velim, quod Interpres R. *Chajim ben Nathan* plerumque non tam verba contextus sacri, quam sententiam, referat, ipsique interpretationi suæ frequenter immisceat expositiones & meditationes ex scriptis majorum petitas. In versione Danielis omissa sunt vaticinia, illis tantum, quæ ad historiam rerum gestarum pertinent, suppeditatis. Editio *Dyrenfurtensis* absolvitur plagulis 21.

Huc etiam retulerim commentationem Judæo-Germanicam, eamque rhythmicam R. *Jacobi Isaacidæ*, sub titulo קְהִלַּת יַעֲקֹב *Wilmersdorfii* 478. 4. editam, qua Pentateuchus, liber Josuæ & Judicum sistitur. Vide Volumen III. hujus Bibliothecæ n. 1058. b.

GENESEOS capita quatuor priora *Hebraice* & *Judæo-Germanice*, *Constantiæ* 1543. per *Paulum Fagium*. Vide, quæ superius in his Accessionibus, ubi de variis Bibliorum Hebraicorum editionibus agitur, & paulo ante ad versionem Pentateuchi Germanici Constantiensis monuimus.

EXODVS *Judæo-Germanice* literis Judæo-Germanicis: item *Josua*, *Ezechiel* & *Canticum Canticorum*. *Pragæ* 313. C. 1553. 4.

Exodi, *Josuæ*, *Jeremiæ*, *Ezechielis*, *Danielis* & *Cantici Canticorum* libros paraphrasi Judæo Germanica donatos ad se pervenisse testatur *Jo. Buxtorfius* in Thesauro Grammatico Linguæ Hebrææ pag. 640. ubi de lectione Hebræo-Germanica præcipit.

JVDICVM liber rhythmis Judæo-Germanicis *Mantuæ* 324. C. 1564. 4. in ædibus *Philippi*, foliis 30. sub titulo: ספר שופטים der noch nicht ist in teutscher Sprach, wol gereimt in acht Gesetz &c. Auctoris nomen nullibi inveni, qui in præfatione commemorat, se ad librum Judicum convertendum adductum esse exemplo eorum, qui libros *Samuelis* & *Regum*

gum rhythmice converſos antea ediderint. His autem ſe præfert ob ſingularem curam, in rhythmis concinnandis collocatam. In calce libri promittitur liber *Joſue* eodem modo converſus. Initium hoc eſt:

1.

Ich laß mich ſchelten ein Tichter
 Wil auch verſtehn ein luck:
Zu verteutſchen Buch der Richter
 Darnach geb ichs in Druck.
Man hat Schophethim billig
 Vor dem Schemuel ausgeleit
Drum Danck ich euch freundlich
 Daß ſie meiner haben gebeit.

2.

Da wil ichs tapfer wagen
 Zu Lob GOtt und Ehr
Wie Iſrael ins Land ſein gezogen;
 Wo und von wannen her:
Der Jehoſchua hat ſie geführt
 Was ich ſag das iſt wahr:
Biß in der That berührt,
 Ein Sohn hundert und 10 Jahr.

Hujusmodi ſtrophis, quas vocant, tota hæc interpretatio continetur.

SAMVELIS liber uterque rhythmis Judæo-Germanicis tum alias, tum Pragæ 369. C. 1609. 4. apud Jac. ben Gerſchon. Vide Part. II. pag. 456. ubi Interpretem appellari *Nathanem fil. Elieſer Michelbach*, exemplo R. *Schabtai* in ש״ pag. 86. num. 72. tradidi, quamvis nomen ejus in titulo editionis Pragenſis non invenerim. Initium ita habet:

Wer mit gantzem Hertzen ſein Sinn hat gekehrt
Zu unſern lieben Herrn, wie oft er ihn dernehrt:
 Sein Gnad und Sicherheit noch nie gelag,
 Er hilft ſeinen Knechten, es ſei Nacht oder Tag.
Sein Lob kan niemand enden weder Frau noch Mann,
Darum ſol man ſchweigen, wenn man es nicht wol enden kan.
 Er hat uns geholfen oft aus unſer Noht
 Und hat uns vergeben unſer Sünd und Miſſethat.

Tota hæc verſio abſolvitur philyris octodecim.

Samuelis

Samuelis libri rhythmis Judæo-Germanicis, ſed ab illis, quos modo attulimus, diverſiſſimi, & *Mantuæ*, ni fallor, in 4. editi. Exemplum verſionis hujus in manibus meis eſt, ſed titulo deſtitutum. Typi tamen Mantuanam aliquam officinam referunt, neque dubito, hanc eſſe illam interpretationem librorum Samuelis, cujus mentionem in præfatione ad interpretationem ſimilem libri *Judicum*, Mantuæ editam, fieri modo monuimus.

Interpres ita incipit:

Schemuel der wol jung in dem Tempel lag,
Biß da leucht das Licht von dem Tag,
Schemuel der fromme Junge war dahinnen und ſchlief,
GOtt von Himmel zu dem Knaben Schemuel rief.

Opera ipſa continetur plagulis 24. In calce legitur:

סליק ס׳ שמואל i. e. *explicit liber Samuelis*, ſine addito Dei elogio pro auxilio præſtito, quod alias à Judæis omitti non ſolet. Hinc conjecturam facio, libros Regum eadem ratione converſos continua ſerie libris Samuelis ſubjunctos fuiſſe, quamvis in meo exemplo deſiderentur. Præfatio enim ad verſionem rhythmicam libri Judicum, antea à nobis commemorata, libros Samuelis & Regum rhythmis expreſſos eſſe teſtatur.

Poſſideo ego *Hiſtoriam Davidis Regis* rhythmis Judæo-Germanicis ex libris Samuelis deſcriptam in charta, duobus circiter alphabetis, nec hactenus, quod ſciam, editam. Codex meus ab initio mutilus eſt, Initium eorum, quæ habeo, hoc eſt.

Wir wiſſen wol, ſprach Eliab dein Boßheit muſt geſchehn,
Du biſt darum herkommen, daß du den Streit wilſt ſehn.
Wo haſt du unſre Schäflein in der Wüſteney gelahn?
Geh mir aus den Augen, du ſolſt hie heime hingahn.

Ex calce conſtat, feminam aliquam, nomine *Litte* von Regenſpurg, horum rhythmorum eſſe auctorem.

ESTHERÆ liber Hebr. cum paraphraſi Judæo-Germanica monitis moralibus referta, de qua lege Partem II. hujus Bibliothecæ pag. 412. & 456.

CANTICVM CANTICORVM lingua Judæo-Germanica MS. eſt Pariſiis in Biblioth. Sorbonica, num. 32. in 4. codice chartaceo.

JESAIÆ vaticinium, prosa Judæo-Germanica redditum, & commentario Kimchii germanice converso illustratum ab Anonymo Judæo. *Cracoviæ* 346. C. 1586. 4. foliis 100. Auctor consuetam capitum distinctionem non sequitur, sed vaticinia, (quorum nonnunquam plura eodem capite comprehenduntur, quemadmodum interdum idem vaticinium pluribus capitibus continuatur) ita germanice repræsentat, ut versioni singulorum subjiciatur commentarius *Kimchii*, lingua vernacula de verbo ad verbum expressus. Commentario vero isti substernuntur consectaria doctrinalia & moralia ex vaticiniis ipsis deducta, quæ Judæi כללים appellant. Accipe specimen versionis commatum aliquot capitis I.

Vers. 1. Wahrsagung Jeschajahu Sohn Amoz, das er hat wahrgesagt auf Jehuda und Jeruschalem, in den Tag Vssijahu, Jotham, Achas, Jechiskijahu, die Königen von Jehuda.

2. Hört ihr Himmel und vernimm die Erde, wenn GOtt hat es geredt: Kinder hab ich aufderzohen, und derhöhet, und sie haben wiederspendigt an mir.

3. Ein Ochs der kennt seinen Kaüfer, und der Esel Krippe seines Herrn: Aber Israel weiß nichts: mein Volck thut nicht prüfen.

4. O du sündig Volck, ein Volck beschwert mit Sünden: ein Saamen, die da übel thun, Kinder die da verderben. Sie haben GOtt verlassen, sie haben derzürnet den Heiligen von Israel, sie haben sich abgescheiden hinter sich zu gehn.

5. Um was seid es geschlagen, daß es nach ihm mehrt abzukehren. Alle Häupter sein bereit zu Kranckheit, und alle Hertzen haben Weh.

6. Von Sohlen der Füsse biß am Haüpt haben sie nichts gantz neiert Wunden, Beulen und eitrige fluch. Sie werden nicht gevollführt, noch verbunden, noch gelindert mit Oel.

Qui hæc cum B. *Lutheri* versione contulerit, intelliget, Interpretem illam præ oculis habuisse, quemadmodum R. *Joseph Witmundensis* in sua versione à Jos. Athia impressa nostrum præ *Jekuthiele*, cujus versionem Vri Pheibs edidit, sectatur.

JOBI liber ex versione Judæo-German. Francof. ad Mœn. in 4. anno זמן יבוא הגאולה.

PSALMOS dialecto Judæo-Germanica secundum septem dies hebdomadis dispositos in 8. possideo. Exemplar ab initio mutilum est, &

& à Psalmo XII. medio incipit. Ex literarum forma conjicio, *Mantuæ* esse impressos. Psalmus III. ita est conversus.

Vers. 1. Zu dem Ubersinger Gesang zu David. 2. Biß wie lange GOtt wilst du veraessen mich zu ewig? biß wie lange wilst verbergen dein Anzliet, vor mir? 3. Biß wie lange sol ich thun raht in mein Sinn traurung in mein Hertz bey Tag? biß wie lange sol sich derhaben mein Feind auf mich? &c. Constat volumen plagulis 17.

Iidem Hebraice, secundum dies hebdomadis dispositi, cum versione Judæo-Germanica interlineari, ita ut singulis vocibus Hebraicis Germanicæ, illis respondentes, superscriptæ legantur per R. *Michael*, Sacerdotem, Furthensem, *Wilmersdorfii* anno 485. C. 1725. 4. foliis 92. ubi idem anno 1718. librum Precum simili modo hebraice & Germanice ediderat. Vide Vol. III. p. 680. num. 1409. b. Psalterio huic præmittuntur argumenta & summaria singulorum Psalmorum Germanice, quemadmodum in corpore ipso singulis Psalmis lemmata Hebraica præscripta sunt. Versioni substernuntur breves notæ literales hebraicæ, ex variis Interpretibus, speciatim vero *Kimchio*, haustæ. En tibi specimen ex Psalmo I.

Vers. 1. Die Lob von dem Mann is, das da is niet gangen in Raht der Böswichter und in Weg der Misthäter niet er is gestanden; und in Sitzung der Spötters niet er is gesessen. 2. Neiart an das Lernung von GOtt is sein Begehr, und in sein lernen thut er trachten Tag und Nacht. 3. Und er werd also seyn als ein Baum gepflantzt bey Wasserbäch, daß seine Frucht er thät geben in seiner Zeit, und seine Blätter werden nicht falben, und alles, was er werd thun, werd er beglücken. &c.

Omitto alias Psalmorum editiones, Germanica versione instructas, quas Parte I. passim commemoratas invenies.

Præter illas in manibus mihi est versio Judæo-Germanica in charta anno 292. C. 1532. Pragæ descripta ab *Elieser ben Israel* in usum feminæ, quæ vocatur פעכלן *filia Jacobi.*

Initium hoc est: Wol dem Mann, der niet geht im Raht der Reschaim, und im Weg der sündige niet staht, und im Gesitz der Spötter niet ersitzt. &c.

PROVERBIA Salomonis dialecto Judæo-vernacula sine textu Hebræo, Francof. ad Mœnum 473. C. 1713. 8. foliis 30.

Eadem apud me exstant manu descripta per eundem *Elieser ben*

 Israel,

Israel, cujus *Psalmos* paulo ante commemoravi. Initium est: Beyspiel Schelomo, Sohn David, König Israel &c.

DANIELIS vaticinium rhythmis Judæo-Germanicis Pragæ 434. C. 1674. 4. teste *Schabtæo* in ש״ר pag. 87. num. 86. item Altonav. 490. C. 1730. 8. 3 & ½ plag. apud Sanvel Popert.

De *Danielis*, *Nehemiæ* & *Esræ* libris, ex parte prosa Germanica donatis, supra diximus, ubi libros Historicos Vet. Test. Germanice à Judæo conversos attulimus.

Ex libris Apocryphis *Maccabæorum* illi germanice prodierunt *Basileæ* 372. C. 1612. 8. teste ש״ר pag. 84. b. Titulus est: יהודה מכבי & tota historia in tres libros dispescitur.

Siracides Lingua Judæo Germanica Offenbaci 481. C. 1721. 8. fol. 45.

Judith, *Maccabæorum* uterque, & *Tobiæ* libri dialecto Judæo-Germanica Francof. ad Mœnum 1715. 8. apud Anton. Henschet foliis 40. lucem viderunt. Interpres est R. *Schelomo Salman Lunden*, qui B. *Lutheri* versionem ita secutus est, ut capita librorum non integra, sed ex parte tantum, & prout instituto suo convenire videbatur, expresserit. Itaque excerpta potius librorum istorum, quam totus contextus, hic exhibentur. Ex his emenda, quæ supra Parte II. pag. 458. minus recte tradita sunt, ubi librum *Judith* seorsim Francofurti ad Mœnum lucem vidisse dixi.

NOVVM TESTAMENTVM lingua & literis Judæo-Germanicis expressum, cujus Parte II. pag. 459. ex Bibliotheca D. *Polycarpi Leyseri*, Antistitis quondam Cellensis meritissimi, nunc μακαρίτε, mentionem feci, ex eadem, publico auctionis ritu divendita, ad me pervenit. Diligentius itaque illud hoc loco recensendum sumam. Titulus hic est: Das Neue Testament, das da werdt genannt Evangelion, das ist auf teutsch ein fröliche Botschaft, gleichwie im Ebraeischen בשורה טובה. Hæc literis Judæo Germanicis expressa sunt, quæ vero sequuntur, characteribus Latinis Germanice ita legis: Gedruckt zu Krokau durch Paul Helic im Jahr MDXXXX. Interpretis nomen nusquam invenio, nisi inferiore tituli parte, quæ in exemplari meo rescissa erat, forte consignatum fuerit. Manu vero, nescio cujus, certe antiqua adscriptum erat: Durch Johann Harzuge, getauften Juden i. e. per Johannem Harzuge Judæum baptisatum. Idem nomen appellatum invenio à Cl. *Le Long* in Bibliotheca Sacra Tom. I. pag. 408. ed. in fol. recentissimæ, ubi typo-

typographus mendose *Paulus Helie* pro *Helic* vocatur. Hinc conjicio, *Le Longium* vel vidisse exemplum, in quo nomen Interpretis consignatum fuerit, vel ab alio, qui ejusmodi codicem habuerit, relatum accepisse.

Versio ipsa B. *Lutheri* nostram κατὰ πόδα sequitur. Omissa autem est Apocalypsis. Literæ sunt luculentæ, totumque volumen tribus alphabetis & quatuor plagulis in folii forma absolvitur. In margine præcipua loca parallela Scriptorum Vet. & Nov. Test. indicantur, appellatis vel Scriptorum vel librorum nominibus, eorumque capitibus. Interdum quoque ibidem conspiciuntur voces Hebraicæ, quæ Germanicis in contextu positis respondent. Sic v. c. nomen *Jesu* per משיח, der Heilige Geist per רוח הקדוש, Evangelium per בשורה &c. explicatur. Quod institutum argumento mihi est, Interpretem operam hanc in Judæorum tum convertendorum, tum conversorum, gratiam suscepisse, ut, quid sibi velint Scriptores Sacri, eo rectius intelligerent. Vt in rem præsentem venias, Lector, hoc accipe Specimen ex capite II. Matthæi.

Vers. 1. Da ישוע (JEsus) gebohren war zu Bethlehem im Jüdischen Lande: zu der Zeit des Königes Herodis: sieh, da kamen die Weisen von Morgenland gen Jerusalem, und sprachen:

2. Wo ist der neugebohrne König der Juden? wir haben seinen Stern gesehen im Morgenland, und sind kommen ihm anzubeten. במדבר כד

3. Da das der König Herodes hörte, erschrack er, und mit ihm das gantze Jerusalem.

4. Und ließ versammlen alle Hohepriester, und die Schriftgelehrten unter dem Volck, und er forschet von ihn, wo משיח solt gebohren werden.

5. Und sie sagten ihm: zu בית לחם im Jüdischen Land: denn also ist geschrieben durch den Propheten: מיכה א׳

6. Und du בית לחם im Jüdischen Land bist mit nichten die kleineste, unter den Fürsten יהודה denn aus dir sol mir kommen der Hertzog, der über mein Volck von ישראל ein Herr sey, &c.

Egregium illud de SS. Trinitate oraculum, quod 1. *Joh. V. 7.* legitur, hic video desiderari. Post comma enim 6 statim hæc sequuntur: Denn drey sind, die da zeugen, der Geist, und das Wasser und das Blut, und die dreye sein eines.

Novum Testamentum Hebræo-Teutonicum opera M. *Christiani Mölleri*, Pastoris Ecclesiæ Sandoviensis, Francof. ad Oderam sumtibus Mi-

 chaelis

chaelis Gottschalkii 1700. 4. editum, constat foliis 151. integris, & versionem B. Lutheri nostri ex asse exprimit. Ex præfatione intelligas, Auctorem, duobus prioribus Evangelistis ad finem perductis, in notitiam similis operæ, ab *Elia Schadæo*, de quo mox, ex parte susceptæ pervenisse, ejusque copiam ab Amico nactum fuisse. In Judaica scribendi ratione Josephum Athiam, qui Vet. Test. Hebraico-germanice exscribi curarit, secutum se esse profitetur, neque tamen inficiatur, permultas voces à se minus commode, multas etiam aliter a se expressas fuisse. Præmittitur operi brevis instructio de ratione legendi scripturam Judæo-Germanicam, literis Germanorum consuetis descripta. Exempla hujus versionis rara nunc sunt, ideo, quod Judæi ipsi pleraque suis sumtibus comparata flammis tradiderunt, ne fraudi sibi essent, id quod Anonymus quidam ex ore D. Z. (f. Zeltneri) scribit in der II. Fortsetzung des Berichts von Bekehrung der Juden Cl. Callenbergii p. 183. ubi etiam existimat, versionem illam ad captum Judæorum non esse accommodatam. Confer de nostro B. *Mart. Diefenbachii* Judæum Conversum pag. 368.

De libris quibusdam Nov. Test. eadem dialecto olim ab *Elia Schadæo* vulgatis satis diximus Parte II. pag. 459. Addam hic consentaneum vero laudati *Mölleri* judicium, cui in præfatione Nov. Test. modo recensiti Scripturæ genus obsoletum & obscurum, characteres autem minus apti concinnive, prout olim Ebraice scribendi mos fuerit, merito visi sunt.

Evangelium S. Lucæ seorsim ex Græco in dialectum Judæo-Germ. ab Ex-Judæo literis iisdem prodiit Halis 490. 12. pp. 84. opera Jo. Henr. Callenbergii, cum præfatione, in qua futura Judæorum conversio adstruitur, & appendice pp. 4. de eo quid sit imago Dei in homine. Titulus est: ס׳ בשורה טובה על פי המבשר לוקאש, sive *Das Buch von der guten Bothschafft durch Lucas.* In præfatione similis versio Actuum Apostolicorum promittitur.

Item concio Christi in monte habita Matth. V-VII. ab Ex-Judæo eodem modo conversa ib. 1730. 12. plag. 1. sub. tit. Eine schöne Drascha, welche Jeschua hammaschiach gehalten hat von der Seeligkeit.

Item prima S. Johannis epistola, eod. modo ibid. 1730. 12.

Epistolam ad Romanos eadem lingua expressam sub prelo ibidem sudare ex Cl. *Jo. Henrici Callenbergii* Continuat. III. narrationis de Judæis convertendis pag. 10. præfationis intelligo.

LIBER

LIBER III. DE MASORA.

CAPUT I.

In *Masoræ* origines data opera inquisivit vir eruditus, *Jo. Franc. Cotta*, Professor nunc Tubingensis, in *Exercitatione Historico-Critica de Origine Masoræ punctorumque Vet. Test. Hebraicorum*, Tubingæ 1726. 4. Illa duobus capitibus absolvitur. Priore historia hujus controversiæ evolvitur, posteriore autem instituto diversarum sententiarum examini judicium Auctoris subnectitur. Sententiam suam pag. 34. his verbis expressit: *Quamvis vero in promtu non sit, designare primos auctores, aut determinare certum aliquod tempus, quo PRISCI MASORETHÆ supra memorati floruerint, notasque istiusmodi Criticas colligere cœperint; existimamus tamen, eorum sententiam veritati proxime accedere, qui statuunt, post vindicatam ab Antiocho ejusque Successoribus libertatem, quando Secta Pharisæorum orta est, studiumque legis apud gentem Judaicam coli ac florere cœpit, nonnullos majorem huic rei admovisse curam, notasque ejusmodi Criticas conficere incepisse, ea quidem ratione, ut primo versuum, deinceps verborum ac denique literarum inierint calculum, quas observationes postea magis magisque adauxerint, qui istorum proxime insecuti sunt tempora. Literarum vero superne punctatarum, majuscularum, minuscularum atque id genus aliarum originem quod attinet, existimamus, eas demum post tempora Prophetarum, vel librariorum errore, vel casu fortuito in textum sacrum irrepsisse, atque à Scribis posterioribus, qui ex innata Gentis superstitione mysteria quædam exinde elicere voluerunt, non saltim retentas, sed & auctas potius, quam diminutas fuisse.* Idem pag. 35. illas veterum Masoretharum observationes minimam hodiernæ Masoræ partem conficere, & pleraque, speciatim *Karjan* & *Chatban* ad Tiberienses illos aliosque referri debere contendit. Ex his patet, eum *Lud. Cappelli* vestigiis potissimum insistere, ex quo factum est, ut *Jo. Clericus* commentationem ejus diligentius, non sine præclaro elogio, recenseret in Bibliotheca Vetere & Nova, Tom. XXVIII. Part. II. pag. 341. sqq. Monendus hic lector est, ibi pag. 341. operarum vitio in ipso limine impingi, quando libri paginæ 1001. esse feruntur, qui tamen paginis 96. constat. Id interim negandum non est, Clarissimum Auctorem ea tum de argumento ipso, tum pro sua sententia luculente attulisse, quæ ab aliis in hanc causam dicta sunt, aut dici possunt. Consultum fuerit cum eo ab altera parte comparare Vener. *Jo. Gottlob Carpzovii*, Antistitis hodie Lubecensis, cogitata,

quæ

quæ de Masora Parte I. Criticæ Sacræ cap. VI. toto pag. 283—328. eleganti brevitate complexus est.

Judæos, & ex Christianis hominibus bene multos *Masoræ* originem ad *Esram* & Synagogæ Magnæ viros referre supra pag. 463. monuimus. In eam itaque Synagogam data opera inquisivit *Jo. Eberhardus Rau*, Professor Nassaviensis, in *Diatribe de Synagoga Magna, in qua Judæorum de Senatu Hierosolymitano post solutam Captivitatem Babylonicam ab Ezra conscripto, famosa traditio examinatur, &, vera ne illa, an falsa sit, disquiritur.* Trajecti ad Rhenum 1726. 8. Summa libri capita habes in Actis Eruditorum Lipsiensibus Latinis anno 1729. pag. 530. Parte I. vir doctus historiam illius ex Judæorum monimentis persequitur, quorum judicio *Esras* collegii hujus Præsidem, & CXX. alii, nominatim *Haggæus, Zacharias, Malachias, Daniel* cum sociis *Zorobabel, Mardochæus*, assessores egerint, eo quidem instituto ac fine, ut legem oralem à Prophetis acceptam propagarent, sepem circa Legem facerent, quo loco *Masora* habetur, volumina *Ezechielis*, Danielis, Prophetarum minorum & Estheræ conscriberent, totumque Sacri Codicis canonem definirent &c. Parte altera, sectione I. Senatum ejusmodi unquam exstitisse ex silentio *Esræ* & *Nehemiæ*, Scriptorumque veterum Judaicorum negat, rejecto simul Karæorum, quod pro illa afferri solet, testimonio; contra vero contendit, fabulam hanc in traditionum oralium favorem, ut de earum scilicet serie rectius constaret, esse excogitatam. Hinc Sectione II. omnia & singula, quæ Synagogæ illi tribui consueverunt, convellere conatur, v. c. confecta Prophetarum quorundam volumina, constitutionem canonis Biblici, divisionem Codicis Sacri, & Pentateuchi quoque in partes suas & Sectiones, inventionem punctorum vocalium, atque adeo *Masoræ* &c. Omitto cetera. His ita disputatis capite III. Sectionis hujus pag. 145. sqq. duas *Masoræ* ætates constituit, *primam* ab excessu Scriptorum Vet. Test. novissimorum, ubi *Esræ Masoram* adscribi posse, vel ideo negat, quod absurdum sit dicere, *Esram* in suis aut *Nehemiæ* scriptis nescivisse, quæ vera sit lectio. *Nisi forte*, ita pergit pag. 146. *quis dixerit,* Esram *Sacrorum Codicum, jam ante exaratorum, varias lectiones primum collegisse, eumque secutos alios, ejus exemplo excitatos, idem in ipsius ac coævorum scriptis factitasse. Quod quidem etsi præfracte negare nolim, tamen multo magis vero consentaneum videtur, non paucas melioris commatis notas Masoreticas demum post completum omnium librorum Canonem, è variis Codicibus, qui tum prostabant integri, ac indies librariorum opera in innumera exemplaria transfundebantur, colligi cœpisse, haud dubie à viris quibusdam doctis, & pietate conspicuis, quibus isto*

lauda-

laudabili instituto Sacrum Codicem universum porro à corruptionis periculo tutum præstare animus fuit. Aliquam tamen *Masoræ* partem ante Talmud exstitisse p. 147. cum *Buxtorfio* in Tiberiade cap. VIII. pag. 43. ex eo conficit, quod in Codice *Kidduschim* fol. 30. 1. commemorentur סופרים ראשונים *Numeratores prisci*, seu antiquissimi, illis scilicet oppositi, qui vel Gemaricorum vel recentiore ætate observationes Masoreticas auxerint. Atque his priscis τὸ *Keri & Kethib* acceptum ferri vult. *Alteram* Criticæ Hebraicæ *ætatem non incommode*, inquit pag. 147. *inchoamus inde à prima alterave post Hierosolymam denuo excisam annorum centuria, extenditurque usque ad renata superioribus seculis bonarum literarum & Hebraicarum studia.* Hæc est summa sententiæ *Ravianæ*. Jam ut nemo negaverit, hoc historiæ Judaicæ caput, quod ad Synagogam M. refertur, variis Judæorum fabulis, quæ ipsis solemnes sunt, esse contaminatas; ita rem omnem commentis absolvi non minus fabulose dici existimem. Quæ causa ut ab aliis frequenter disputata est, ita legere inprimis juverit præstantissimum *Carpzovium* in Critica Sacra Part. I. pag. 216. sqq. Ita vero ille: *Ita ergo limitatam Synagogam illam, sive Concilium aliquod Prophetarum θεοπνέυςων, & aliorum gravium, piorum, ac in Scriptura S. versatissimorum virorum, quod auspice ac præside Esra, ea, quæ ad cultum in reduce populo restaurandum, & rem sacram pertinebant, curaret, maxime vero de recensendo, in unum volumen compingendo, & emendatissimis Codicibus augendo, ac multiplicando Veteris Instrumenti Canone, Ecclesiæ prospiceret, affirmare nulli dubitamus.* In rei argumentum affert universalem fere tam Judæorum, quam Christianorum doctorum consensum, Synagogam talem fuisse uno velut ore affirmantium; tum vero rei ipsius necessitatem, ac denique dissentientium haud satis prægnantes dubitandi causas, quæ præter fabulæ Rabbinicæ criminationem, & Josephi silentium allegari nullæ potuerint. Idem copiose recitat eos, qui Synagogæ huic vel multum, vel nihil, vel parum admodum tribuerint. Adde, si placet quæ à me dicta sunt Vol. II. pag. 1314. sqq. Qui rem omnem ad commenta Judaica referunt, eorum numerum nuper auxit Cl. *Jo. Frider. Cotta* loc. cit. pag. 31.

Masorethas *Tiberienses*, de quibus pag. 464. dictum est, *Franc. Masclefius* in Prolegomenis ad Grammaticam suam pag. 6. pronunciat *rudes fuisse homines, & nulla bonarum disciplinarum, nulla antiquitatis cognitione aditos.* At inique & gratis hæc ita dici ostendit *Pet. Guarinus* in præfat. ad Tom. II. Grammaticæ Hebraicæ pag. 49. evincens inter cetera, locum Talmudicum, quem *Jo. Morinus* lib. II. Exercitat. XVIII. pag. 514. in eandem sententiam ex *Erubhin* cap. V. fol. 53. pag. 1. advocavit adeo

huc non pertinere, ut contrarium potius adstruat, quemadmodum & ipse *Ludov. Cappellus*, Masorethis illis alioquin non faventior, in Arcano Punctationis lib. II. cap. 23. num. 5. inventum eorum *diligentiæ & industriæ plane admirandæ ac stupendæ* tribuat. Comparari etiam possunt veterum Magistrorum, qui maximam linguæ Sanctæ notitiam sermonemque purissimum illis tribuerunt, testimonia à *Buxtorfio* de punctorum vocalium antiquitate pag. 23. sq. & *Morino* ipso pag. 509. Exercitatt. collecta.

Observandum hic est, *Jo. Morinum* Masoræ ætatem longe infra Sec. V. vel VI. collocare. Duas ille *Masoretharum* classes, alteram *priorem*, alteram *posteriorem*, constituit. *Priores* non ante Seculum VIII. Aeræ Christianæ in eo ait fuisse, ut literas & dictiones sacri contextus recognoscerent, & lectionum varietates annotarent, *posteriores* autem Seculo demum IX. vel X. textum vocalibus instruxisse, & observationes priorum, ex libris eorum haustas, tum quod ad voces & literas, tum quod ad vocales & accentus, à se inventos, multum locupletasse. Vide hanc in rem epistolam ejus ad *Jo. Buxtorfium* datam, & Antiquitatibus Ecclesiæ Orientalis pag. 349. sqq. insertam. Moderatiorem se in hac causa præstat *Lud. Cappellus.* Is enim *duobus* aut *tribus* post Esram Sæculis potiorem Masoræ partem, quatenus ad literas & voces spectat, jam confectam, hinc vero Seculo V. & VI. post Talmud Babylonicum à Masorethis Tiberiensibus multum amplificatam esse, iisdemque vocales & accentus acceptos ferri debere, contendit. Conf. Cl. *Cottæ* Exercitationem pag. 9. sq.

Masoram *Dan. Bombergii* auspiciis & sumtibus instauratam esse supra pag. 469. tradidimus. Jam venit in mentem recordari, *Isaacum Vossium* de Oraculis Sibyllinis affirmasse, Virum optimum in finienda Masora & alendis aliquot Judæorum centuriis patrimonium suum dilapidasse. In dubium hoc vocaverat *Richardus Simon* in Castigationibus *Is. Vossii*, qui in *Responsione* sua *iterata* pag. 362. alteri illi Judæorum Venetorum, speciatim *Leonis Jehudæ*, Mutinensis, tum vero *Junii*, qui *Bombergii* erat avunculus, testimonia opponit.

CAPUT II.

DE MASORÆ CONDITIONE ET ARGUMENTO.

In numerandis S. Codicis literis curam Masoretharum occupatam fuisse supra ostensum est pag. 475. Literarum ejusmodi computum ex

ex *Elia Germano* attulit *Buxtorfius*, & ex eo *Imbonatus* in Bibliotheca Latino Hebræa pag. 426. eodem loco monens, *Laurentium à S. Francisco* in Theatro Bibliorum, ac speciatim in Prolegomenis ad illud, literas S. Codicis itidem, sed non sine errore, numerasse. Exstat dissertatio de Mari Rabbinico infido, præside *Dan. Guil. Mœllero* ab *Isero* Altorf. 1708. habita, quam doctissimo G. G. *Zeltnero* acceptam ab aliis ferri video. Illius auctor pag. 20. observat, secundum Masoram literas Codicis Hebraici 815250. statui, se vero ex certa quadam hypothesi, satis probabili, subduxisse 1092800. in universum, in *Genesi* autem 70400. pro quibus *Rich. Simon* in Histor. Critica Vet. Test. lib. I. cap. 27. ex Codice MS. Perpinianensi afferat 78100.

Tetrasticha Hebraica R. *Sadajæ* (ר׳ סעדיה) ex quibus intelligi potest, quoties literæ Hebraicæ singulæ in Vet. Test. occurrant, exhibet, & nonnihil explicat, computumque inde ducit *Hugo Brougthonus* in commentar. in Danielem ex versione Latina *Boreelii* pag. 51. Adde, quæ scripsi Vol. I. hujus Bibliothecæ pag. 935. num. 13.

Mosi ipsi vocales & accentus una cum literis acceptos ferunt Judæorum permulti, & nonnulli ex Christianis, quos appellavi p. 477. His nunc addo *Hugonem Brougthonum* in Operibus Anglice editis T. III. pag. 251. Ejus enim judicio jam Mosis tempore contextus sacer, quoad exstabat, certitudinis causa punctatus, at simul expeditioris scriptionis causa etiam non punctatus in manibus hominum fuit, cum lingua ipsa per usum satis fuerit cognita. Lectiones marginales 848. quas *Karjan* appellant, à Spiritu S. derivat, qui per illas textum ipsum explicarit, quamvis hic etiam sine illis pro integro & puro haberi debeat. Quæ ut summatim loc. cit. tradit, ita pag. 664—677. in Thesibus ad Linguam Hebræam pertinentibus copiosius exponit, pro sententia sua ad librum Hebraicum, qui תפארת ישראל inscribitur, provocans. Hanc ego sententiam inprimis quod ad *Karjan* spectat, inter alias viri alioquin industrii & eruditi numerandas censeo, quas paucissimis hactenus probavit.

B. *Augustum Pfeiferum* in Critica Sacra pag. 88. Scriptorem Sacrum quemque librum suum vocalibus instruxisse existimare supra pag. 478. ostendi. Accessit illi nuper Vener. *Jo. Gottlob Carpzovius* in Critica Sacra Parte I. pag. 243. *Affirmantibus autem*, inquit, *punctorum antiquitatem cum non satis conveniat de eo, utrum puncta a prima statim librorum sacrorum origine, textui Hebræo in αὐτογράφοις à Mose ac Prophetis adscripta, eandem prorsus cum literis agnoscant ætatem? an vero dudum post ab Esdra demum, juxta Cabbalam quidem & traditionem πατροπαράδοτον, dirigente cumprimis, lapsumque*

que omnem præcavente θεοπνευςίᾳ literis fuerint adjecta? neutra quidem sententia divinæ derogat auctoritati lectionis modernæ, unde Buxtorfius satis egisse se censet, si posteriorem evincat, quam diserte affirmat ac tuetur Schickardus; nos tamen priorem præferimus ac propugnamus. Eandem sententiam ex Anglis *Samuel Clarck* adstruere conatus est singulari dissertatione, quam inscripsit: *Exercitaion concerning the original of the Chapters and verses in the Bible, wherein the divine authority of the Points in the Hebrew Text is clearly proved by new and intrinsick arguments.* Londin. 1698. 8. h. e. Exercitatio de origine capitum & versuum in Sacro Codice, qua divina auctoritas Punctorum Hebraici contextus novis & internis argumentis clarissime demonstratur. Atque hic quidem, ut summatim dicam, rem ita instituit. Capite IV. & V. affirmat, tres tantum epochas distinctionis Vet. Test. in commata seu versus statui posse, ut scilicet vel ad Masorethas Tiberienses, vel ad antiquiores Masorethas, *Esræ* æquales, vel denique ad ipsos librorum Auctores referatur. Postremam hanc epocham prioribus præfert cap. V. pag. 19. Primæ quidem ideo, quod commatum distinctionem jam ante *Masorethas Tiberienses* exstitisse ex Tractatu Mischnico *Megilla* cap. IV. §. 4. constet, ubi præcipitur: הקורא בתורה לא יפחות משלשה פסוקים וכו׳: h. e. *qui legerit in Lege* (nempe publice in Synagoga) *non pauciores versus quam tres, legat, nec plures, quam unum in Paraphrasi Chaldaica, & tres ex Prophetis.* Secundæ vero *tertiam* illam ideo præfert pag. 20. quod versus, accentus, vocales & consonantes textus Hebraici à se invicem, nempe accentus à versibus, vocales ab accentibus, consonantes denique à vocalibus & accentibus pendeant, atque adeo eandem referant originem. Hanc hypothesin sequentibus aliquot capitibus adstructam inveneris. Ita cap. VI. pag. 21. ait *accentus* pendere à *versibus*, quia *Silluk* semper adhæret voci versus ultimæ, ita, ut ubicunque versus clauditur, *Silluk* appareat, & vicissim. Hic vero præterea duo vult observari. Alterum est pag. 22. quod sæpius sententia aliqua per diversos versus non solum continuetur, sed & versus ipsi, interdum in media sententia, claudantur, ubi ne linea quidem distinguens, quam hodie *comma* plerumque appellamus, locum habere possit. Vide *Genes. XXIII.* 17. & 18. 2. *Chronic. XXX.* 18. 19. 1 *Chron. XXI.* 11. 12. *Jes. LXV.* 6. *Psalm. XCVI.* 12. 13. & *XCVIII.* 8. 9. Alterum est pag. 23. quod alicubi non solum plena periodus & perfecta sententia, sed & totum argumentum, in antecedentibus versibus tractatum, in versu aliquo medio claudatur, novum autem argumentum in extrema ejusdem versus parte incipiatur. Vide *Genes. XXXV.* 22. Ex his itaque exemplis id pag. 24. conficit,

ficit, illam versuum distinctionem ab ingenio humano repeti non posse. Neminem enim hominum unquam versus ita videri distincturum fuisse, ut interdum aliquis in media etiam sententia claudatur &c. Neque aliam hujus distinctionis causam reddi posse, quam quod Spiritus S. hoc ipso contextui Sacro notam aliquam auctoritatis & inspirationis suæ, humana majorem, imprimere voluerit. Cumque similiter in vocalium positione singularia quædam observentur, divinam earum originem & auctoritatem non minus hinc patere pag. 25. pronunciat. Porro *vocales* pendere ab *accentibus* cap. IX. pag. 30. sqq. ex eo ostendit, quod *accentus* frequenter occasionem faciant vocalibus mutandis. Consonantes denique ex vocalibus & accentibus tum quod ad *pronunciationem*, tum quod ad *significationem* pendere cap. X. & XI. pag. 31. sq. commonstrat, tandemque cap. XII. pag. 46. sq. totam causam peroraturus monet, si forte novitatis vocalium patroni & *pronunciationem* seu *lectionem* & *significatum* vocum per viam traditionis teneri potuisse asseverent, eadem opera concedi omnino debere, *sensum, quem vocibus tribuimus, auctoritati mere humanæ inniti.* Fusius hæc ex libello rarius obvio hic adscribenda putavi, ut occasio nasceretur eruditis de illis amplius cogitandi. Mihi quidem, fateor, hac argumentandi ratio ingenio magis, quam pondere & antiquitatis præsidiis, quæ in rebus facti potissimum spectanda est, se commendare videtur.

Ante *Clarkium* popularis ejus *Josephus Cooper* eandem sententiam tum similibus fere, tum aliis argumentis, adstruxit libro singulari, ita inscripto: *Domus Mosaicæ clavis*, sive *Legis Sepimentum, in quo punctorum Hebraicorum adstruitur antiquitas: eaque omnia cum accentualia, tum vocalia ipsis literis fuisse coæva argumentis, undique petitis, demonstrantur. Quæ vero in contrarium ab* Elia Levita *primipilo*, Ludovico Cappello, D. Doctore Waltono, Jo. Morino, & Gordano Huntlæo, *ejus asseclis & interpolatoribus; cum paucis aliis, in castra Eliana arte veteratoria pertractis, adducuntur, multa cum fidelitate examini subjiciuntur, & diluuntur, quotquot sunt omnia.* Londini 1673. 8. pp. 288. Hic ante, quam causam ipsam adgreditur, pag. 15. sq. recitat secum consentientes *Mich. Walterum* in disputat. valedictoria Jenæ habita, *Hafenrefferum* in Templo Ezechielis pag. 170. *Jos. de Voisin*, *Galatinum* lib. I. adversus Judæos, cap. 8. *Hieron. Oleastrum*, *Franc. Junium*, *Pappum*, *Munsterum*, *Glassium* Philolog. Sacr. l. I. pag. 43. & 192. *Hugon. Broughtonum*, ex parte etiam *Buxtorfium*, *Lightfootum*, *Owenum*, plene vero *Fabricium* in Partitionibus cap. 2. *Jo. Balthas. Baumbachium* de Lingv. Orient. auctoritate, *Crinesium* de confusione linguarum, *Petr. Morentinum* Navarrum

rum in Gram. Hebr. *Chemnit.* in Harmonia cap. 51. *Bailium* & Cl. *Vsserium* in Catechiſmo. Argumenta ex libro hodie rarius obvio repetere hic ſummatim liceat. Vrget ſcilicet primo loco ſummam, qua Lingua Sancta omnes alias ſuperat, dignitatem; deinde punctationis genium & naturam, per quam vox quælibet in acceptione ſua formali determinatur & reſtringitur; porro αὐθεντίαν punctorum, quæ divina eſſe ideo neceſſe ſit, quod nihil Sacrarum Scripturarum αὐθεντίαν ſibi jure vindicet, niſi illud, quod ſit θεόπνευστον, quam in rem ſpeciatim urget Matth. V. 28. deinde perſpicuitatem Scripturæ; poſthæc divinam Sapientiam; tum exemplum MS. *Hillelianum*, & totam fere *Maſoram*; porro conſenſionem, quæ inter hodiernam Vet. Teſt. lectionem, & teſtimonia ex eo per Chriſtum & Apoſtolos in novum traducta intercedit; item *Keri* & *Chethibh* Maſoretharum; Judæorum conſenſum univerſalem; defectum medii alius, ſine hoc ſi fuerit, ad lectionem recte inſtituendam idonei; quodque inſuper illi, quibus punctorum origo ab adverſariis tribuitur, illorum auctores eſſe non poſſint; ac denique ex contraria opinione infinita incommoda conſequantur. Hæc argumenta ſingula ſingulis capitibus inde à cap. IV. ad XV. usque ad pag. 181. Parte libri priore pertractantur. Parte libri poſteriore usque ad pag. 288. adverſariorum, atque inter hos *Waltoni* argumenta profligantur.

Addam nunc illis nonnullos alios, ab aliis fere prætermiſſos, qui vocales & accentus Hebraici contextus vel ab ipſis Scriptoribus Sacris vel ſaltem ab Eſra repetendos eſſe oſtenderunt. Ex noſtratibus huc pertinent *Adam Frid. Langguth* in diſput. de Vocalibus Hebræorum Witteberg. *Georg. Haner* de punctorum Hebræorum cum literis coævitate, Vitteberg. 1693. *Henr. Pladecius*, de antiquitate punctorum, ibidem 1666. *Andreas Juarus*, Danus, de punctationis Hebraicæ antiquitate contra Iſaac. Voſſium, Hafniæ 1682. *Janus Jac. Bircherodius*, itidem Danus, in Vindiciis Biblicis αὐθεντίας punctorum Hebraicorum, ibidem 1687. *G. Skragge*, Svecus, in Antiquitate punctorum vocalium & Accentuum Hebraicorum, nec non coævitate cum literis. Dorpati 1697. 4. M. *Dav. Frider. Megerlinus* in Hexade Collegiorum Orientalium, quæ cum Tractatu ejus de ſcriptis & Collegiis Orientalibus Tubingæ 1729. lucem vidit. Et noviſſime M. *Chriſt. Frider. Bauerus* in libro vernaculo de *certa Accentuationis Hebraicæ ratione*, cap. V. toto, quo à poſteriori oſtendere conatur, Accentus & vocales non niſi ab ipſis librorum Sacrorum Auctoribus proficiſci potuiſſe, ac denique docet, qua ratione ſenſim

ſenſim codices non punctati punctatis ſubſtituti, & hoc modo accentuum & vocalium auctoritas elevata ſit. Ex Reformatis *Jo. Henr. Heideggerus* in Exercitatt. Biblicis pag. 43. ſq. *Melchior Leydeckerus* de Republica Hebræorum lib. VI. cap. 9. *Salom. van Till* in Compendio Theol. Revel. pag. 9. *Taco Haio van den Honert*, in Exercitat. Philologico-Theolog. qua in veram textus Hebræi antiquitatem inquiritur, Lugd. Batav. 1722. & *Ouſeelius* in Introductione in Accentuationem Hebraicam metricam. Inter hos *Heideggero*, vel *Jo. Franc. Turrettino*, Theologis Helvetiis, ſententiæ hujus veritas ita perſuaſa fuit, ut in *Formula Conſenſus* anno 1675. ab Eccleſiis Helveticis recepta, quoscunque vel Academiæ Profeſſores, vel Eccleſiæ Miniſtros in hæc verba adegerint: *Codicem Hebraicum Vet. Teſt. tum quoad conſonas, tum quoad vocales, ſive puncta ipſa, ſive punctorum ſaltem poteſtatem* θεόπνευστον *eſſe*. De hac *Formula* lege Celeberr. C. M. *Pfaffii* Schediaſma Tubingæ 1723. editum, item *Pet. Bælii* epiſtolas paſſim, tum Nova Literaria Helvetica germanica anno 1722. edita, num. XII. pag. 203. & Cl. *Cotta* in Exercitat. aliquoties laudata pag. 25. Ex *Arminianis*, *Adrianus* à *Cattenburgh*, Profeſſor hodie Amſtelodamenſis, in Spicilegio Theologiæ Chriſtianæ lib. I. cap. 4. §. 9. ſqq. inter cetera p. 25. ait, *pro hac ſententia egregia multa & evidentiſſima argumenta militare*.

Ab his diſceſſionem faciunt alii, quos in ſuas claſſes diſtinctos leges à Vener. *Carpzovio* pag. 255. ſqq. Criticæ Sacræ, & a me quoque ſupra pag. 479. Ibi pag. 480. ſpeciatim monui, *Vitringam* vocalium originem ad tempora, excidio Hieroſolymorum poſteriori proxima, referre. Ad hunc accedere video Cl. *Jo. Eberhardum Rau* in Diatribe de Synagoga Magna pag. 142. Cum enim is monuiſſet, *Accentuum* uſum *non modo Talmude jam obſignato, verum & iis temporibus, quibus Chriſtus in terris egit* (quod ipſum ex Matth. V. 25. conficit) *multo antiquiorem eſſe; ita vocalium notulas contextui ſacro adſcriptas fuiſſe* ait, *quum exciſa altera vice Judæorum Republica, paulo poſt in ſcholis finitimis literarum ſtudia effloreſcerent. Hoc ipſo enim tempore neceſſitatem exegiſſe, ut, plane in deſuetudinem abeunte puriore lingua Hebraica, inter ceteros libros Sacer Codex punctis adornaretur, ſublatis nempe è literarum medio* matribus lectionis, *tanquam poſt puncta in earum locum ſubſtituta ſuperva caneis*.

Illas *vocalium* & *accentuum* figuras recentiores cum aliis itidem ſupra allatis ſtatuit *Jo. Frid. Cotta*, quando eas loc. cit. pag. 39. à *poſterioribus Maſorethis, qui poſt confectionem Talmudis multiplicesque Judæorum transmigrationes vixerint*, repetit, & alios ejusdem ſententiæ patronos pag. 17. & in Appendice pag. 94. affert, quemadmodum pag. 14. ſq. oſtendit,

voca-

lium & accentuum novitatem eruditis, qui ante & proxime post instauratam doctrinam salutarem vixerint, in universum, si unum alterumve exceperis, approbatam fuisse.

Franc. Masclefius in Apologia Grammaticæ suæ, quæ Partem III. operis Grammatici, Parisiis an. 1731. recusi, constituit, vocalium usum Seculo demum IX. aut X. receptum fuisse affirmat, quam in rem lege Diarium eruditorum Parisiense anno 1731. mense Octobri pag. 269. Nemo vero & temporis & veritatis limites longius excessit *Isaaco Vossio*, in epistola ad Th. Brunonem, libro de Oraculis Sibyllinis præmissa, affirmare auso, vocales ex Bombergii officina primum in lucem exiisse. Compara *Hieron. à S. Fide*, i. e. *Richardi Simonis* Judicium de Responsione Is. Vossii pag. 23. a.

Nonnullos in toto hoc argumento ἐπέχειν pag. 484. observavi. Illis adde *Dan. Chamierum* in Panstratia Cathol. lib. XII. c. 4. §. 15. *Jo. Marckium* in Sylloge Dissertt. Philol. Theol. ad selectos quosdam textus Nov. Test. Exercit. III. ex nostratibus autem C. M. *Pfaffium* & C. E. *Weismannum* in Schediasmatibus Academicis pag. 441. quos affert *Cotta* l. c. pag. 27. *Marckius* sententiam suam septem his thesibus comprehendit. 1) traditio magis favet origini punctorum divinæ, quam humanæ. 2) documenta realia liquidiora sunt pro origine humana, quam divina. 3) origo in universum admodum incerta est. 4) origo ab Esra vel à Synagoga M. minus probabilis est. 5) Probabile est, quod, si non omnis hodierna punctatio, certe aliqua literis à divina manu accesserit. 6) in illa incertitudine hodie à punctis receptis non temere est recedendum. 7) Neque tamen severissime damnandus est omnis ab iis discessus.

Illa de novitate vocalium sententia nonnullis merito periculosa, aliis vero nihil periculi habere visa est. Inter hos posteriores numero *Petrum Guarinum* in præfat. ad Tomum II. Grammaticæ Hebr. pag. 9. ita scribentem: *Puncta Massorethica, si figuram eorum & Hebræis vocibus adjectionem spectes, à recentioribus Judæis, quos vocant Massorethas, sexto circiter ineunte Sæculo, excogitata fuisse aut saltem excogitari cœpta, existimo. A si eorum una cum literis significandi potestatem attendas, ea literarum & coæva & ejusdem esse auctoritatis arbitror. Illa siquidem nihil aliud sunt, quam vocales antiquæ, cum sono suo ad significandum distinctivo, ubi comparent, repræsentatæ; ubi vero desiderantur, à viris in Scriptura & Hebraica lingua exercitatissimis expressæ.* Atque ita quidem & *Eliam*, & *Judæos omnes per universum orbem* statuisse

existi-

existimat. Eo tendit etiam Anonymus auctor (*Steph. Soucietus*) animadversionum ad *Rich. Simonis* Criticam in Prolegomena Biblica Dupinii Tom. III. pag. 725. Statuit enim 1) vocales, quas à Masorethis putat accessisse, non mutasse textum Hebræum. 2) ipsam linguæ analogiam fecisse, ut Masorethæ legerent, sicut legerunt. 3) in locis dubiis & obscuris veram lectionem ab antecedentibus & consequentibus, reliquisque circumstantiis determinari. 4) accessisse etiam legendi rationem tunc temporis receptam, cui Masorethæ contraire non sint ausi. 5) in locis perpaucis, in quibus hæc omnia lectionem non determinent, liberum hodie esse, ita legere, ut circumstantiæ & sanior Critica postulent. Postremum tamen hoc raro ait usu venire, &, quo quisque artis Criticæ sit peritior, hoc rariorem habiturum esse occasionem à Masoretharum lectione recedendi, quorum opera, tum in vocalibus, tum in accentibus collocata, pro præstantissimo artificio haberi debeat, quamvis interim ab erroribus, inprimis quod ad accentus designandos, non sint immunes. Eadem fere ratione sententiam hanc emollire & excusatiorem reddere conatus est Cl. *Cotta* loc. cit. pag. 76. *Masorethæ*, inquit, *non pro libitu, vel ex proprio ingenio atque judicio, sed juxta analogiam Scripturæ, genium linguæ Sanctæ atque sensum, inter Judæos longo ac diuturno usu receptum, Codicem Vet. Test. Hebraicum punctarunt, sedulamque dederunt operam, ut punctatione sua veram ac legitimam lectionem in Synagogis & Scholis usurpatam, & per aliquot annorum centurias à Doctoribus Judæis, linguam Sanctam sedulo excolentibus, conservatam ac propagatam, fideliter exprimerent — — unde etiam nulli dubitamus adserere, PUNCTA, licet recentiori ætate literis addita, atque ab hominibus excogitata, esse tamen certo sensu AUTHENTICA atque DIVINA, cum antiquam textum Hebraicum legendi rationem, ac genuinum S. Scripturæ sensum, ab ipso Spiritu S. intentum, optime referant exprimantque.*

Subjungam his denique, quod J. H. B. (i. e. *J. H. Balthasar*, Theologus Gryphiswaldensis) nuper adfirmavit, punctorum quidem originem ad Deum esse referendam, ita tamen, ut illa prorsus intemerata conservari necesse non fuerit, canonicam quippe auctoritatem non habentia. Illam sententiam ex MS. affert & confutat Cl. *Jo. Christianus Hebenstreit*, Prof. LL. Orient. Lipsiensis, in Programmate singulari Lips. 1731. edito. Confer Nieder-Sächsische Gelehrte Zeitungen anno 1731. pag. 380.

De *Maselefii*, Canonici Ambianensis, sententia, quam p. 486. sub-

ſubindicavi, ejusque adverſariis plura leges infra in Catalogo Grammaticorum Hebraicorum ſub nomine *Masclef.*

Argumenta, quorum potiora pro antiquitate vocalium pag. 486. produxi, urget amplius præſtantiſſimus *Jo. Gottlob Carpzovius* in Critica Sacra Parte I. cap. V. Sect. VII. pag. 242. ſqq. quemadmodum ab altera parte Cl. *Cotta* ad ea, quæ alias pro eadem promi ſolent, reſpondere conatur loc. cit. pag. 79. ſqq.

Inter hæc oraculum *Matthæi V.* 18. non poſtremum locum tuetur, de quo vide, quæ in Volumine I. Curarum Critic. & Philologic. dixi. *Κεραίαν* ibi commemoratam valide pro vocalium antiquitate urget *Joſ. Cooper* in *Clave domus Moſaicæ* pag. 51. ſqq. & *Carpzovius* modo laudatus pag. 249. quemadmodum per eam *accentuum* potius notas reſpici contendit Cl. *Rau* in Diatribe de Synagoga Magna pag. 140. *Siquidem*, inquit, *heic κεραία vi vocis notat* corniculam, *translate* virgulam, *inſtar cornu inflexam, aut oblique ſive ſupra, ſive infra lineam poſitam; optimeque ad accentus Hebræos (quorum plerique, nonnulli etiam in formam cornuum ſuperne literis appinguntur) non item ad vocales quadrat. Huc facit Interpres* Syrus, *κεραίαν reddens quaſi* lineolam, *ſive* inciſum *diceret. Nec ſenſu abſimili* Armenus *per* obeliſcum *interpretatur.* Conf. *Dachſelii* diſſertationes Bibliis Accentuatis præmiſſas, ubi per *κεραίας* Accentus, quas Hebræi etiam קַרְנַיִם i. e. *cornua* appellant, indicari contenditur.

Clemens Alexandrinus lib. III. Stromatum cap. 4. pag. 529. ed. Potteri, de Antitactis ita: *οὗτοί εἰσιν οἱ κατὰ τὴν ἀνάγνωσιν φωνῆς τόνῳ διαστρέφοντες τὰς ἰδίας ἡδονὰς, καί τινων προσῳδιῶν καὶ στιγμῶν μεταθέσει τὰ παραγγελθέντα σωφρόνως τε καὶ συμφερόντως, βιαζόμενοι πρὸς ἡδυπαθείας, τὰς ἑαυτῶν.* Hic per *προσῳδίας* & *στιγμὰς* *accentus* & *puncta* indicari viſa ſunt *Salomoni van Till* in Compendio Theologiæ Revelatæ; at *tonos* potius vocis & *interpunctiones* ſeu *diſtinctiones* ſic indicari oſtendit Anonymus in Bibliotheca Bremenſi, Claſſe II. pag. 191. ſqq.

Diſſentientium argumenta nuperrime poſt alios inſtruxit Cl. *Cotta* loc. cit. pag. 39. ſqq. quemadmodum ad talia reſpondit Vener. *Jo. Gottlob Carpzovius* in Critica Sacra P. I. p. 265. ſq. *Wilh. Goerec* potiſſimum ſibi ſeligens, qui in Antiquitatibus Judaicis lib. I. cap. III. p. 101. ſq. vocalium antiquitatem data opera impugnandam ſibi ſumſit.

Quod ad *Accentus* attinet, ſupra pag. 492. monui, nonnullos, qui vocalibus antiquitatem ſuam dubiam non faciunt, eandem tamen illis diſtinctionum notis negare. Contra paulo ante obſervavi, *Jo.*

Jo. Eberh. Rau accentuum majorem quam vocalium antiquitatem persuasam sibi habuisse.

Ex recentioribus parum illis tribuit *Campeg. Vitringa*, Pater, in epistola ad *Philipp. Ouseel*, quæ legitur in *Bibliotheca Germanica*, Gallice edita Tom. XLI. pag. 140. Quamvis enim eorum auctores *doctos & sapientes viros* fuisse fateatur, *quocunque etiam tempore vixerint; ipsum hoc operosissimum & accuratissimum studium in tot & tam diversi generis notulis concinnandis, & singulis membris vel moris in lectione orationis observandis, tanta subtilitate distinguendis, & in tot scindendis partes, alienissimum* ipsi *videtur à more antiquorum temporum, quibus necessaria etiam distinctionum præcepta a gentibus etiam cultioribus in scribendo neglecta sunt. Otiosorum hominum*, ita pergit, *Grammatice doctorum, & in Scripturæ S. lectione, meditatione & intellectu literali præclare exercitorum, hic videtur fuisse labor.*

Ex altera parte præter supra pag. 493. laudatos antiquitatem Accentuum nuper adstruxit Celeb. *Salomo Deylingius*, Antistes Lipsiensis, in præfatione ad *Georg. Christoph. Dachselii* Biblia Accentuata. Lips. 1729. 4. Atque idem hic *Dachselius*, Pastor tunc Technicensis, nunc Geringwaldensis, eadem opera est perfunctus in variis dissertationibus, ipsi illi operi præmissis, quarum una de discrimine Interpunctionis in Vet. & Nov. Test. exponit, duæ autem quæ jam ante Lipsiæ 1710. lucem viderant, *Jo. Brunsmanno* sunt oppositæ. Præter eas in calce Part. II. pag. 612. accedunt *Excerpta ex conjecturis sanctioribus de Accentuationis Ebrææ auctore divino, ejusdemque solemniori introductione, ubi obsignationis ritus apud priscos deteguntur; item scopo & usu, & de Keri & Cethibh origine atque usu ex amici epistola ejusdem præscitu communicata.* In his inter cetera Auctor existimat, *accentus* pronunciationis vivæ imagines, à Patriarchis ante diluvium divina ope esse inventos, ut distinctiones & pausæ, sedes toni, emphasis & pondus, elevanda & demittenda vox, per illos indicarentur. Attollendam vocem, accentus supra lineam positos, demittendam subjectos lineæ postulare; &, si in uno vocabulo junctim occurrant, altum & imum tonum sociandum esse. Metricam accentuationem prosaica antiquiorem esse, canticis forte filiorum Dei, in sacris conventibus usitatis, accommodatam. Id quod ex libro *Jobi*, hymnis item veterum Patriarcharum, *Henochi* & aliorum, qui in Psalmorum volumine exstant, apparere putatur. Metricam ergo Prosaicæ ab *Henocho* vel *Semo* una cum literis excogitandæ occasionem dedisse, utramque autem ante deluvii tempora viguisse. Hanc accentibus antiquitatem vindicat ex duplici Decalogi accentuatione, historia obsignationis librorum apud ve-

teres Hebræos ſollemni, Iſraelitarum erga libros ſacros reverentia, ſapientia item & providentia Dei. Pentateucho itaque, Joſuæ, Danieli, Eſræ, Jobo, Pſalmis, Proverbiis & Jeſaiæ, ipſos auctores, reliquis *Eſram* accentus addidiſſe exiſtimat. Varia in his precario dici, alia vero ampliori examine diſcutienda eſſe, quisque per ſe intelligit. Eo inprimis pertinet, quod pag. 632. de obſignatione librorum, tanquam olim recepta, diſſeritur. Scribebant ſcilicet, ſi auctorem audis, veteres ſua in tabulis, & ne arcana tabellariis aliisque paterent, obſignatione cavebant. Divellebant à quadratis literis vocales & accentus, membranoſis ligamentis inſcribendos, quæ convolvi ſeorſim & ſubſterni iterum literis poterant. Illis vero ligamentis clavium codicillarium nomen fuiſſe creditur. Hæc ut ſine ullo ex antiquitate præſidio adeoque ſine die & conſule adferuntur; ita in ſequentibus ex locis quibusdam Scripturæ, certiſſime huc non pertinentibus, ſed obtorto quaſi collo pertractis, ingenioſe magis, quam cum veri ſpecie, ſtabiliuntur. Compara, ſi placet, *Acta Eruditorum* Lipſienſia Latina anno 1730. pag. 191. 192. Totam illam *Anonymi* diſſertationem fuſius ex ipſo Auctoris αὐτογράφῳ, ex quo nonnulla in Excerptis illis Dachſelianis omiſſa eſſe dicuntur, ediſſerit collector der Sammlung zum Bau des Reichs GOttes Sect. III. pag. 249. ſqq.

Uſum Accentuum *hermeneuticum*, de quo pag. 494. nuper ipſo opere luculente demonſtratum dedit laudatus modo *Dachſelius* in *Bibliis Hebraicis Accentuatis*, ſive *Codicis Hebræi, accentuum radiis colluſtrati, ultra bis mille Speciminibus, quibus vexatiſſima loca, reliqua hermeneuſi non neglecta, nodis ſolvuntur.* Promeritis operam hanc laudibus proſequuntur Auctores Actorum Erudit. Lipſ. German. Parte CXLIV. p. 52. ſqq. & Collectionis Nov-antiquorum Theologicorum anno 1730. pag. 286. ſqq. item *Theoph. Alethæus* in der Erläuterung, Parte LXXII. ubi de commentatoribus, num. 148. In Actis Erudit. Lipſienſibus Latinis 1730. p. 186. ita: *Non præcipitatum opus, ſed deliberatus labor; viginti, & quod excurrit, annorum fœtus eſt, multis vigiliis, indeſeſſo ſtudio, varia doctrina & laudabili perſpicacia perpolitus.* Similiter Rev. *Gottfrid. Kohlreifius*, Præpoſitus Raceburgenſis, vir doctiſſimus, in *Chronologia* ſua *Sacra* Hamburgi 1724. 8. edita, variis Scripturæ S. locis obſcurioribus accentuum inprimis ope lucem accendit, & eadem opera Chronologiæ Sacræ, ubi impedita erat, fœneratus eſt. Hanc in rem pag. 12. præfationis: *Cumprimis*, inquit, *magno mihi adiumento fuit plenior cognitio doctrinæ Hebraicorum, ut vocant, Accentuum; quam, volente Deo, ita expeditam me aliquando daturum ſpero, ut quos adhuc*

huc vel inscitia, vel invidia, vel Scripturarum odium, vel denique indomita quidvis ex divinis Oraculis fingendi libido, ad illius contemtum induxit, vix habituri sint, quo se amplius tueri valeant. Exploratum enim est, sanctissimos hos apices, & sui, & vocalium, & consonantium, & vocum, & constructionum, & emphasium, & enunciationum, & veri unicique dictorum sensus certissimos fidissimosque, per stupendum prorsus artificium, esse custodes. Illos itaque in præsenti opere inter primarios mihi fuisse duces, facile perspicient Lectores: nec est, quod diffitear, me sine illis in studio Biblico parum fuisse promoturum. Similia his asserta, una cum exemplis luculentis, in commentatione illa erudita obvia vel index illi subjectus commonstrabit.

Usum Accentuum *Musicum*, a Rev. *Abichtio* inprimis adstructum, & contra *Joh. Franckium* ab eodem postea defensum esse pag. 495. monuimus. Apologia illa sub *Hebræophili* nomine cum sequente titulo prostat: *Vindiciæ usus Accentuum Musici & Oratorii, quibus oraculum Jesaiæ cap. IX. v. 6. ex sententia, Theologis probata, secundum accentus explicatur: verus accentuum usus Musicus & oratorius adstruitur: fictus eorum usus hieroglyphicus rejicitur: objectiones contra accentuum usum Musico-Oratorium adductæ diluuntur: plurima dicta, ex falsis accentuum hypothesibus perversa, vero sensui restituuntur: & denique quidam falsi accentus, codicibus illati, removentur.* Lips. 1713. 4. Erravit hic procul dubio *Arthur Bedford*, Anglus, quando, unicum hunc usum accentibus relinquens, existimat, eos indicasse, quomodo Psalmi nunc demissa, nunc elata, nunc fortiori, nunc leniori voce sint decantandi. Id scilicet pronunciat in libro Anglicano de Musica Ecclesiastica (*Temple-Musick*) Londini 1712. 8. edita. Compara *Bibliothecam Anglicanam*, gallice auctore *Armando de Chapelle* editam Tom. VII. p. 373. Qua ratione Judæi *Germani, Hispani & Itali* contextum Biblicum in Synagogis suis cantillare ad ductum accentuum soleant, adhibitis notis nostris Musicis, in tabulis ostendit *Pet. Guarinus* in Tomo II. Grammat. Hebr. pag. 329. sqq.

Scriptoribus, qui de Accentibus commentati sunt, supra pag. 500. commemoratis, addi nunc velim sequentes:

Anonymi אגרת הטעמים MS. de qua Volum. II. num. 13. inter Anonymos.

Anonymi commentarius de Accentibus Hebræorum in *Horis Subcisivis Würtenbergicis* vernaculis Parte IV. inter Nova literaria promittitur.

R. *Aba Niceta*, cujus opus de Accentibus Hebraicis hebraice editum esse testatur *Henr. Mauroy* in Apologia pro Judæis Christianis Parte I. pag.

pag. 213. a. quis sit, adhuc expiscari non potui. Crediderim fere, nomen illud *Aba* natum esse ex *Aharon*, *Niceta* autem ex Hebraico נגינות ut sic proprie indicetur *Aharon* b. *Mosche*, cujus librum de *Accentibus*, quos Hebræi nunc טעמים, nunc נגינות vocant, quoad fragmentum aliquod in calce Bibliorum Rabbinic. Bombergianorum exstare Vol. I. pag. 127. & in Vol. III. ad illum locum observavi. Nec infrequenter tum nomina propria, tum librorum tituli in illa *Mauroyi* apologia ita pervertuntur, ut Oedipo opus sit, qui germanam lectionem extricet.

M. *Christiani Frider. Baueri*, Pastoris Friesdorfensis & Rammelburgensis, vernünftige Gewißheit der Hebräischen Accentuation, i. e. Accentuationis Hebraicæ certa ratio, per quam est ars characteristica, ad quam textus originalis ordinate & distincte legendus, intelligendus & interpretandus, qua item methodo nova addisci & defendi possit. Lips. 1730. 8. Totum Rev. Auctoris systema summatim expositum leges in Actis Eruditorum Lipsiens. Latinis anno 1730. pag. 505. Idem ex his suis principiis postea novam *Ecclesiastæ* Salomonis versionem Germanicam, novis observationibus instructam, dedit Lips. 1732. 4.

Melchisedeci Bergenii, Pastoris Breitenbornensis, Theatrum Accentuatorium, Lips. 1711. 4. cum duabus tabulis, æri incisis.

Ludov. Christoph. Bloss disput. de transpositione Accentuum Hebraic. Lips. 1698. 4.

Christ. Joh. Bomble, Ecclesiastæ Batavodurani, χειραγωγὸς ad Philippi Ouzeel Introductionem genuinam in Accentuationem Hebræorum metricam & prosaicam, quo illorum intellectus & usus redditur facilior. Lugduni Bat. 1722. 4. 4. plag. Confer Nova Literaria Lipsiensia Germanica anno 1723. pag. 326.

Andreæ Henr. Bræmsonii, Dani, Ebræa accentuatio Hafniæ 1722. fol. 2 plagulis.

M. *Georgius Christoph. Dachselius* varia huc retulit, de quibus paulo ante diximus.

Aug. Herm. Franckii disputat. de accentibus Hebræorum prosaicis, Hal. 1694. 4.

Jo. Franckii, Mecklenburgensis, nunc μακαρίτου, Schediasma de Hebr. Accentuationis imperfectione & hinc orta difficultate inextricabili, eamque emendandi necessitate, 1700. 4. Idem commentario suo in *Ecclesiasten*, Brandenburgi Mecklenburgici 1724. 4. edito, addidit Tractatus

ctatus aliquot, quorum Quartus sistit *Ministerium Accentuum Hebraicorum monstratum dictis Sacri Codicis*; Quintus autem exhibet ejusdem epistolam ad *Philip. Ouseel*, quæ ad illustrandam *Diacriticam Sacram*, olim editam, facit. Confer Acta Eruditorum Rostochiensium Collect. II. pag. 176. sqq.

Idem Concordantias Accentuum Hebraicorum à se confectas commemorat in Artificio Artis Abichtianæ pag. 64.

Jo. Friderici Franckii diss. de Accentuum Hebraicorum difficultate superanda, Vitembergæ 1720. 4.

Abrah. Gibelii Artificium Accentuum, de quo legantur Cl. *Seelenii* Athenæ Lubecenses Tom. IV. pag. 242.

Philip. Ludov. Hannekenii Eruditio de Accentibus. Vid. idem *Seelenius* loc. cit. Vol. I. pag. 322.

Hebræophili Vindiciæ usus Accentuum Musici & Oratorii. Vide paulo ante pag. 221.

Jo. Heimreichii disput. de Accentuum figuris & nominibus. Jenæ 1699.

M. *Jo. Jal. Hualsovii*, Ecclesiarum Sadagriensium & Hulevadensium Pastoris, tractatus MS. de *Ratione Accentuum Ebræo-Chaldaicorum*, usum eorum *Syntheticum*, *Analyticum*, *Interpretativum* & *Elencticum* exhibens, commemoratur in Novis Literariis Maris Balthici, anno 1703. pag. 187.

Jo. Jac. Hundy Accentuatio Hebræa vivis coloribus depicta. 1726. fol.

Godofredi Kohlreifii tractatus de Accentibus Ebræorum promissus, paulo ante à me est laudatus p. 220.

Adam. Frider. Langguth disput. de Accentibus Hebræorum

Jo. Henrici Maji, Hebraicæ linguæ ejusque accentuationis necessitas & utilitas. Giessæ 1695.

Dav. Frid. Megerlinus in Tract. de scriptis & collegiis Orientalibus varia huc spectantia promisit, v. c. *Tabulam Accentuatoriam*, & *Phænomena Accentuationis Hebraicæ distinctius explicata*, quibus quadruplex usus, *Grammaticus*, *Musicus*, *Hermeneuticus* & *Rhetoricus*, accentibus vindicatur &c.

Jo. Henr. Michaelis Institutio vernacula de accentibus quarta vice Halæ 1720. 8. prodiit, ubi *Geneseos* commata tria priora & Psalmus LXXXII. ex Metricis secundum accentus ad ostendendam Praxin Accen-

centuatoriam expenduntur. Ejusd. Manuductio ad notitiam de Accentibus Hebraicis metricis. *Halæ* 1696.

C. *Molitoris* Sciagraphia ministerii sensus in Scriptura Sacra Vet. Test. è consecutionis accentuum scrutinio. Altorf. 1672. 4.

Jo. Neumanni disputat. de accentu vocum Hebraicarum quoad sedem & virtutem demonstrato, Lipf. 1702. 4. ex parte huc pertinet.

Philip. Ouseel Introductio in accentuationem metricam & prosaicam. Eam in compendium redegit *Christ. Jo. Bomble*, cujus nomen vide. Eidem nonnulla obvertit *Jo. Franckius* in epistola ad *Ouseelium* data, de qua vide quæ modo diximus p. 222. Exstant præterea *Frvncisci Burmanni*, *Adriani Relandi*, & *Campeg. Vitringæ* ad *Ouseelium* epistolæ, ex occasione Introductionis illius scriptæ, in quibus pleraque ejus cogitata laudantur, alia vero etiam ipsi relinquuntur. Leget eas, cui volupe fuerit, in Bibliotheca Germanica, gall. edita Tom. XII. pag. 136. sqq. & in Bibliotheca Bremensi Class. VIII. p. 918. sqq.

M. *Matthiæ Georgii Schrœderi* Tabula Accentuum harmonica, ejus *Muhamedi veritatis testi*, Lipf. 1718. 8. subjuncta.

Henric. Melchior Schütte de Textu Hebræo Vet. Test. ejusque accentuum usu ficto & vero. Erfurti 1716. Ejusd. Vsus Accentuationis Hebraicæ in quatuor locis Vet. Test. ibid. 1719. 4.

Jo. Ernesti Stolte Accentuatio Sacri Codicis Ebræi διχοτομική. Jenæ 1708. 4.

Andreæ Trotte disput. de duplici Accentuat. Hebr. Lipf. 1682.

Matthiæ Wasmutho cum *Herm. Conringio* de vocalibus & accentibus Hebræorum disputatum esse constat. Scripta utrinque edita recensita leges in notis Cl. *Seelenii* ad Delicias Epistolicas pag. 291. sqq.

Godofr. Wegneri Programma de computo Ecclesiastico & accentuatione Hebræa, Francof. 1680. 4. recus. in Syntagmate Disputatt. Francofurtensium. Francof. 1700. 4.

Diversas eruditorum sententias de origine & conditione varirum Lectionum Codicis Sacri, quas Hebræi *Karjan* & *Cathan* appellare soleat, Vol. II. p. 508. sqq. satis exposui. Cum iis fas fuerit comparare, quæ Vener. *Jo. Gottlob Carpzovius* in Critica Sacra pag. 328 — 364. & Cl. *Jo. Frider. Cotta* Exercitat. de origine Masoræ pag. 36. sqq. sunt commentati.

Afferam

Afferam hic *Anonymi* alicujus singularia, nec temere probanda de earum origine cogitata, quæ Rev. *Georg. Christoph. Dachselius* in calce *Bibliorum* suorum *Accentuatorum* proposuit. Illi scilicet *obsignatio* Sacrorum librorum ita olim videtur fuisse instituta, ut literæ, quibus constiterint, quadratæ in tabulis vel membranis consignarentur, vocales autem & accentus seorsim particulis seu ligamentis membranaceis inscriberentur, quæ particulæ convolvi possent & obsignari, usu autem poscente resignari, & ad consonantes singulorum textuum rite accommodari. Vocales itaque has & accentus seorsim descriptos claves ait fuisse, sine quibus lectio contextus institui nunquam rite potuerit. Ex his positis conficit, cum τὸ כתיב in omnibus exemplaribus nostris unum idemque sit, & ex antiquo *Esræ* exemplari descriptum, necesse esse, ut τὸ קרי nostrum ex ejusmodi Clave quadam derivatum sit, quæ ad alium quendam Codicem, non autem ad illum *Esræ*, cui noster respondet, olim pertinuerit. Quæ omnia ut obscura & impedita sunt, ac præterea antiquitatis testimonio destituta, veri item non similia, & in auctoritatem sacrorum librorum, quorum fides certa esse debet, injuria; ita non facile a quoquam admittentur. Tenebræ hæ sunt, si cum iis, quæ de harum lectionum origine eruditi alias tradiderunt, vel obiter comparentur.

B. *Matthæi Hilleri* Systema supra pag. 515. commemoratum, & ab aliis admiratione fere exceptum, ab aliis vero pro illustri ingenii specimine tantum habitum, & merito rejectum, se non probavit Vener. *Carpzovio*, viro & eruditione & judicio valenti, in Critica Sacra Parte I. pag. 336. sqq. & Cl. *Cottæ* in Exercitat. de Masoræ origine pag. 37. in notis. Nuper etiam M. *Dan. Frider. Megerlinus* in Tractatu de scriptis & Collegiis Orientalibus *Lucernam Criticam* est pollicitus, in qua inter cetera sit ostensurus, systema hoc esse lubricum, imperfectum, minus cautum, periculosum, & non nisi inconsulto zelo ac pietismo critico, quasi divino aliquo afflatu inventum esset, efferendum, neque recens inventum, nec dubiis solvendis idoneum. Confer Relationes Novorum literariorum Wurtenbergenses anno 1730. Sect. V. pag. 181. sq.

Quam ego supra p. 520. de *Keri* & *Cetibh* sententiam professus sum, eam fusius edisserit & confirmat doctissimus *Carpzovius* loc. cit. p. 340. sq. Conf. pag. 353.

De literis in textu Hebræo *majusculis*, *minusculis*, *inversis* &c. exstat *Jo. Terentii* dissertatio in Triade II. Meditationum ejus Philologicnum.

num. II. Quod *Jesaiæ IX.* 7. ם clausum in media voce exstat, id literam non mysticam, sed geminam Grammaticam referre existimat *Henr. Scholtz* in singulari dissertat. Bibliothecæ Lubecensi Tom. XII. pag. 535. inserta. Idem §. 7. ejusdem dissertationis literam ם *Nehemiæ* apertam cap. II. 13. & *Jobi* נ finale nova quadam ratione exponit. Literam ע suspensam Ps. LXXX. 14. ad ridendos Christianos referri persuasum quoque fuit *Joanni Buxtorfio* in epistola singulari, quæ exstat in Bibliotheca Bremensi Classe IV. p. 602.

De illis, qui de Masora minus præclare sentiunt & judicant, lege *Carpzovium* loc. cit. pag. 313. Adde illis *Dan. Guil. Mölleri*, seu quisquis auctor est, dissertationem de Mari Rabbinico infido pag. 19. sqq. qui inter cetera pag. 22. ita: *Judicet nunc eruditus lector, an non magis æquum sit, ut ex ejusmodi codicibus* (Biblicis) *restituatur collapsa hodierna Masora, quam ut hujus ductu, ne dicam, cæco furore hostilis vis ipsis oraculis divinis inferatur.*

Monui supra pag. 533. Celeb. *Pfaffium* in Primitiis Tubingensibus pag. 82. *inclementius* & *durius* in Masoram dixisse. Id tantum abest, ut ægre tulerit Vir doctissimus, ut potius in Introductione in Historiam Theologiæ Literariam Tomo I. pag. 84. allato hoc meo judicio, harum literarum studiosos ad ea ableget, quæ ego de Masora sim commentatus. Hoc in ipsius potius quam meam laudem hic a me commemorari cordatus Lector existimet.

CAPUT III.

I. SCRIPTORES MASORETHICI JUDÆI ordine Alphabetico descripti.

De libello Masorethico מסכת סופרים diximus Volum. II. pag. 752. quibus addi velim Cl. *Dav. Frider. Megerlini*, Rectoris Montisbelligartensis, consilium, ipsum hunc tractatum hebraice cum versione sua Latina, & præfationibus Eliæ Levitæ ad librum *Masoreth*, sub titulo: *Reliquiæ Masoræ sepultæ* edendi. Vide Relationes von gelehrten Neuigkeiten, Tubing. Part. VI. p. 276.

R. *Eliæ Levitæ* commentarius Masorethicus, cum accessionibus R. *Schemaleki f. Chajim*, quo exponuntur omnia scribendi compendia in Masora obvia, Prag. 1610. 8. Vid. Vol. I. hujus Bibl. n. 2197. & III. p. 100. n. 8.

R. *Jos.*

R. *Jos. fil. Schneior* מנחת הכהן quem Le Longius Parte I. Bibl. Sacr. ed. in fol. pag. 461. *Josephum f. R. Senior* mendose appellat. Scilicet Judæi vocem שניאור pronunciant *Schneior*, nec quicquam illa cum Latina *Senior* habet commercii. Originem & significatum illius exposui in Prolegomenis ad Volum. I. Biblioth. Hebr. in fine excerptorum ex R. *Simchæ ben Gerson* libro de Nominibus Propriis Rabbinicis, p. 40.

R. *Meir Bombanase*, אורח אמרח ex aliqua parte huc pertinet. Vide Volum. III. pag. 668.

II. CATALOGUS SCRIBARUM ET PUNCTATORUM JUDAICORUM.

Ascher ben Meir Machsor in Biblioth. Publ. Upsaliensi exstans, descripsit anno 305. C. 1545. teste per literas Reverendiss. *Erico Benzelio*.

Chajim ben Schneior, punctator, Codicem Biblicum, si Pentateuchum & libros Historicos exceperis, integrum vocalibus accentibus & Masora instruxit A. M. 5052. C. 1292. Codex ille olim fuit *Cornelii de Graaf*, Consulis Amstelodamensis, hinc *Cornel. Schultingii*, Ministri V. D. Amstelodam. nunc autem Rev. *Jo. Hagenii*, qui ibidem hodie sacro munere fungitur.

Chajim quidam *Hagiographa* hebraice cum *Targum* in membrana descripsit A. M. 5107. C. 1347. Codex est in Biblioth. publica Academiæ Cantabrigiensis, teste Cl. *Dav. Wilkins* in præfat. ad Targum in Chronicorum libros, pag. 4. ubi tamen operarum vitio annus Christi per 1447. effertur.

Chasdai f. Jeschua, descripsit *Leviticum* in membrana, in 12. qui exstat inter Scaligeranos in Biblioth. Academ. Leidensi num. 20. Annus designatur per אחרר.

David f. Tachsan (מחסאן) Hispanus, Scriptor libri Radicum *Kimchii*, qui exstat in Biblioth. Bodlejana, inter Codd. Huntingtonianos num. 290.

Elias f. Mosche, Scriptor libri מאזני צדק anno 317. Est is in Biblioth. Leidensi, inter Scaligeranos num. 19. in 8.

Elieser f. Schemuel, Levita; Scriptor Codicis Hebraici *Dresdensis*, de quo supra, pag. 86. ubi de Codd. MSS. Biblicis diximus, plura legantur.

Elijakim f. Ascher, Pentateuchum MS. Bibl. Publicæ Vpsaliensis punctis instruxit.

Esra f. Nathanael, descriptor commentarii *Mosis Maimonidæ* in tres partes corporis Mischnici anno Aeræ Contractuum 1509. pro quo tamen Cl. *Jo. Gagnerio* legendum videtur 1590. Exstat inter Codices Pocockianos Bibl. Bodlejanæ num. 200.

Jacob fil. Nechemja שערי *Raschii* commentarium in Pentateuchum, qui in scriniis meis est, descripsit An. 228. C. 1468.

Jacob f. Nathan; vide supra recensionem MSS. Hebr. alphabetic. sub nomine *Oxonium* in Bodlejano Archivo, pag. 94.

Jechiel f. Jacob, Scriptor Pentateuchi Hebræo-Chaldaici cum quinque Megilloth & Haphtaroth, CPoli A. M. 4836. C. 1076. codex quondam *Schultingianus*, nunc *Hagenianus*, Amstelodami. In Catalogo Schultingiano pag. 1. inter libros Hebraicos num. 5. annus Aeræ Christianæ mendose per 876. exprimitur.

Jechiel fil. Jekuthiel, Scriptor Talmudis Hierosolymitani, quod est inter Scaligeranos in Bibl. Leidensi, in cujus calce annus scriptionis dicitur 5449, falso quidem, qua de re infra, ubi de Talmude Hierosolymitano, dicam.

Jehuda f. Mosche, exaravit librum *Selichoth*, Codicem Scaligeranum in Biblioth. Leidensi num. 4. in fol. Annus effertur per 107. i. e. C. 1347.

Josua f. Abraham; scriptor Codicis Sacri Biblici A. C. 1301. Vide *Le Long* Biblioth. Sacr. ed. II. Tom. I. p. 52.

Isaac f. Abraham, scriptor Pentateuchi Oppenheimeriani A. M. 5062. C. 1302.

Isaac f. Jehuda, Scriptor Hagiographorum A. M. 5046. C. 1286. Codex olim *Schultingianus*, nunc *Hagenianus* Amstelodami.

Levi fil. Eliéser, librum *Segulloth* & *Kemioth* in Bibl. Publ. Vpsal. exaravit anno Aeræ Jud. 372. C. 1612.

Levi fil. Isaac, scriptor More Nevochim R. *Mosis Maimonidæ*, A. C. 1348. Vide Bibliothec. Rostgardianam p. 444. num. 5.

Meir f. Jacob, Scriptor Pentateuchi, olim Schultingiani, nunc Hageniani, Amstelodami, A. M. 5050. C. 1290.

Menachem f. Jacob, commentarios Raschii in Biblioth. Leidensi ex legato Scaligerano num. 1. fol. exaravit,

Mena-

Menachem f. Jekuthiel, cujus manu librum *Schaare Dura* Patavii 1477. descriptum habeo.

Mosche f. Chajim, Ekker, R. Jos. Gecatilia librum, *Schaare Ora*, ante annos 201. descripsit. Vid. Catal. Biblioth. Rostgardian. pag. 444. num. 7.

Mosche f. Jeschua, f. *Mosche*, *Romani*, scriptor commentarii R. Esra f. Schelomo in Pentateuchum & Prophetas, anno æræ Judaicæ minoris 156. Christianæ 1396. Exstat in Biblioth. Bodlejana inter Huntingtonianos num. 300.

Mosche f. Nathan Deth, scriptor commentarii Kimchii in Ezechielem, A. M. 5083. C. 1323. Vide Vol. III. hujus Biblioth. n. 1618. b.

Salomo f. Jechiel, librum *Jobi* & *Jeremiæ* exaravit A. M. 5069. C. 1309. Codex olim Schultingianus, nunc Hagenianus, Amstelodami.

Schemuel, f. Jacob Serugiel: v. supra recensionem MSS. Hebr. alphabeticam sub voce: *Oxonium*, in Biblioth. Bodlejana inter Codd. Seldenianos, pag. 94.

III. SCRIPTORES DE MASORA CHRISTIANI.

Jo. Pet. Buschagrii, Sveci, disputat. de Masora, hebraice scripta, Vpsal. 1651. testante *Peringero* in Historia Linguæ & eruditionis Arabum pag. 183. Eum *Brusgravium* mendose appellat *le Long* pag. 1040. Tom. II. Biblioth. Sacræ.

Jo. Gottlob Carpzovius, Antistes hodie Lubecensis meritissimus, in Critica Sacra Vet. Test. opere egregio, Lips. 1728. 4. edito, ubi pag. 283—321. ex instituto de Masora exponitur.

Olavi Celsii disput. de Masora, Resp. Laur. Balck, Vpsal. 1712. 8. pp. 40.

Jo. Frid. Cotta, Professoris Tubingensis, Exercitatio Historico-Critica de origine Masoræ, punctorumque Veteris Testamenti Hebraicorum cum brevi præloquio C. M. Pfaffii, Tubing. 1726. 4. pp. 96. Auctor *Lud. Cappellum* potissimum sequitur, atque hoc nomine laudatur à Jo. Clerico in Biblioth. Vetere & Nova Tom. XXVIII. pag. 343. Huic inprimis opposita est

Ludov. Herculis Daſeri, Eccleſiæ Laufenſis in Wurtenbergia Miniſtri, Exercitatio Philolog. qua origo & auctoritas punctorum Hebraicorum divina adſeritur ſtabilitur & vindicatur. Tubing. 1728. 4. plagulis 14.

Pet. Guarinus, Benedictin. è Congregat. S. Mauri, Tom. II. Grammat. Hebr. pag. 405. ſqq.

Theodoric. Hackſpanius, in Miſcellaneis lib. II. c. 6. ubi de Maſoræ auctoritate & uſu in controverſiis.

Jo. Heimreich, Prof. Phyſ. Medic. & LL. Or. Coburgenſis, reliquit amplum opus MS. de Grammatica & Maſora Hebræorum, teſtante Bibliotheca Germanica, Gallice edita, Tom. XXII. pag. 192.

Jo. Barthol. Lenzii diſput. de Notis Maſorethicis, *Piska*, *Tikkun Sopherim* & *Ittur Sopherim*, Vitemberg. 1702.

Davidis Friderici Megerlini Reliquiæ Maſoræ ſepultæ, quas prelo parari paulo ante monuimus. Huc quoque pertinet ejusdem *Lucerna Critica*, in tractatu de Scriptis & Collegiis Orientalibus promiſſa, quam extraordinariis Bibliorum Hebraic. ſcriptionibus, lectionibus atque annotationibus Maſorethicis accendere deſtinavit. Vide Relationes Novorum Literariorum Wurtenbergenſes anno 1730. Sect. V. pag. 179. ſeqq.

Dan. Guil. Mölleri, Prof. Altorfini, Mare Maſorethicum infidum, Specimine notabili monſtratum, Reſp. *Jo. Iſer*, Altorf. 1708. 4. quatuor plagulis. Specimen illud petitum eſt ex duobus verſibus Joſuæ XXI. quos in plerisque & tantum non omnibus editt. hodie omiſſos eſſe conſtat.

Chriſtoph. Matthæus Pfaffius, in cujus Corollaria de Maſora, quæ in Primitiis Tubingenſibus exſtant ſtrictim animadvertunt auctores des Alten und Neuen der Gelehrten Welt, Tiguri ed. Part. VIII. pag. 595. ſqq. in notis.

N. *de Vaumorin* in Examine Diarii Eruditorum Gallici, in quo inter cetera diſſeritur de Jo. Buxtorfiii Tiberiade, quæ defenditur. Pariſ. 1666. 4. gallice.

Guſtav. Georg. Zeltner procul dubio auctor, vel ſaltem promus condus eſt illius diſſertationis de Mari Maſorethico infido, quam ſub *Mölleri*, tanquam Præſidis, nomine exſtare modo monuimus.

IV. COL-

IV. COLLECTORES VARIANTIVM LECTIONVM Hebræarum Christiani.

Inter eos numerandus quoque erat *Guil. Eyrius*, Anglus, cujus epistola de variantibus textus Hebr. lectionibus, ad *Jac. Usserium* anno 1607. data, in calce Syntagmatis Usseriani de LXX. Interpretum versione Londin. 1655. 4. exstat. Exhibet illa conspectum justi tractatus, in duos libros distincti, quorum prior complexurus erat Prolegomena ad hoc argumentum spectantia, posterior vero Indicem variarum lectionum in toto Codice Hebræo exstantium. Totum ejus institutum eo pertinebat, ut puritas fontium sive ἀδιαφθορία S. contextus Scripturarum conservaretur, & ejusdem αὐθεντία declararetur. *Eyrius* hic operarum vitio a *Le Longio* pag. 463. Tom. I. Biblioth. Sacr. vocatur *Lyrius*.

V. CATALOGVS LEXICOGRAPHORVM JVDAICORVM quorum Lexica vel edita, vel MSS. exstant.

Anonymi Vocabularium Hebræo-Arabicum, quod inter Codd. MSS. *Eduardi Bernardi*, in Biblioth. Bodlejana exstare monuimus pag. 546. ita mihi descripsit præstantissimus *Jo. Gagnerius*: Codex est chartaceus & vetus in 4. sed à capite & calce imperfectus. In margine omnia vocabula Hebræa, ordine alphabetico posita, in textu Arabice literis Hebraicis explicantur. Sic folio primo superstite scribitur איב usque ad אשר, hinc reliquæ voces, ab א incipientes, desiderantur, usque ad vocem זו Pergitur usque ad vocem קשה, ubi desinit Codex, qui foliis 54. absolvitur. Auctor in expositione sua admodum brevis est, nec quenquam, præter loca Scripturæ, Mischnam, Talmud & Targum citat, nonnunquam etiam vocibus Hebræis in textu apponit vocales. Specimen hoc habe: יאשרוך האמריך: אשרי טובא: אשיך טובאך.

Anonymi Glossarium Hebræo-Arabic. in 4. in Biblioth. Bodlej. num. 5433.

Anonymi Vocabularium Hebraicum, Hebraice explicatum, ibid. cod. 5943.

Anonymi Glossarium Hebraicum è *Kimchio* aliisque contractum: ibid. codice 5926.

Anonymi

Anonymi Dictionar. Hebr. MS. in 4. in Biblioth. Colbertina num. 5390.

Anonymi Glossarium Hebr. sive expositio obscuriorum vocabulorum in plerosque libros Vet. Test. MS. in eadem cod. 3502. 4.

Anonymi, Judæi Germani, Aruch Beckianum, MS. de quo p. 546. describitur a Cl. *Schelhornio* in Amœnitatibus Literariis Tomo III. pag. 87.

Anonymi Glossarium vocum Hebræarum Gallico-Rabbinico-Germanicum MS. de quo Vol. III. n. 2208. ad quem in Supplementis, in hoc Volumine exhibendis, plura de eo afferemus.

Anonymi Lexicon Hebræum perantiquum MS. quod *Pet. Pleier* Ecclesiastes Coburgensis, anno 1609. Johanni Gerhardo donavit, nunc exstans in Bibliotheca Gothana, cujus vide Catalogum Cyprianeum pag. 123.

Anonymi Lexicon Talmudicum compendiosum, in quo omnes voces Talmudicæ difficiliores explicantur Hebraice, interdum Germanice: *Cracov.* 1592. 4. de quo Vol. I. num. 1.

Benjamin Musaphia מוסף הארוך quod apud Longium pag. 1184. operarum vitio nomini *Joh. Behem* jungitur, cum ad hunc Benjaminem proxime ibi sequentem pertineat.

David ben Abraham Vol. I. num. 469. Eum *Longius* pag. 1185. b. in eadem pagina bis exhibet.

David Kimchi in libro Radicum, quem *Longius* Latine Venet. 307. in fol. editum scribit, id quod non de toto libri contextu, sed de Latina tantum vocum Hebraicarum expositione, quæ in margine exstat, accipiendum esse scias.

Jehuda Arje ben Zevi Hirsch in אהלי יהודה Vide Vol. III. num. 692. d. & חֵלֶק יְהוּדָה seu Dictionarium Hebræo-Judæo-Germanicam de quo in his Supplementis ad Vol. III. num. 692. d. dicemus.

Moses ben Issacher Behr, quem *Longius* Anonymum facit p. 1184.

Moses Hannasi, qui ibidem pag. 1187. operarum vitio *Hammansi* vocatur.

Salomon de Olivera. Volum. I. num. 1955. Hic observo, *Longium* p. 1188. R. *Salomoni Zalman* tribuere librum עץ חיים qui tamen ad nostrum hanc, ibidem paulo post commemoratum, spectat.

Schiur-

Schimschon Hannakdan in חבור הקונים de quo Volum. I. & III. num. 2248.

VI. CATALOGUS LEXICOGRAPHORUM EX CHRISTIANIS vel Ex-Judæis Hebraicorum Alphabeticus.

Abudacnus (Jos.) vid. *Jos. Barbatus.*

Alabastri (Guil.) Spiraculum tubarum in nonnullis exemplaribus editionis Londinensis 1635. fol. titulum habet *Lexici Schindleriani Contracti.*

Anonymi Radices L. Hebr. Amstelod. 1652. fol.

Anonymi Manuale Hebr. Chald. Latin. Belgicum, Francof. 1668. 12.

Anonymi Spicilegium Hebraicum vocum anomalarum & difficiliorum, in *Buxtorfii & Burcklini* Lexicis Hebraicis explicatarum, vel omissarum, Parnassomonti, i. e. Giessæ 1710. 4. Vide *Jo. Jac. Schudtii* Genium L. Sanctæ pag. 132.

Aquinatis (Philippi) Ex-Judæi, Primigeniæ voces, seu Radices breves L. Sanctæ, cum thematum investiganda ratione Paris. 1620. 16. Vide Vol. III. pag. 928.

Bagwel (Jo.) Dictionarium vocum Veteris & Novi Testam. a *Th. Wilson* inchoatum, Anglice, Lond. 1658. fol. a Longio pag. 1184. iterumque pag. 1187. sub *Andr. Simson* repetitum, huc non videtur pertinere, cum non tam ad expositionem vocum Hebræarum, quam ad illustrationem vocum Biblicarum spectet, adeoque inter *Lexica Biblica* locum inveniat.

Bangii (Thomæ) Hermes & Pan Hebraicus, quo vivum absoluti Hebraici Lexicographi exemplar proponitur. Hafniæ 1641. vel ut in aliis exemplaribus legitur, 1651. 4. Schediasma est novem foliorum, cui parum tribuendum esse judicavit B. *Severinus Lintrupius* in præfat. erudita ad Cl. *Falsteri* Supplementum L. Lat. p. 6.

Barbati (Jos.) Profess. LL. Or. Lovaniensis, Speculum Hebraicum inter Grammaticas refert *Longius* pag. 1170. & inter Lexica p. 1184. Vide tu *Tenzelii* Monathliche Unterredungen anno 1693. pag. 202. sqq. Interim falsus fui, quando pag. 550. suspicatus sum, Sylvam Radicum Hebr.

Hebr. quæ Paris. 1622. 8. cum *Bellarmini* Grammatica Hebr. prodiit, nostri esse. Est enim illa *Jo. Bapt. Martignac*, de quo infra.

Behem (Jo.) Vlmensis, quem anonymus quidam auctorem suspicatur τȣ̃ Aruch Glossarii Chaldæo-Ebraici, a Judæo Germano germanice conversi, de quo modo inter Anonymos dictum est. Confer Cl. *Schellhornii* Amœnitates Literarias Tom. III. pag. 87. & Meelführeri Accessiones ad Almeloveenium pag. 162.

Bohlii (Samuelis) Profess. Rostoch. XIII. Dissertationes de formali vocum Hebraicarum significatione, quarum ultima ab alio præside M. *Philip. Hartmanno* habita & seorsim edita est. Vide Cl. *Schoetgenii* Pomeraniam veterem & novam germanice editam, p. 520.

Buxtorfii (Joh.) Patris, Lexicon Hebræo-Caldaicum frequentissime editum, novis curis recognitum, a viro quodam docto, Berolinensi, editioni parari testantur eruditi Auctores des Freywilligen Hebopfers Tom. I. pag. 759. Ibidem p. 755. consilium exstat de emendando Lexico illo Buxtorfiano, cujus defectus enarrantur.

Buxtorfii (Jo.) Nepotis, Prof. Basileensis, Specimen Phraseologiæ Vet. Test. Hebraicæ, exhibens sub titulis, ordine literarum digestis, phrases aliquam multas, adjecta passim difficiliorum succincta explanatione Francof. ad Mœn. 1717. 8. plagulis quinque. Conf. Neuer Büchersaal Tom. II. pag. 815.

Bythneri (Victorini) Clavis Linguæ S. universas voces Pentateuchi sententiis Biblicis comprehendens, earumque analysin critice exhibens. Cantabrig. 1648. 8. plagulis 10. Præfatus est typographus, unde opus posthumum esse forte non vanus conjecero. Ratio opusculi hæc est. Ponuntur eminentiora Pentateuchi, ordine librorum, commata Hebraice, cum versione Latina interlineari, iis vero subjicitur expositio vocum singularum nunc brevior, nunc longior, & egregiis interdum observationibus stipata.

Cocceji (Joh.) Lexicon Hebr. cum animadversionibus & supplementis B. *Jo. Henr. Maji* primum Francof. ad Mœn. 1689. hinc ibidem 1703. fol. si titulo credimus, auctius recusum. Conf. Biblioth. Bremensem Class. V. p. 306. Ipsius *Cocceji* Observationes de distinctiori significatu selectarum vocum L. Hebr. secundum ordinem alphabet. exstant Tom. II. Opp. Posthumorum pag. 548. Consilio & auspiciis Serenisf. Landgraviæ, Mariæ Eleonoræ, adornatum illud esse, constat ex *Cocceji* episto-

epiſtolis quæ Tom. VI. Operum in calce pag. 21. ſqq. & Tom. II. Poſthumorum leguntur.

Curtii (Sebaſt.) Theologi Marpurg. Radices L. Hebr. Caſſellis 1648. 4. etiam prodierunt. Conf. *Jo. Telemanni a Schenck* Vitas Theologorum Marpurgenſium pag. 229.

Decimatoris (Henr.) Sylva vocabulorum & phraſium linguarum Lat. Græc. & Hebr. Lipſ. 1605. 8.

Druſii (Joh.) filii, Nomenclator *Eliæ Levitæ* in ordinem alphabeticum redactus, & Græcis vocibus auctus, Franequer. 1652. 8.

Dufour (Thomæ) vide infra inter Grammaticos.

Emmelii (Helfrici) Sylva quinque linguis vocum & phraſium, German. Lat. Græc. Hebr. & Gall. Francof. 8. teſte *Imbonato* pag. 69. b.

Fourmont. Vide infra *Renoux.*

Franci (Gregor.) Lexicon Sanctum, a *Longio* huc relatum, ad Scriptores Onomatographos pertinet, inter quos de eo diximus Vol. II. pag. 568.

Frichius (Ambroſius) inter Grammaticos potius locum habet.

Gibelii (Abrah.) Inſpectoris Eccleſiarum Femarienſium Diſput. de genuina Lexicographias Chaldaicæ conſtitutione, recuſa in *Crenii* Analectis pag. 251. Vide ibi *Crenium* in notis, & Cl. *Seelenii* Athenas Lubecenſes Tom. IV. pag. 240. qui itidem commemorat ejusd. Enodationem difficultatum Etymologicarum Hebr. literaturæ, Witteb. 1603. 4.

Guarini (Petri) Ord. Benedict. Dictionarium Hebraicum, Chaldaicum &c. tanquam Pariſ. 1724. 4. editum affert *Longius.* Sed id ne nunc quidem lucem adſpexit, ſed poſt fata Guarini, induſtriæ Dom *Nicolai le Tournay*, ejusdem Ordinis & Congregat. ſocio, commiſſum eſt. Dimidia ejus pars prelum jam reliquit proxime ad finem perducendum. Vide Ephemerides Literarias Pariſienſes an. 1730. Novembr. pag. 426. edit. Belg. Lexici illius conditionem ſummatim expoſitam lege in calce præfationis ad Tom. II. Grammaticæ Hebraicæ P. *Guarini.*

Gumprecht (Jo. Paul.) Vide inter Grammaticos.

Guſſetii (Jac.) Profeſſoris Groningani, Commentarii L. Hebr. ex merito laudantur ab auctoribus Memoriarum Trevoltienſium anni 1708. pag. 462. quanquam illi in multis ab auctore diſſentiant. Annotationes Cl. *Jo. Conr. Schwarzii*, Profeſſoris Gymnaſii Coburgenſis, ex

Miscellaneis ejus Philologicis affert *Longius* p. 1189. ubi tamen mendose *Schemartius* vocatur.

Hannewinckelii (Gerh.) Syllabus vocum primitivarum Hebraic. teste *Wittenio*.

Hasenmulleri (Daniel.) Professoris LL. Or. Kiloniensis, Janua Hebraismi aperta, Kil. 1691. in forma oblonga. In ea exstant 1) Præcepta Grammatica brevia. 2) Vocabularium Hebraic. 3) Textus quidam Biblici. 4) difficiliorum omnium accurata analysis & 5) Institutio Accentuationis.

Heeseri (Joh.) Ecclesiastæ Drusiburgensis, אבן העזר i. e. *Lapis Adiutorii*, seu Lexici Philologici, Hebræo-Chaldæo-Sacri Pars I. continens omnes voces Hebraicas & Chaldaic. Vet. Test., in duabus Alphabeti Hebr. literis א & ב occurrentes, quæ commentario Philologico-Theologico illustrantur, ubi vocum etyma dantur, earum vis & ἐνέργεια ostenditur, & diversæ significationes in Scriptura traduntur; collatis omnis generis Paraphrasibus & versionibus tam Oriental. quam Occidental. & in subsidium vocatis optimis quibusque Lexicographis, commentatoribus, Criticis & Scholiastis. Harderovici 1716. 4. Confer Acta Erudit. Lipsiens. 1718. pag. 405.

Helvici (Christoph.) Professoris Giessensis, Lexicon Hebræo-Didacticum Giessæ, opera fratris, *Martini*, prodiit 1620. 4. Ejusd. Elementale ibidem 1619. 4. editum, in calce exhibere dixi Themata sive vocabula separata ex Genesi. Ita scilicet invenio in exemplari meo. Cum vero themata illa distinctam opellam constituant, non præstiterim, num omnia habeant exempla.

Hilleri (Matthæi) Profess. Tubingensis, & Abbatis Regiofontani, anno 1725. 3 Februar., ætatis 79, defuncti, *Lexicon Latino Hebraicum*, sumtibus auditorum *Tubingæ* 1685. editum, quo potissimum voces, extra Scripturam Sacram in Rabbinorum Theologicis & Philosophicis scriptis obviæ, recensentur. Idem *Paralipomena Lexicorum Hebraicorum* scribere aggressus erat, quod institutum ideo abjecit, quia *Georg. Burcardus Rumelinus* eodem tempore Lexicon Biblicum ad principia Hilleriana accommodatum edebat. In scriniis prelo paratum reliquit opus egregium de ἰσοδυνάμεις Scripturæ Sacræ, imo & aliud vastius, quodque hujus medullam erat exhibiturum, sub titulo: *Thesaurus Linguæ S. Hermeneuticus, in quo perspicua brevitate non solum idiotismi, sive peculiaria & singularia divini Codicis loquendi genera, sed & æquivalentia, sive ἰσοδύναμα, locutiones*

nes ἐκ παραλλήλου & cognata significationis vocabula, verba item translata & figurata, ea quoque, quæ per similitudines & parabolice & typice, quæ porro proverbialiter, denique ea quæ ad actionem pertinent, & ex ritu veteri dicta sunt, &c. exponuntur. Opus hoc sumtibus suis in publicum se prolaturum esse recepit *Jac. Brædeletus*, cui etiam *Hierophytici* editionem Traj. ad Rhenum 1725. 4. factam debemus. De his omnibus fusius commentatur Cl. *Salomon Pfisterus* in præfatione ad ipsum illud *Hierophyticum*. Pertinet quoque huc ex parte *Onomasticon* ejus *Sacrum*, de quo paulo post dicemus.

Hulsii (Anton.) Nomenclatorem Biblicum Vltrajecti quarta vice an. 1679. iterumque 1683. editum testatur *Longius*. Hoc vero de ejus Compendio Lexici Biblici est intelligendum.

Hutteri (Eliæ) Dictionarium Harmonicum Biblicum radices Hebræas interdum cum derivatis suis, literarum serie, additis Gr. Lat. & German. vocibus, quæ illis respondent, exhibet, in fine autem index alphabeticus vocum Græc. Latin. & Germanic. exstat.

Ejusd. Cubus Hebræo-Latinus, ubi non tantum Radicum Hebraicarum secundum puncta diversa explicatur significatio, verum etiam illas colligendi monstratur ratio; incipiendo à litera in margine ad dextram posita, quæ per se cum suo puncto absolvit syllabam, quemadmodum & superius posita cum suo puncto & singulis, ad sinistram proxime descendentibus, ita, ut tres istæ literæ unam semper constituant radicem: in forma 24. sine mentione loci & anni, plagulis 20.

Jordini (Anton.) Radices: vide *Nathanaelis Sotvelli* Bibliothec. Scriptorum Soc. Jesu pag. 75. Prodierunt illæ etiam Coloniæ 1630. 8.

Juberi (Dionys.) Dictionar. Hebr. MS. teste Lud. Jacobo à S. Carolo in Bibliotheca Carmelitarum.

Kœrberi (Christiani) Pastoris & Superintend. Lobensteinensis in Varisc. Lexicon Particul. Hebr. Vid. Monahtliche Nachrichten von Jena anno 1726. p. 192.

Kummeth (Casp.) S. J. Schola Hebraica. V. inter Grammaticos.

Langii (Joach.) Theologi Halensis, Clavis Hebræi Codicis, qua, præmisso Nucleo Grammaticæ secundum seriem librorum, capitum ac versuum, vocum Hebræarum Latina translatio ac Analysis cum radicibus exhibentur, in gratiam eorum, qui sine difficultate ac mora vel suo marte feliciter, vel sub viva institutione felicius, in ipsius codicis Sacri lectione ac repetitione progredi volunt. Accedit triplex memoriæ subsidi-

sidium, *onomasticum analogicum* & *harmonicum*. Edit. II. auctior & correctior. Halæ 1722. 8.

Laymari (Anton.) Augustani, Pastoris exulis & civis Academici Regiomontani, Dictionarium Hebraico-Latinum, in quo omnes & singulæ dictiones, Nomina, & verba, quotquot in Codice Sacro occurrunt, continentur; non tantum juxta quantitatem Syllabarum, sed etiam, secundum qualitatem vocalium, unde omnes mutationes suboriuntur, dispositæ, Regiomonti 1668. 8. Totum Dictionarium plagulis decem absolvitur. Ejus vero ratio hæc est. Primum seorsim voces & verba Hebraica punctis suis instructa, & in pentades distributa, notisque numerorum designata enumerantur. Postea itidem separatim leguntur eædem voces, & verba eodem ordine cum notis numerorum, quæ Lexico illi Hebraico respondent, ut, qui significatus Hebraicorum nosse velit, facilem inveniat Interpretem. Ita v. c. Dictionarium Hebraic. sic incipit: תָּא, אב, גַּב, דב, עב. 5. Latinum vero ita: *Thalamus, Pater, fornix, fluxus, trabs.*

Leigh (Eduardi) Critica Sacra aucta est nonnihil a *Jo. Justo Sevelio* in Spicilegio post messem, i. e. Supplemento Partis I. Criticæ Sac. Leighii, Hafn. 1713. 4. Hoc respexit B. *Lintrupius* in præfat. ad *Falsteri* Supplementum Linguæ Latinæ p. 6. quando supplementa Criticæ Leighianæ à biga clarissimorum Juvenum tentata laudat. Ad ejusdem Partem II. uberius supplendam Observationes suas sacras retulit M. *Mart. Caspar Wolfburgius* Flensburgi 1717. 4. ed. Pars I. enim voces Hebr. Vet. Test. tantum complectitur.

Leusdenii (Jo.) Professl. Vltrajectini, Clavis Hebraica Veteris Testamenti, in qua themata difficiliora Vet. Test. reserantur, & voces ac constructiones irregulares explicantur, aliæque difficultates circa textum Hebræum enodantur. Instructus liber est secundum ordinem librorum & capitum Biblicorum, ac prima vice prodiit Vltrajecti 1683. 4. (non 1681. 8.) & 1686. 4. si fides est *Longio.* Laudat eam *Christoph. Zellerus* in præfat. in Histor. Script. S. §. 3. Conf. Biblioth. Fabrician. Part. VI. p. 54.

Ejusd. Manuale Hebr. & Chaldaicum, Lat. & Belgice, ibid. 1683. 12.

Compendium Biblicum, continens 2289. versiculos Vet. Test. in quibus omnes voces tam Hebr. quam Chald. cum Lat. interpretatione inveniuntur, ibid. 1673. & 1680. 8.

Læscheri (Valent. Ernesti) Specimen Lexici Hebraici Emphatici exstat in Unschuldigen Nachrichten an. 1702. pag. 356. sq.

Ludovici (Christ.) Hebraismus, Chaldaismus & Syriasmus, à *Longio* huc relatus, ad Grammaticos pertinet.

Maji (Jo. Henr.) Supplementa & animadverſ. ad Cocceji Lexicon. Vid. *Coccejus*.

Martignac (Jo. Bapt.) e S. J. ſub cujus nomine *Sylva Radicum Hebraic.* ordine alphabet. Pariſ. apud Seb. Cramoiſy 1622. 8. prodiit, ſed per errorem typographi. Verus enim ejus auctor eſt *Nic. Riqueil*, Rothomagenſis, teſte Ribadeneira & Sotwello in Bibliotheca Scriptorum S. J. pag. 414. Prodiit vero loc. cit. cum *Rob. Bellarmini* Grammat. Hebr.

Munſteri (Sebaſt.) Lexicon Hebræo-Chald. tum alias, tum Baſil. 1527. ex hac editione cum additamentis ampliſſimis *William Bedwelli*, chartæ puræ, ſingulis foliis adjectæ, & marginibus libri inſcriptis exſtat in Bibliotheca Bodlejana, inter Codices Laudanos p. 173. Ibi enim multa vocabula Syriaca, Arabica, Æthiopica &c. propriis characteribus cum doctiſſimis interpretationibus occurrunt, dignum opus, quod publicetur. Ex eo codice non pauca hauſit *Edmundus Caſtellus* in Lexico ſuo Heptaglotto, qui auctorem literis *Bd.* paſſim deſignat. Debeo hæc literis præſtantiſſimi *Jo. Gagnerii*, literarum Orientis in Anglia hodie ſtatoris præcipui. Illud Munſteri Lexicon prodiit etiam Baſil. 1548. & 1564.

Dictionarium Trilingue primum Baſileæ 1530. 4. exiit. Vltima edit. Baſil. 1562. in fol. additam habet Appendicem de Hebraicis quibusdam vocabulis, cura Sebaſt. Lepuſculi confectam, qui & in Dictionario ipſo voces Chaldaicas & Magiſtrales, i. e. Rabbinis receptas, à ceteris per aſteriſcum diſtinxit.

Mylii (Achatii) Lexicon Hebr. Græco-Lat. Germanicum MS. de quo infra in Obſervationibus generalibus ad L. Hebr. plura dicemus.

Neumanni (Caſp.) Geneſis & Exodus L. Sanctæ, de qua loc. cit. itidem alia afferentur, ad pag. 624.

Noldii (Chriſtiani) Profeſſ. Hafnienſis, Concordantiæ Particularum Ebræo-Chaldaicarum inde ab anno 1723. 4. prelo iterum deſtinatæ ſunt. Proſtat hanc in rem Cl. *Jo. Gothofredi Tympii*, Ordinis Philoſ. Jenenſis Adjuncti, Schediaſma, quo iterandæ editionis harum Concordantiarum rationes exponit, Jenæ 1723. 4. Compara Sammlung von Alten und Neuen Theologischen Sachen anno 1724. p. 814 & anno 1725. pag. 168. & *Theophili Alethæi* Bericht von den vornehmsten Commentariis Tom. V. pag. 32. & inprimis Gelehrte Zeitungen Lipſ. anno 1723. p. 1022. Vidi

Vidi ego ſpecimen egregii operis, quod eruditorum exſpectationem copioſis acceſſionibus & emendationibus ſuſtinebit. Noldium à plagii crimine, illi præter rem impacto, vindicat *Severin. Lintrupius* in præfat. ad *Chriſtiani Falſteri*, V. C. Supplementum L. Lat. pag. 5.

Othonis (Jo. Henr.) ſive *Otthii*, Profeſſoris quondam Lauſanenſis, & deinde Paſtoris Hochſtettenenſis, an. 1719. defuncti, *Lexicon Rabbinico-Philolog.* Genev. 1675. 8. ed. ſupplemento, flagitante *Adr. Relando*, inſtructum & prelo paratum MS. exſtat, nec minus Rabbinorum formulæ loquendi elegantiores. Vide Biblioth. Bremenſ. Claſſ. VI. pag. 297. ubi & de vita Viri doctiſſimi diſſeritur.

Ottonis (Jul. Conradi) meminit etiam *Longius* pag. 1188. ubi tamen operarum vitio *Enchiridion expoſitionis vocum Aruch* &c. Ottoni tribuit, quod ad *Pagninum*, proxime ibi ſequentem, erat referendum.

Pagnini (Xantis) Theſaurus L. Sanctæ contractus & excerptus ex R. *Dav. Kimchi*, Pariſ. 1548. 4. per Rob. Stephanum. Conf. infra *Rob. Stephanus.* Compendium Theſauri à *Franc. Raphelengio* prodiit *Antwerp.* 1578. 8. Editio anni 1588. ibidem curata vocatur in titulo *quarta*, cui *Appendix dictionum Chaldaicarum copioſa & nova* acceſſit. Habeo præterea in manibus edit. Antwerpienſes anni 1609. & 1616. 8. in quarum calce exſtat Judex dictionum Latinarum, qui ad voces Hebr. vel Chaldaicas, illis reſpondentes, & in compendio illo obvias remittit.

Peſantii (Eliſæi) *Sal Eliſæi*, viri divini, ſive Dictionarium Hebraicum. Exſtat in 4 Voll. fol. MS. Brixiæ in Biblioth. Capucinorum, teſte *Longio.*

Placi (Andr.) Lexicon Biblicum à Longio huc relatum ad Onomaſtica Theologica potius ſpectat.

Raphelengius (Franc.) Vid. *Pagninus.*

Ravii (Chriſtoph.) Orthographia & Analogia, a Longio hic commemorata, ad Grammaticas potius pertinet, inter quas illius infra mentionem faciemus.

Reineccii (Chriſtiani) Janua Codicis Hebræi, Lipſ. 1707. 8. ubi & ejusdem Lexicon Hebræo-Chaldæum exſtat. *Ejusd.* Index Memorialis, quo voces Hebr. & Chaldaicæ V. T. omnes cum ſignificatibus Latinis continentur, ad faciliorem vocum evolutionem & repetitionem, Lipſ. 1725. 8.

Renoux

Renoux (Jo.) Presbyteri Oratorii Parisiensis, *Nouvelle methode pour apprendre facilement la langue Hebraique & Chaldaique avec le Dictionaire des racines Hebraiques & Chald.* Paris. 1709. 8. Dictionarium illud constat 442. strophis (*stances*) Gallicis metricis, quæ radicum Hebraicarum significatus repræsentant. Exempla habes in Memoriis Trevoltiensibus anno 1710. pag. 464. sqq. ubi & *Fourmontii* de illis judicium leges.

Reuchlini (Anton.) Lexicon Hebr. L. in quo singula capita Concordantiarum Hebraicarum in L. Latinam conversa sunt, Basil. 1556. in fol. & ibid. 1569. 4. teste Longio. Confer. infra inter Grammaticos *Capnio*.

Reuchlini (Jo.) Rudimenta L. Hebraicæ quoad duos priores libros huc spectare ex Vol. II. pag. 603. constat, ubi & de editione illorum Munsteriana dictum est.

Reyheri (Andreæ) Vocabularium Grammaticum Hebræo-Latinum. Vide infra inter Grammaticos.

Riqueil (Nicol.) Vide supra *Martignac*.

Robertsoni (Guilielmi) Thesaurus Linguæ S. contractus, de quo legatur *Jo. Clerici* Bibliotheca Vniversalis Tom. II. pag. 53. sqq.

Rümelini (M. Georg. Burchardi) Pastoris Evangelici Oberöwishemii prope Bruchsaliam, *Lexicon Biblicum*, in quo omnes, quæ in Vet. Test. leguntur, voces, verba scilicet ac nomina tam appellativa, quam propria ita recensentur, ut 1) verborum seu radicum affinitas & primaria significatio in aprico ponatur, notionumque secundariarum, longissime nonnunquam à se invicem disjunctarum, ratio explicetur. 2) nominum verborumque derivatorum vera & genuina origo juxtaque sensus indubitatus ostendatur. 3) vocum in Lexicis & Concordantiis hactenus editis fere omissarum, sed partim in lectionibus, Kerian & Kethiban dictis, latentium, partim ex analysi nominum compositorum, & e punctationis doctrina resultantium, non exiguus numerus restituatur, maximam partem ex scriptis hactenus editis Philologi, nostra ætate celeberrimi, D. *Matthai Hilleri* collectum. Francof. ad Moen. 1716. 4.

Ejusd. *Lexicon Critico Sacrum* in duas partes distinctum, in quarum priori omnes, quæ in Textu originali Vet. Test. leguntur, voces ad quindecim cognationes reducuntur, earundem significationes, tam generales, quam speciales, ex harmonia Linguæ Hebraicæ cum Gr. Latina & Germanica reteguntur, discrepantes Interpretum versiones examinantur,

nantur, &, quæ olim in Parte altera, vel neglecta vel sinistre explicata fuere, supplentur & corriguntur: in posteriori juxta ordinem literarum digesta Radices cum derivatis suis explicantur. Præmittitur Operi index locupletissimus omnium radicum Hebraicarum & Caldaicarum atque ex iis nominum & formarum derivatarum, quæ in Lexicis aliis ægre reperiri possunt. Sumtibus Auctoris excusum anno 1730. 4. 2 alphab. 82. plagulis prostat Tubingæ. Dignum omnino opus est, quod in plurium manibus versetur, in quas vel propterea vix incidit, quod suis illud sumtibus Auctor exscribi fecerit. Hinc factum est, ut nec ego primæ partis jam anno 1716. editæ in Volum. II. suo loco fecerim mentionem. Laudatur illud a Vener. *Christoph. Matthæo Pfaffio*, in Introduct. ad Historiam Theolog. Literar. lib. I. pag. 72. ubi Partis operis Prioris fit mentio. De eadem lege Unschuldige Nachrichten anno 1717. p. 428. & de Posteriore fuse Relationes von gelehrten Neuigkeiten anno 1730. Parte IV. pag. 63.

Schæferi, (Ludov. Christoph.) Ministri Reformati Berleburgensis Hebräisches Wörter-Buch Berleburgi 1720. 4.

Schickardi (Wilh.) Compendium Lexici Hebraici in usum Scholæ Lubecensis seorsim prodiit Lubecæ 1644. 8. teste Cl. *Seelenio* in Athenis Lubecensibus Parte IV. pag. 406.

Stephani (Roberti) Thesaurum L. Sanctæ ex Pagnino contractum supra sub Pagnino appellavimus. Ejus Pars II. quæ phrases Hebraicas, ex commentariis Hebræorum explicatas, exhibet ab eodem Paris. 1558. 8. edita laudatur à *Mich. Maittaire* in Catalogo librorum a Stephanis editorum pag. 29. Pars prior una cum Hebr. & Chaldaic. Nominibus, quæ in Bibliis leguntur, ibid. 1549. 4. seorsim edita, cum additionibus & notis MSS. perquam multis *Pet. Terranæ* Melitensis commemoratur in Catalogo Bibliothecæ Rostgardianæ pag. 444. num. 11.

Stockii (Christiani) Clavis Linguæ Sanctæ Jenæ 1727. 8. auctior recusa est. Vid. Collectionem Nov-antiquorum Theologic. an. 1717. pag. 137. & 1731. pag. 430. Eam Auctor a censuris Biblioth. Hallensis, germanice editæ, singulari scripto itidem vernaculo vindicavit Jen. 1717. 8. Dictionarium Chaldæo-Rabbinicum, cujus pag. 560. mentionem feci, non in ipsa Clavi exstat, sed illi seorsim est succenturiatum.

Sturtevanti (Simonis) Dictionarium Hebraic. prodiit Londini 1602. (non 1702.) 8. sub titulo: Adams Hebrew Dictionary, in quo facilis via LL. Hebr. Chaldaic. & Syriac. discendi via panditur.

Tarnovii

Tarnovii (Herman.) Specimen Lexici Hebræo-Biblici formalis exstat in Recensione Actorum Eruditorum Rostochiensium II. pag. 205. sq.

Thomassini (Ludovici) Presbyteri Oratorii Parisiensis, an. 1695. ætatis 77. defuncti, *Glossarium Universale Hebraicum* eruditorum exspectationem non sustinuit. Intelliges id ex sequentibus Ludov. du Four, Abbatis de Longuerue, Viri eruditissimi, & harum quaque literarum periti, verbis, quæ descripsi ex epistola quadam ejus ad Gabr. Groddeckium Parisiis 1697. VI. Id. Novembr. data. *Avidissime*, inquit, *exspectant, & nonnulli legunt Thomassini Glossarium, quod operose, si superis placet, brevi refellent aut convellent, sive vellicabunt. O accusationem vanam, nugatoriam, inhumanam! cur non miseret eos miserrimi senis, qui plane delirus diu multum vixit: postquam enim ad cerebri sui exsequias venit, ætatem minimum ad quinquennium extraxit, & interim deformem istum fœtum edidit. Quid infelix parens peccavit? Nihil prorsus. Meminerint immites illi Critici, Virum istum, dum adhuc animi esset compos, de Republica literaria bene meritum esse.* Aequissimum hoc Viri docti judicium vel ideo afferendum censui, ut in excusationem auctoris, viri non proletariæ eruditionis, nec vulgaris ingenii, sed tum effœti, cedere posset.

Tossani (Pauli) Lexicon Concordantiale Biblicum a *Longio* hic ex edit. Francofurtensi 1687. (vel potius 1681. ut ipse habet Parte I. Bibliothecæ Sacræ pag. 458.) huc non pertinet, quemadmodum & ipse recte ad Concordantias Biblicas loc. cit. retulit.

Trottii (Nicol.) Angli, JCti & Judicis primarii in Carolina Americæ Clavis Linguæ S. vel potius Specimen tantum ejus, laudatur ab Armando de la Chapelle Tom. VII. pag. 526. Bibl. Anglic. & Clavi Leusdenianæ, de qua supra, præfertur. Confer *Jo. Clerici* Bibliothecam Veterem & Novam Tom. XV. Part. I. pag. 52. sqq. & Bibliothec. Bremensem Class. IV. pag. 397. ubi Classe V. pag. 168. hic liber integer prodiisse, nescio, quem vere, traditur.

Wolzogue (Ludov.) Vide supra *Eduard. Leigh.*

Ximenii (Franc.) Lexicon, auspiciis quidem ejus, at industriæ *Alphonsi Zamorensis* debetur, Vide infra inter Grammaticos *Alphons. Zamora.*

INDEX LEXICORVM HEBRAIC. ET POLYGLOTTORVM, quæ ab eruditis vel promissa, vel affecta fuerunt, aut MSS. exstant.

Anonymi Lexicon Hebraicum & Latinum, MS. in Bibliotheca Regia Parif. cod. 6184. 4.

Anonymi Vocabularium Hebræo-Latinum, quod exstat in Codice MS. Leidensi eo, qui partes Bibliorum Hebraic. complectitur. Vide Catal. Biblioth. Leidensis in fol. p. 410.

Bouchard (   ) Abbatis, Introductio ad Linguam S. sive Hebr. nedum ad hujusce linguæ scientiam, sed ad rectam S. Scripturæ intelligentiam perutilis & expedita, tanquam MS. affertur in Histoire Literaire de l'Europe, anno 1726. Septembr. pag. 79.

Boutoni (Franc.) S. J. Lexicon Hebraicum ita describit *P. de Colonia* in Historia Literaria civitatis Lugdunensis, Gallice edita Tom. II. pag. 751. Clavis Scripturæ Sacræ seu Dictionarium Hebraicum, in quo Latinis Vocibus subjiciuntur voces Hebraicæ respondentes, collectum ex Sacris literis, & ex collatione Vulgatæ Lat. editionis, cum Hebræo, MS. in fol. majore. Ipse *de Colonia* tradit, auctorem ostendere convenientiam Vulgati cum Hebræo voluisse, idque feliciter præstitisse. Codex ille adhuc *ἀνέκδοτος*, & ab Auctore sexta vice descriptus, exstat Lugduni in Bibliotheca Collegii SS. Trinitatis. Ejusdem meminit *Theoph. Raynaudus* in Mantissa Hagiologii Lugdunensis.

Broughtoni (Hugonis) Vocabularium Hebraico-Anglicanum, secundum classes rerum digestum, & in usum discipuli cujusdam sui adornatum, MS. exstare dicitur in præfat. ad Opera ejus junctim edita Londini 1662. pag. 5.

Dassovii (Theodori) Lexicon Emphaticum à *Longio*, tanquam 1705. fol. editum memoratur pag. 1185. At illud promissum quidem est, sed nondum vulgatum. MS. exstat in Bibliotheca Academica Wittebergensi, dignum omnino, quod lucem adspiciat.

Forerius (Franc.) Olyssiponensis, Ordinis Prædicatorum, sibi ipse fecit maximis vigiliis *Lexicon Hebraicum, non solum ex aliis Lexicis, sed & examinatis locis, quos citant ad verborum significationes comprobandas*, quod ipse ait in præfatione ad amicos, præmissa Jesaiæ Prophetæ novæ suæ versio-

versioni, & in eum commentario. Confer *Quetifii* Bibliothecam Ordinis Prædicatorum Tom. II. pag. 262. b.

Friderici (Valentini) Profess. Hebr. L. Lipsiensis, Apparatus Hebraicus & Chaldaicus, in quo phrases Hebr. & Chald. ex originali eoque universo Codice Vet. Test. serie Alphabetica, quoad titulos Latinos collectæ, adjunctis Theologorum Philologorum, cum Judæorum, tum Christianorum, judiciis, ut in multa Vet. Test. loca commentarii vice esse possit. Accedunt ritus varii & antiquitates, usus item Concordantiarum Hebraicarum & Rabbinicarum, sententiæ jucundæ non minus, quam radicibus accommodatæ, nec non formulæ ad quamcunque structuram Ebræam apprime utiles. Hoc Lexicon B. *Godofredi Ludovici*, Theologi Coburgensis, cura ex αὐτογεάφῳ Auctoris edendum in Novis Literariis Lipsiensibus Germanice editis, anno 1718. p. 640. nunciatur, quod adhuc tamen lucem non vidit.

Loria (Pauli) nonnulla huc destinata *Jo. Pastritius* in epistolis ad *Gabr. Groddeckium* datis, & à Celeberrimo *Mascovio*, JCto & Senatore Lipsiensi præstantissimo mecum communicatis, commemorat. In literis enim, anno 1698. XV. Kal. Jan. Roma datis, ita scribit: Paulus Loria, *in Hebræis versatissimus &* מקובל *excellentissimus, quamvis eam modo tanquam vanam deseruerit, illustris carmine & prosa Hebraica, habet opus præ manibus prelo dignum, de Synonymis Hebraicis in ordine ad carmina Hebraica pangenda, vel alia.* Idem in aliis eodem anno VIII. Idus Junias scriptis ita: Paulus Loria *habet* 1) *versus Hebraicos valde elegantes.* 2) *Synonyma Hebraica, opus præclarum, & ab ipsis Judæis valde expetitum.* 3) *insudat versioni* R. Aben Esræ *in Pentateuchum, cum notis.* Parum abest, quin eum pro Ex-Judæo, & ex familia Judaica *Loriana*, in hac gente ex Cabbalistica inprimis arte celebri, orto habeam.

Musculi (Wolfgangi) Lexicon manuale Hebr. αὐτόγεαφον in Biblioth. Academ. Bremensi exstat. Vide Biblioth. Bremens. Class. VI. pag. 733.

Pfaffii (Jac. Samuelis) Viennensis, Parochi Durremungenaviensis, in tractu Norimbergensi, Clavis L. Hebr. Vet. Test. in qua totius Codicis Hebr. vocabula una cum Radicibus & Grammatica vocum singularum analysi, secundum principia Danziana instituta, exhibentur, prelo parata dicitur, a Rev. *Christiano Hirsch* in Ministerio Norimbergensi anno 1730. jubilante, pag. 71.

Runckel (Andreas Wolgang Amandernende de) Eum minus

recte pag. 563. *Wolfgangum* vocavi, rectiora edoctus a Cl. *Christiano Schœtgenio*, in suis ad me literis, quibus etiam testatur, ipsum Lexico Hebr. conficiendo parem non fuisse, quippe qui primum militiam sectatus, deinde vero longe aliis studiis deditus fuerit.

P. *Saguens*, Provincialem Minimorum, composuisse Lexicon Latino-Hebraicum sub forma huc usque intentata, per voces Latinas Hebr. versas, testatur Bibliotheque Françoise Tom. I. Parte I. p. 144.

Scaligeri (Josephi) Enchiridion, seu Lexicon Hebr. Chald. Rabbinic. & Talmudicum MS. in 8. octo digitos latum, in Bibliotheca Leidense, cujus vide Catalogum in fol. editum pag. 401. Lexicon potissimum est Hebraic. & Chaldaic. ubi singulis vocibus adduntur significatus sui, commemoratis locis, ubi vel in Scriptura Sacra, vel in Paraphrasibus Chaldaicis extent, aut alibi legantur.

Schetteri, Dani, lineamenta novi Lexici Hebræi apud se esse testatur B. *Lintrupius* in præfat. ad *Falsteri* Supplementum Linguæ Latin. pag. 6.

Scheureri (Sam.) Prof. Bernensis, Rhizologia Hebraica Basil. 1722. 8. sub prelo sudare dicitur in Bibliothec. Bremensi Class. VI. pag. 719.

Suaningii (Joan.) Danorum quondam Archiepiscopi, Lexicon MS. particularum Hebraicarum, è Scriptura Sacra erutum, & in Bibliotheca Reseniana servatum memorat Cl. *Albertus Thura* in Idea Historiæ Literariæ Danorum, p. 336. Illud itaque in nupero ferali incendio Hafniensi periisse necesse est.

Suaningii (Jo. Jani) Pandectæ L. Hebr. MSS. ab eodem afferuntur pag. 337.

Vriemoet (Emo Lucius) Prof. hodie LL. Orient. Franequer. parat compendium Grammaticæ Hebr. Altingii. Vide Biblioth. Belgicam Gallice editam an. 1731. Octobr. pag. 479.

Wakius (Jo. Conradus) Prof. Ratisbonensis, in calce præfat. ad comment. in Hoseam promittit Lexicon Hebraicum Analyticum.

Witzlebii, Dani, meditamenta huc pertinentia obiter laudat B. *Lintrupius* loco modo citato.

Zanchii (Jo. Christoph.) Dictionarium S. Scripturæ &c. MS. Bergomi in Cœnobio S. Spiritus exstare testatur Longius p. 1189.

Zechendorfii (Jo.) Elenchum 1) vocum Lat. 2) Græc. & 3) Germani-

manicar. in Avenarii Lexicon Hebr. ed. 1589. tum Phraseologiam Hebraicam, item Lexicon Latino-Hebraicum inchoatum, inter MSS. *ἀνέκδοτα* ejus recenset *Godofredus Ludovici* in Historia Gymnasiorum Scholarumque celebrium Parte V. pag. 81. sqq. ibidemque p. 83. ex Epicedio Daumii, concioni funebri Zechendorfianæ annexo, memorat *Lexicon* ejus *Harmonicum* Analogicum Hebraicum, quod nec *Imbonatus* annotare neglexit.

Commemoravi pag. 564. nonnullos, qui consilia de tollendis Lexicorum Hebraicorum defectibus suggesserint.* Illis postea accesserunt *Anonymi* cogitata de conficiendo novo Lexico Hebraico, quæ prodita sunt in Unschuldigen Nachrichten anno 1717. pag. 803. *Anonymi* Consilium de emendando Lexico Buxtorfiano im Freywilligen Heb-Opfer T. I. pag. 755. sqq. *Christiani Philermeneuta*, Pseudonymi, epistola ad Theologum Saxonicum, meditationes quasdam de Lexico aliquo Hermeneutico Biblico continens, quibus accedit Specimen vocum quarundam Hebraicarum, Francof. 1714. 4. Adde Rev. *Jo. Steenbuchii*, Theologi Hafniensis, disputationes sex de Lexicorum Hebraicorum & Concordantiarum defectu, Hafniæ 1694. & sequentibus in 4. & Cl. *Jo. Christophorum Harenbergium* in Museo Bremensi Vol. II. Parte II. p. 307. sq.

Nuperadmodum Vir præstantissimus, *Albertus Schultens*, Professor LL. Oriental. Leidensis, eruditam suam industriam præ ceteris huic operi impendit, edita Commentatione *de defectibus hodiernis L. Hebrææ eorundemque resarciendorum tutissima via ac ratione, opere Originibus Hebraicis subserviente.* Franequeræ 1731. 4. Octo omnino defectuum classes constituit. Earum *Primam* occupant Radices plane omissæ. *Alteram*, themata, eorumque derivata quamplurima, quorum significatio adhuc vacillat. *Tertiam*, verba bene multa, non nativa, sed subdititia notione donata. *Quartam*, verba, quorum significandi late fusa diversitas, per metaphorarum canales sparsa, exercet etiam peritissimos. *Quintam*, Radices, quarum exterior adspectus ex serie orationis & collatione locorum potuit attingi, sed ad quarum genuinam vim nulla acie penetrari potest, nisi foris lumen inferatur. *Sextam*, omnes voces Radicales, triliteræ etiam vulgatissimæ, quarum genuina indoles ex tenuibus reliquiis Bibliorum elici non potuit, nisi lumine aliunde subministrato. *Septimam*, derivatorum & conjugationum formatio, atque adeo Grammaticæ regulæ & fundamenta, quæ ostendunt analogiam linguæ in his non satis exploratam haberi. *Octavam* denique loquendi formulæ, cœlo Orientis propriæ, nec facile ab aliis gentibus enucleandæ. Singula hæc

hæc Auctor idoneis exemplis illustrat. Singulare est, quod pag. 9. video observari. Bis mille circiter in Lexicis Hebr. hodie observantur radices biliteræ, quarum tamen 12000. exstare potuisse hujusmodi literarum permutatio & transpositio ostendit. His si jungantur derivata, quorum sæpe 30 ad minimum, interdum etiam 60. in singulis radicibus dantur, vocum Hebræarum saltem 30000. jacturam factam esse constabit. Ita in hodiernis Dictionariis decem exstant radices a literis אב incipientes, cum tamen ex rationibus linguæ 22. aut 23. existere potuerint. Confer Biblioth. Belgicam Gallice editam, an. 1731. August. p. 187.

De Concordantiis Hebraicis Biblicis, quæ Lexicis conficiendis insignem operam præstant, nonnulla non tam monuimus pag. 565. quam lectorem ad eos ablegavimus Scriptores, qui in illis elaborandis operam posuerunt. His addi nunc velim *Longium* in auctiore Biblioth. Sacræ editione Parte I. pag. 494. *Augustin Calmetum* in præfat. ad Dictionarium suum Biblicum, & in Bibliotheca Sacra Tomo I. Dictionar. præmissa pag. 88. & Venerab. *Christoph. Matth. Pfaffium* lib. I. Introduct. ad Hist. Literar. Theologiæ pag. 135. sqq. Idem Vir doctissimus in priore illius editione pag. 63. observaverat, Cl. *Christ. Stokkium* Concordantias Buxtorfianas paulisper emendasse. Id ego supra pag. 565. de opera ejus, in Clavi Linguæ S. huc relata, præceps acceperam. Errantem vero in viam ipse reduxit pag. 135. edit. posterioris, testatus, se innuisse indicium in Neuen Zeitungen von gelehrten Sachen anno 1715. pag. 476. factum, de Concordantiis Hebraicis a *Stockio* mille & amplius erroribus liberatis, & in lucem aliquando proferendis. At illæ, procul dubio ex defectu Bibliopolæ, qui sumtus suppeditaret, lucem adhuc non viderunt.

VII. DESIGNATIO EORVM, QVI NOMINA PROPRIA in Sacro Codice occurrentia, exposuerunt.

Auctoribus pag. 566. laudatis addes

Calmeti (Augustini) Dictionarium Biblicum, de quo suo loco supra diximus pag. 63.

Eusebium de Locis Hebraicis eorumque nominibus a *Jac. Rhenferdio* erudite illustratum esse observavimus. Hæ ejus dissertationes, olim disputantium more propositæ, recusæ exstant in Operibus ejus Philologicis

logices Ultrajecti, 1722. 4. editis. Ibi enim pag. 712—731. leguntur Observationes ejus Selectæ ad loca Hebræa Nov. Test. Deinde pag. 776—782. exstat ejusdem Periculum Criticum in loca depravata Eusebii Cæsariensis & Hieronymi de Situ & Nominibus Locorum Hebraicorum, hinc Exercit. Philologica II. ad loca utriusque Scriptoris deperdita pag. 782—792. tum Exercitatio III. ad loca eorundem vexata pag. 793—800. p. 220. Exercit. IV. ad loca depravata & vexata p. 801—808. nec minus Notæ Criticæ in utriusque Onomasticon Locorum Sacrorum pag. 809—815. ac denique Exercitatio Eusebio-Hieronymiana de Angulo Arabiæ vel Batanææ pag. 816—821. Vir, cetera doctissimus, intemperantius hic invehitur in *Jo. Clerici* editionem utriusque Scriptoris, quam in rem lege ipsum in Biblioth. Vetere & Nova Tom. XVII. pag. 87. sqq. Sed nec sic operi huic satis fuit consultum. Apparet id ex egregiis observationibus & animadversionibus *Pet. Wesselingii*, Academiæ Franequeranæ hodie decoris, quas suppeditavit in Probabilium libro singulari, cap. XVI. pag. 124. sqq. & cap. XXV. pag. 209. sqq.

Hesychium Glossario suo nonnullorum Nominum Hebraicorum interpretationem, Origenem secutum, inseruisse constat. Medicinam illi aliquoties affert Cl. *Pet. Wesseling* Probabilium pag. 280. sqq.

Hilleri (Mart.) Onomasticon Sacrum ante quam ederetur Tubing. 1706. 4. idem *Bibliis Stutgardiensibus* vernaculis 1704. editis, eodem instituto, Indicem Nominum Propriorum germanicum, addita expositione sua, subjecerat, ex quibus illud repetitum est in Bibliis Wandesbeci juxta Hamburgum 1712. 4. editis. Id didici ex Vener. *Pfaffio* loc. cit. pag. 74.

Christiani Bened. Michaelis, Prof. Halensis meritissimi, Observatt. Philolog. de Nominibus Propriis Hebr. Hal. 1729. 4. quarum Sect. I. de nominum Propriorum Sacrorum natura & originatione, II. de Subjectorum agnominibus, polyonymia, homonymia, & nominum metaplasmis. III. de nominum Propriorum impositione, transformatione, & usu aut omissione in sermone, disquirit.

Miri (Adami Erdmanni) Onomasticon Biblicum, sive Lexicon Nominum Propriorum Lips. 1721. 8.

Rumelinus (M. Georg. Burchard.) Hilleri vestigiis insistens, in Lexico suo Biblico, supra laudato, varia huc pertinentia monet.

Stephani (Roberti) Hebraica, Chaldaica & Græca nomina Virorum &c. Cl. *Maittaire* ex variis editionibus recenset in Catalogo libro-

rum a Stephanis editorum, nempe Parisiensibus anni 1528. fol. (p. 10.) anni 1532. (pag. 12.) anni 1537. (pag. 15.) an. 1538. (pag. 16.) an. 1546. (pag. 22.) an. 1549. (pag. 24.) & 1557. (pag. 29.) Exemplum editionis anni 1549. additionibus & notis perquam multis *Petri Terranæ*, Melitensis, instructum laudatur in Catal. Biblioth. Rostgardianæ pag. 444. num. 11.

VIII. COLLECTORES COMPENDIORVM SCRIBENDI sive Abbreviaturarum Hebraicarum.

Illis, qui pag. 574. exstant, adde

Blancuccium (Bened.) in Tractatu de Abbreviaturis, quibus Rabbini in suis commentariis utuntur, Rom. 1608. 4. in calce Institutionum Linguæ S. Hebraicæ.

Donati (Franc.) Poma aurea in Opusc. Secundo Abbreviaturas Hebraicas literarum ordine digestas sistunt p. 43—187. Librum hunc totum Romæ non solum an. 1618. sed & 1623. 4. prodiisse testatur *Jac. Quetif* in Biblioth. Ord. Prædicatorum Tom. II. p. 482.

Kümmeth (Casp.) in Schola Hebraica pag. 311—316. paucas exhibet.

Otto (Jul. Conrad.) Ex-Judæus, Grammaticæ suæ Hebr. indicem ejusmodi addidit pag. 405—426.

Quinquarboreus (Jo.) in calce operis de re Grammatica Hebræorum ex edit. Paris. 1582. 4. exhibet Tractatum de Notis i. e. Abbreviaturis Hebræorum, qui constat paginis 96.

Weiganmeieri (Georg.) Index Abbreviaturarum, Institutionibus L. Hebr. subjunctus, seorsim quoque prodiit Tubing. 1604. 8.

Jo. Buxtorfii librum de Abbreviaturis auctiorem se daturos multi promiserunt. Inter hos sunt *Jo. Jac. Cramerus*, teste *Meelführero* in Accessionibus ad Almeloveenii Bibliothecam promissam & latentem p. 20. & *Jo. Wülferus*, teste eodem p. 157. B. *Georg. Rothius*, Rector quondam Stadensis, in Programmate de Elisæo ab Elia constituto Rectore, p. 6. memorat suum hujus libri exemplum, *Christiani Ravii* notis auctum. *Jo. Buxtorfium*, Joannis Patris nepotem, & Profess. quondam Basileënsem, anno 1704. defunctum, auctarium ejusdem libri MS. reliquisse testis est

est *Werenfelsius*, p. 28. in Orat. Funeb. Spectant quoque huc Abbreviaturæ Cabbalisticæ, quas eruditissimus *Jo. Henr. Majus* explicatas egregio Operi Bibliothecæ MS. Vffenbachianæ inseruit p. 312. sq. & 401. sq. Versantur in manibus meis quædam, a *Jo. Andr. Danzio*, τῶ μακαρίτῃ, ad oram exempli sui Buxtorfiani scriptæ, & à S. Rev. *Jo. Georg. Palmio*, Collega mihi amicissimo, mecum communicatæ; nec minus illæ, quas B. *Christianus Theophilus Vngerus* ad oram exemplaris sui notaverat. Illas hic ceteris, pag. 575. sqq. allatis, adjungam, *Danzianas* litera D. *Vngerianas* vero litera V. designaturus.

א.

א״א, אשת איש Conf. *Bartenoram* cum textu Cod. Jevammoth cap. II. §. 9. Maimonidem in Hilc. עבדים cap. VI. §. 6. coll. Ceseph Mischne, Jom Tov Ketuvim cap. IV. §. 5. D.

אאל״ר, ארך אפים לעוברי רצונו in calce libri *Or Chadasch*. V.

אב״א, אי בעית אימא Jom Tov in Ketuvim cap. II. §. 8. Pesachin fol. 114. a. l. 20. coll. Berachoth fol. 51. b. l. 38. D.

אא״כק, אלא אם כן קשה in lib. שלשה שריגים V.

א״ד, או דלמא an forte. Berach. f. 14. a. l. 17. D.

א״הר, אדם הראשון V.

אר״ש, אחר דרישות שלום scribendi formula in epistolis recepta, quæ sciscitationem de salute alicujus & incolumitate infert. V.

א״ה, אחר הרבן, V.

א״הע, אבן העזר D.

אה״נ, אומות העולם נמי Jom Tov Megilla cap. II. §. 2. fol. 153. b. l. ult. D.

א״ו, אלא ודאי in libro שלשת שריגים V.

או״א, אימא ואיתא. D.

או״ח, אדם וחוה V.

או״ל, in חי׳ או״ל i. e. היה אומר להם in *Ben Sira*. V.

או״רי, אומר ר׳ יצחק Jom Tov Ketuvim c. II. §. 6. D.

א״וז, אחר זה Abarbanel ad Numer. XXIV. 17. D.

אטלי״ס, אז טוב לך יהיה סלה tunc tibi bene erit. Vide Synagogam Mayeri a Wallichio descriptam p. 12.

א״י, אינו יודע in lib. *Scheloscha Sarigim*. Item titulus libri אור ישראל V.

א״א, איש יראת אלהים in epistola quadam. V.
א״ל, איסור ליה Glosf. ad Berachoth f. 12. a. l. 4. D.
אל״ה, אלא הכי, nisi ita foret. Jom Tov cap. II. §. 3. D.
א״מ, אין מברכין in lib. *Or Cchadasch* in fine. V.
אמ״ר, אינו מאן דאמר, in lib. Schelofcha Sarigim. V.
אמ״ץ, אדני מלך צדק ita legitur & explicatur in libello epistolarum Hebraic. Augustæ Vindelic. 1534. vulg. ep. 53. V.
א״נ, או נימא aut dicemus. D.
אנ״ל, אי נמי יש לומר Si etiam dicit. Vide lib. *Schelofcha Sarigim*. V.
אס״ל, אלא סבירא ליה in lib. eodem. V.
א״פ, אכילת פרס passim in *Cefeph Mifchne* ad Hilc. חמץ ומצה cap. I. §. 6. D.
א״ק, אלא קשה in lib. *Schelofcha Sarigim*. V.
ארמ״ע ad hanc Abbreviaturam, à Buxtorfio explicatam, lege *Becbai* commentar. ad Levitic. XI. 2. f. 131. c. 4. med. D.

ב.

ב״א, בן אדם, in libro *Schelofcha Sarigim* item, בלשון אשכנז, quod sæpe est in *Arucb* parvo.
ב״אא, באם אמרת per *im amartha*, h. e. si dicis. Halichot Olam p. 54. edit. Lempereurii. V.
באא״, חשדוהו באשת איש suspectum eum habuerunt adulterii. Vide *Pi Schenajim* fol. 41. col. 1. V.
ב״ב, בעל בית in libro *Schelofcha Sarigim*.
בב״ח, בן בר חנה *dicit nepos Channæ*. Berachoth f. 47. a. l. 16. D.
בבי״ע adducit alicubi *Sennertus*, sed sine explicatione. V.
ב״ד, בעל דבר in libro *Schelofcha Sarigim*. V.
בר״ה, בדברי האומר Jom Tov Cetuvim c. 2. §. 10. D.
ב״ה, בְּעַל הֶכְרֵח evidentissimis rationibus, Halichot Olam p. 50. V.
בהב״ש, ברוך הוא ברוך שמו in lib. *Or chadasch*, in fin. V.
בה״כ, בית הכנסת Jom Tov ad Sanhedr. c. VII. §. 1. ad Megilla c. 3. §. 1. D.
בה״מ, ברכות המזון V.

ב״נ,

ב״ז, בעבור זה in lib. *Schelofcha Sarigim.* V.

כח״הם, בחולי המועד in diebus folennitatis profeftis, Jom Tov ad Cetub. c. I. §. 3. D.

ב״ח, בית חדש, & ביום חדש V.

בן ט׳ חי, בן תשעה חי fœtus novemmeftris vivus. Vid. Mifchna Cholin c. 4. §.

ב״י, בונה ירושלים una ex precationibus cibi. Berachoth f. 59. a. l. 6. 9. item בית יוסף titulus libri. Vid. Jom Tov ad Cetuvim f. 33. a. l. 19. D. item ביום טוב V.

בח״י, בחתימת ידיהם obfignatione manuum fuarum, qua formula in fyngraphis utuntur.

בכ״א, בכרך אחד uno volumine. V.

בכ״מ, בכמה מקומות *in tot locis.* V. Rafchbam Genef. 32. 28. D.

ב״כ, בשביל כן, in libro *Schelofcha Sarigim.* V.

בכ״ע, בכלילות עשר in lib. *Or chadafch* in fin. V.

ב״מ, בן מקרא, i. e. Caraita. Vid. *Nobloth chochma* f. 56. col. 1. Ibidem מבמ i. e. מבני מקרא *ex Caraitis.* V. Alias etiam infert בו מבואר item במרש, & בכל מקום Vide lib. *Schelofcha Sarigim.* V.

במ״ב, במשאת בנימין in libro *Mafath Benjamin*, V. item בורא מיני בשמים V.

במ״ר, במדבר in deferto, & aliquando in libro *Numerorum.* D.

ב״נ, בר נש in lib. *Kefod Chochma* R. Jehud. Lef, f. 92.

בנ״ד, בענין נזכר דנא in hoc argumento. Vide Palge Majim f. 36. 37. V.

ב״ס, בסעיף in capite, item, cum de Scriptoribus fermo eft, בעל ספר *auctor libri.* V.

בס״ד, בסעייתא דשמיא *auxilio Dei.* Vid, lib. *Or chadafch* in fin. & *Buxtorf.* pag. 145. V.

בע״ב, בורא עצי בשמים, &

בעש״ב, בורא עשבי בשמים in libro *Or Schadafch* in fine. V.

ב״ע, בעונש, *fub pœna.* בית עולמו *fepulchrum.* V.

בע״א, בעל אחר marito alii nupta, priori vivente. Vid. Jom Tov ad Jevammoth cap. X. §. 4. D.

בע״ז, בעלי עבודה זרה Aben Efra in libello *Jefod mora* f. 18. V.

בעׄם, בעל פה *lex oralis*. V.

בצׄע, בצריך עיון Confer *Buxtorf*. pag. 167. V.

בקׄהק, ברית קודש הקודשים Ita vocatur commentarius in הימנותא דכרא.

בקׄות, ita finitur liber R. Abrah. Brodo, *Bircat Abrahami*, quæ formula ita videtur interpretanda: [illegible] קדשו ותפארתו V.

ברׄה, בראש השנה item, ברשות הרבים, locus publicus, qui est in potestate multorum, sicut בר״הי, ברשות היחיד, locus privatus, qui est in potestate unius. Hæc scribendi compendia exstant in præfatione דבר שמואל R. *Samuelis Aboab*. V.

ברׄי in Raschi ad *Levit*. VI. 8. edit. Berolin. & ibid. ברׄי an forte idem, quod ברשׁי ישן vel כן רשי ישן D.

ברׄמ, בריא מהימנא.

בׄש, ברוך שאמר, item באר שבע, in fine libri *Or chadasch*. V.

בשׄג, בעל שלשי הגבורים, in fine ejusdem libri. V

בתׄע, בתורת עדות *per modum testimonii*. V.

בתׄכ, בתקיעת כף mit einem Handschlag. V.

ג.

גׄר, גבאים דמתא collectores eleemosynarum urbis. V.

גזׄר, גזר דין decretum Judicis, in lib. *Kevod Chochma*, R. Jehuda Lef f. 92. V.

גׄ, גימטריא, aut גירסת in fine libri *Or chadasch*. V.

גשׄר in Sanhedr. fol. 57. a. l. 10. ubi explicatur per: גלוי עריות שפיכות דמים וברכת השם D.

ד.

דׄא, ארבע ארצות, V. Sic a Judæis רחני דׄא vocari solent moderatores quatuor terrarum Poloniæ, nimium 1) Majoris, 2) Minoris. 3) Russiæ & 4) Lithuaniæ. V.

דאלתׄא, דאי לא תימא הכי in lib. *Scheloscha Sarigim*. V.

דאלׄה, דאי לא הכי Jom Tov Kethub c. II. §. 3. D.

דהׄא, דהוה אמינא, nam dicerem. Conf. Maggid Mischne ad Hilc. Geruschim cap. 12. §. 1. cum Jom Tov ad Ketuvim cap. II. §. 4. D.

דהה״ת, דהוא הדין in Keſeph Miſchne, Tephilla c. III. §. 7. D.

דה״ל, דהיה ליה למימר *ipſi dicendum fuit*, in Halichoth Olam.

דכ״ע, דכלא עלמא *Raſchi* ad Ketuv. fol. 26. b. l. 1. D.

ד״ל, דלא גרסינן non legimus. Jom Tov in Ketuvim c. IV. §. 5. D.

דל״ד, דף לדף *folium unum poſt alterum*, in lib. *Or chadaſch* in fine. V.

דמע״ל, דמעבר לדף pagina præcedente. V.

דס״א, דסורא אחרא in *Eſchel Abraham.*

דס״ר, דסלקא דעתך *nam putares.* Conf. Toſephoth ad Ketuv. fol. 10. b. init. & Jom Tov ad l. c. cap. 1. §. 2. D.

דק״ל Ketub. c. II. Jom Tov c. 3. fin. §. 1. Bartenora, qui hic ipſe c. IV. §. 11. legit דקיימא לן nam lex nobis eſt ad l. c. c. X. §. 1. ſcribitur דק״ל D.

דשל״בל, דבר שלא בא לעולם, in libro *Kene chochma.* V.

דת״י, דעת תפארת יסוד in libro *Eſchel Abraham.*

ה.

הא״ב, הלכות איסורי ביאה Jom Tov in Cetuv. cap. I. §. 9. D.

הב״י, הבעל בית יוסף Jom Tov ll. cc. ad *Beth Joſeph.* D.

הד״ת & והד״ת, והלא דין הנא, ceu non juſtum foret. Frequenter in Siphra. D.

הה״נ, הוא הדין נמי, eodem ſenſu: vide Jom Tov ad Ketuvim cap. III. §. 6. fol. 36. a. l. 34. 41. D.

הו״ל, הוצרך לו לומר neceſſe fuit ipſi dicere. V.

הט״ט, האי טעמא *hæc ratio.* Jom Tov ad Kidduſchin cap. I. §. 2. f. 144. a. l. 36. coll. Toſaphot, unde deſumſit f. 14. l. 12. D.

הי״ו, השם ישמרהו *Deus cuſtodiat ipſum.* Euphemia recentioribus uſitata. V.

הי״ד, השם יקום דם Deus ulciſcatur ſanguinem. V. *Chiſſuk Emuna* pag. 8. V.

הי״א, euphemia, quæ ſignificat idem, quod יצ״ו fortaſſe ita explicanda: השם ישמרהו אמן Vide titulum libri ברכת אברהם R. *Abrah. Brodo.* V.

הכ״מ & להכ״מ Jom Tov ad Kidduſchin, cap. I. §. 2. f. 144. a. l. 40. & 42. Videtur idem eſſe, quod הבעל כסף משנה auctor commentarii

ri Maimonidæ *Jad chaſaka*. Ibid. f. 145. b. l. 23. ubi in *Keſeph Miſchne* habentur ea, ad quæ provocat. D.

הלה״ר, הלשון הרע *calumnia*: ita frequenter in libris moralibus. Vid. etiam *Elon Bachut* fol. 35. p. 2. הלה״ר נקרא חרב *lingua maledica vocatur gladius*. D.

המא״הג, המאורות הגדולות V.

ה״מ, המגיד ſcil. משנה Comment. Maimonid. in Jad chaſaka. Jom Tov f. 145. b. l. 28. coll. l. 25. D.

הנ״ח, הנשאר חובו reſiduum debiti ejus. V.

ה״ע, Ita Judæi Itali in ſcriptis ſuis nominant Sanctos Eccleſiæ Romanæ. Judæus doctus R. *Jac. Aboab*, Venetus, cum ipſum hujus compendii cauſa conſulerem, reſpondit, eſſe participium עובר, in ſacris uſitatum, & adhiberi de Sanctis fœminis, præſertim על עבודת פלונית i. e. de cultu religioſo Sanctiſſimæ Matris Domini noſtri J. C. *Vngerus*.

הע״ס, העשר ספירות ad *Eſchel Abraham*.

ה״פ, הלכה פסוקה, *conſtitutio determinata*, Berach. f. 31. a. l. 14. Item הכי פרך *ſic quæſtionem inſtituit*, vel, format ſtatum controverſiæ. Toſaphoth in Megilla f. 4. a. l. 6. D.

הפס״ד, הפסק דיין in *Or chadaſch*. V.

הר״א, ר׳ אברהם בן דוד D. it. הרא״ם, הר׳ אליהו מזרחי.

הרי״ק, ר׳ יוסף קארו, auctor libri *Schulchan Aruch*. D.

הרמ״ך, R. *Moſche Cohen*, qui animadverſiones ſcripſit in Maimonidem. Vide Juchaſin f. 132. a. l. 7. D.

הר״ן, R. *Niſſim*, ſæpe in Jom Tov. V. ad Cetuv. f. 31. a. l. 9. fin. D.

הר״ף, R. *Perez*, Sacerdos, fil. R. Iſaac. D.

ו.

ובנא״ה, ובזה נבא אל הביאור & *hac ratione veniemus ad explicationem*. Vid. librum *Kevod chochma* R. Jehuda Lef, fol. 92. V.

ורכ״ע, ודכולי עלמא, & *qui totus mundus*, in Ceſeph Miſchne ad Maimonidem Hilch. *Schear*. D.

ויל״ד, ויש לדקדק *pertinet ad Grammaticam*. V. *Kevod chochma* l. c.

ומ״מ, ומכל מקום & ומארי מתכותן in *Eſchel Abraham*. D.

וע״ש, ועיין שם & *vide ibi*, ubi ſcilicet allegantur loca Scriptorum, qui conſuli debent; item: ועד שלום *iterum vale*, in epiſtolis. V.

ועו״נ,

ועזב, ועל זה נאמר, aut ועל זה נראה. V.

וששׂ, ושלום שני, aut ושא שלום Ita explicatur ab Anonymo in margine libelli epistolarum, Aug. Vindelic. 1534. 8. excuso, ubi ep. 39. ita finitur.

ז.

זא, זעיר אנפין in *Eschel Abraham*. D.

והשלצ״ב, זה השער ליהוה צדיקים יבואו בו scribitur in titulis librorum nonnunquam. Vide מאזני צדק Dyrenfurti 1703. impressum in fronte. Verba sunt desumta ex Pſ. 118. V.

זונ, זעיר ונוקבית in *Eschel Abraham*. D.

זוש, זכור ושמור Vide Buxtorf. de Abbreviat. ed Herborn. p. 89. 90.

זס גן, זה סוד גן עדן Ita sæpe in libello נגיד ומצוה Amst. 1712. ed.

זלצ, זרעו לכם צדקה vid. descriptionem Synagogæ Mayerianæ p. 5.

זמן נקט, זרעים, מועד, נשים, נזיקין, קדשים, טהורות.

זפ, זמן פרעון, *tempus solutionis*, qua nota in syngraphis utuntur: vel etiam ז׳ פעמים *septem vicibus*. V.

זצוקל, זכר צדיק וקדוש לברכה ita loquuntur de viris eximiis & magni nominis, inter populares suos. Vide *Sabbataeum* in præfat. ad *Siphte Jeschenim*.

זש, זהו שנאמר, illud est, quod dicitur. Halich. Olam Lempereurii pag. 50. V.

ח.

חבד, חכמה, בינה, דעת in *Eschel Abraham*. D.

חה, חוקות הבתים Bava Bathra cap. 3.

חוב, חכמה ובינה, vel חסדים וגבורות, vel חסד וגבורה in *Eschel Abraham*.

חחנ, חכמה, חסד, נצח. D.

חלם כצנש, nota septem planetarum, nempe חמה *Sol*, לבנה *Luna*, מאדים *Mars*, כוכב *Mercurius*, צדק *Jupiter*, נוג *Venus*, שבתי *Saturnus*.

חלנב, חנוך, למך, נוח. Masora ad Genes. IX. 29. D.

חֹם, חושן משפט Pars IV. Arba Turim. Jom Tov Kiddufchin c. I. §. 4. f. 146. a. l. 38. D.

חסֹל, חסד לאברהם in lib. *Kevod Jehuda*, f. 92. V.

חשֹם, חול של מועד dies profeſtus. V.

ט.

טבֹא, תשעה באב, nonus dies menſis *Ab*, Judæis fatalis. D.

טחֹם, טור חשן משפט, pars libri *Arba Turim*. Et ſic טֹיד, Tur *Jore Dea* &c. D.

טנֹתא, טעמים, נקודות, תגין, אותיות in *Eſchel Abraham*. D.

י.

יֹא, יראת אלהים. Ita ſæpe in initio epiſtolarum: יראת אלהים ראשית דבור *timor Domini initium verborum*. Cum ו ſolet ſcribi: ויֹא i. e. ויורשיו אחריו *& heredes ejus poſt ipſum*. V.

יֹה, יצר הרע Vid. deſcriptionem Synagogæ Meyeri, pag. 21.

יהֹכ euphemia ſignificans idem, quod יצֹר Paſſim adhibet R. Meir fil. Moſis.

יֹט, יצר טוב in deſcriptione Synagogæ Mayeri p. 21.

ילאפו ללוצו, יהיו לרצון אמרי פי והגיון לבי לפניך ה' אורי וגואלי formula ex Pſ. XIX. v. ult. Vide *Or chadaſch*. V.

ימֹש idem quod יֹש de quo Buxtorf. ſuo loco. Scribunt autem Judæi nunc plerumque cum מ inter י & ש. Etiam in plurali numero uſurpant e. g. in libello עשר עטרות de prætoribus aliquot vilibus dicitur: ימֹש שמם *deleat Deus nomen eorum*.

ימשֹק in Bava Bathra f. 15. a. l. 2. eſt Jeſaias, Proverbia, Canticum & Eccleſiaſtes. D.

יעֹא, יכוננה עליון אמן confirmet eam Deus. Amen. D. Scribitur etiam nonnunquam: איע, אלהים יהי עום, vel יחונינו אלהים עליהם, vel אלהים יחונן עליהם. V.

יעֹש, יעוין שם *videatur ibi*. formula uſitata, ubi librum aliquem allegant. Vid. Abrah. Brodo in *Bircat Abraham*. V.

יֹצ, יחיה צדיק *vivat juſtus*. Hac nota utuntur Judæi poſt nomen Patris adhuc ſuperſtitis, vel cujuscunque alius viri.

יֹר, יצחק רבקה, in monetis argenteis. V.

יֹש,

יש, יעשה שלום Vide Lexicon *Philip. Aquinatis.*

ית, יתבאר in lib. *Kevod chochma*, fol. 92.

כ.

כא ע, כי אם על ידי דקדוקי ה תורה non nisi opera regularum Grammaticarum legis. Vide præfat. libelli Grammatici דרך שיח R. Juda Leb f. Sam. Oppenheim. Ff. M. 1703. 8. V.

כבה, כבית הלל secundum domum Hillelis: in lib. *Or chadasch.*

כבי, כביוכל sicut est possibile, pro viribus. V. Halichot Olam pag. 46.

כרפ״רשי, *juxta id, quod interpretatus est Raschi.* Jom Tov ad Ketuvim cap. 8. 9. D.

כה״ג, cum præfixo ל, לכה״ג juxta hunc modum. V.

כמ פ׳, כמה פעמים *aliquot vicibus:* in lib. *Kevod chochma* f. 92. V.

כמהרר & כמוהרר Prius *Meharrar* tribuunt Rabbinis doctis & Synagogarum capitibus, *Mubarrar*, Rabbinis doctissimis & integrarum provinciarum Rectoribus. Judæi Hispani multum ab illo titulo abhorrent, quorum præfamen honoris usitatissimum est: החר, החכם רבי quod in lingua vernacula exprimunt: H. H. R. *Vngerus.*

כנא, כנסחא אחרנא, *juxta alteram editionem.* Jom Tov ad Ketuvim c. IV. §. 5. D.

כנל, כנזכר לעיל *ex superius dicto.* Ita in singulis columnis libri *Eschel Abraham*, qui f. 131. col. 1. l. 20. & 30. integre scribit. D.

כע cum ל, לכבוד עניים Sic in libro R. *Jos. Ischkapha*, qui dicitur *Rosch Joseph*, f. 71. scribitur סעודה לכע *convivium* (Purim) *in honorem pauperum* (institutum) item, כה עתר פ׳ .כ׳ פ׳ *sic precatur Peloni fil. Peloni* in subscriptione epistolarum. V.

כעלם, כולי עלמא לא פליגי, *totus mundus non dissentit.* Ita notam exprimit glossa ad Ketuvim f. 35. a. l. 12. D.

כפרשי, כן פרש רשי secundum expositionem Raschi. V.

כק, כלי קדש *vasa sancta.* Vid. descriptionem Synagogæ Mayeri p. 12.

כרי, כן רשי ישן Raschi Levit. VI. 4. in Pentateucho glossato. Ita habetur in veteri exemplari Raschiano. D.

כשעושין, כשע ר׳ שם item, כשאין עושין רצונו של מקום, כשאע רשם רצונו של מקום. V.

ל.

ל״ה, לשון הרע, Erachin f. 15. b. l. 21. coll. cum l. 11. ſqq. D.

להד״ם, לא היה דבר מעולם, in Keſeph Miſchne ad Hilc. טוען cap. IV. §. 8. coll. Maggid, ubi plene exprimitur. D. Eandem hujus notæ explicationem in margine libelli epiſtolarum Hebraic. Auguſtæ Vindelic. 1534. impreſſi ab Anonymo ſcriptam invenit B. *Vngerus*.

לה״ק, לשון הקודש. Vide librum חנוך קטון Deſſav. in 12. excuſ. V.

לל״ח, לשון לחם חמודות, phraſis libri *Lechem chamudoth*: in libro *Or chadaſch*.

למ״מ, לשון מעדני מלך phraſis libri *Maadane Melech*, in lib. eodem.

למה״ר, למה הדבר דומה, cuinam hæc res ſit ſimilis. Bahir f. 2. col. 4. l. 21. coll. l. 1. D.

למ״ה, לחם מן הארץ, panem e terra. Berach. f. 37. b. l. 23. conf. l. 26. f. 38. a. l. 5. D.

לפ״ד, לפי דעתי, aut לפי דעתו, aut לפי דרכי, in lib. *Or chadaſch*.

ל״ש, לא שנא *non differt, perinde eſt.* Bartenora ad Ketuvim cap. I. §. 11. Ita *Peſachim* f. 82. b. l. 7. coll. l. 8. 14. 15. Barten. Ketuvim cap. I. §. 1. D.

לש״י, לשם יתברך apud R. Levi ben Gerſchon ad 1 Regg. XVII. 1.

מ.

מ׳, מלכים liber Regum. D. Solet etiam præponi nomini Proprio matronæ alicujus honeſtæ. Vide Buxtorf. Lexic. Chald. col. 971. in epitaphio cujusdam feminæ Rebeccæ.

מאל״ל, מה אירע לך למימר Vide librum שלשה שריגים.

מ״ב in בעמ״ב, ברוך עושה מעשה בראשית in lib. *Or Chadaſch*. item מזל ביש *fortuna mala*. Vid. Buxtorf. ex ed. Herborn. p. 135.

מב״י, מבעוד יום Vid. *Maimonid.* Hilc. Schabbath c. III. §. 16. Adde Cod. Schabbath cap. I. §. 10. f. 19. b. l. 28.

מ״ג, ס׳ מצות גדולות in Keſeph Miſchne, Hilcot עבדים cap. II. §. 4. D.

מ״ה, מלאכי השרת *Angeli miniſterii.* Ita in Siphra Levit. I. „ 1. c. 11. §. 9. pro quo in Korban Aaron f. 41. col. 1. habetur מ״ה. D. item מדרש הנעלם in *Eſchel Abraham*.

מה״ם,

מהמ, מהלכות מקואות, Jom Tov ad Jadaim cap. II. §. 2. f. D.

מהעא, מהעובדי אלילים *ab idololatris.* D.

מהצ, מראות הצובאות, *specula mulierum ministrantium* : in libro : *Kevod chochma* f. 92.

מהריקא זל, מה״רר יוסף קארו אמר זה לשון *ita dicit insignis Magister Joseph Karo, cujus hæc verba sunt.* Compendium scribendi frequens cum ex Arba Turim aliquid allegant, aut illum librum exponunt. V.

מט, משמע טעמא, *affert rationem.* Jom Tov ad Kidduschin cap. I. §. 6. f. 146. l. 4. D.

מיט, מלבושי יום טוב, *vestimenta diei festi.* Vide scribendi compendia præmissa libro, אליה זוטא in Orach chajim fil. R. Benjamin Wolf, Prag. 1689. 4. V.

מכ, מצאתי כתוב, in *Or chadasch.*

ממ, מת מצוה, mortuus præcepti, i. e. qui non habet, qui sepeliant, ex præcepto divino, sepultura dignus est.

ממש, ממה שנאמר, ex eo, quod dicitur. Jom Tov Kidduschin cap. I. §. 3. f. 145. a. l. 35. D.

ממנ, ממה נפשך, Conf. Raschi cum Bartenora ad Jevammoth cap. II. §. 4. D.

מס, מר סבר, apud *Buxtorfium*, idem est, quod, *alter*, vel, *quidam existimat.* D.

מעעז, מעון עבודה זרה, ita in MS. quodam blasphemo legi. V.

מעש, מערב שבת, *pridie Sabbati*, sæpius in Talmude. Vide Schabbat fol. 130. l. 5. D.

מפב, מגלה פנים בתורה proterve, imprudenter agit contra legem. V.

מרזל, מפרשים רבותינו זל Kimchi in Hagg. II. 13. V.

משה בר ליב est anathema, quod literarum inscriptionibus addunt. In speciem significat *Mosche bar Lib* : sed sunt compendia scribendi, quæ verba sequentia continent : מי שקורא הכתב בלא רשות לא יבא בקהל: *qui legerit hanc epistolam sine impetrata venia, non ingrediatur Ecclesiam.* V.

משה, מכל שכן הדבר, *quamvis hæc ita sint.* V.

משהכ cum ו præfixo, ומשום הכי כך, Jom Tov ad Jadaim c. III. §. 2. D.

מש״ל, משכתבתי למעלה, *ficut ſupra ſcripſi:* in libro: *Or chadaſch.* V.

מ״שק, מוצאי שבת קודש, *exitus Sabbati Sancti.* V.

נ.

נה״י, נצח, הוד, יסוד, in arbore Cabbaliſtica. Vid. *Eſchel Abraham* fol. 54. col. 3. l. 25. 26. D.

נח״ל, נחזור לענינינו *revertemur ad inſtitutum noſtrum.* Vid. librum *Kene chochma.* V.

נ״י, נר ישראל, נרו יאור, *lumen ejus luceat.* V.

נצ״ב, נכסי צאן ברזל *opes gregis ferrei:* in *Keſeph Miſchne*, Hilcoth *Iſchut* c. 20. §. 10. D.

נצ״ל, quod interpretor נוח צדיק לברכה Vide R. Mardochæi, Karæi, tractatum de Caræis pag. 147. V.

נרו״ת, *lucerna ejus* (ſplendeat) *perpetuo*, תמיד. Ita legi in *Halichot Olam* edit. Venetæ 305. C. 1545. fol. 5. ubi in editione Lempereurii legitur נר״ו. V.

נר״נ, נפש רוח נשמה. V.

נש״א, נשמת אדם.

נש״ח, נשמת חיים Vtrumque exſtat in libro *Kevod chochma.*

נת״ט, נתינת טעם in libro *Kene chochma.*

ס.

ס׳, סעיף, ramus, caput. V.

ס״א, ס״ב, *Signum Aleph, Signum Beth.* item, ס״א, סברא אחרינא *ratio alia.* V. item סדרי אותיות, item, סדרא אחרא in *Eſchel Abraham.*

סב״ל, סבל ברכה לבטלה in libro *Or chadaſch.*

סר״א, apud Buxtorfium. Sæpe vero etiam occurrit ſine interrogatione, cum præfixo ו vel ד, hoc ſenſu: *nam putare poteras, me velle dicere.* Bartenora ad Menach. cap. III. §. 2. D.

ס״ב., סולת בלולה in lib. *Kevod chochma.* f. 92. V.

ס״ט Eſt euphemia, quæ Scriptorum nominibus ſubjicitur. Eſt in manibus meis liber R. Iſaaci Abudraham, poſt cujus nomen ſequitur ס״ט Jacob Saſportas ſe nominat ס״ט item R. Zevi Aſchkenaſi in libro תשובות צבי. Qua de re cum conſulerem R. Iſacharum Behr

Behr an. 1718. Vratislavia mihi respondit, סט״ט designare סופו טוב *finis ejus* (sit) *bonus*. Solent hac formula uti Judæi Orientales, & alii populi Orientis, nominatim Turcarum, præfamen & finem epistolarum suarum ita exprimunt. Ita *Vngerus*.

ס״ך, Sanhedr. f. 56. b. l. 30. explicatur in glossa: סירום וכלאים *castratio & heterogema*. D.

סמ״ט, סור מרע ועשה טוב Vid. descriptionem Synagogæ B. Mayeri pag. 12.

סמ״ע, ספר מצות עשה D.

סמ״ק, ספר מצות קטון

ס״ס, ספרי ספרד, libri Hispanici, sæpius in *Or Tora*. D.

סע״ד, סרטן עקרב דגים Cancer, Scorpio, Pisces, signa cœlestia. V.

ס״ק, סעיף קטן V.

ע.

ע״א, עד אחד, *testis unus*. In *Keseph Mischne* ex Maggid Mischne, Hilc. טוען cap. III. §. 6. D. item cum præfixo ב, בענין אחר. V.

ע״ב, עמוד ב׳ columna secunda; sic ע״ג columna tertia, &c.

ע״ד cum præfixis ל״פ, לפע״ד, לפי ענין דנא, vel rectius, לפי עניות דעתי *meo qualicunque judicio*. Sæpe occurrit in *Sera Berech*. V.

ע״ה, על דרך המקרא, juxta sensum Scripturæ. V.

ע״דשות, על דרך שאלות ותשובות V.

עה״טור, עץ הדעת טוב ורע, in *Eschel Abraham*. D.

ע״ח, עץ חיים in eodem libro. D.

ע״הר, עין הרע frequenter in libris moralibus. V.

עחש״ל, על חטא שחטאנו לפניך, formula frequens in confessione peccatorum die Expiationis. Vide lib. *Mizvoth Katon*. V.

עי״ל, עוד יש לומר, Tosaphoth ad Sanhedrin f. 20. b. D.

עכ״מ, עד כאן מקום הספר, huc usque locus libri. Vid. *Emeck hammelech*, præfat. f. 14.

עמר״א, עפר, מים, רוח, אש, quatuor elementa. Bechai ad Levit. XI. f. 131. col. 4. med. D.

ענ״ד, ענין נזכר דנה, *res illa commemorata*, frequenter cum præfixis ב & ל. V.

עצ״י,

עפי, על פי ישרים, & cum præfixo ו. Ita inveni multoties in anathematibus. V.

עשק מן שהג, ערב שבת קדוש מן שבת הגדול, Sabbatam autem magnum nominant Judæi, quod Festum Paschatis proxime præcedit. Sic Judæus *Isaschar Berel* in literis ad me datis 1712. d. 15. Jan. qui erat secundum Judæorum computum minorem dies 7 mensis שבט & septimanæ sextus, quem vesperam Sabbati nominant: בה יום ו׳ עשק ז׳ שבט תעב לפק V.

עשה, על שם הכתוב, *propter allegatam rationem*, in lib. *Or Chadasch.*

עשיר, עין, שן, יד, רגל, oculus, dens, pes, manus. Hinc perfecte sanus atque membris valens vocatur עשיר i. e. *dives, felix.* Vid. R. Abrahami Menachem, Furthensis, *Mincha Belula* f. 84. pag. 2. ad Exod. XXI. 23. V.

פ.

פא, עד פרוטה אחרונא, *usque ad obolum ultimum.* Ita inveni in libello Vratislav. 1719. 8. excuso.

פה, פרנס החודש, *ædilis mensis illius.* Ita vocatur, qui res cœtus certo mense curat. Quilibet cœtus habet aliquot *Parnasim*, & illi *Parnasim* alternatim provinciam administrant. V.

פירח, & cum præfixo כ, כפירח in *Keseph Mischne* ad Hilcoth Maaser c. 12. §. 10. quod Jom Tov ad Ketuvim c. 2. §. 8. legit: בפירוש רבינו חננאל D.

פפכ, פתו פת כותי, *Panis ejus sit instar panis Cuthæorum*, i. e. Christianorum. Legi in quodam anathemate. V.

צ.

צב, צריך ביאור in lib. *Kevod chochma.* Idem in Bartenora ad Ketuvim cap. II. §. ult. opponitur נכסי מלוג Ergo significat צאן ברזל, *opes pecudis ferreæ.* D.

צל, צריך לברך, aut צדה לדרך libri Hebr. titulus. Vtrumque in lib. *Or chadasch*. V.

צפת, Buxtorfius monuerat, hoc nomine nonnunquam Jerusalem indicari, & sic subjungi תובב. At Jerusalem unquam hoc nomine, quod *Zaphetam* infert, appellari recte negat *Vngerus*, neque id colligi potest ex nota תובב quæ omnium urbium Israelitic. devastatarum nominibus subjici solet.

P.

ק.

קי״ל, קיימא לן, *legem habemus.* דקי״ל Bartênora ad Ketub. c. 8. §. 7.

ק״ל, קאמר ליה Ita Jevamm. f. 48. b. l. 31. exhibetur, quod ibi l. 26. ק״ל scribitur. D.

ק״ס, קנין סודר Jom Tov Kidduschin cap. 1. §. 6. f. 146. b. l. 27. & 39. D.

קס״ד, cum præfixo ו, in Jom Tov l. c. cap. 1. §. 5. quod in Tosaphoth f. 12. scribitur: וקא סלקא דעתך, *quodsi putas.* D.

ק״ק cum præf. ו וקצת קשיא *Sed dubium est.* Jom Tov Ketuvim cap. III. §. 6. f. 36. b. l. 6. D.

ק״ש, קריאת שמע Vide *Wagenseil.* ad Sota p. 873.

ר.

רד״א R. *Don Isaac Abarbanel*, frequenter apud Abendanam in Michlal Jophi. D.

ר״ח, R. *Chananel*, in Tosaph. ad Ketuvim f. 23. b. coll. Jom Tov ad l. c. §. 7. D.

רח״ולי, רק חיים ושלום לך יאריך Ita inveni in libello epistolarum Hebraic. Aug. Vindelic. 1534. impresso p. 23. ubi anonymus explicationem hanc adscripserat. V.

ר״ט ק״ש Nota barbara, Judæis Germaniensibus in exprimendis rerum pretiis recepta, significans: Reichsthaler Kayserlich Species. V.

ר״י, *Rabbenu Jacob*, auctor *Arba Turim*, apud Jom Tov sæpius. D. Item *Jacob f. Chabith*, in Or Tora, f. 10. a. l. 7. f. D.

ריב״ק R. *Josua f. Korcha* in Keseph Mischne ad ק״ש cap. I. §. 2. coll. Berach. f. 13. a. l. 34.

רי״ף, R. *Isaac Alphesi.* Jom Tov ad Kidduschin f. 144. a. l. 40. 43. D.

רי״ק R. *Joseph Karo*, auctor *Schulchan Aruch.* Maimonid. Hilc. Nechalim c. 5. §. 7. D.

רמ״א, R. *Mosche Alschech.*

ר״ן, R. *Nissim*, passim in Tosephoth Jom Tov. V. ad Ketuvim f. 31. a. l. 9. fin. item in Abarban. ad Gen. 49. 10. f. 98. D.

ר״פ, רב פנינים titulus libri, in Kevod chochma, f. 92.

רש״א, R. *Schemuel Elieser*, qui in *En Jacob* explicationes ubivis addidit. D.

רשבא, R. *Schelomo f. Abrah.* Juchas. f. 133. a. l. 6. 7. item R. Schimon ben Eliefer. Kidduschin f. 23. a. l. 34. D.
רשב״ץ, R. *Schimon b. Zemach.*

ש.

שא״ל, שאמר לו, Jom Tov ad Kidduschin cap. 3. §. 1. f, 155. b, l. 34. D.
שא״מ, שאין מברכין V.
שה״י, שער היראה, titulus libri. V.
שה״ל, שהיה לומר in lib. *Or chadasch.*
שה״ע, שער העבודה ibid.
שו״ב, שוחט ובודק, lanio & animalium mactatorum explorator. Nonnunquam præfigitur ו. V.
שוס״ה, שוה סוד הכתוב, *hoc est secretum scripti:* in lib. *Or chadasch.*
ש״ח, שטר חוב aut שטרות literæ debiti, ein Schuld-Brief.
שט״ח, idem quod ש״ז, שכבת זרע, ita passim in *Nachalat Schibah* f. 94. pag. 2. R. Samuelis f. David. V.
ש״ל, שיש לומר, aut שיש לתרוץ in lib. *Or chadasch.* item שיש להשיב למקשה *quod est respondendum objicienti*: in Halichot Olam p. 50.
שיל״ת, שויתי יהוה לנגדי תמיד ex Ps. XVI. 8. Vide descriptionem Synagogæ Mayeri. Vtuntur hac nota sub initium epistolarum, cum ipsis de re quadam ardua cum Christianis negotium est.
ש״ל, שבח לאל Ita inveni usurpatum & explicatum in libello epistolarum familiarium, August. Vindelicor. 1534. 8. V.
שליט״א, שיחיה לאורך ימים טובים Ita *Isachar Berel*, Judæus Dyrenfurtensis mihi explicavit. V.
ש״מ, שכיב מרע *decumbens ex morbo.* Maimonid. עברים cap. 7. §. 11. & in libro: לכל חפץ num 36.
שנא״ג, שור, נשר, אריה, אדם, in lib. *Eschel Abraham.* D.

ת.

ת״ום, תפארת ומלכות in *Eschel Abraham.* D.
תה״רי, תלמיד הדר יונת.
ת״א, תוספת יד אדם, *accessio manus hominis*, quæ nota sæpe occurrit in libro, *Palge majim*, etiam cum particulis præmissis *al jede*, vel *beli jad Adam*, i. e. *cum & sine adminiculo manus humanæ*, quando de aquis legi-

legitime adhibendis est sermo. Ibi fol. 69. pagina adversa explicatur per : תפישת ידי אדם V.

ת״כ , תקיעת כף ein Handschlag. V.

תאומים , מאזנים , דלי , תמ״ד , Gemelli, libra, Aquarius. V.

תפלה קצרה , ת״ק *precatio summaria.* Berach. f. 29. b. l. 30. D.

Hæc quidem sufficiant. Longe plura addere illis poteram, siquidem indices Notarum, sive Abbreviaturarum ejusmodi consulere libuisset, qui frequentissime subjici solent Magistrorum Judaicorum libris recens editis. Cum vero id quidem data opera nunc non agamus, & libri illi in manibus eorum, qui harum rerum studiosi sunt, versentur, nos nunc in his secure acquiescimus.

IX. INDEX EORUM, QUI RABBINORUM Lectionem commendarunt, & ad eam expeditius instituendam, vel præceptis vel aliis præsidiis viam muniverunt.

Commemorabo hic primo loco eos, qui Rabbinicæ lectionis studium commendarunt, cum illi identidem eadem opera rationem illam instituendi commonstrarint. Spectant huc

Henr. Jac. van Bashuysen de neglectu studii Rabbinici, ejusque causis & remedio, in Miscellaneis Lipsiens. Tom. XII. p. 1. sqq.

Abbas *Fourmontius* dans ses lettres sur le commentaire du P. *Calmet* sur la Genese, epist. 1. Paris. 1709. 8. in qua Rabbinismi studium contra *August. Calmetum* tuetur, qui tamen vicissim in epistolis suis apologeticis, Gallice editis, speciatim ep. 2. anno 1710. ed. ab illo avocat, adducta nube eorum, qui leviter de Judæorum Magistris senserunt & judicarunt. Compara auctores Memoriarum Trevoltiensium anno 1711. p. 632. sqq. ubi illis alii, idem sentientes, adducuntur.

Theodoric. Hackspanius de usu librorum Rabbinic. *Norimbergæ*, ut titulus habet, vel potius *Altorfii* 1644. 4. Vide Rev. *Zeltneri* Vitas Theologorum Altorfinorum p. 323.

M. *Jo. Hagerus* in disputat. de usu Linguæ Arabicæ in lectione Rabbinorum, Viteberg. 1717. 4.

David Humfreys, Anglus, initio dissertationis de doctrina Judæorum de resurrectione, quæ præmissa est versioni Anglicanæ librorum Athenagoræ, Rabbinos a vulgari contemtu vindicat, ejusque causam potiorem collocat in allegoriis eorum non recte intellectis.

Jo. Gothofred. Lakemacher, in Oratione Auspicali de studio Rabbinico à recentiorum quorundam criminationibus vindicato, Helmstad. 1728. habita, & recusa in calce Partis IV. Observationum ejus Philologicarum. Opposita illa potissimum est *Jo. Clerico*, tum *Eduardo Bernardo*, & binis Anonymis.

Jo. Stephan. Menochius, S. J. in Trattenimenti eruditi Part. I. pag. 387. sq. docet, quantum Rabbinis in explicatione Scripturæ sit tribuendum, æquius in hoc argumento versatus, quam fecit *Franc. Ribera* in Judicio suo de Interpretibus Scripturæ S. Articulo I. De Menochio confer *Memorias Trevoltienses* an. 1721. p. 881. sq.

Richardus Simon Scriptorum Rabbinicorum usum in Scriptura Sac. interpretanda à sinistro *Augustin. Calmeti* judicio, quod in præfatione ejus ad commentar. in Genesin legitur, vindicat in Critica Bibliothecæ Ecclesiast. Dupinianæ Tom. II. p. 452. sq.

Martin. Vlmannus in disput. de usu studii Rabbinici, *Londini* in Scania 1723. 4. Hos excipiunt, qui propius ad institutum nostrum faciunt, nominatim

Henr. Jac. van Bashuysen in Institutionibus Gemarico-Rabbinicis Hanov. 1718. in quibus usus Clavis Talmudicæ maximæ pluribus ostenditur, Servestæ 1718. 8.

Angelus Caninius, Anglariensis, in Institutionibus L. Syriacæ, Assyriacæ & Talmudicæ una cum Æthiop. & Arabicæ collatione, Paris. 1554. 4.

Jo. Andr. Danzii Rabbinismus Enucleatus recusus est in Cl. *Davidis Millii* Catalectis Rabbinicis, Vltrajecti 1728. 8. de quibus mox. Idem ad oram Lexici Chald. Talmudico-Rabbinici Buxtorfiani oram multa manu sua adlevit, quod exemplum nunc in Bibliotheca publica Academiæ Jenensis exstat.

Theodorici Hackspanii Peculium Rabbinicum, sive Institutiones Rabbinicæ plenissimæ, integrum pene Alphabetum, quod vocant, mediocri charactere scriptum, conficientes, & omnia pene Rabbinorum arcana patefacientes, MS. Item *Compendium Grammaticæ Rabbinicæ*, tribus

tribus plagulis contentum, valde luculentum, & prelo præ ceteris dignum. De utroque lege Rev. *Zeltneri* Vitas Theologorum Altorfinorum p. 326. ubi testatur, & has & alias τȢ μακαρίτȢ commentationes in Bibliothecis *Mich. Gœchæi*, & *Reinsbergeri* exstare. In Bibliothecam Senatoriam Lipsiensem, in qua itidem asservari Vol. II. dixi, procul dubio cum ceteris MSS. Wagenseilii, ex hujus apographo, pervenerunt.

Joh. Henr. Maji Grammatica Rabbinica, Giessæ 1712. 8. edita laudatur in Memoriis Trevoltiensibus an. 1713. p. 176. atque hinc à *Jac. le Long* in calce Bibliothecæ Sacr. Tom. II. pag. 1176. Vtrinque mendose *Joannis* nomine tantum insignitur. Ipsam vero Grammaticam nondum oculis meis vidi.

Jo. Merceri Tabulæ in Grammat. Linguæ Chald. & Syriacæ, ubi multa de Rabbinico & Talmudico stilo traduntur: accessit ad calcem libellus de Abbreviaturis Hebræorum, quibus & in Masora & Talmudicis atque aliis scriptis passim utuntur. Paris. 1560. 4. apud Guil. Morellum. Confer Cl. *Mich. Maittaire* Annales Typographicos Tom. III. Parte II. pag. 719.

Dav. Millii, Professoris hodie Theologi Trajectini dexterrimi, *Catalecta Rabbinica*, in usum scholarum privatarum, Vltrajecti 1728. 8. Illis continentur 1) *Danzii* Rabbinismus enucleatus. 2) ipsius *Millii* liber singularis de modis loquendi & disputandi formulis Rabbinicis. 3) *Philippi Aquinatis* veterum Rabbinorum in exponendo Pentateucho modi XIII. 4) *Gabr. Groddeckii* Spicilegium aliquot librorum Anonymorum & Pseudonymorum, qui Lingua Rabbinica partim impressi, partim MSS. reperiuntur. 5) Excerpta ex *Michlal Jophi*, *Kimchio*, *Abarbanele* &c. Conf. Gelehrte Neue Zeitungen an. 1729. p. 216. & 294.

Sebast. Munsteri Dictionario Trilingui cura *Seb. Lepusculi* demum in edit. Basil. 1562. fol. accessit Appendix, in qua phrases Rabbinicæ etiam occurrunt.

Adriani Relandi Analecta Rabbinica, altera vice, cura *Dav. Millii*, dignissimi Successoris, recusa sunt Vltrajecti 1723. 8. sed sine ulla accessione.

X. INDEX EORVM, QVI DE DIALECTO HEBRÆO Germanica exposuerunt.

Ad illos pertinet J. W. Jüdischer Sprachmeister, oder Erklärung, was zwischen 2 Juden, als einem Rabbinen und Handelsmann in einem discours von

von unterschiedlichen Sachen auf ihre gewöhnliche Redens-Art abgehandelt wird. Erstes Stück in 8. pp. 124. Dialogus iste, dialecto Judæo-Germanica conscriptus, a latere habet expositionem in lingua Germanica nostrate, & ad varias Judæorum ceremonias pertinet. Prodiit sine ullo loci aut anni indicio, & ab Ex-Judæo profectus videtur.

XI. CATALOGVS GRAMMATICORVM JVDAICORVM ANTIQVVS.

Quem pag. 595. descripsi Indicem Grammaticorum Judaicorum veterum ex Codice Grammatico Bibliothecæ Oratorii Parisiensis a B. *Christiano Theophilo Vngero* communicatum, ejus ἀπόγραφον, Parisiis missum, inter schedas quasdam ejusdem, post fata τοῦ μακαρίτου ad me missas, deprehendi, & ex eo intellexi, *Vngerum* nonnulla in eo vitiose scripta emendasse ea ratione, qua ipse olim edidi, alia vero emendari adhuc posse. Inter hæc sunt sequentia pag. 595. l. 3. à f. בארבע pag. 596. l. 1. גיקטיליא lege בן גיקטיליא ibid. l. ult. רב הפעלים lege רב בפעלים pag. 597. l. 1. אקרת lege אקרט ibid. l. 6. הרקדוק & שרשים leg. בדקדוק & בשרשים.

CATALOGVS GRAMMATICORVM JVDAICORVM ALPHABETICVS.

Præstantiores ex veteribus Judæis Grammaticos, interposito de singulis judicio, recenset R. *Jehuda Löw fil. David Neumarck* in præfat. ad Grammaticam suam Hebraicam, quam שורש יהודה appellavit.

Anonymos aliquot Grammaticos leges in Vol. II. pag. 1252. & apud *Le Longium* pag. 1168. Adde illis

Anonymi, Judæi *Lusitani*, Arte Hebra Hispana, sive Grammaticam Linguæ S. Hispanicam, sub nomine *Martir del Castillo*, i. e. Martyris Castiliensis, à Leon de Francia (i. e. Lugduni Gallorm) 1676. 8. editam. Vide Catalogum Bibliothecarum Jac. van Heukelom & Jac. Akersloot, Hagæ Comitum an. 1730. editum, pag. 321. num. 4793.

Anonymi מַפְתֵּחַ לְשׁוֹן הַקֹּדֶשׁ Vide Vol. III. pag. 1205.

Anonymi Grammatica MS. in codice membranaceo partim, partim chartaceo antiquo eleganti, olim Vffenbachiana, nunc mea. Vide Biblioth. Vffenbachianam compendiariam MS. p. 49. n. 208.

Anonymi

Anonymi לוּחַ הַדִּקְדּוּק five *tabula Grammaticalis.* Vid. ibid. pag. 50. num. 219.

Abraham de Balmes מִקְנֵה אַבְרָהָם Vol. I. n. 108.

Abraham ben Meschullam. Vid. Vol. III. n. 120. b.

Alexander Süskind דֶּרֶךְ הַקּוֹדֶשׁ Ibid. n. 308. c.

Chasdai מַעֲשֵׂה אֵפוֹד quem ex *Bartoloccio* affert *Longius* pag. 1171. procul dubio fictus est. Auctor ejus est *Peripoth Duran.*

Chiskiæ Romani עֵץ חַיִּים Eum *Longius* pag. 1174. a. *Hhischiam* filium Ezechiæ, & pag. 1175. *Isaacum Roma* vocat.

Messer *David:* סְגוּלַּת מְלָכִים Vide Vol. I. n. 480.

Gedalja ben Jacob שָׂפָה בְרוּרָה Vide Vol. III. n. 451. b.

Jacob b. Chajim Tract. de punctis vocalibus, accentibus, & aliis ad lectionem Hebraicam pertinentibus, in Bibliis Rabbin. Bombergianis &c.

Jacob Usiel מַעֲנֵה לָשׁוֹן Vide Vol. III. n. 392.

Jehuda Arje, Mutinensis, libro suo גלות יהודה præmisit Præcepta Grammatica brevia lingua Italica, de quibus Vol. III. in Supplementis ad eum diximus.

Jehuda Leva ben Schemuel דֶּרֶךְ שִׂיחַ Vid. Vol. III. n. 749. c.

Jehuda b. Schelomo מְלֶאכֶת יְהוּדָה Ibid. n. 777. b.

Jehuda Sacut, cui a *Longio* pag. 1175. tribuitur בַּעַל הַלָּשׁוֹן est R. *Joseph Josedec*, qui in catalogo Grammaticorum Hebraico num. 25. vocatur, non diversus à *Joseph b. Jehuda Sacut*, de quo Vol. I. n. 896. Ibidem *Longius Jehudam Hhiug* mendose distinguit a R. *Jehuda ben David Passi.* Vide Vol. I. suo loco.

Menachem ben Jacob לָשׁוֹן למודים Vid. Vol. I. & III. n. 1432.

Moses Anglicus, quem *Longius* p. 1176. ex *Marco Marino*, tanquam auctorem tractatus de verbis & nominibus Hebraicis affert, quis sit, non satis habeo perspectum.

Moses ben Chajim ab eodem *Longio* appellatus, est *Moses b. Schem Tov Chaviv*, de quo in B. Hebr. suo loco. Eum *Longius* paulo post itidem commemorat.

Moses b. Isaac Aben Esra עֲרוּגַת הַבֹּשֶׂם a *Longio* hic relatus, non est liber Grammaticus, sed precum: vide Vol. I. n. 1624.

Moses ben Schem Tov idem cum *Mosche Chaviv*, de quo modo diximus.

Saadja.

Saadja Gaon: vide Catal. Grammaticorum Hebraicum n. 1.

Salomon ben Gabriel & *Schelomo ben Gavirol*, quos *Longius* à ſe invicem diſtiuguit, ſunt iidem. Vide Vol. III. p. 1033.

Salomon Jehuda Leon Templo Grammat. Hebr. Luſitanice ſcripta. Vide Vol. III. n. 1983.

Salomon ben Iſaac Salomon Salman, יְסוֹד הַנִּקּוּד & בִּנְיַן שְׁלֹמֹה Ibid. n. 1973.

Schabtai ben Joſ. Strimer in præfat. ad Pentateuchum cum באר משה editum. Vid. Vol. I. n. 1582.

Simſon ben Abtalion apud Longium mendoſe, operarum vitio, *Simſon ben Abtalion* vocatur. Sic & ibidem *Samuel Kan Nagid* vocandus erat *Samuel Hannagid*.

Vieira, Judæi, puto, Luſitani, compendium Grammaticæ Hebr. video afferri in Catalogo librorum novorum, qui ſubjunctus eſt T. I. Bibliotheque Raiſonnée.

XII. Acceſſiones nunc ſuppeditaturi ad *Catalogum alphabeticum Grammaticorum Hebræorum inter Chriſtianos & Ex-Judæos*, generatim monemus, eos quoque huc ex parte pertinere, quibus Grammaticas πολυγλώττους debemus. Illorum vero Indicem peti velim ex Cl. *Jac. le Long* Bibliotheca Sacra Tom. II. p. 1162. potiores, i. e. eas, quæ Hebr. L. rationem præcipue habuerunt, non omiſſurus.

Anonymi Elementale Hebraico Germanicum *Hundsfeldiæ* in Sileſia anno 1541. impreſſum, & in Bibliotheca Eliſabethana Vratislavienſi obvium, memorat Cl. *Gottlob Kranzius* in Memorabilibus illius Bibliothecæ pag. 76. ex eo vero repetit *Joh. Sinapius*, in Olsnographia Parte II. pag. 427.

Anonymi linguæ Hebraicæ punctorum mutatio ad Rabbinorum intelligentiam. Pariſ. 1628. 4. Ita recenſet *Le Longius* l. c. pag. 1169. Vidi ego libellum, hoc titulo inſignitum: *In gratiam Studioſorum Linguæ Hebr. & ad Rabbinorum intelligentiam.* Leguntur ibi primo loco verſus Latini hexametri de mutatione punctorum; deinde formæ verborum tam anomalorum quam regularium hebraice exponuntur. Sequitur concio Hebraica, in fundationem Synagogæ Judaicæ Nicopolitanæ dicta, ſub titulo: כתר תורה. דרוש ראשון דרשתי לבנין בירת הכנסת ובירת המדרש והקדש לעניים שבנו כאן בעיר ניקופולי. i. e. *Corona legis, ſive concio prima, quam habui in fundationem Synagogæ & Scholæ pro pauperibus,*

quam

quam ædificarunt hic in urbe Nicopoli. Tota scriptio constat paginis duodecim. Ex concione illa Hebraica conjecturam forte feceris, Judæum quendam totius commentationis esse auctorem, nisi suspicari malis, concionem illam ab homine Christiano, tractatus Grammatici auctore, speciminis causa illi junctam esse.

Anonymi Vorschlag einer Hebraeischen Biblischen Grammatic exstat in Alten und Neuen von Theologischen Sachen anno 1702. pag. 329. (vel ex altera editione p. 224.) Consilium hoc auctorem videtur habere Ven. *Valentinum Ernestum Læscherum*, Antistitem Dresdensem, de sacris pariter & elegantioribus literis jam pridem præclare meritum.

Anon. Alphabetum Hebraicum & Græcum, Parisiis apud Rob. Stephanum anno 1539. 8. *Alphabetum Hebraicum* apud eundem ibid. 1550. 8. iterumque 1554. 8. Porro ibid. 1563. apud Guil. Morellum 8. & 1566. apud Rob. Stephanum cum Decalogo & brevi tractatione de Accentibus. Confer Cl. *Mich. Maittaire* Annales Typographicos Tom. III. Parte I. pag. 308. & Parte II. pag. 593. & 650. item in Appendice pag. 729. & 738.

Abichtii (Jo. Georg.) Professoris Theologi Wittebergensis, Methodus Linguæ Sanctæ. Lips. 1716. 8.

Abrahami fil. *Raphaël*, Ex-Judæi, *Grammatica Hebraica*, de qua infra in Supplementis ad Tom. III. dicemus.

Adriani (Matthæi) Ex-Judæi, Introductionem ad Linguam Hebraicam *Basileæ* 1518. in 8. & *Hagenoæ* 1519. in 4. editam memorat *Le Longius* pag. 1169. Confer de eo infra in Supplementis ad Volum. III. num. 1675. b.

Antonii Aelii Nebrissensis de literis Hebraicis opusculum in 4. editum in Bibliotheca Sorbonica exstare, idem auctor est l. c.

Agathii Peculium (vide infra *Guidacerium*.)

Aigenleri (Adami) S. J. Fundamenta Linguæ Sanctæ, Dilingæ formis Academicis apud Joh. Federle 1670. in 4. Vide *Phil. Alegambe* Bibliothecam Scriptorum S. J. pag. 4. Operarum vitio à Le Longio noster vocatur *Aingeler*.

Airoli ex S. J. vide infra *Eduard Slaugter*.

Alley (Guilielm.) Episcopus quondam Exoniensis in Anglia, scripsit ante annum 1575. Grammaticam Hebræam, lingua partim Latina partim Anglica. Titulus Latinus sic habet: *Exercitatio G. Exoniæ*

 Episcopi

Episcopi, in Linguæ Sanctæ Grammaticen. Huic Anglice sequentia subjiciuntur: *An exercise in hexameters verses in Latine upon the whole Rudiments of the Hebrue tongue, with a large and plane explication of the same in the English tounge; for the ease of them, whiche be not experte in the saide tounge.*

Codex ipsius Episcopi manu elegantissime exaratus, nec unquam editus, exstat hodie apud Rev. Robertum Claveringium, Episcopum Landaviensem, multis in rem Hebræorum literariam meritis inclytum. Prelo destinatum opus fuisse, testatur præmissa *Matthæi Cantuariensis*, qui anno 1575. fatis functus est, approbatio. In Grammatica hac perficienda usus Auctor est Jo. Reuchlini, Santis Pagnini, Sebast. Munsteri, Jo. Försteri, Anton. Reuchlini, Dav. Kyberi, Nic. Clenardi, Wigandi Happelii, Franc. Stancari, Mich. Neandri, Pet. Artopoei & Pet. Galatini commentationibus. Speciminis causa afferam Auctoris Hexametros *de literarum prolatione* ita conformatos:

Hebræi numerant elementa duo atque viginti,
Quorum diversas primum volo pingere formas.
Et post illorum non declarare gravabor
Voces atque sonos. De aliis tunc dicere pergam.

Hi versus *ἀμέσως* prosa Anglica exprimuntur.

Toti Grammaticæ, eodem modo usque ad fol. 147. perscriptæ, subjiciuntur Meditationes Grammaticæ 1) in Orationem Dominicam. 2) in Decalogum, 3) in Symbolum Apostolicum, quæ singulas voces Hebraicas ad rationes Grammaticas exigunt. Calcem occupant errores, in Lexico Hebræo Jo. Försteri per Johannem Isaacum Coloniensem deprehensi, & Brevis institutio Grammaticæ Syriacæ per folia octo. Ita fere Grammaticæ hujus, versibus scriptæ, conditionem mihi exposuit præstantissimus amicissimusque *Jo. Gagnerius.*

Alphonsi Zamoræ: vide infra *Zamora.*

Altingii (Jac.) Professoris Franequerani, Grammaticam Hebræam cave ab ejusdem Fundamentis punctationis Linguæ Sanctæ cum Cl. *Le Longio* loc. cit. pag. 1170. distinguas. Idem enim liber utroque nomine solet appellari, & prima quidem vice prodiit Gröningæ 1654. 8. altera cum multis accessionibus ibid. 1658. tertia itidem auctior ib. 1675. ad quam lege Auctoris præfationem. Porro ibidem 1687. & 1701. 8. Compendium operis præter alios dedit *Jo. Henr. Hirzelius*, cujus nomen infra suo loco memorabitur. In Belgicum sermonem transtulerat *Gerhardus Reeborn*, Germanus, cujus tamen opera cum minus se probaret

Altin-

Altingio, ipse novam versionem Belgicam a se elaboratam *Reebornio* transmisit, qui eandem anno 1664. edidit. Vide hanc in rem ipsius Altingii præfationem ad editionem Fundamentorum Groningensem an. 1675. & Tom. V. Operum ejus pag. 358. b. & 360. b. inter Epistolas. *Altingii* Gramm. Hebr. Chald. & Syr. à Georg. Othone, Prof. LL. Or. Marpurgensi, Ff. ad Mœn. 1730. 8. auctior curata est.

Amamæ (Sixtini) Prof. Franequerani, Grammatica Hebræa *Martinio Buxtorfiana*, seu Grammatica *Petri Martinii*, Navarri, quam ex accuratissimis aliorum Grammaticis, præcipue vero Cl. *Buxtorfii*, suisque etiam observationibus Sixtinus Amama innumeris in locis ita mutavit, correxit & auxit, ut nova merito Grammatica dici possit. Addita est Parænesis ad Ecclesias Protestantes de excitandis linguarum studiis. Prima editio est Franequerana 1625. 8. quam secuta est altera Amstelod. 1634. 8. & tertia ibidem 1637.

Coronis lucem vidit primum *Franeqv.* 1625. tum *Amst.* 1635. 8. De his & ceteris ejus egregiis curis lege *Petri Balii* Dictionarium Histor. Criticum Tom. I. pag. 184. sqq. edit. secundæ, & Imbonatum in Bibl. Latino-Hebraica pag. 268. Doctissimus & de literis sacris egregie meritus jure suo audit *Stephano le Moyna* pag. 552. ad Varia Sacra. *Vossio* autem raræ eruditionis Vir pag. 17. Orationis in Thomæ Erpenii obitum habitæ.

Ammonii (Casp.) Grammaticam Hebraicam laudat *Sebast. Munsterus* in Epistola Nuncupatoria Operis Grammatici absoluti p. 4.

à *S. Angelo* (Jo. Augustini) liber de dictionibus Hebraicis MS. laudatur a Ludovico Jacobo à S. Carolo in Bibliotheca Carmelitarum.

Aretii (Bened.) Professoris Bernensis, Tabulas Grammaticæ Hebr. *Bernæ* in fol. editas affert Le Longius pag. 1170. Ab his non puto distinctas ejusdem Partitiones Methodicas Grammaticæ Hebrææ, quas ex editione Basileensi in fol. anno 1561. in Catalogo Bibliothecæ cujusdam eximiæ laudari memini.

Ariæ Montani (Bened.) communes & familiares Linguæ Hebraicæ idiotismi in Apparatu Bibliorum Polyglottorum Antwerpiensium 1572. in fol.

Avenarii (Joh.) alias *Habermanni*, Professoris Jenensis & Wittebergensis, Grammatica Hebr. *Witteberga* tum alias, tum 1597. & 1623. 8. lucem vidit. Prima editio Wittebergensis est anni 1562. tertia 1575. tertia parte locupletior, quam in rem lege, quæ observat *Crenius* in

Animadversionibus Philol. Histor. Tom. XVIII. pag. 15. sqq. *Jo. Fabri*, Rectoris quondam Coburgensis, Synopsin in Avenarii Grammat. Hebr. laudat *Diezelius* in Eißfeldischer Stadt- und Prediger-Historie pag. 56.

Augustinus (Sebast.) expungendus est, nec distinguendus à *Sebast. Augusto Nouzeno*, de quo infra suo loco.

Aurogalli (Matth.) Prof. Witteberg. Compendium Grammaticæ Hebr. & Chaldaicæ, *Witteberg.* 1525. 8. & *Basileæ* auctius 1539. 8. non *Parisiis*, quod operarum culpa traditur in Cl. *Mich. Maittaire* Annalibus Typographicis Tomo III. Part. I. p. 308.

Baconi (Rogerii) Grammaticam Hebræam, quæ tamen luci non est exposita, post *Baleum* affert *Bartoloccius*.

Barbati (Jos.) Speculum Hebraicum Lovanii 1615. fol.

Barkeri Grammat. Hebr. è Codice Samarit. LXX. Intt. Vulg. Latina, aliisque ex antiquitate collectis multisque observationibus à Grammaticis adhuc neglectis locupletior & emendatior, & à Masoretharum innovationibus, quantum fieri potuit, repurgata an. 1723. parari dicitur in Novis Literariis Orbis eruditi, german. editis an. 1731. p. 545.

Beckeri (Petri) Grammatica Hebr. MS. laudatur in Biblioth. Lubecense Vol. I. pag. 131.

Beckii (Mich.) Vid. infra *Schickhardum*.

Bayni (Rudolphi) quem Le Longius pag. 1170. mendose *Robertum* vocat Professoris L. Hebr. Paris. Rudimenta Linguæ Hebrææ. Paris. 1550. 4.

Bazqueti (Juliani) Grammatica Hebraica, teste Sandero Part. I. pag. 302.

Bellarmini (Roberti) Institutiones L. Hebr. tum alias, ut suo loco traditum est, tum *Colon.* 1618. & 1642. *Aurel. Allobr.* 1606. & *Antwerp.* 1596. 1606. & 1616. lucem adspexerunt. Illa Grammatica placet Thomæ Crenio ob Exercitat. Grammaticam seu praxin in Ps. 34. illi additam. Lege ipsum in notis ad Fascem III. Exercitatt. Philologic. pag. 189.

Benneti (Thomæ) Angli, Doctoris Theologi, anno 1728. 20. Octobr. defuncti, Grammatica Hebræa, cum uberrima praxi in usum tironum, qui Linguam Hebræam absque viva Præceptoris voce (idque in brevissimo temporis compendio) ediscere cupiunt. Accedit consilium de studio præcipuarum Linguarum Orientalium Hebraicæ scilicet, Chaldaicæ, Syræ, Samaritanæ & Arabicæ instituendo & perficiendo. Edit. II. Lond. 1728. 8.

Ber-

Bernardi (Christoph. Dav.) Ex-Judæi, & Lectoris Orientalium Linguarum Tubingensis, *Tugurium Davidis*, sive Grammatica Hebræa, Hebraice, cum opposita à latere versione Germanica, scripta. Tubingæ 1722. 4. Vide Bibliothecæ nostræ Hebraicæ Tomum III, p. 975.

Bertrami (Cornel. Bonaventuræ) Comparatio Grammaticæ Hebraicæ & Aramicæ prodiit etiam Amstelod. 1612. 4.

Besentinus (Joh.) de quo Gesnerus in Bibliotheca Vniversali, idem est cum *Jo. Bœschenstein*, quem mox afferemus.

Blancuccii (Benedicti) Romani, Linguæ Hebr. in Gymnasio patrio Professoris, Institutiones in Linguam S. Hebr. Rom. 1608. 4. pp. 295. Supra ego Tom. II. pag. 602. commemoravi editionem an. 1606. tanquam ab hac anni 1608 distinctam. Jam vero unam tantum, nempe posteriorem illam exstare merito statuo. Scilicet Dedicatio scripta est an. 1606. opus vero ipsum, annis duobus intercedentibus, prelo liberatum. Accedit in fine Tractatus de Abbreviaturis Rabbinicis pag. 278 — 295. quem le Longius pag. 1170. b. tanquam à Grammatica diversum laudat.

Blebelii (Thomæ) Budissini, Rectoris Scholæ Curiensis in Variscia Institutiones Grammaticæ Hebr. Witteb. 1587. 8. quas in compendium redactas filius patri ὁμώνυμος sub titulo Compendii Linguæ Hebr. recudi curavit ibidem 1594. Cl. *Le Longius* p. 1170. b. Patris prænomen minus recte per N. effert. Lege tu, si placet, Cl. *Godofredi Ludovici* Historiam Rectorum Gymnasiorum Scholarumque celebriorum Part. II. pag. 289. Idem le Longius alteram ejusdem Compendii editionem Wittebergensem anni 1623. facit. Sed hanc puto natam ex *Blochwitzii*, ibidem mox laudati Manuductione ad L. S. quæ Witteb. 1623. 8. lucem adspexit.

Blochwitzium (Balthas.) le Longius l. c. mendose appellat *Bartholomæum Bockuwitz*.

Bœschensteinii (Jo.) qui ab aliis vocatur, *Beschenstein*, *Boschenstein*, *Bœsenstein*, aut *Besentinus*, ut Gesnero audit, Eslingensis, Lectoris Linguæ Sanctæ primum Ingolstadiensis, deinde Wittebergensis, Grammatica Hebræa sub hoc titulo exstat: *Contenta hoc libello, nuper à Johanne Bœschenstein, Eslingensi, edita: Elementale introductorium in Hebraicas literas teutonice & hebraice legendas. 2) decem præcepta Exodi XX. 3) Oratio Dominica Matth. VI. Luc. XI. 4) Salutatio Angelica. Luc. I. 5) Symbolum Apostolorum. 6) Canticum Mariæ Luc. I. 7) Canticum Simeonis, Luc. II. 8) Ann. Veni Sancte. 9) Ann. Salve Regina. 10) Canticum Zachariæ, Luc. I.* &c. Augustæ ex officina

rina Erhardi Oeglin, mense Majo anno 1514. 4. Ita repræsentat titulum libri, quem præ manibus habuit, B. *Georg. Serpilius* in disquisitione vernacula de vero auctore hymni Ecclesiastici: Da JEsus an dem Creutze stund, pag. 15. Cl. Le Longius loc. cit. præter Augustanam illam editionem, Wittebergensem anni 1518., nescio quam recte, affert. *Coloniensem* vero anni 1521. 4. apud Johannem Soterem cum epistola Phil. Melanchthonis, qui eum præceptorem suum appellat, curatam memorat Cl. *Mich. Maittaire* in Annalibus Typographicis Tom. II. Parte II. pag. 618. Lege de egregio hoc Hebræarum literarum, post Reuchlinum, in Germania vindice plura apud B. Serpilium l. c. & in Relationibus Theologicis Innoxiis an. 1714. p. 386. ubi & pag. 380. effigies ejus conspicitur. Adde nos infra in Supplementis ad Vol. III. num. 810. b. De Grammatica *Mosis Kimchi*, a nostro Augustæ Vindelic. an. 1520. 4. edita vide quæ scripsi Vol. III. Bibliothecæ hujus p. 810.

Bohemi (Joh.) Rectoris Cruciani Dresdensis, Compendium Grammaticæ Hebr. Witteberg. 1636. iterumque Dresdæ 1652. 4. Parænesis ad studia Linguarum, Latinæ, Græcæ, Hebr. & his cognatarum. Dresdæ 1640. 4. Introductio ad S. Hebr. L. dichotomica & facillima, ibid. 1665. 8. Vide *Godofr. Ludovici* Historiam Gymnasiorum & Scholarum celebrium, Parte II. pag. 103. sqq.

Bohlii (Sam.) Tabula Grammaticæ Hebrææ per Matthæum Marci, Colbergensem, Bohlii discipulum, non sine præscitu ejus, editæ Rostoch. 1638. fol. & Lips. 1657. plagulis 9. recusæ, quæ posterior editio aucta est capite I. Canonum Ethicorum Maimonidis cum versione Georg. Gentii. Conf. Cl. *Schœtgenii* Pomeran. veterem & novam p. 529. De Concordantiis Particularum Hebraic. & Nominum Propriorum, Bohlii, quas in Dania edi voluit, lege ipsius epistolam ad Casp. Er. Brochmandum, quæ in limine tractatus ejus de quibusdam, quæ Deo proprie competunt, exstat. Locum illæ una cum Lexico Hebraico occupare debebant in Opere Bibliorum Polyglottorum, quod idem moliebatur.

Bootii (Arnoldi) Observationes circa Linguam Hebræam MSS. laudari video ex Biblioth. MS. Seguieriana p. 37. a Le Longio l. c.

Bouchard (A. D.) Bisunt. Presb. S. Theol. & J. V. D. molitur Introduct. ad L. S. f. Hebr. nedum ad hujusce linguæ scientiam, sed & ad rectam S. Scriptura intelligentiam perutilem & expeditam. Vid. Mem. Trev. 1726. pag. 1157.

Boulaise: vide mox *Bulisius*.

Bram-

Bræmsonii (Andr. Henr.) Grammatica Hebræa juxta methodum Schickardi cum accentuatione prosaica & metrica, Hafn. 1727. 4.

Bruin (Florentii de) Ecclesiastæ Gorinchemensis, Differt. Epistolaris de emendandis Temporum Hebrææ Linguæ anomaliis enallagisve, hactenus temere nimis admissis. Amstelod. 1703. 8. non 1704. in 12. ut habet Le Longius.

Bucheri (M. Sam. Frider.) Prof. Wittebergensis, Synopsis Linguæ Hebr. *Witteb.* 1719. 8. quæ auctior sub titulo Grammaticæ Hebraicæ prodiit ibidem 1722. 8. Vide Collectionem antiquorum & Novorum Theologicorum germanice editam an. 1723. p. 653. Idem methodum suam novam Linguas Orientales tradendi defendit in Prolegomenis ad *Thesaurum Orientis*, sive compendiosam & facilem methodum Linguarum Hebrææ, Chaldæo-Targumicæ, Talmudico-Rabbinicæ, Syræ, Samaritanæ, Arabicæ & Persicæ. Francof. & Lipf. 1725. 8.

Bukentop (Henr. de) Ordinis Fratrum Minorum Recollectorum Alphabetum Græcum & Hebraicum, quo singularum literarum utriusque linguæ figura proponitur, genuinus sonus adstruitur, & legendi methodus traditur. Lovanii 1704. 8.

Bulæi (Olivarii) Methodus Hebræa sine punctis legendi Vltrajecti 1658. 8. De ea lege *Franc. Masclefii* Grammaticam Hebraicam, Parif. 1731. recusam, Parte III. atque hinc Diarium Eruditorum Parisiense anno 1731. Octobr. pag. 274. edit. Belgicæ, itemque *Pet. Guarini* præfat. ad Grammaticæ Hebraicæ Tomum II. p. 100.

Bulisium (Jo.) Le Longius ad Gallicæ Linguæ formam *Boulaise* appellat.

Burcklini (Georg. Christiani) Institutio Linguæ Hebraicæ, Francof. 1699. 4. edita & à Le Longio pag. 1171. a. qui pro *Christiano* mendose *Christophorum* vocat, memorata, est procul dubio *Appendix* ejus ad Institutionem L. Hebraicæ B. *Jo. Henrici Maji*, Francof. ad Mœn. 1697. 4. publicata. Conf. infra *J. H. Majus*.

Burdigalensis (Jo.) *Jacobum* vocat *le Longius* pag. 1174. b.

Buxtorfii (Jo.) Thesaurus Grammaticus prodiit etiam *Basileæ* 1609. 1615. 1620. teste Le Longio, qui ejusdem *Epitomen Grammaticæ Hebr.* ibidem an. 1620. 1647. & 1667. *Amstelodami* autem 1645. & 1652. *Cantabrigiæ* 1646. *Londini* 1656. *Franequeræ* 1665. & *Vltrajecti* denique 1673. & 1701. lucem vidisse testatur. Londinensem illam accipio de versione

versione Anglicana, a Jo. Davis curata, quam *Londini* 1658. prodiisse legere me memini. De Epitome illa Grammaticæ lege ipsum *Buxtorfium* in epistola ad Matthiam Martinium, quæ exstat in Biblioth. Bremensi Clasf. IV. pag. 599.

Bythnori (Victorini) Poloni, L. Hebr. Professoris, Rudimenta Linguæ Hebraicæ & Chald. sive Institutio methodica Lond. 1635. 8. ibid. 1650. & 1664. 4. 1675. 8. *Cantabrig.* 1648. *Tiguri* 1664. in calce Lyræ Propheticæ & 1670. 8.

de Caligniis (Alani Reffaut) Institutiones Hebraicæ tertium Parisf. 1545. 8. apud Christ. Wechelum. Vide Mich. Maittaire Annales Typographicos Tom. III. Part. I. pag. 384. Conf. infra *Restallus.*

Calundani (Jo.) qui plenius & rectius vocari debebat *Jo. Petræus Calundanus*, Rectoris Scholæ Roeskildensis, Compendiosa Linguæ Hebr. delineatio Hafniæ 1645. & 1674. fol. Vide *Albert. Bartholinum* de scriptis Danorum pag. 68. & Jo. Mölleri hypomnemata pag. 263.

Campensis (Jo.) Transiselani, Prof. L. Hebr. Lovaniensis, *Grammatica Hebræa è variis libellis Eliæ Levitæ, Grammaticorum principis, collecta.* Parisf. 1535. & Lovanii typis Theodorici Martini 1528. 4. Ita *Franc. Schweertius* in Athenis Belgicis pag. 407. & *Valerius Andreas* in Bibliotheca Belgica pag. 475. Cl. Le Longius pag. 1171. a. duos nostro tribuit libellos. Alterum inscribit Tractatus Introductorios in linguas Græcam & Hebr. Lovan. 1528. 4. Alterum: de natura literarum punctorum & ceterorum ad L. Hebr. pertinentium ex Eliæ Levitæ Opusculis in 8. Parisf. 1520. 1539. 1543. 1553. & in 4. Lovan. 1528. Vix ego crediderim, alterum ab altero opusculum, si titulum forte & formam exteriorem excipias, esse distinctum. In manibus habeo libellum nostri Grammaticum Parisf. 1539. 8. apud Christianum Wechelum exscriptum, qui ut in fronte hæc habet: *Ex variis libellis Eliæ, Grammaticorum omnium doctissimi, huc fere congestum est opera Jo. Campensis, quicquid ad absolutam Grammaticam Hebr. est necessarium;* ita in aversa pagina *Libellus de natura literarum & punctorum Hebraicorum* &c. quem titulum ex Le Longio modo attuli, vocatur. Lege de nostro plura in doctissimi *Schelhornii* Amœnitatibus Literariis Tom. XI. pag. 73. sqq. ubi eum à *Jo. Campano*, Anti-Trinitario probe distinguendum esse ostendit.

Capnionis (Jo.) i. e. *Reuchlini*, Rudimenta Hebraica, Phorcæ 1506. edita, formam potius ordinis quarti majoris referunt. Annum hunc editionis ex præfatione ejus in Psalmos Pœnitentiales recte conjecit Cl.

Michael

Michael Maittaire in Annalibus Typographicis Tom. II. Part. II. p. 714. Ille vero in calce Rudimentorum illorum diserte ita exprimitur: Phorce in ædibus Tho. Anshelmi Sexto Kal. Apriles. Anno MDVI. Tabulæ XX. Institutionum ad Linguam Sanctam Basil. 1554. fol. editæ non sunt *Joannis*, sed *Antonii Reuchlini*, de quo Elias Schadæus in Oratione de Linguæ Sanctæ origine, progressu & varia fortuna pag. 36. ita: *Officium ejus* (Davidis Kyberi) *docendi Hebræa post M. Antonio Reuchlino, Pastori in hoc contiguo Prædicatorum templo* (Argentorati) *commissum fuit, qui & viva voce & editis libris, Tabularum nimirum ex Elianis libris confectarum, & interpretationis libri* יאיר נתיב *studium hoc promovit: idem etiam Lexicon collegit, quod tamen, quia typographo commodo careret, & adversa valetudine affligeretur, editum non est.*

del Castillo (Martini) Grammatica Linguæ Sanctæ, non Lugduni, sed Legione in Hispania an. 1576. 8. prodiit.

Cellarii (Christoph.) Grammatica Hebr. in tabulis Synopticis cum consilio 24. horis discendi Linguam S. Cizæ 1681. hinc auctior 1684. & Jenæ 1699. 4. Vide Godofredi Ludovici Historiam Gymnasiorum & Scholarum celebrium Parte II. pag. 22. Ej. Canones de L. S. idiotismis Weissenfelsæ 1672. & plenius 1673. denique Cizæ 1679. Sciagraphia Philologiæ Sacræ cum etymologico Radicum deperditarum ex aliis linguis, Arabica præsertim, restitutarum. Cizæ 1678. 4. Vid. ibid.

Cellarii (Jo.) Gnostopolitani, libellum Grammaticum excitat B. Lutherus noster in epistola ad Georg. Spalatinum, quæ legitur inter epistolas ejus a Jo. Aurifabro editas, Tomo I. p. 178. b. his verbis: *Fuit nobiscum rediturus propediem* Jo. Cellarius, *Gnostopolitanus, qui Heidelbergæ Hebraica professus est, & edito libello Grammatico (quem te vidisse puto) testatur, se non nihil in ea re nosse.*

Cevallerii (Anton. Rudolphi) Alphabetum Hebraicum Paris. 1544. 8. apud Robert. Stephanum. Vide Almeloveenium de Vitis Stephanorum p. 16. & Mich. Maittaire in Annalibus Typographicis Tom. III. Part. I. pag. 374. qui & pag. 739. ejusdem Alphabeti editionem Genevensem anni 1566. 8. ab Henr. Stephano curatam memorat.

Ejusdem Rudimenta Hebraicæ linguæ Genevæ ex officina Henrici (non *Roberti*) Stephani 1567. 4. prodierunt, de quibus velim legas laudatum Maittaire in Catalogo librorum a Stephanis editorum p. 40. qui in nota marginali in Cevallerii epistola prævia, anno 1559. data,

conjicit, editionem, illa anni 1567. priorem, exſtare. Comparetur idem Tomo III. Annalium p. 742.

Charadami (Joh.) quem operarum vitio *Charadamum* dixi, Alphabetum Linguæ Sanctæ ſenſu myſtico refertum Pariſ. 1532. apud Ægid. Gourmontium. Vide Maittairium Tom. II. Annalium Part. I. pag. 108. Paulus Paradiſus, Ex-Judæus, in Dialogo de modo legendi Hebraice pag. 18. Charadamum ait *in hoc libello Scriptores omnes veteres utriusque linguæ peritos in eo ſcribendi genere adæquaſſe.*

Clenardi (Nicol.) *Grammaticam* Hebraicam a *Tabula* ejus in Grammaticam Hebraicam ſupra diſtinxi, nunc vero eundem eſſe libellum utrumque vix dubito. *Tabulæ* titulus in frontiſpicio, in opere vero ipſo, *Grammaticæ Hebraicæ* occurrit. Habeo in manibus editionem Leidenſem ex officina Plantiniana anni 1589. 8. Prima vero eſt *Lovanienſis* anno 1529. 4. teſte Franc. Sweertio in Athenis Belgicis pag. 574. quem annum præfatio Clenardi ipſa refert. *Lovanienſem* ſecutæ ſunt aliæ ſupra adductæ. Pariſienſem ab Hieronymo Gourmontio ſine anno in 8. expreſſam laudat *Maittaire* Tom. II. Annalium p. 727. Pariſienſem Grammaticæ Arabicæ & Hebraicæ formis Wecheli deſcriptam affert Sweertius l. c. pag. 575.

Cocceji (Jo.) Obſervationes ad Joh. Buxtorfii Epitomen Grammaticæ Hebr. exſtant in Operibus ejus.

Coddæi (Guil.) Notæ breves ad Grammat. Hebr. Pet. Martinii, Lugd. Bat. 1612. 8.

Crineſii (Chriſtoph.) Exercitationes Hebraicas, Norimbergæ 1625. 8. editas huc refert Le Longius p. 1171.

Danzii (Jo. Andr.) Theologi quondam & Philologi Jenenſis præſtantiſſimi, anno 1727. 20. Dec. defuncti, Interpres Hebræo-Chaldaicus Jen. 1726. 8. tertium recuſus eſt. Item Manuductio ad Hebr. L. Analyſin ib. 1702. 8. & alias. Vide omnino Programma funeri ejus dedicatum, in quo ſcripta ejus tum alia, tum inprimis Grammatica ex variis editionibus diligenter enarrantur. De laboribus ejus Grammaticis lege Venerab. *Valent. Erneſt. Læſcherum* in Commentariis de Cauſis Linguæ Hebrææ pag. 160. Confer inferius nomen *Gerethi.*

Dieſtii (Henr.) Grammatica Hebræa non *Amſtelodami*, ſed *Daventriæ* 1665. 8. prodiit ſecundum Le Longium l. c.

Dieſtii

Dieſtii (Samuelis) eſt Clavis Linguæ Sanctæ, ſive Regulæ XX. de mutatione punctorum, præmiſſis illius linguæ rudimentis. Amſt. 1669. 8.

de Dieu (Ludov.) Miniſtri V. D. in Eccleſia & Profeſſoris in Gymnaſio Gallo Belgico Leidenſi, anno 1642. 7 April. defuncti, Compendium Grammat. Hebr. una cum Dictionariolo præcipuarum radicum Leidæ 1626. fol.

Ejusdem Grammaticam Hebraicam non puto aliam exſtare, quam quæ in Polyglotta illa, Leid. 1628. 4. primum edita exſtat.

Dilherri (Jo. Michaelis) V. D. Miniſtri Norimbergenſis an. 1669. denati, Periſtylium Linguæ Sanctæ, ubi doctrina de verbis Hebraicis, eorumque conjugationibus, per ſex horas diſtributa, traditur, tandemque Syllabus vocum irregularium S. Scripturæ juxta ordinem alphabeticum ſubjicitur, ubi flexioni irregulari è regione ſemper reſpondet regularis, cum addita radice.

Donati (Franciſci) Romani, Ordinis Prædicatorum in Conventu S. Mariæ ſuper Minervam, an. 1635. in itinere, ab Indis & Chinenſibus Goam deſtinato, obtruncati, *Poma aurea* Romæ primum 1618. hinc ibid. 1623. 4. edita, de quibus vide quæ ſcripſi Volum. III. hujus operis pag. 952. & nuper ad *Pauli Colomeſii* Italiam Orientalem pag. 171.

Droſſæi (Jo.) JCti Samariani, Grammat. quadrilinguis, Gallicæ, Latinæ, Græcæ & Hebraicæ Pariſ. apud Chriſtian. Wechelum 1544. 4. ex qua idem Wechelus Alphabetum Hebraicum ſeorſim, ſine addito anni indicio, excudi fecit, teſte Cl. *Michaele Maittaire* in Annalium Typographic. Tomo II. Part. II. p. 421.

Dufour (Thomæ) Monachi Benedict. S. Mauri anno 1642. d. 2. Februar. ætatis 34. denati, Linguæ Hebr. Opus Grammaticum, copia, brevitate, methodo, abſolutum, cum hortulo Sacrarum Radicum. Adjecto ſchemate Grammatico, altera aut tertia hora, legendi rationem præmonſtrante, & hebdomada dierum neceſſaria ad Linguæ Santæ notitiam inſtituta. Accedit exercitatio Rabbinica ad lectionem ſine punctis, cum opuſculo de arcanis, Ziphrisque myſticis Hebræorum (i. e. de triplici genere Cabbalæ Artificialis, *Temura*, *Gematria* & *Notarikon*.) Pariſ. 1642. 8. apud Jac. du Gaſt. Lege de eo *Philippi le Cerf* Bibliothecam Hiſt. & Criticam Scriptorum Benedictinorum ex Congregat. S. Mau-

S. Mauri gallice editam p. 132. sq. & Dom *Augustini Calmeti* Supplementum ad Bibliothec. Sacram in calce Tomi IV. Dictionarii Biblici pag. 160.

Dun (Patricii) Scoti, Recollectio Linguæ Sanctæ ex *Dempstero* memoratur à *Jac. le Longio*.

Eberti (Jac.) Professoris L. Hebr. & deinde Theolog. Francofurt. an. 1595. defuncti, cujus est Tract. de literis *Mosche vecaleb* seu servilibus Hebræorum, Lips. 1629. 8. quem Vol. II. *Theodoro Eberto* perperam, Imbonatum quippe securius secutus, tribui. Vide *Jo. Christoph. Becmanni* Notitiam Vniversitatis Francofurt. pag. 116. Error ex eo natus est, quod *Theodorus*, *Jacobi* filius, hunc Patris librum, ceu ex titulo apparet, in lucem edidit. In eundem errorem facile obvium incidit diligentissimus alioquin *Le Longius* pag. 1172. qui pag. 1173. eum alio auxit, quando ex Wittenio *Jac. Erberto*, qualis nusquam fuit, tractatum de literis Hebræorum servilibus tribuit.

Eberti (Theod.) *Jacobi* filii, Professoris L. Hebr. Francofurt. 1630. 3. Oct. defuncti, Elementa Hebraica Lips. 1627. 8. edita, quæ à Lipenio & Le Longio meque ipso Vol. II. memorantur, adhuc non vidi. Vereor itaque, ne ex *Electis* ejus *Hebraicis*, Francofurti ad Viadrum 1630. 4. editis, nata sint, præcipue cum illa in Catalogo Biblioth. Francofurt. à Becmanno edito, pag. 92. frustra quæsiverim, qui præterea de nostro pag. 119. Notitiæ Vniversit. Francofurt. legi potest.

Erdmanni (Adami) Vide infra *Miri* (Adami Erdmanni)

Erpenii (Thomæ) Professoris LL. Orient. Leidensis anno 1624. defuncti, Grammatica Generalis Lugd. Bat. 1621. typis Raphelengianis, hinc *Genev.* 1628. 8. ac tertium, quod in titulo monetur, Lugd. Batav. 1651. 8. Le Longius Franequeranam anni 1612. ut primam affert, quam exstare non puto, cum ex Dedicatione & Præfatione Erpenii, editioni Leidensi 1621. præmissa, pateat, Erpenium eo anno primum de his L. Sanctæ institutionibus parandis solicitum fuisse.

Fabri (Georg.) Vffenheimio Franci, Diaconi ad D. Laurent. & Profess. L. Hebr. Noribergensis, 1634. defuncti, Institutiones Grammat. Hebr. Noriberg 1626. 8. Vide de eo Rev. *G. G. Zeltneri* Historiam Crypto-Socinismi Altorfini p. 551. in notis. Ejusdem *Lectionis Hebraicæ institutionem* Ontzbachii (lege Onolsbachii) 1608. 8. editam Le Longius, nescio quam recte, memorat.

Faber (Jo.) Vid. supra *Avenarius*.

Fabri

Fabri (Wolfgangi) Institutiuncula in Linguam Ebræam. Basil. 1516. 24.

Fabricii (Theodorici) Theologi & Superintend. Servestani, an. 1570. 15. Sept. æt. 71. denati, Institutiones Linguæ Sanctæ Colon. 1528. 4. de quo lege quæ habet præstantissimus *Jo. Alb. Fabricius* in Centuria I. Fabriciorum pag. 70. & Centur. II. p. 104.

Felsii (Christiani Lebrecht) Ex-Judæi Brevis & perspicua via ad Linguam S. Sondershus. 1697. & Aurici 1707. 8. Confer Biblioth. hujus Hebr. Vol. I. & III. num. 1897.

Fæckleri (Jo.) Rectoris Vesaliensis, Fundamenta ad Linguam Sanctam accurate docendam nervosa atque succincta. Quibus accedunt quinque capita relig. Christianæ Hebraice, & duæ selectissimarum Sententiarum, cum Biblicarum, tum Rabbinicarum, Centuriæ. Amstelod. 1658. 8. Auctor in præfatione profitetur, se Buxtorfium præ ceteris esse secutum.

Forstii (Mart.) Grammatica Hebr. Vniversalis, quæ, ut Wittebergæ 1643. 4. edita in Catalogo Bibl. Gerh. Molani, Abbatis quondam Luccensis, p. 238. num. 1200. laudatur, est omnino Mart. Trostii.

Four (Thomæ du) vide supra *Dufour*.

Fourmont, Abbas & Prof. LL. Or. Paris. cujus exstant animadversiones Grammaticæ, de quibus infra sub *Jo. Renoux* dicemus. Hic tantum monemus, eundem jam anno 1710. publico destinasse Grammaticam Hebraicam novam brevem & expeditam, quæ totam linguam Hebr. partem etiam *Rabbinicam* 200. versibus comprehensam tironibus sistat. Vide Memoires de Trevoux anni 1710. p. 468. & Nouvelles de la Republique des lettres 1710. p. 587.

Franchi (Wilhelmi) vide Vol. III. hujus Bibliothecæ p. 237.

à S. Francisco (Ludov.) Globus canonum & arcanorum linguæ Sanctæ. Rom. 1586. 4. ex officina Barthol. de Grassis. Vide, quæ scripsi ad Pauli Colomesii Hispaniam Orientalem p. 241.

Frichius (Ambros.) Gallus, Linguæ Hebr. Professor Paris. Elementarium Hebr. Palmonii edidit 1567. teste *Imbonato* pag. 303. & ex eo forte *Le Longio*. Quid sibi *Palmonii* vox velit, non intelligo. *Paulus Colomesius* in Gallia Orientali p. 244. ed. Hamburg. id de nomine Scriptoris accepisse videtur, quando scribit: *Ambros. Frichius, L. Hebr. Professor, Lutetiæ an.* 1657. *edidit Elementarium Hebraicum Palmonii.* Hic autem pro

anno 1657. omnino legendum est 1567. quod tum alia, tum temporis series, secundum quam Colomesius Scriptores commemorat, evincunt. Fortasse *Palmonium* illud ex Hebraico פלוני אלמוני i. e. *Anonymi* natum est.

Frisii (Laurent.) Parochi in districtu Ripensi Bredbroensis Antistitis ἱβεριωτάτȣ an. 1684. defuncti, Epitome Prosodiæ Hebr. Hafn. 1671. 4. Vide B. *Jo. Molleri* Isagogen ad historiam Chersonesi Cimbricæ Part. II. pag. 170.

Gagnier (Jo.) Doctor Linguarum Or. in Acad. Oxoniensi præstantissimus, & de Arabicis inprimis literis egregie promeritus, Grammat. Hebraicam luculentissimam parare fertur in Ephemeridibus Literarius Paris. 1710. Novembr. p. 595.

Gazæ (Theodori) Thessalonicensis, an. 1478. denati, Alphabetum Hebr. & Græcum introductivæ Grammaticæ lib. I. II. III. IV. Paris. 1516. 4. apud Ægid. Gourmont.

Gereth (Jo. Georg.) Index vocum tam Hebr. quam Chaldaic. quæ in Danzii Literatore enucleantur. Vitemb. 1726. 8.

Gezelii (Jo.) Professoris primum Theologiæ Dorpatensis & deinde Episcopi Aboensis, anno 1690. die 19. Jan. defuncti, Compendium Grammaticæ Hebr. Martini Trostii Dorpati 1647. 8. Vide Jo. Schefferi Sveciam Literat. pag. 170. & Andr. Ant. Stiernmanni Aboam Literatam pag. 69. sq. qui tamen inter cetera ejus scripta, diligenter enarrata, hujus non meminit.

Gibelii (Abrah.) Torgensis, Pastoris & Præpositi Burgensis & reliquarum Ecclesiarum Femariensium, an. 1629. exstincti, Strigilis Institutt. Hebr. Bellarmini Witteb. 1606. 4. binis disputationibus exhibita.

Ejusdem Difficultatam Etymologic. Hebr. enodatio. ibid. 1602. 4.

Ejusd. Artificium geminum antiquæ puritatis Hebr. ib. 1605. 4. ut de Artificio Accentuum Hebr. de quo alibi, nihil dicam. Conf. Cl. *Jo. Henr. von Seelen* Historiam Athenæi Lubecensis p. 242.

Gilberti (Mart.) libri II. de literis ac motionibus seu punctis Hebræorum Paris. 1563. 4. Vide Colomesii Galliam Orient. pag. 246. ex Dureto in Thesauro Linguarum p. 140. & 238.

Golii (Jac.) Grammat. Hebr. belgice scripta, nec edita, αὐτόγραφον auctoris in fol. inter MSS. Morgenwegiana p. 15. n. 187. nunc apud me.

Gotier

Gotier (   ) Prof. LL. Or. Lausanensis compendium Grammat. Hebr. editurus fertur in Neuen Zeitungen aus der gelehrten Welt, Tiguri 1725. editis num. VII. p. 38.

Grabovii (Pet.) Syntaxis Hebr. Linguæ. Witteb. 1605. 8.

Ejusd. dispp. de L. Hebr. ejusque literarum origine, earum antiquitate & uniformitate, Witteberg. 1604. 4.

Grafunderi (Davidis) Calligraphia Hebræa, in qua phrases & communes loquendi formulæ Hebr. traduntur. Colon. ad Spream 1668. 12.

Gualtperii (Othonis) Profess. primum Marpurgensis, & deinde Rectoris Lubec. Grammatica Linguæ S. de qua videnda Cl. *Jo. Henr. von Seelen* Historia Athenæi Lubecensis p. 234.

Guarini (Pet.) Presbyteri Monachi Ord. S. Bened. è Congregat. S. Mauri an. 1730. vita functi, Grammatica Hebr. & Chaldaica ex optimis, quæ hactenus prodierunt, nova facilique methodo concinnata ad Syntaxin, in qua peculiares omnes Scripturæ locutiones, quos vocant, idiotismos, fuse & accurate explicantur. Accedunt varia Literaturam Hebraicam spectantia. Tom. I. complectens Grammat. Hebr. analogiam seu etymologiam cum Syntaxi ejus simplici, typis Jac. Colombat. Paris. 1724. 4. pp. 632. Instituti sui rationem Cl. *Guarinus* in præfatione ad Tom. I. pag. 28. sqq. diligentius edisserens, in eo se inprimis fuisse testatur, *ut brevitati simul & perspicuitati studeret, & nihil utile omitteret, nihilque inutile ingereret.* In tres itaque libros totum opus distinxit. Illorum primus tractat *Etymologiam*, seu *Analogiam*; secundus *Syntaxin*, seu vocum constructionem; tertius varia cum ad Grammaticam, tum ad literaturam Hebraicam pertinentia complectitur. Duo priores libri, & posterior quidem, tantum quoad partem de Syntaxi simplici, comprehenduntur Tomo I. Tertius autem Tomo II. Hic prodiit Parisiis 1726. 4. pp. 766. Hujus promulgatio ex eo moram duxit, quod in eo tabula Musicæ, qualis Judæis Hispaniæ, Germaniæ & Italiæ recepta est, repræsentari debebat. Vide Diarium Eruditorum Parisiense anno 1730. mense Novembr. p. 425. edit. Amstelodamensis. Accipe hic titulum Tomi II. integrum: *Grammaticæ Hebraicæ & Chaldaicæ ex optimis, quæ hactenus prodierunt, nova facilique methodo concinnatæ, Tomus II. complectens Syntaxim figuratam, sive Rhetoricam Sacram, Grammaticæ Chaldaicæ compendium, nec non varia, ad Literaturam Hebraicam spectantia, cum Indicibus locupletissimis.* In hoc itaque habes partem alteram libri II, quæ de *Syntaxi figurata* tradit,

dit, usque ad pag. 304. Hinc ſequitur liber III. de iis, *quæ cum ad Grammaticam, tum ad Scripturæ Sacræ intelligentiam pertinent*, usque ad pag. 537. Poſtea Annalyſis Grammatica *Cantici Moſis* Exod. XV. 1—19. usque ad pag. 569. Porro Compendium Grammaticæ Chaldaicæ usque ad pag. 630. denique vero copioſiſſimi indices, usque ad operis finem. Liber III. exponit cap. I. de *Accentibus Hebræorum*. cap. II. de recenti Hebræorum *Poetica*: cap. III. de *Numeris* Hebr. cap. IV. de *Cabbala* tum artificiali, tum inartificiali: cap. V. de *Maſora*. cap. VI. de *Talmude* utroque: cap. VII. de *Kalendario*, diebus, horis, hebdomadibus & annis, tum vero etiam *Feſtis* Judæorum &c. cap. VIII. de Nummis, Ponderibus & Menſuris. Cap. IX. de *Tephillin*, ſive Phylacteriis, *Mezouza* & *Talleth*. Ex his capitibus intelligitur, libro tertio ea fere exhiberi, quæ non tam ad Grammaticam, quam ad Criticam Sacram, imo & ex parte ad Antiquitates Judaicas pertinent. Totum itaque Opus *Philologiæ Sacræ* potius, quam *Grammaticæ Hebraicæ* nomine inſigniri merebatur. Aut valde fallor, aut Auctor B. *Salomonis Glaſſii* Philologiam Sacram ſibi potiſſimum elegit, cujus veſtigiis inſiſteret. Atque id quidem ipſe non diffitetur pag. 100. præfationis ad Tomum II. *Erraret*, inquit, *qui opus iſtud nudam ac ſimplicem Grammaticam Hebraicam & Chaldaicam exiſtimaret. In eo ſiquidem ex præſtantiſſimis cum Grammaticis, tum Philologis Hebræis adornando, animus nobis fuit, ut, qui in Hebraiſmo plus ſapere nolunt, quam oportet ſapere, his* Bibliothecæ Hebraicæ, *aut plurimorum ſaltem librorum eſſet loco. Splendidiorem hunc & operi ipſi convenientiorem titulum ei præfigere potuiſſemus: neque aucta inde fuiſſet* eruditorum charlataneria; *ſed voluimus opus in receſſu plus habere, quam in fronte promittere.* Quod ad *Glaſſium* noſtrum attinet, de eo accipe candidam ejus profeſſionem pag. 101. editam: *Non ſolum agnovi* (vide p. 33. præfationis ad Tom. I.) *verum etiam profeſſus ſum, utramque Syntaxin ex celeberrimi hujus Scriptoris* Philologia Sacra, *maximam ſui partem eſſe concinnatam.* Hæc fuſius ediſſerenda putavi, ut egregii operis ratio rectius conſtaret. Comparari vero præterea velim de Tomo I. *Nova Literaria* Lipſiæ Germanice edita anno 1722. pag. 76. ubi *Proſpectus* Operis exhibetur, tum vero Diarium Pariſienſe anno 1725. menſe Aprili, a cujus animadverſionibus nonnullis ſe tuetur *Guarinus* in præfat. ad Tomum II. pag. 99. ubi & Compendium operis ſperare ipſe jubet, ea tantum exhibiturum, quæ literis majuſculis in eo exſcripta ſint. Id enim tenendum eſt, auctorem contextum ſuum utplurimum copioſis notis, quæ minuſculis literis repræſentantur, explicare. De Tomo III. qui Lexicon Hebraicum complectetur, & adhuc exſpectatur, ſupra inter

Lexico-

Lexicographos dictum est. Compara præterea *Augustini Calmeti* Supplementum Bibliothecæ Sacræ in calce Tomi IV. Dictionarii Biblici p. 160. Is eum in Bibliotheca Sacra Tomo I. Dictionarii præmissa pag. 86. mendose *Guarnier* pro *Guarin* appellaverat.

Guidacerii (Agathii) Institutiones Grammaticæ Hebr. L. apud Egidium Gourmontium, Paris. 1529. 4. plagulis decem. Eam in manibus habeo, quam & *Chevillerius* de Origine Typographiæ p. 295. affert. Auctor in præfatione testatur, se ea hic in compendium retulisse, quæ ab eruditissimis Grammaticis in *Petach debarai*, & *Kimchi* in *Michlol* dicta sint. Non dubito, eandem esse hanc editionem, quam *Le Longius* in Biblioth. Sacra pag. 1173. editionem veterem ad Leonem X. 4. appellat. Eædem recusæ postea sunt Paris. 1539. & 1546. 8. teste *Le Longio*. Ab his forte distinguendum est ejusdem *Peculium*, sive Commentaria de literis Hebraicis, de punctis, accentibus, quantitate syllabarum, & veræ linguæ Hebr. pronunciandæ ratione, Paris. 1537. 8. Conf. Cl. *Maittaire* Annales Typograph. Tom. II. Part. II. pag. 412. & 421. item Tom. III. Part. I. pag. 308. Adde Colomesii Italiam Orientalem p. 60.

Gumprechti (Jo. Pauli) Conrectoris Laubanensis, Breves, sed sufficientes quæstiones fundamentales ex Grammat. Hebr. Lips. 1709. 8. Accedit Lexicon breve Hebræo-Germanicum.

E. P. R. H. Documenta brevia &c. de quibus Vol. II. pag. 608. Confer *Jo. Cinelli* Biblioth. Volantem Sect. XVI. p. 28. qui librum hunc Venetiis 1639. fol. apud Jo. Coleonem lucem vidisse testatur.

Hafenrefferi (Matthiæ) Theologi Tubingensis, an. 1619. defuncti, Revelator punctorum Hebraic. vigilantissimus, h. e. Præceptiones nova methodo, ac via punctandi rationem & artificium in Hebr. L. explicans. Tubing. 1613. 8.

Hanewinckel (Gerhardi) Elementa Grammaticæ Hebr. ex *Wittenio* affert Le Longius.

Hanneckenii (Menonis) Prof. primum Marpurg. & deinde Antistitis Lubecensis, Grammatica Hebræa, una tabulis Synopticis in gratiam Scholarum auctior, & nova forma, tabulis accommodata, accurante M. Henrico Bangerto, Lubec. 1660. fol. item Francof. 1676. 4. Vide Cl. *Jo. Henr. von Seelen* Historiam Athenæi Lubecensis p. 415. sq. & Part. III. Athenarum Lubecensium p. 528.

Hardt (Herman. ab) Fundamenta L. Hebr. quæ pag. 608. Halæ 1698. *German.* prodiisse dixi, itidem Latina sunt.

Hasenmulleri (Daniel.) Vide inter Lexicographos suo loco.

Hasenii (Joach.) Parchemo-Megapolitani, Manuductio compendiosa ad L. Hebr. non *Lipsiæ*, sed *Jenæ* 1629. 4. 5. plagulis prodiit.

Heimreichii (Joh.) Medic. Doctoris & Practici primum Isenacensis, hinc Professoris Medicinæ, Physicæ & LL. Oriental. in Gymnasio Coburgensi an. 1730. 28. Octobr. defuncti, Prodromus Grammaticæ Hebr. facilioris, Isenaci 1704. 1. plag. qui usum potius & lectionem Codicis Sacri, quam præcepta multa ad L. Hebr. discendam commendat. Vide Nova Literar. Germaniæ anno 1704. pag. 430. Idem aliis opusculis inclaruit, nonnulla quoque ἀνέκδοτα reliquit. Lege Bibliothecam Germanicam, Gallice editam Tom. XXII. p. 191.

Helvici (Christoph.) Prof. Marpurgensis, anno 1617. defuncti, Grammat. Hebræa in libris Didacticis Grammaticæ universalis, absolvitur pp. 78. Iidem libri didactici quoad Grammat. Lat. & Hebr. Germanice sub titulo: Sprach-Künste prodierant, Giess. 1619. 4. Conf. inter Lexicographos, ubi de ejus *Elementali Hebr. Chaldaico.*

Hillerus (Mart.) idem est, qui

Hillerus (Matthæus) Professor quondam Tubingensis & deinde Abbas Regiofontanus, de quo inter Lexicographos supra dictum est. Inter cetera ejus scripta exstat *Sciagraphia Grammaticæ Sacræ*, quæ Tub. 1674. 8. plagulis quinque lucem vidit, quemadmodum; ejusdem *Institutiones Linguæ Sanctæ* ibidem 1711. 8. prodierant. Illarum cum laude meminerunt Memoriæ Literariæ Trevoltienses anno 1715. Octobr. pag. 1804. quæ & pag. 2187. ejusdem *Arcanum Keri & Kethibh* Tubing. 1692. 8. vulgatum prædicant, de quo nos diximus, Vol. II. pag. 515. Confer Bibliothecam Fabricianam Vol. VI. p. 44.

Hilligeri (Jo. Wilh.) Superintendentis tandem Chemnitiensis an. 1705. defuncti, Grammat. Linguæ S. Witteb. 1677. 4. prodiit, quod *le Longius* recte tradit, qui eundem mox in *Jo. Georg. Hillischerum* transformat, qualis nunquam exstitit. Natus procul dubio error est ex pronunciatione literæ *g.* Gallica.

Hirzelii (Jo. Henr.) in Schola Tigurina Professoris, Fundamenta punctationis Linguæ S. in compendium redacta, Punctationis specimine aucta, ac in usum Studiosæ inventutis adornata, edit. II. Tiguri 1727. 8. Secutus potissimum auctor est *Jac. Altingium*, quod vel titulus prodit, & ipse in præfatione profitetur.

Honolchi

Honoldi (Jac.) Vid. infra *Schickhard.*

Hooght (Everhardi van der) Ministri V. D. Reformati, cujus Medullam Grammaticarum Hebraicarum, mihi quidem non visam, tanquam Amstelodami 1696. 8. editam, memorat *le Longius.* Auctor ejusdem in præfat. ad Biblia Hebraica meminit.

Hortensii (Jo. Fortii) Ex-Judæi, de quo vide Volum. I. n. 821.

Hottingeri (Jo. Henr.) Profess. Tigurini, Grammatica L. S. non distinguenda erat ab Erotematibus L. S. Idem enim est liber, sub diversis titulis, & diversis quoque annis editus.

Huetium (Pet. Danielem) in suos usus Grammaticam Hebraicam concinnasse testantur Memoriæ Literariæ Trevoltiensis anno 1721. pag. 712.

Huguenini (Davidis) Professoris quondam Theologi Duisburgensis, Grammaticam Hebraicam rationalem Duisburgi 1692. 8. editam esse, ex Catalogo Bibliothecæ *Jo. Meyeri* didici.

Humii (Jac.) non *Hunnii*, Scoto-Britanni, Ῥαδιομάθεια Linguæ Hebr. h. e. Grammatica Hebr. copiosissima ac compendiosissima, methodo plane nova & brevissima, adeo, ut per eam spatio novendecim dierum omnes declinationes, conjugationes, etiam ipsam radicis extractionem addiscere quivis possit. Hamb. 1624. 4. plag. 14. cum præfat. *Henr. Rumpii*, Past. ad D. Johannis. Dantur exemplaria, in quibus auctoris nomen literis tantum initialibus J. H. T. S. B. expressum legitur.

Hurei ( ) qui *Slaugteri* Grammaticam Hebraicam cum accessionibus suis Romæ vulgavit, testantibus Memoriis Literariis Trevoltiensibus an. 1706. p. 1805.

Hutteri (Eliæ) Alphabetum Hebraicum Gr. Lat. German. Norimberg. 1597. 4.

Jacobi Burdigalensis: v. supra *Burdigalensis.*

Jetzii (Pauli) Professoris Gymnasii Carolini Sedinensis, Rudimenta linguæ Hebraicæ, sive compendiosa Hebr. L. institutio, Sedini 1729. 8. plagulis quatuor.

à S. Joseph (Didaci) de arte Grammatica MS. liber, Hispali apud Carmelitas obvius, laudatur à Ludov. Jac. à S. Carolo in Bibliotheca Carmelitarum MS.

Josephi (Pauli) Ex-Judæi, Grammatica Hebr. germanica lingua scripta est, quemadmodum & teutsche Dikduk (i. e. Grammatica) inscribitur.

tur. Norimb. 1613. 8. Vidi eam in Bibliotheca Academiæ Altorfinæ instructissima. In titulo eadem dicitur ex *Jo. Meelführeri* Grammatica contracta esse, & exemplis nonnullis ex Elia Levita & Mose Kimchio illustrata. Constat pp. 149.

Junii (Franc.) Grammat. L. Hebr. prodiit etiam Genev. 1596. quæ in titulo *tertia* dicitur editio. Dedicatio data est Otterburgi 1580. atque hoc anno primum videtur lucem vidisse.

Kismarini (Paul.) quem Le Longius *Kis-mariai* appellat, fortasse rectius.

Knolles (Richard.) Northamtoniensis, & Scholæ Sandvicensis quondam Moderatoris, Rudimenta linguæ Hebraicæ laudat *Anton. a Wood* lib. II. Antiquitat. Oxoniens. p. 163.

Kohlhans (Jo. Christoph.) Professoris quondam Gymnasii Coburgensis, & Scholæ Rectoris, Grammat. Hebr. *Coburgi* anno 1670. editam *le Longius* tradit. Pertinet huc ejusdem Tractatus Exercitatt. Glotticarum, Coburgi 1677. ed. quo inter cetera controversia de punctorum Hebraic. origine expenditur. Distinguendus ille est à *Kohlhansio*, Medic. Doctore, & inter Quakeros quondam Amstelodamenses celebri, ac 1705. denato, de quo Cl. *Heumannus* in tract. de Anonymis exponit pag. 166. De nostro lege Rev. *Reimmanni* Introduct. ad Hist. Literariam Parte III. Sect. II. p. 188.

Kümmeti (Casp.) S. J. Schola Hebraica, qua Grammatica Hebr. Lexicon & aliquot appendices continentur, Herbipoli 1688. 8. Grammatica procedit usque ad pag. 219. Sequitur Appendix I. seu Lexicon, vel Tabula potius Lexici, usque ad pag. 288. in qua prima cujusque radicis litera caput paginæ seu columellæ occupat, secunda medium columnæ secundum ordinem alphabeticum dividit, utraque rubro colore expressa; tertia denique in serie sua ad latus paginæ sinistrum atramento descripta legitur. Singulis radicibus ita conjunctis respondet significatus latine expressus. Appendix II. p. 289. sq. quæ loca aliquot difficiliora explicat in gratiam Vulgatæ, quam auctor simul defendere conatur, usque ad p. 308. Finem facit Appendix III. de lectione Hebræo-Germanica & Abbreviaturis quibusdam Hebraicis, usque ad pag. 316.

Kyberi (David.) Argentoratensis, Grammatica Hebraica, & Lexicon rei herbariæ quadrilingue edidisse, & Argent. 1553. ætatis 28. ex pestilentia obiisse traditur in Historia Jubilæi Gymnasii Argentoratensis.

Lakema-

Lakemacheri (Jo. Gothofr.) Professoris hodie Helmstadiensis, Programma de ratione optima L. Hebræam discendi ac docendi, Helmstad. 1728. 4. recusum est in ejusdem Observatt. Philolog. Part. VI. num. 6.

Langguth (Jo. Frider.) Notitiam Grammaticæ in Lingua Sancta Witteb. 1704. 4. edidisse testis est *le Longius*. Nihil ego tale vidi. Exstant vero apud me ejusdem disputationes, altera de vocalibus Hebræorum, altera de Accentibus Hebr. ib.

Lebrecht. Vid. supra *Fels*.

de Leon (Didacus) Episc. *Columbricensis*, operarum vitio supra vocatus est, quem *Conimbricensem* scribendum fuisse, quivis per se intelligit.

Leusdenii (Jo.) Professoris Trajectini, an. 1699. denati, Compendium Grammaticæ Hebr. & Chaldaicæ Belgicum Trajecti 1688. 8. tum vero ibid. Gallice, Anglice & Germanice editum laudat *le Longius*.

Liudbergii (Jo.) Selectiores aphorismi L. Hebr. & Græcæ, Aboæ 1685. 8.

Ludovici Lusitani. Vid. supra: *à S. Francisco*.

Magni (Jo. Samuelis) Weg zur Hebraeischen Sprache, i. e. Via ad L. Hebraic. Lignicii 1707. 8. Allegatur à *Sam. Frid. Büebero* in Prolegomenis ad Thesaurum suum Orientalem p. 6.

à S. Maria (Joannis) Ordinis Dominican. circa an. 1660. Grammat. Hebr. MS. in fol. codice, unciam spisso, reliquisse, testis est *Quetifius* in Bibliotheca Prædicatorum Tom. II. p. 596.

Marini (Marci) Grammatica L. S. primum *Basil*. 1580. 4. hinc Venet. 1585. ac denique 1593. prodiit.

Martinez (Martini) Institutiones Hebr. & Chald. primum Paris. 1548. lucem adspexerunt.

Martinii (Matthiæ) observationes MSS. in Epitomen suam Grammaticæ Hebr. laudat Jo. Buxtorfius, Pater, in epistola ad ipsum data, quæ exstat in Bibl. Bremens. Class. IV. p. 599.

Martinii (Pet.) Grammat. Hebr. editiones *Parisiensem* 1565. & 1684. *Rupellensem* 1597. & Bernensem 1617. laudat *le Long*.

Masclesii (Franc.) Canonici Ambianensis, Grammatica Hebræa, Paris. 1716. 12. edita enarratur in Memoriis Literariis Trevoltiensibus anni 1718. pag. 582. sq. Earum auctores fatentur pag. 589. methodo

Masclefiana lectionem tantum Hebrææ linguæ faciliorem reddi, non item intelligentiam ejus promoveri. Ex Pontificiis præter eos, quos Vol. II. p. 486. attuli, erudite contra illam methodum scripsit Dom *Pet. Guarinus*, Benedictinus, primum quidem in præfat. ad Tom. I. Grammat. Hebr. pag. 14. & alias, deinde fusius in præfat. ad Tomum II. Grammaticæ suæ, ubi tum alia affert, tum diluit ea, quæ *Masclefius* in epistola apologetica an. 1724. 8. edita, & durius scripta, pro causa sua dicere instituerat. Inter reliqua vir doctus pag. 78. testatur, fuisse Parisiis, qui *Masclefianam* illam Hebraice docendi methodum publice adhibuerit, sed irrito conatu, & sperato eventu frustratus. Ex nostratibus nonnulla contra *Masclefium* monuerunt Rev. *Henr. Scharbau* in Parergis, Parte II. pag. 150. sqq. Anonymus in Würtenbergischen Neben-Stunden anno 1718. Parte IV. & Cl. *Jo. Fridericus Cotta* in Exercitat. de origine Masoræ pag. 77. tum Vener. *Carpzovius* in Critica Sacra Part. I. pag. 262. sqq. & 273. sqq.

Eadem Grammatica recusa *Paris.* 3 Voll. in 12. quorum I. Grammaticam Hebr. ante editam II. Grammaticas Chaldaic. Syriac. & Samaritan. ad has linguas similiter, sine habita vocalium ratione, discendas, & III. Apologiam Grammaticæ a Masclefio, & Anonymo post mortem ejus editore, adversariis, nominatim *Guarino*, oppositam complectitur. Vide Ephemerides Literar. Parisiens. 1731. Octobr. pag. 268. sqq. edit. Belgicæ. Apologiam *Masclefii* continuavit & perfecit P. *de la Bleteric*, Presbyter Oratorii. Vide easdem Ephemerides 1731. April. pag. 561. ubi etiam sperari jubetur Tract. gallicus discipuli cujusdam Masclefiani sub tit. *Racines Hebraiques sans points.*

Mayr (Georg.) Institutionum L. Hebr. præter allatas editiones, *le Longius* laudat *Genevensem* 1623. 8. *Lugdunensem* 1652. & 1659. ac *Tubingensem* 1693. Adde *Herbipolensem* anni 1659. quam exstare credunt reverendi auctores der Fortgesetzten Sammlung Theologischer Sachen, an. 1721. p. 780.

Megerlini (Dav. Frideric.) Rectoris Lycei Montisbelligartensis, Pædagogia Lingvæ Hebraicæ sufficiens, item Synthetica Praxis Hebraica, regulis, exemplis atque subsidiis facilior reddita, tum Phænomena Accentuationis Hebraicæ distinctius explicata, promittuntur ab ipso auctore in Tractatu de Scriptis & Collegiis Orientalibus, Tubingæ 1729. 4. edito. Confer Relationes de novis literariis Tubingæ 1730. germanice editis, Parte V. pag. 176. sqq.

Meel-

Meelfubreri (Joh.) compendiosa institutio Gramm. Hebr. MS. in Bibliotheca Uffenbachiana compendiaria MS. p. 470. num. 59. affertur, ubi annum præfert 1596. *Norimbergensis* editio anni 1626. tertia est in 8.

Ejusdem *Clavem L. Hebr.* quam ab Institutione illa non puto esse distinctam, tanquam Norimbergæ 1628. 8. editam laudari video in Catal. Biblioth. Wincklerianæ p. 835.

Melissandri (Casp.) Prima L. Hebr. elementa, Antwerp. 1586. 8.

Merceri (Joh.) Alphabetum Hebraicum Paris. 1566. 4.

Michaelis (Jo. Henr.) Professoris olim LL. Orient. nunc Theologiæ Halensis, Hebr. Grammat. facilior cum brevi institutione L. Chaldaicæ, germ. Hal. 1702. 8. Editio *tertia* sub titulo *Fundamenta Hebraica* ib. 1707. 8. *quinta*, ib. 1723. ubi Cl. *Christ. Bened. Michaelis*, ibidem Prof. LL. Orient. opera Tabula Synoptica, & triplex Index, nec non doctrina de charactere Conjugationum & Temporum, ut & Analysi Grammatica & investigatione radicis accessit.

Miri (Adami Erdmanni) Conrectoris quondam Zillaviensis, Grammat. Hebr. exstat in ejus Philologia Sacra, Lips. 1699. 8. edita. Is est *Adamus Erdmannus*, quem *le Longius* pag. 1173. decurtato nomine appellat. Ejusdem Summarium Ebrææ lingvæ XVII. tabulis inclusum Budiss. 1719. 4. Confer Collectionem Nov-antiquorum Theologic. an. 1730. pag. 156. ubi vita ejus & scripta reliqua exponuntur.

Munsteri (Sebast.) Institutio elementalis L. Hebr. ex Elia Levita, Basil. 1524. & 1525. & Paris. 1537. 8. De prima illa edit. lege *Mich. Maittaire* Annales Typographic. Tom. II. Parte II. p. 655. Isagoge in linguam Hebr. Basil. 1540. 8. per Hier. Frobenium.

Ejusd. Grammaticæ pars illa, quæ de verborum conjugationibus exponit, Basil. 1536. & Vocabula Hebraica irregularia, ibid. eod. anno in 8.

Myricæi (Jo. Casp.) Tabulæ de punctis Hebr. in fol.

Neandri (Conradi) Elementale Hebraicum, Lips. 1588. 8.

Neubaur (Christiani) Grammatica Hebr. ex *Wittenio* laudatur à *le Longio*.

Neumanni (Caspar.) Inspectoris Vratislaviensis, Clavis domus Eber, cum observationibus de literarum significatione, Vratislav. 1714. 8. De ejusdem Genesi & Exodo L. Sanctæ dixi Volum. II. pag. 556.

556. & pag. 624. Adde Cl. *Stollii* Introductionem vernaculam in historiam eruditionis pag. 102.

Nicolai (Herman.) Idea linguarum Aramæarum per comparationem unius cum altera, & utriusque cum Hebræa, brevibus præceptis methodice comprehenſa. Hafniæ 1627. 8.

Nierembergii (Nicol.) Proceſſus Analogiæ Hebr. Analyticus, Ratisbon. 1698. 4.

Nigri (Pet.) Ordinis Prædicatorum, compendium Grammaticæ Hebr. cum *Tractatu* ejus *ad perfidiam Judæorum exſtirpandam confecto*, prodiit. Vide Volum. II. pag. 1115. Similiter in tractatu ejus vernaculo, *Stella Meſsiæ* inſcripto, pag. 312. ſqq. copioſius de conſonantibus & vocalibus Hebræorum usque ad pag. 317. agitur. Hinc Cl. M. *Jo. Ludovicus Hockerus* librum illum p. 212. Bibliothec. Heilsbronnenſis enarrans obſervat; ſicut Reuchlinus pro primo habeatur, qui Hebræam Grammaticam Latine ſcripſerit; ita *Pet. Nigrum* primum eſſe, qui eam Germanice prodiderit. At idem hic noſter jam ante in Tractatu Latino Anti-Judaico modo laudato elementa linguæ Hebr. quamvis leviter & tenuiter etiam Latine perſcripſerat.

Nottelmanni (Herman.) Rectoris Lubecenſis, Tabula Grammatica, Analyſi Hebr. inſerviens, ad methodum Schickardianam confecta. Lubecæ in folio patente, ſine auctoris, loci & anni mentione. Vide Cl. *Jo. Henr. a Seelen* Athenas Lubecenſes Parte IV. p. 458.

Nouzeni (Seb. Auguſt.) duplex liber Grammaticus *à le Longio* duobus Nouzenis, alter *Auguſto Sebaſtiano*, alter *Sebaſtiano* adſcribitur, vitioſe, quemadmodum ipſe ego, neſcio quid agens, Volum. II. pag. 601. hunc *Nouzenum*, prænominibus tantum ſuis indicavi.

Oertelii (Jo. Caſp.) Prof. Baruthini, an. 1688. denati, Grammatica Hebr. ἀνέκδοτος memoratur à *Wittenio* in Diario. Conf. M. *Gothofr. Ludovici* Hiſtoriam Rectorum Scholarumque celebrium, Parte III. p. 71.

Oſiandri (Lucæ) Compendium Grammat. Hebr. Baſil. 1569. & Witteberg. 1579. & 1623. ſi *le Longio* habenda fides. Id certum eſt, exſtare editionem Wittebergenſem anni 1589. typis Cratonianis, cujus titulus eſt: *Compendium Grammaticæ Ebr. cui ſubjungitur dictionarium Ebraicum*, à M. Anton. Reuchlino *latinitate donatum, collecta omnia à Luca Oſiandro.* Confer Bibliothec. Vffenbachianam MS. compendiariam pag. 470. num. 59.

Oſter-

Ostermanni (Jo. Erici) Prof. Wittebergensis, de mutatione punctorum Hebraic. generali fundamenta quatuor explicata, Witteb. 1633. 4.

Pagnini (Xantis) Institutionum Hebraicarum abbreviatio per Robertum Stephanum, Parif. 1546. 8. Vide *Mich. Maittaire* Catalogum librorum a Stephanis impressorum pag. 22. Illius libri editio Lugdunensis anno 1528. in octavi ordinis forma curata est apud Gryphium. Vide eundem *Maittaire* in Annalibus Typographicis Tom. II. Part. II. pag. 712.

Observationes in L. Hebr. Parif. 1546. 8. non 1564. sunt vulgatæ.

Paradisi (Pauli) Hebraicarum literarum Regii Interpretis, dialogus de modo legendi Hebraice, Parif. 1534. 8. plagulis octo apud Hieron. Gormontium.

Parschetzii (Daniel.) octo tabulæ Grammaticæ S. Rostochii 1660. fol.

Pasini (Joh.) Doctoris & Canonici Estensis, & Professoris LL. Oriental. Taurinensis, Grammatica Linguæ S. institutio cum vocum anomalarum indice & explicatione, Patavii 1721. 8. Confer Ephemerides Literarias Venetas Tomo XXXIV. p. 456.

Pesantii (Elisæi) Favus mellis, sive Grammatica Hebr. fol. una cum ejusdem Tropis, figuris & schematibus L. Sanctæ Brixiæ MS. apud Capucinos, teste *Le Longio* p. 1178. item Anatomia Alphabeti Hebraici MS. teste eodem p. 1168.

Petræi (Jo.) Vide supra *Jo. Calundanum*.

Petræi (Laurent.) Grammatica Hebr. Danice, MS. 8. Vide Catal. Biblioth. Rostgardian. p. 472. n. 280.

Petræi (Nicol.) Profess. LL. Oriental. Hafniensis, Compendium Grammat. Hebr. cujus posteriori editioni 1633. 8. accessit tractatus de Accentibus Hebræorum, & Hortulus Radicum Hebr. sive Lexicon Hebr. ex sententiis meliorum Interpretum, & inprimis Jo. Merceri. Totum volumen absolvitur paginis 947.

Ejusdem Colloquiis Hebraicis, Hafn. 1628. 8. editis, subjiciuntur brevia Hebraice legendi præcepta. Constat liber plagulis quinque.

Nomenclator Hebraicus, Hafn. 1629. 8.

Pfeiferi (August.) Antistitis quondam Sacrorum Lubecensium, ῥαδιομάθεια sive methodus Hebræa Misenæ 1678. 1680. 1685. & Lipf. 1702.

1702. Specimen Didacticum Hebr. una cum Prophetia Obadiæ, Lipſ. 1686. & 1696. 8. *Le Longius* affert quoque edit. Lipſ. 1684. Recuſum etiam eſt in Operibus ejus Philologic. Tom. II. p. 835. ſqq.

Philippi Levitæ hic meminit *Le Longius*, humani aliquid paſſus, de quo monui Vol. III. num. 1831. 2. p. 934.

Pinel (Eduard.) Grammatica Hebr. Vliſſip. 1543. 4. teſte *Le Longio*.

Piſtorii (Theophili) Enchiridion Linguæ S. prodiit etiam Lipſ. 1676. 12.

Poſtelli (Guil.) Barentonii, Tractatus tres, uno volumine juncti: 1) Linguarum XII. characteribus differentium Alphabetum, Introductio ac legendi modus longe facillimus. 2) Grammatica Arabica. 3) de Originibus ſeu de Hebraicæ Linguæ ac gentis antiquitate, deque variarum linguarum affinitate. Pariſ. 1538. Collectionem hanc delineat Cl. *Maittaire* in Annalibus Typographicis Vol. III. Part. I. pag. 293. ſqq. De tertio plura mox dicemus, ubi de Hebr. L. cum aliis affinitate agetur. In primo agitur de Lingua *Hebraica: Chaldaica: Chaldaica recentiore; Samaritana*, quam pro priſca Hebraica habet, *Arabica* vel *Punica*; *Indica: Græca; Georgiana: Tzerviana: Hieronymiana* vel *Illyrica: Armenica* & *Latina*.

Prætorii (Abdiæ) Grammaticam Hebræam Baſil. 1558. 8. editam memorat *Longius*, qui ejusdem tractatum de Phraſibus Hebraicis Witteberg. 1557, 1561, 1584, & 1593. prodiiſſe teſtatur. In Catalogo Schrœdteriano pag. 545. deſignatur annus 1594.

Prætorii (Jo.) Hebraismus reſtitutus, per notas, &c. 1675. 4. teſte eodem *Longio*, qui &

Prætorii (Zachar.) Explicationem Germanicam Hebraicarum phraſium utriusque Teſtamenti affert, Islebii 1570. 8. editam.

Quinquarborei (Joh.) Aurilacenſis, Linguarum Hebr. & Chald. Profeſſoris Regii, de re Grammatica Hebræorum Opus. Pariſ. 1582. 4. *poſtrema*, ut titulus habet, *editio*, ex authoris locuplete diligentique recognitione tertia parte aucta. *Acceſſit etiam liber de Notis Hebræorum ab eodem Quinquarboreo poſt omnes, qui de iliis ſcripſerunt, media parte auctius.* Noverit Lector, *Abbreviaturas* Hebræorum hic *Notas* appellari. Ceteras hujus operis editiones omnium diligentiſſime & ordine ſuo enarrat *Le Longius*, nempe, *Pariſ.* primam 1546. ſecundam 1549. tertiam 1556. quartam 1582. quam ſecuta eſt *Veneta* 1588. & tandem *Pariſ.* 1609. *Vignalii* notis inſtructa.

Ejusdem Institutiones in L. Hebraic. seu epitome operis præcedentis, Paris. 1559. 4.

Raadt (Alhardi de) Professoris Handeroviceni, de Punctationis Hebraicæ natura libri duo, Leidæ 1671. & 1685. 8. Huc pertinet *Frider. Siegfridi Ring* Analysis vocis שופטים secundum consonarum punctorumque naturam, præmisso omnis punctorum mutationis fundamento, ad illustrandum Tractatum Alhardi de Raadt de punctationis Hebraicæ natura. *Berolini* 1715. 8. plagulis tribus.

Rachelii (Joach.) Scholæ Kiloniensis Rectoris, Hebdomadale Linguæ S. studium, quo modus & usus legendi & radicem investigandi breviter & dilucide indigitatur. Rostoch. 1624. 8. quatuor plagulis.

Raithii (Balthas.) Horologium Hebraicum, à Longio laudatum, non est diversum ab illo *Schickardi*, de quo infra.

Raphelengii (Franc.) Profess. Hebr. L. Leidensis, Grammaticæ Hebr. libellus in Bibliis Polyglottis Antwerpiensibus. Eidem Observationes Linguæ Sanctæ tribuit *Sweertius*.

Ravii (Christiani) Professoris denique Francofurtani, Orthographiæ & Analogiæ (vulgo Etymologiæ) Ebraicæ delineatio juxta vocis partes abstractas 1) consonas, 2) vocales, 3) accentus, qua via centenæ singularum anomaliæ in analogiam convertuntur, Amstelod. 1646. 4. pp. 96. Non distinctus est hic liber ab ejus Grammatica Hebraica, quam Vol. II. seorsim indicavi. Nec puto aliam esse Grammaticam ejus Generalem Hebr. Chald. Syr. Arab. Samarit. quæ, mihi nondum visa, Anglice prodiit Londini 1648. 8.

Reineccii (Christiani) Grammatica, Wasmuthiana cum Janua Linguæ Vet. Tet. ex edit. II. Lips. 1707. 8. additum habet Lexicon Hebraico-Chald.

Rennecherii (Herman.) Explicatio literarum servilium L. Hebr. Basil. 1599. 8.

Renoux (Jo.) Presbyteri Oratorii, Methodus nova discendæ Linguæ Hebraicæ & Chald. utilis, una cum Dictionario Radicum Hebr. & Chaldaic. & quæ hinc derivantur, Gallice, Paris. 1708. 8. pp. 386. Vide Memor. Literarias Trevoltienses an. 1710. pag. 437. ubi pag. 439. *Fourmontii* Animadversiones Criticæ in illam methodum exhibentur usque ad p. 469. Ex p. 442. intelligitur, eruditissimum *Jac. le Long* methodum hanc post Auctoris fata in lucem protulisse. De Dictionario illo vide supra inter Lexicographos.

Reſtalti vel *Reſſalti* (Alani) Inſtitutiones L. Hebr. Pariſ. 1545. apud Wechelum. Vide ſupra de *Calignitis.*

Reuchlini (Anton.) Vid. ſupra *Capnio*, ubi de Tabulis XX. Inſtitutionum L. Sanctæ. Adde etiam ſupra *Luc. Oſiandrum.*

Reuchlini (Jo.) Vid. ſupra *Capnio.*

Reyheri (Andreæ) Rectoris Gothani, 1673. defuncti, Margarita Philologica, (non *Philoſophica*, ut habet Longius) Norib. 1639. 4. Prima Hebraice legendi rudimenta, Gothæ 1643. & 1646. 8. Compendium Grammaticæ Lat. Generalis quatuor linguarum, German. Latinæ, Græcæ & Hebraicæ harmonicum, ib. 1643. 8. Vocabularium Grammaticum Hebraico Latinum majus. ib. 1647. 8. Paradigmata declinandi & conjugandi hebraice, quibus additi inſuper ſunt S. Linguæ Canones, ib. 1654. 8. Specimen Muſicum pro exercitio Hebr. conjugandi, ibid. 1671. 4. De his & aliis Reyheri ſcriptis vid. Cl. *Godofredi Ludovici* Hiſtoriam Rectorum, Gymnaſiorum & Scholarum celebrium Parte I. pag. 11. ſqq. ubi tamen fruſtra quæro Margaritam Philolog. primo loco commemoratam, quam nec dum oculis meis vidi.

Riberi, neſcio cujus, Tabulas Grammaticæ Hebr. 1546. fol. editas, in quodam librorum Catalogo video afferri.

Rhodomanni (Laurent.) Profeſſoris Witteberg. Philomuſus de tyrociniis Lingvæ S. dialogus, 1594. 8.

Roſenbergii ( ) Grammatica Hebraica, teſte *Longio* Wittebergæ 1590. 8. prodiit. Quis ille ſit, non dixerim. Non certe eſt *Jo. Roſenbergius*, Rector quondam Gothanus. Hic enim anno 1633. demum vivere cœpit. Vide Cl. *Godofr. Ludovici* Hiſtoriam Rectorum & Scholarum celebrium Parte II. pag. 249. Nec librum unquam vidi.

Röſſelii (Pauli) Canones Ebræi, Witteb. 1621. 4. non 1611. quod Vol. II. dixi. Habeo libellum in manibus, ex cujus Dedicatione intelligo, eosdem Canones jam anno 1618. auctore inſcio lucem vidiſſe, ab ipſo vero deinde recognitos denuo prodire. Dedicatio hæc data eſt Berolini 1620. In illa auctor meminit quoque *Thematum ſuorum Miſcellaneorum Hebraicorum*, in Academia Wittebergenſi publice ex occaſione illorum Canonum à ſe diſputatorum.

Row (Jo.) Scholæ Perthanæ in Scotia Magiſtri, ac deinde Paſtoris Eccleſiæ *Abdus*, Inſtitutiones L. Hebr. compendioſiſſimæ & facillimæ Londini 1637. 12. (quo anno auctoris quoque præfatio Perthi ſcripta eſt)

est) hinc novo tantum titulo præfixo, *Amstelod.* 1649. apud Janssonium: nam formæ literarum sunt Londinenses. *Le Longius* addit aliam, itidem Amstelodamensem, anni 1677. nescio, quam recte. De *Dictionariolo* ejus Hebr. inter Lexicographos dictum est.

Schaaf (Caroli) Prof. LL. Or. Leidensis, an. 1729. defuncti, Epitome Grammaticæ Hebrææ, Leidæ 1716. 8.

von Schaven (M. Friderici) Formatio Verbi perfecti, ac nominum ad Linguæ S. cognitionem perfectiorem reddendam. Regiomonti 1729. 4.

Schickhardi (Wilh.) Professoris LL. Orient. Tubingensis, ex pestilentia anno 1635. defuncti, Horologium Hebraicum, cujus varias editiones *Jo. Christophorus Speidelius* in Vita Viri, novissimæ Horologii hujus editioni præmissa §. 1. ita recenset: *Tubingensem* anno 1623. 1651. 1654. 1662. 1663. 1680. 1682. & 1714. 8. *Francofurtensem* 1623. 12. *Lipsiensem* 1625. 12. & 1626. cui, ut ipse Schickardus, in fronte illius editionis, manu sua notavit, *Barthol. Beckius*, Gymnasii Islebiensis Rector, unum & alterum præter mentem suam inseruit: *Jenensem* 1647. 4. cum harmonia aliarum Linguarum Oriental. per *Jo. Ernestum Gerhardum* (vide *Fabsii* Atrium Eruditionis p. 113.) *Arnstadiensem*, cum Lexico brevissimo, & tabulis Synopticis 1647. & 1650. 8. *Schleusingensem* 1657. *Jenensem* aliam 1670. & *Erfurtensem* 1650. *Lipsiensibus* editionibus, addendæ sunt an. 1678. 1697. & 1709. cum dilucidationibus *Dan. Winzeri*, qui à Speidelio, operarum vitio, *Wipzer* appellatur. De aliis editionibus hic omissis, dixi Vol. II. Illis addes nunc *Vltrajectinam* 1661. Exstat etiam *Tubingensis* 1670. *Lipsiensis* 1677. *Tubingensis* ultima est anni 1731. 8. per *Speidelium*, cujus nomen mox videbis. *Theodor. Hackspanii* annotationes MSS. in Horologium hoc exstant, teste Rev. *G. G. Zeltnero* in Vitis Theologorum Altorffinorum p. 321.

Explicatio Rotæ & Typi, secunda vice, per *Balthas. Raithium* Tubing. 1663. 8.

Typus Conjugationum Ebraicarum studio *Wilh. Schickhardi*, junioris, Stutgardiæ 1698.

Investigatio radicum Hebr. in figura arboris cælata & à M. *Jac. Honoldo* Vlmæ 1649. edita.

Suscitabulum sive Auctarium Institutionum illarum per M. *Mich. Beckium*, Vlmæ 1696. 8.

Schindleri (Valent.) Profess. Wittebergensis, Institutiones L. Hebr.

Hebr. ad Clenardi Grammaticam sunt accommodatæ, quod ipse auctor in præfat. fatetur. Conf. Biblioth. *Reimannian.* Part. II. p. 923.

Compendium Grammat. Ebraic. altera vice prodiit Wittebergæ 1613. 8.

Schultens (Albert.) in Commentatione sua de defectibus hodiernis L. Hebr. pag. 224. sqq. argumentis nonnullis ostendit, regulas & fundamenta Grammatices hodiernæ non exhaurire analogiam & interiorem Linguæ Hebr. naturam.

Schünnemanni (Christoph. Henric.) Leichte Anweisung zur Hebraeischen Grammatic, Lips. 1709. 8.

Schwartz (Pet.) Vid. supra *Niger* (Pet.)

Scioppii (Caspar.) Diatriba de modo discendi L. Hebr. & Chaldaic. in *Mercurio Quadrilingui*, Basil. 1637. 8.

Sennerti (Andreæ) Professoris LL. Or. Wittebergens. an. 1689. defuncti, Dissertatio de linguarum Oriental. Originibus, antiquitate, progressione, &c. Witteberg. 1669. 4. quartum ed. Grammatica Orientalis Harmonica, Ebr. Chald. Syra, Arab. & Rabbin. cum totidem Lexicorum compendiis aliquoties, & postremum 1666. ib. 4. Centuria Canonum Philologicor. de idiotismis totidem linguarum, tertium ed. 1665. 4. Hæc ipse singula recenset inter scripta à se edita, in calce Athenarum Wittebergensium 1678. secundum editarum, pag. 162. *Le Longius* ejusdem tabulas in Grammaticam Hebr. *Trostii* 1637. 4. recte commemorat.

Seraphini Capucini Tract. de elementis L. Hebr. idem affert ex Dionys. Genuensi.

Slaugteri (Eduard.) Angli, ex S. J. Grammaticam Hebraicam, tanquam Amstelodami 1699. editam, laudant Memoriæ Literariæ Trevoltienses an. 1706. Oct. pag. 1805. Confer supra *Hureum.*

de Solis ( ) Ars Linguæ Sanctæ, Parisiis, vetus editio, teste *Longio.*

Speidelii (M. Jo. Christoph.) Pastoris & Præceptoris alumnorum Maulbronnensium, Nova & plenior Grammatica Hebr., in qua, retentis Schickhardi regulis, præter notas locupletes, & exempla perspicua Carjan & Kethiban, in subsidium vocantur, Rabbinorum termini technici adduntur, & doctrina Accentuum dilucide proponitur, cum vita Wilh. Schickhardi. Tubing. 1731. 8.

Stancari

Stancari (Franc.) Mantuani, Professoris Regiomontani, Institutiones L. Hebr. Basileæ 1546. 8. *Le Longius* addit editiones prævias *Argentorat.* 1525. & *Venetam* 1530. vereor, ut recte. Conf. de eo *Colomesii* Italiam Orientalem, nuper à me editam, p. 108.

Steinbrecheri (Gothofredi) Hebraismus Philolog. Didacticus, Lips. 1693.

Stephani (Henric.) Secundi, Alphabetum Hebraicum, Paris. 1566. 8. teste *Mich. Maittaire* in Catalogo librorum Hebraic. à Stephanis editorum, p. 39. Idem forte repetita vice 1596. 8. pp. 47. prodiit. Habeo librum in manibus, sine auctoris nomine apud *Jac. Stoer* editum, & ita inscriptum: *Alphabetum Hebraicum, in quo literæ Hebraicæ describuntur, punctorum vocalium, accentuum forma & vis, cum appellatione syllabarum & dictionum Hebraicarum. Addita sunt exercitamenta ad usum hebraice discentium accommodata.*

Stephani (Roberti) Alphabetum Græcum & Ebraicum, Paris. 1539. 8. laudat *Mich. Maittaire* in Annalibus Typographic. Tom. II. Parte II. pag. 463. Ejusdem Phrases Hebraicæ V. T. 1558. 8.

Stockii (Christian.) Prof. Philos. Jenensis, Clavis Lingvæ S. Jenæ 1717. 8. edita & a *Le Longio* huc relata, ad Lexica Hebr. pertinet.

Stoky ( ) Angli, Observationes Grammaticæ, Rhetor. & Poëticæ, ad accuratiorem Linguæ S. cognitionem manuducentes MSS. in Biblioth. Collegii cujusdam Cantabrigiensis, cod. 542. fol. Ejusdem Observatt. Grammaticæ & Criticæ ordine literarum dispositæ, ib. num. 543.

Stubelii (Andr.) Conrectoris quondam Scholæ Lipsiensis, Hebraismus in nuce, Lips. 1688. 8. plagulis 2. i. e. Lineamenta Grammaticæ Wasmuthianæ absolutissima.

Svenonis (Enewaldi) Grammatica Hebr. in tabulas redacta, teste *Scheffero.*

Sylburgii (Frider.) Grammatica Hebr. teste *Melch. Adami* in Vita ejus.

Tarnovii (M. Henr.) Grammatica Hebræo-Biblica, Rostochii 1722. 8. qua & simul via in Criticam & Philologiam Sacram aperitur. Lege reverendos auctores der Sammlung Theologischer Sachen an. 1723. pag. 654. & Nova Literaria Lipsiensia, germanice edita anno 1723. pag. 442.

Terentii (Joh.) Professoris Academ. Franequeranæ, Meditationum

num Philologic. Hebræorum Trias I. Franekeræ 1654. 8. qua 1) Diſſert. auſpicalis de lingua Hebræa feliciter diſcenda, anno 1651. dicta, 2) inſtitutio de recta lectione L. S. & Opuſculum de literis ſervilibus & themate inquirendo, 3) Praxis Præceptorum Grammatices ex Pſalmo I. & II. demonſtrata continetur. Trias altera, ibid. eod. anno vulgata, complectitur Pſalmum XL. Analyſi Logica & ſcholiis illuſtratum, tum diſſertationem de Literis majuſculis, minuſculis, ſuſpenſis, inverſis, & extra ordinem punctatis, earumque myſteriis, anno 1653. dictam, ac denique diſſertat. de lectione marginali & textuali Pſalmi XXII. 17. Ex his intelligitur, editionem *Franequer.* anni 1624. & alteram Francofurtenſem anni 1654. nullas eſſe, quemadmodum nec exſtare crediderim harum Meditationum editionem anno 1667. quam *le Longius* affert. Idem commemorat ejusdem tract. de recta ratione L. Hebr. 1651. editum. Ille vero vel oratio eſt de L. Hebr. diſcenda, vel diſſert. de recta lectione L. Ebr. quæ utraque in Triade I. Meditationum exſtat.

Terſeri (Jo. Elai) Epiſcopi quondam in Suecia, Grammaticam Hebr. MS. poſt *Schefferum* laudat Cl. *Stiernmannus* in Biblioth. Svio-Gothica Tom. II. pag. 838.

Tiſſardi (Franciſci) Alphabetum Hebraicum & Græcum, Pariſiis ſine temporis indicio editum, quod ab illo, quo Grammaticam ejus, nempe anno 1508. prodiiſſe Vol. II. diximus, non diſtinctum eſſe ſuſpicatur Cl. *Maittaire* in Annalibus Typographicis Tom. II. Part. I. p. 104. Idem p. 97. ſqq. plura de Grammatica commentatus inter cetera monet, compendium de Judæorum ritibus eo contineri.

Treiberi (Jo. Frider.) Lycei Arnſtadienſis Rectoris, Compendium Phraſeologiæ Hebr. maxime Syntacticæ, nucleum Philologiæ Sacræ Hebr. exhibens, cum appendice de Poeſi Hebræorum, Arnſtad. 1677. 8. plagulis quatuor.

Treviſani (Bernhard.) Nobilis Veneti, Grammat. Hebr. MS. laudatur in Ephemeridibus Literariis Venetis Tom. XXXIV. p. 34.

Trilles (Vincent.) Inſtitutiones L. Hebr. Valenciæ 1606. 8.

Troſtii (Mart.) ſcriptis Grammaticis addenda eſt diſputatio de mutatione punctorum Hebræorum generali, Witteberg. 1633. 4.

Tympii (Jo. Gothofredi) Ordinis Philoſophici Jenenſis Adjuncti, Forma verborum perfectorum, Hebraicorum, Chaldaic. Syriac. atque

atque Arabic. communis & harmonica in tabulis compendio exhibita & descripta, Jenæ 1728. 8.

Vallensis (Joh.) Hieronymiani, Grammatica Hebr. Paris. apud Christ. Wechelum. Vid. *Maittaire* Annales Typograph. Tom. II. Part. II. pag. 421. Opus de Prosodia Hebræorum in quatuor libros divisum, quorum primus accentuum inventionem, finitionem, divisionemque continet, & eorum catalogum. Secundus grammatici & musici locum ac situm, variasque proprietates indicat. Tertius vero Rhetorici accentus officium & naturam comprehendit. Quartus porro & ultimus naturalis accentus locum in qualibet dictione demonstrat. Paris. 1545. 4. apud Jac. Bogardum. In præfationis limine auctor ait, *se de literis & punctis, e quibus omnis Hebræorum syllaba consistat ac confletur, quanta fieri potuerit diligentia, disseruisse* &c. Quo ipso procul dubio in Grammaticam ante editam digitum intendit. Aut valde fallor, aut hic est *Joannes Vallensis*, Aubentonensis, de quo *Jo. Launojus* in Historia Gymnasii Navarreni pag. 1008.

le Vasseur (Josuæ) Grammatica Hebr. Sedani 1646. 8.

Vignalii (Pet.) vid. supra *Jo. Quinquarboreum.*

Viwegii (Christiani) Wurzenensis, Theol. Licent. Hodegeta Didacticus L. Hebraicæ, ostendens modum hanc linguam Sanctam discendi methodo facili intra duas Septimanas, Erfurti 1706. 8.

Vogtii (Alberti) LL. Or. Professoris Gryphiswald. Deliciæ Sacræ, seu vocum aliquot Hebraic. emphases, & ex iisdem in concionibus sacris salutares doctrinæ, Gryphiswald. 1666. 8.

Vranii (Henric.) Resensis, Clivii, Scholæ Embricensis Collegæ, Grammaticæ Hebr. compendium, Basil. apud Henr. Petrum an. 1541. 8. teste *Sweertio* in Athenis Belgicis pag. 338. Præter hanc editionem *Longius* laudat *Coloniensem* 1545. & 1559. *Imbonatus* autem itidem Coloniensem anni 1570. Ego in Catalogo MS. Bibliothecæ Vngerianæ memini memorari *Basileensem* an. 1548.

Ejusdem de usu & officiis literarum servilium, de nominum diversitate & punctorum mutatione apud Hebræos Colon. 1570. teste eodem *Sweertio.*

Wagneri (Godofredi) Grammatica Hebr. laudatur in der Sammlung von Theologischen Sachen, an. 1721. p. 781. Is est *Godofr. Wegnerus*, de quo mox.

Wakefeldii (Roberti) Angli, Institutiones L. Hebr. à *Baleo* laudatæ, procul dubio sunt *ἀνέκδοτοι*.

Wakii (Jo. Conradi) Profesf. LL. Oriental. Ratisbonensis, Analysis Linguæ Hebrææ ac Chaldaicæ, cum Tabulis Pronominum, Verborum ac Nominum, quibus in fine adjiciuntur nonnullæ tabulæ Practicæ, illorum causa, qui viva docentium voce destituuntur, Ratisb. 1710. 8. non 1712. quam habet *Longius*. Eam præter rem rident Jesuitæ in Memoriis Literar. Trevoltinis an. 1713. p. 177. In calce præfationis Auctor pollicetur *Interpretem*, quem nondum vidi. De eo & scriptis ejus aliis lege *Theophili Alethæi* Notitiam Interpretum Biblicorum Parte III. p. 225. sqq.

Waferi (Casp.) Grammaticam Hebr. ex edit. Basil. 1612. 8. affert *Longius*.

Wasmuthi (Matthiæ) Professoris Kiloniensis, Hebraismus, Hamburgi & Rostochii 1669. Kilonii 1675. & Lipf. 1695. 4.

Wecheli (Christiani) Institutiones in Hebr. L. Parif. 1555. 8. teste *Longio*. Ego Vol. II. ex Imbonato attuli eas ex edit. Parif. 1533. Cumque eo anno *Alani Restalti* Institutiones prodiisse hic superius monuerim, non dubito, eas esse intelligendas. Video tamen etiam sub *Wecheli* nomine laudari *Alphabetum Hebraicum* cum *Abdia* Propheta editum, *Parif.* 1533. 8. vide Cl. *Maittaire* Annales Typographicos Tom. II. Part. II. pag. 412. Idem pag. 421. laudat aliud ejus *Alphabetum Hebraicum*, ab eodem ex *Jo. Drofæi*, de quo supra, Grammatica quadrilingvi decerptum.

Wegneri (Godofredi) Professoris Francofurtensis ad Viadrum, Horologium Hebræum, Francofurti 1678. 8. Specimina Analysis Hebraicæ, ib. 1679. 8.

Weigaumeieri (Georg.) Professoris Tubingensis, Præcepta Lingvæ Hebr. per quæstiones resolutæ, Tubingæ 1602. 8. Institutionum L. Hebr. per tabulas digestarum libri duo: Argentorati 1592. fol. Wittebergæ 1603. & 1609. 4. Confer de eo Erläutertes Würtenberg Part. I. pag. 121. & Amœnitates Literarias, Tom. XIII. pag. 256.

Wilhelmi (Jac.) Elementale Hebraicum de recte legendi Hebraïca ratione Witteberg. 1559. 8. Longius habet 1569.

Wolffingii (Joh.) de antiquitate & origine literarum Hebraic. punctorum vocalium, accentuumque, Coburgi 1675. 4.

Zamo-

Zamorensis (Alphonsus) Professor L. Hebr. Complutensis, cujus industriæ, auspiciis *Ximenii*, Cardinalis, debentur, scripta Grammatica Hebr. L. quæ in illustri Polyglottorum Complutensium opere leguntur. Illa vero paulo post *Compluti* an. 1526. 4. seorsim lucem viderunt sub titulo: *Alfonsi Zamorensis Introductiones Hebraicæ, impressæ impensis egregii Viri Mich. de Eguia, typicæ artis solertissimi in Academia Complutensi* 1526. 4. In hac collectione stant: 1) Grammaticæ Hebraicæ libri tres. 2) Nominum ac verborum Hebraicorum Dictionarium copiosum. 3) Declarationes vocabulorum artis Grammaticæ & Commentatorum Biblicorum. 4) Catalogus Judicum, Regum & Sacerdotum atque Prophetarum veteris Legis. 5) Tract. de vera orthographia Hebraicæ descriptionis. 6) Epistola Auctoris ad infideles Hebræos urbis Romæ, qua manifeste redarguit eorum perfidiam. Compara Cl. *Mich. Maittaire* Annales Typographicos Tom. II. Part. II. p. 681. sqq.

Zechendorfii (Joh.) Rectoris quondam Scholæ Cygneæ præstantissimi 1662. defuncti, Circuli Conjugationum ad Linguas Hebr. Chald. Syriacam & Arabicam, facillimo labore addiscendas Cygneæ sumtibus auctoris. 1626. 4. editi cum regulis MSS. ad explicationem circulorum necessariis in 8. foliis 14. memorantur in Catalogo Bibliothecæ Leyserianæ Helmstad. Parte I. pag. 30. num. 262. Conf. omnino Godofr. Ludovici Historiam Gymnasiorum Sholarumque celebr. Parte V. pag. 78. sq. Ejusd. brevis manuductio ad linguas Hebr. Syr, Arab. Turcicam, German. Hamburgi 1641. 4.

XIII. OBSERVATIONES VARIÆ AD REM HEBRÆORVM GRAMMATICAM PERTINENTES.

Ad *Linguæ Hebraicæ historiam* veterem inprimis perspiciendam faciunt *Jo. Palmroot*, Professor quondam Vpsaliensis, in Historiola Linguæ S. præside Arrhenio Vpsaliæ 1685. 8. pp. 169. vulgata, *Olav. Celsius* in disput. de Lingua Sancta Vpsal. 1712. 8. & in Orat. de variis fatis L. Hebr. ib. 1728. 4. *Ant. Hulsius* de L. Hebr. origine & propagatione, Bredæ 1649. 12. *Richard. Simon* in Historia Critica Vet. Test. lib. III. cap. II. & *Pet. Guarinus*, Ordinis Benedictinorum e congregatione S. Mauri quondam decus, in præfatione ad Tomum II. Grammaticæ Hebraicæ pag. 23. sqq. & pag. 36. sqq. ubi inprimis contra *Franc. Masclefium* disputat, Masore-

thas veram vocum Hebraicarum significationem cognitam habuisse, temere inficiatum. Pertinet huc *Jac. Altingii* diss. de constanti usu vernaculæ Judæis Hebr. Linguæ in captivitate Babylonica, quæ in *Thesauro* ejus *Groningano* exstat. Cum illa ex altera parte conferenda sunt, quæ *Richardus Simon* in dissertat. super *L. E. du Pinii* Bibliothec. Ecclesiast. sub *Jo. Reuchlini* nomine an. 1688. primum edita, & deinde in Critica Prolegomenorum Biblicorum *Dupinii* Tom. IV. p. 610. sqq. excerpta in eam sententiam dixit, quod usus L. Hebr. tempore captivitatis Babylon. apud vulgus Judæorum desierit. Adde Vener. *Jo. Gottlob Carpzovii* Criticam Sacr. Part. I. c. 5. p. 209—225.

Recentiorem ejusdem statum conditionem & fata persequuntur *Gustavus Peringerus* de cura Literaturæ Orientalis, præsertim inter Europæos, Vpsal. 1688. 8. *Paulus Colomesius* in Gallia Orientali, cui nuper ejusdem Italia & Hispania Orientalis, me obstetricante, Hamburgi 1730. accessit, *Rudolph. Martinus Meelführerus* in Prodromo Germaniæ Orientalis, Witteberg. 1700. 4. *Adamus Bernd* de Statu L. Sanctæ ab O. C. ad nostram ætatem Lips. 1701. Cl. *Dav. Frider. Megerlinus*, Rector Lycei Montisbelligartensis, in Tractatu de Collegiis & scriptis Orientalibus, Tubingæ 1729. edito spem fecit *Discursus Historico-Critico Didactici de singularibus Hebraicæ Linguæ fatis atque prærogativis, summaque ejusdem necessitate & utilitate*; in quo illius variæ ætates, periodi ac mutationes designabuntur; prærogativæ ex ejus indole sacroque usu derivandæ adstruentur & vindicabuntur; necessitas autem atque utilitas, jam ab ipso in *Jure postliminii* assertæ, exemplis declarabuntur, pluribusque eruditorum testimoniis comprobabuntur. Huic fœtui faustum successum adprecor.

De *Linguæ Hebrææ* variis *proprietatibus*, *necessitate* item, *usu* &c. multi præter citatos dixerunt, nominatim: *Sixt. ab Amama* in Supplice Parænesi ad Synodos &c. de excitandis S. Linguæ studiis, tum alias, tum nuper cum aliis ejusmodi opusculis Lips. 1731. 8. recusa. Vid. infra *Jer. Friderici*. *Jac. Maria Ayroli*, S. J. Professoris Linguarum in Collegio Romano, in Oratione de præstantia Linguæ Sanctæ Rom. 1705. 4. & in Dissertat. Biblica, in qua Scripturæ aliquot textus insigniores, adhibitis linguis, dilucidantur, ibid. 1704. 4. De utraque lege *Memor. Trevoltienses* anni 1705. pag. 1821. sqq. *Georg. Bangius* in Thesibus Philologicis de ortu tot in Orbe linguarum, deque Hebrææ præstantia Hafn. 1634. 8. *Jo. Banneret* in Orat. de summis & præcipuis L. Hebr. laudibus, Paris. 1664. 4. *Julius Bartoloccius* de linguæ Hebr. antiquitate Tom. III. Biblioth. Magnæ Rabbin. fol. 13. sqq. *Jo. Balthas. Baumbach* in Tract. IV. de

antiquitate, neceſſitate ac utilitate linguarum Hebr. Chald. & Syræ, Norimberg. 1609. 4. *Paulus Bergerus* in diſputt. duabus de literaturæ Hebrææ primæva dignitate contra Jo. Clericum, Witteberg. 1700. & de literaturæ Hebrææ copia & ubertate contra eundem, ibid. *Mich. Beringerus* in Orat. de L. Hebr. Tubing. 1599. 4. *Hugo Broughtonus* in Theſibus de Lingua Hebræa, quæ Anglice exſtant in Operibus ejus Lond. 1662. editis, Tom. III. pag. 664 — 695. *Auguſtin. Calmetus* in diſſertat. de Lingua primæva & linguarum ad Turrim Babelic. confuſione, quæ exſtat Tom. II. diſſertat. ejus pag. 345. ſqq. verſionis Latinæ. *Jo. Gottlob Carpzovius* in Critica Sacra Parte I. cap. V. pag. 164. ſqq. erudite de Linguæ Hebrææ nomenclatura & appellatione, antiquitate primæva, ratione ac indole, dignitate & excellentia, ætate varia ac viciſſitudinibus, intemerata item, qua literarum pariter ac punctorum vocalium, atque Accentuum elementa, integritate erudite commentatur usque ad p. 275. *Melchior Canus* de laudibus L. Hebr. in ejus Locis Theologic. *Chriſtoph. Cartwright* de Hebr. L. cognitione & utilitate in præfat. ad Electa Targumico-Rabbinica. *Chriſtoph. Caſparis* in diſput. de Lingua S. Witteb. 1706. *Cherubin. à S. Joſeph* in Diſſertationibus tribus de L. Hebr. in ejus Bibliotheca Criticæ Sacræ. *Jo. Chifletius* in Parænesi apologetica ad L. S. Antwerp. 1642. 8. *Jo. Clericus* in diſſertatione I. commentario in Pentateuchum præmiſſa, & in Arte Critica, ubi de ratione eam diſcendi diſſeritur. *Jo. Coccejus* in Exercitat. de Linguæ Hebr. analogia, utilitate, neceſſitate & diſcendi methodo, quæ in Operibus ejus Anecdotis inter Symmicta exſtat. *Ludov. de Compiegne* in Orat. de Origine & præſtantia L. Hebr. Heidelberg. 1671. 4. *Matthias Cornapæus* in diſputatt. de στοιχείοις L. Sτæ materialibus & formalibus, Witteberg. 1623. 4. *Chriſtoph. Crinesius* in Diſput. de Confuſione Linguarum, ubi de Hebraicæ antiquitate & characteribus veris, Witteberg. 1610. & in Crenii Analectis p. 235. ſqq. *Guido Fabricius* Boderianus in Orat. de laudibus L. Hebr. in Iſagoge ad linguas nobiliores, Pariſ. 1588. *Jac. Facciolatus*, Profesſ. Patavinus, in Oratione ad Sac. Scripturam, qua L. Hebr. & Græc. ſtudium commendatur, Patavii 1718. 8. recuſ. Helmſtad. 1719. & inſerta Bibl. Bremenſi Cl. V. pag. 391. ſqq. ubi etiam de eo, quantum Vulgatæ verſioni tribui debeat. *Bened. Falcus* de origine Hebr. Græc. & Latin. literarum, Neapoli 1520. 4. *Anton. Ferraccius* in Diſſertatt. Criticis in L. Hebr. Patav. 1691. 12. *Matthias Flacius* de ſtudio L. Hebr. in Clave Scripturæ Sac. Part. II. Tract. V. *Nicol. Laurent. Foſſius* in diſſ. Philolog. de Lingua Eberina prima & poſt γλωττοσύγχυσιν primaria contra Huetium, Hafn. 1704.

1704. 4. *Jerem. Friderici* in dissert. de causis L. Hebr. abs non paucis huc usque neglectæ, & mediis ad istas tollendas adhibendis, quæ una cum *Sixt. ab Amama* Paræneſi & Duabus Philip. Melanchthonis orationibus de ſtudiis L. Hebr. prodiit Lipſ. 1731. 8. *Blaſius Garofalus* in Conſiderationibus poëſeos Hebraicæ ital. editis Romæ 1707. 4. ubi varia ad Hebr. L. antiquitatem dignitatem & genium ſpectantia afferuntur. *Salom. Glaſſius* in Oratione de L. Hebr. cognitione, Theologo futuro neceſſaria & utili, quæ in Philologia ejus Sacra exſtat. *Gerbard. van de Graaff* in Orat. Hebræo-Latina de encomio Linguæ S. & utilitate lectionis Rabbinorum Vltrajecti 1700. 4. *Pet. Grabovius*, de quo ſuperius inter Grammaticos. *Franc. Luc. Gudding*: vid. infra *Waddingus* in Orat. de Lingv. Hebr. origine præſtantia & utilitate, Marii de Calaſio Concordantiis Hebraicis præmiſſa & a *Rich. Simone* in Nova Biblioth. ſelecta Tom. I. cap. 33. laudata. *Chriſtoph. Chriſtian. Hændelius* in diſp. de Hebr. L. cognitione Theologiæ Studioſo neceſſaria, Witteberg. 1690. *Pet. Daniel Huetius* de origine L. Hebr. in epiſtola reſponſoria ad *Steph. Morini* epiſt. de eodem argumento. Vtraque legitur in *Tilladeti*, Abbatis, diſſertationibus de diverſis argumentis pag. 195. ſqq. ed. Hagienſis. *Henr. Kippingius* in Exercitat. de L. primæva, in Analectis Thomæ Crenii recuſa, pag. 311. ſq. *Georg. Nathan. Kiſtmacher* in L. Hebr. præ ceteris linguis omnibus præſtantia, Jen. 1719. *Godofred. Kohlreiſius* in Hebraiſta Polyhiſtore, ſive de Hebr. L. divitiis, quas poſſidet, realibus, Kilon. 1700. 4. *Barthol. Mayerus* de L. Sanctæ antiquitate contra Myricæum, Parte II. Philologiæ Sacræ. *Philip. Melanchthon* in Orationibus II. de ſtudiis L. Hebr. vid. paulo ante *Jerem. Friderici*. *Jo. Steph. Menochius*, S. J. de neceſſitate L. Hebr. & Græc. ad Scripturæ Sacræ intelligentiam in Trattenimenti eruditi Part. I. pag. 152. *Steph. Morinus* in Exercitationibus de Lingua primæva ejusque appendicibus, Vltraj. 1694. 4. & in Epiſtola ad P. D. Huetium de L. Hebr. origine, de qua modo diximus ad *Huetii* nomen. *Herman. Nicolai* in diſp. de phraſi L. Hebr. Hafn. 1624. 4. & in Idea ac comparatione Linguarum Aramæarum ib. 1627. 8. *Jo. Philip. Odelem* in Diſputat. de Lingua Hebræa, Lipſ. 1700. *Jo. Chriſtoph. Otſærus* in diſput. de Linguæ S. majeſtate, & utilitate, Roſtoch. 1643. *Jo. Palmroot*, de quo in limine harum Obſervationum. *Jo. Paſtritius* de L. Hebr. antiquitate, uſu, & præſtantia, teſte Bartoloccio. *Joſ. Paſinus* in Orat. de neceſſitate LL. Oriental. ſpeciatim Hebr. quæ ejusdem Grammaticæ Linguæ S. addita eſt, Patav. 1721. 8. *Eliſæus Peſantius* in Lectionibus de antiquitate, nobilitate, neceſſitate & facilitate L. Sanctæ, MSS. Brixiæ in Biblioth.

Capu.

Capucinorum, teste *le Longio* ex Dionyf. Genuensi. *Paulus Pezron* in Tractatu de L. Hebr. in qua refellitur eorum sententia, qui eam cum idiomate Cananæo confundunt, MS. apud Jo. Boudot, Bibliopolam Parisinum, teste *le Longio.* Confer Memorias Literar. Trevoltienses anno 1707. pag. 1279. *Aug. Pfeiferus* in Introductione in Orientem ubi 1) de L. Hebr. 3) de Literatura Hebræorum. 4) de vocalibus & accentibus Hebræorum & 5) de Analogia L. S. disseritur Witteberga 1693. Ejusd. Orat. de Linguæ S. usu Catholico Lipf. 1684. 4. Tom. II. Operum ejus Philolog. p. 1181. recusa. & de L. primæva in Fasciculo Dissertatt. Philologic. ib. 1665. 4. *Gvil. Postelli*, Prof. tunc Viennensis, Præfatio de Linguæ Phœniciæ sive Hebr. excellentia, & de necessario illius & Arabicæ penes Latinos usu, Viennæ Austriæ 1554. 4. edit. & Bibliothecæ Bremensis Classi VII. pag. 195. sqq. inserta. *Jo. Matth. Rauw* in Panegyrico Hebraico pro studio Linguæ S. Francof. 1707. 4. *Jo. Pet. Reusch* de naturali fundamento L. Hebr. Jen: 1718. *Jo. Saubertus* in commentatione de studii Hebr. L. multiplici utilitate & necessitate, Helmstad. 1661. & 1678. 4. *Jon. Conr. Schrammius* de usu & abusu originum L. S. Helmstad. 1707. *Jo. Joach. Schræderus* in disputationibus II. de natura L. Hebr. Marpurgi 1716. quas forte aliæ sunt secutæ. *Ern. Christian. Schræderus* in disp. de Lingua prima, Vitemb. 1706. *Georg. Frider. Schræerus* in Program. de utilitate Hebr. literaturæ contra osores sanorum fontium, præsertim Pontificios, qui Vulgatam pro authentica habent, Witteb. 1729. *Albertus Schultens* in Oratione de fontibus, ex quibus omnis lingua Hebr. notitia manavit, horumque vitiis & defectibus, subjuncta ejus Originibus Hebraicis Franeqv. 1724. 4. *Adrian. Schrickius* in Adversariorum libris quatuor, ubi inter cetera ostendit, L. Hebr. esse divinam & primigeniam, Teutonicam vero secundam, Ipris Flandror. 1620. fol. *Scipio Sgambatus* in Archivis Vet. Test. dissertatione præliminari de primæva L. & alphabeto, quod Hebraicum esse contendit. *Richard. Simon* in Epistolis Selectis, Gall. editis, Tom. II. epist. 5. ubi agitur de Propositione olim facta Doctoribus Sorbonicis, de non recipiendo in illorum societatem ullo, qui literarum Hebraicarum & Græcarum esset ignarus. *Seb. Gothofr. Starckius* in Orat. de necessitate L. Hebr. deque docendi eandem discendique methodo breviore, Gryphiswald. 1705. 4. *Frider. Viccius* in disput. de L. Hebr. antiquitate & utilitate, Witteb. 1654. 4. *Mart. de Viciana* de laudibus linguarum, Hebr. Græc. &c. Hispanice, Valenciæ 1574. 4. *Joh. Vorstius* in dissert. de lingua omnium prima, Flensburgi 1675. 8. & in Syntagmate Miscellaneorum Academicor. Rostoch. 1652. *Luc. Wadin-*

Wadingus de L. Hebr. origine præstantia & utilitate in limine Concordantiarum Hebraic. Marii de Calasio, quem *Longius* pag. 1166. mendose *Guddinum*, *Richardus Simon* autem in Bibliotheca Nova Selecta Tom. I. pag. 260. mendosius *Franc. Lucam Gvadinum* repetitis vicibus appellat. *Jo. Conr. Wakius* in dissertat. de necessitate trium linguarum cardinalium, Ratisbon. 1702. *Matthias Wasmuthus* in Smegmate Hebræo, defricante pudendum barbariem, invectam nuperis quorundam falsis, impiis & scandalosis assertionibus, partim linguæ S. studium non esse necessarium Presbyteris Ecclesiæ, partim &c. Kilonii 1666. 4. *Georg. Wicelius* in Orat. in laudem L. Hebr. Colon. 1535. Ejusd. duo Opuscula de fontium Hebr. studio recudi fecit in Programmate quodam *Hardtius* Helmst. 1704. 4. *Jo. Christoph. Wichmanshausen* de L. Hebr. de Cananæa triumphante, Witteberg. 1704. *Anton. Zanolinus*, Lector Lingv. Oriental. Patavinus, in Quæstionibus ex Scriptura Sacra, Patavii 1725. editis pag. 39. sqq. ostendit, Hebr. L. unam ante Babelicam confusionem exstitisse.

Subjungam his eos, qui speciatim de facili & optima Hebraica docendi discendique ratione ejusque impedimentis præceperunt, quorum nonnullos etiam inter superiores inveneris. Sunt illi *Henr. Jac. van Bashuysen* in Exercitat. paradoxa de nova & faciliore methodo discendi per Rabbinos L. Hebræam, Servestæ 1720. 4. *Esdræ Edzardi*, τȣ̃ μακαρίτȣ, consilia huc spectantia subjunxit Jo. Justus von Einem dissertationi suæ de Jo. Clerici audacia hypercritica in 8. editæ pag. 35. sqq. *Jerem. Friderici* in dissertat. citata. M. *Gottlob Frider. Gude* in disput. de præcipuis studii L. Hebr. impedimentis Lips. 1726. cui adde aliam ejusd. de eo, quid notitia L. Hebr. conferat ad intelligentiam versionis B. Lutheri, ibid. 1724. *Jo. Georg. Grossius* in Consilio de linguis Hebr. Græc. & Lat. addiscendis, Basil. 1619. 4. *Pet. Guarinus* in præfat. ad Tom. Grammaticæ suæ Hebraicæ, pag. 40. sqq. *Jo. Gothofr. Lakemacherus* de ratione L. Hebr. optime docendi, in Observatt. Philologic. Part. VI. pag. 383. sq. *Jo. Jac. Lehmannus* de L. Hebrææ facilitate, Francof. 1708. M. *Jo. Adamus Lœwe* in diss. de methodo studii Hebraici, Jenæ 1728. *Jo. Conr. Schrammius* in Progr. de Lectione præcipuo L. Hebr. adjumento, Helmst. 1708. *Matthias Georg. Schrœder* in epist. ad Amicum de methodo breviori in LL. Orient. addiscendis, subjuncta ejus *Muhamedi testi veritatis contra se ipsum.* *Jo. Terentius* in Orat. de L. Hebr. discenda recusa in Triade I. Meditationum ejus Philologic. num. I. His forte inposterum addere licebit Cl. *Davidis Frider. Megerlini* Methodologiam Hebræam nuper promissam (vid.

(vid. inter Grammaticos *Megerlin.*) Linguæ S. Doctores eorumque methodum recensentem, qua 1) notitiam Ebr. L. in Judaicis olim & Christianis hodie Academiis Professorum 2) methodos enarrabit diversas pro diversa studii Hebraici apud Judæos pariter & Christianos vicissitudine notandas, e. g. *Kimchianam, Reuchlinianam, Buxtorfianam*, &c.

De *literarum Hebraicarum* origine & antiquitate in superioribus nonnulli jam allati sunt, quibus nunc jungo *Georg. Hæneri* disputat. de literarum Hebr. origine & αὐθεντίᾳ Viteberg. 1692. *Jac. Rhenferdius* in dissert. *de antiquitate* literarum Judaicarum eandem inter cetera ex eo probat, quod septendecim earum certos *significatus* habeant, & eas insuper res denotent, quas figura ipsa exprimat. Vide, quæ de ea supra p. 164. diximus, ubi de Pentateucho Samaritano agebatur. Non omittenda hic est *Wilhelmi Baxteri* epistola ad Edwardum Lluyd, Glossario ejus Antiquitatum Romanarum p. 401. sqq. subjuncta, ubi erudite quidem & ingeniose, sed minus, puto, vere, ostendere conatur, per literas eundo singulas, sonum vel potestatem literarum primum ad imitationem sonorum naturalium, v. c. bestiarum &c. formatam esse, sicut & literæ ipsæ illarum rerum figuram referant, unde natæ sint. Ita v. c. A ait esse vocem *bovis*, unde Hebræis & Syris *Alpha* vocetur. B. sonum ovis, ab *ove* primum acceptum, &c.

Quod ad hypothesin de interno *valore* literarum, earumque notione *hieroglyphica* spectat, quam B. *Casp. Neumannus*, Inspector quondam Ecclesiarum Vratislaviensium A. C. præ ceteris ornavit, eam is primum hausit ex præfatione Lexici Hebraici Fœrsteriani, quod ex cujusdam amicorum ejus ore testatum reliquit C. T. V. i. e. *Christianus Theophilus Ungerus* in epistola, quæ exstat in *Galleria di Minerva* Tom. VI. pag. 311. Approbarunt eam ex nostratibus, præter alios, M. *Christoph. Eckmannus*, Pastor Peucensis in Ducatu Oelsnensi, eaque usus est in expositione vernacula Cantici Canticorum, Vratislav. 1720. 8. sub nomine eines Christo ergebenen edita, nec minus in aliis quibusdam scriptis, quæ vel edidit, vel parata prelo habet. Vide Cl. *Jo. Gerh. Pagendarm* epistolam in Biblioth. Lubecensi Vol. VI. pag. 271. qui & ipse pro ea pugnat pag. 274. Sic & *Frider. Niebrius*, Pastor Bernersdorfensis, in Deliciis Hebræo-Homileticis, sub *Bibliandri* nomine anno 1707. editis, ejusdem ope vim & efficaciam vocum Hebraic. optime eruere sibi posse visus est. Ὁμόψηφον se etiam præstat Rev. *Henr. Scharbau* Parte II. Parergorum Theologic. pag. 229. sq. E contra aliis displicuit, ex quibus nunc appellabo *Paulum Bergerum* in Disputat. de Antiphrasi Scripturæ cap. I. §. 6. *Mart. Chla-*

denium in Theologia Exegetica p. . adducto in exemplum verbo רקר Cl. *Dav. Frideric. Megerlinum* in Tractatu de scriptis & Collegiis Oriental. in Hexade Collegii Orient. pag. 35. & novissime Vener. *Jo. Gottlob Carpzovium* in Critica Sacra Parte I. cap. 5. Sect. 3. pag. 186. sqq. Ex Pontificiis huc spectat *Steph. Soucictus* in Collectione Dissertationum Criticarum pag. 193. 489. & 510. cujus tamen exceptionibus occurritur in Unschuldigen Nachrichten anno 1716. p. 705. & Auctores Memoriarum Trevoltinsium an. 1711. pag. 1661. *Aprés tout, quoi qu' il fusse, son systeme ne passera jamais, que pour une nouvelle espece de cabale plus ingenieuse, que la cabale Rabbinique, mais egalement arbitraire, & nullement solide.* Ceterum diversas non nihil hac in parte *Neumanni*, *Læscheri* & *Zieroldi* sententias in tabula quadam luculente repræsentatas leges in Unschuldigen Nachrichten 1713. pag. 322. sqq. ubi deinde pag. 325. cogitata quædam de valore Hebræarum literarum proponuntur.

De genuina literarum Hebraic. *pronunciatione*, tanquam dubia hodie & obscura, lege Cl. *Pet. Guarini* præfat. ad Tomum II. Grammat. Hebr. pag. 48. sqq. & M. *Gottlieb Friderici Hagen* disputat. de pronunciatione Hebræorum vicinorumque aliquot populorum, Hal. 1731. 4. De vetere literarum בגדכפת *pronunciatione* præcipit *Guarinus* in præfat. ad Tom. II. Grammat. Hebr. pag. 53. itemque de שׁ & שׂ ibid. pag. 55.

De *vocalibus* Hebræorum ita nonnulli cum *Steph. Morino* in Exercitatt. de Lingua primæva statuunt, ut eas literis אהוי maxime contineri, & ex linguæ rationibus expressas esse existiment. Hujus sententiæ argumenta expendit, & discussit M. *Christian. Zoëga* in singulari disput. *Morino* opposita, Lips. 1695.

De *Scheva* Hebræorum in promtu est *Pet. Simon. Hoffii* disputatio, Hafn. 1686.

De *Nominum Hebræorum plurali numero* exstant *Othonis Verbrugge* Observationes Philologicæ Groning. 1730. 8. ubi probare instituit, *nomina masculini generis in plurali numero absoluto aliquando τὸ ם abjicere, & desinere in י cum chireck.* Eo consilio omnes ejusmodi voces, inter quas est כארי Ps. XXII. 17. & alias, quæ dualis formæ sine ם cum י & patach prævio v. c. שָׁרַי habent, persequitur, ut appareat, eas canonem hunc non adstruere.

Analysin Hebr. L. singulari dissertatione persecutus est *Otto Wilhelmus Schüsler*, Halæ 1696.

Doctrinam de *Radice* Hebræorum tradidit M. *Valentin. Friderici* Lips. 1684. 4. quemadmodum M. *Jo. Mich. Sontag* verba Hebræorum *prægnan-*

prægnantia Altorf. & M. *Frideric. à Schæven* formationem *verbi perfecti*, Regiomonti 1727. singularibus disputationibus excusserunt.

Quæ *Jac. Rhenferdius* de ratione observandi genuinam vocabulorum Hebraic. *significationem* commentatus est, ea recusa exstant in Operibus ejus Philologicis pag. 614. Quomodo primarius & formalis cujusque vocis significatus, qui in secundariis omnibus obvius sit, erui possit, ostendit *G. Zinckius* in der Darstellung, wie die erste Haupt-Bedeutung eines Hebraeischen Grund-Worts in allen andern Neben-Bedeutungen enthalten sey. Frisdorfii 1694. 4. Spectat huc Cl. *Alberti Schultens* de defectibus hodiernis L. Hebrææ Opus, de quo supra inter Lexicographos diximus.

Ad *phrases* & *idiotismos* pertinent *Georg. Frider. Heupelii* Breviarium potiorum sermonis Hebr. idiotismorum in nomine, Argentor. 1700. 4. *Jo. Henr. Michaelis* de peculiaribus Hebr. L. loquendi modis, Halæ 1702. *Hilar. Henr. Stampe* de Phrasi L. Hebr. Hafn. 1703. 4. & *Jo. Philip. Treiberi* compendium Phraseologicum, de quo supra inter Grammaticos. Atticismorum, cum formulis Hebraicis comparatorum, specimen habes in *Lakemacheri* Observatt. Philolog. Part. VI. pag. 425. seq. In præfat. ad Jo. Albæ Selectas Annotationes in S. Scripturam à Priore & Conventu Cœnobii Vallis Christi monetur, exstare MSS. ingentia volumina Hebraismorum in Script. S. ab Alba collecta, quibus præmittatur Index Canonum idiotismorum L. Hebr. in Centuria ista Annotationum observatorum.

Syntaxin Hebræorum ab *Enallagis*, in Sacro Codice a plerisque omnibus admissis, liberam esse data opera ostendere conatus est Celeber. *Franc. Wokenius* in Pietate Critica contra *Enallagas*, Vitemberg. 1726. 8. quemadmodum idem *Hypallagas* quoque profligare instituit, ibidem 1722. 8.

De *Pleonasmis* Scripturæ S. jam XXI. exstant Exercitationes Programmaticæ Cl. *Erdwini Herman. Polemanni* Bremæ usque ad annum 1731. editæ, quas liberalitati doctissimi Auctoris acceptas fero. Huc referendæ quoque sunt Rev. *Henr. Clausingii* Vindiciæ Scripturæ S. à ταυτολογίας criminatione, Lipf. 1721. nec non M. *Christoph. Wollii* Regulæ Hermeneuticæ περὶ τῆς ἰσοδυναμίας sive συνωνυμίας usu & abusu, Lipf. 1723. 4. *Hermanni Deusingii* Ἀσυνωνυμίαν MS. invenio laudatam in Biblioth. Bremensi Class. V. pag. 939. Spectant huc duæ dissertatt. Rev. *Herman. Christoph. Engelkenii* sub tit. Scrutinii Philolog. nullum in SS. literis pleonasmum dari ostendentis, Rostoch. 1703. & 1704.

De *Hyperbolis* ex Scriptura Sac. eliminandis commentatus est D. *Dan. Gerdesius* in Vesperis Vadensibus Vltrajecti 1727. 4. Dissentiunt ab eo auctores Musei Bremensis Part. II. Vol. 2. pag. 331. sqq. ubi hæc commentatio enarratur, nec minus doctissimus *Heumannus* in Poecile Tom. III. lib. I. pag. 34. & ex instituto lib. III. pag. 334. contra Vener. *Val. Ernest. Læscherum* in dissert. I. Stromatum, quæ ἀνυπέρβολος inscripta est, & *Gerdesium* disputans. Cum quo temperamento de Hyperbolis Scripturæ Sacr. judicandum sit, cordate & sobrie ostendit Cl. *Jo. Conr. Schwarzius* in Programmate de fatis Bethlehemi, Coburgi 1728. edito, pag. 2. sqq.

De *Synchysi* præter Cl. *Wokenium*, supra laudatum, consuli potest Cl. *Wigandi Kahleri*, Prof. Rinthelienfis, Satura duplex de veris & fictis sacri textus trajectionibus, Lemgoviæ 1730. 4.

Ellipses Hebr. Syntaxeos singulari commentatione excussit *Christ. Bened. Michaelis*, Prof. Halensis dexterrimus, Hal. 1724. 4. Contra nullas agnoscit Cl. *Franc. Wokenius*, Professor Wittebergensis, cujus hanc in rem commentationes lege in Collectione Nov-antiquorum Theologic. anno 1730. pag. 1185. Atque illæ quidem uno volumine junctæ nunc prodierunt, sub titulo: *Liber de Ellipsibus è textu Biblico Hebraico sollicite eliminandis, quo Ellipsium exempla, quæ specie quadam reliquis præstant, expenduntur, & ab omni constructionis defectu liberantur.* Wittebergæ 1732. 4.

Ambiguitatem stili Hebraici, qualem Pntificii in præjudicium fontium fingunt, amolitus est *Jac. Wellerus* de L. Hebr. ambiguitate contra Huntlæum, Witteberg. 1631. 4. Consules hic *Jo. Cocceji* Observationes Selectas de distinctiori significatione vocum selectarum L. Hebr. ordine alphabetico, quæ exstant in Operibus ejus Anecdotis, Amstelod. 1706. fol.

Antiquitatem Linguæ Hebraicæ, qua ceteris omnibus antecellat, novis quibusdam argumentis adstruit Anonymus in Memoriis Trevoltiensibus anno 1705. pag. 1949. sq. Causam hanc non ita pridem erudite & diligentissime egit Cl. *Christian. Benedict. Michaelis* in *dissert. Philolog. qua Celeberrimi cujusdam viri* (is est Herman. Hardtius) *hypothesis etymologica de Hebræa & affinibus linguis Orientis è Græca L. derivandis modeste expenditur*, Halæ 1726. 4. Huic Cl. *Hardtius* paulo post duodecim libellos Academicos separatim opposuit, deinde uno volumine junctos & titulo generali: *Duodecim Beneficia Helmstadiensia ex Græcia in publicam rem literariam in Mosis & Prophetarum Lucem, bonarum literarum fructu*, inscriptos, Helmstadii

ſtadii 1726. 8. vulgavit, & deinde Tomo I. in Jobum, i. e. Hiſtoriæ Populi Iſraelis in Aſſyriaco exilio, Helmſtad. 1728. fol. inſeruit. His paulo poſt fecit ſatis laudatus *Michaëlis*, in *Commentatione Apologetica, qua falſo adſerta origo L. Hebraicæ ex Græca convellitur, & γνησιότης Pentateuchi, ac nominatim Geneſios vindicatur, inprimis vero Pericopa illa Moſaica Geneſ. XI. 1—9. de Linguarum confuſione genuino & proprio ſuo Auctori, ætati ac ſenſui reſtituitur adverſus nuperas Cl. Philologi Helmſtadienſ. Φλυαρίας Hiſtorico-Philologico-Hermeneuticas, Halæ* 1727. Vt controverſiæ hujus cardo rectius perſpiciatur, ex calce præfationis hæc ſunt deſcribenda: *Ceterum duo potiſſimum ſunt, quæ V. C. in ſua Hiſtoria Regni Babylonici propugnavit, quæque animadverſionem merentur; prius, quod Græca Lingua ſit antiquiſſima, quæ cum Occidentis, tum Orientis linguis, ac Hebraicis inprimis originem dederit; poſterius vero, quod hiſtoria illa confuſionis linguarum Geneſ. XI.* 1—9. *non Moſen, ſed Joſuam Pontificem, auctorem habuerit; nec ad tempora diluvio proxima, ſed ad ætatem Cyri Perſarum Regis pertineat; ac denique non literaliter de Noachidarum ex Babylonia, ſeu Schinearenſi tractu diſperſione, & conjuncta diverſitatis linguarum origine, ſed allegorice ac ænigmatice, de regno Babylonico, per Cyrum everſo, & ad Perſas translato, exponenda ſit. Hardtius* nec ſic acquieſcendum ratus, variis diſſertationibus, ſuccedente tempore, editis cauſam ſuam egit, easque, junctim editas, *Commentarii Linguæ Hebraicæ ex Græca Apologiam II. & III. decem diſſertationibus à menſe Januario anno* 1727. *ad Aprilem contra tres adverſarios, Philoſophum Hallenſem, Epitomatorem Lipſienſem in Actis Erudit. menſe Martio & vernaculum Interpretem Lipſienſem*, inſcripſit. Helmſtad. 1727. 8. Eædem poſtea 1728. Tomo I in Jobum iterum ſunt inſertæ. Libere ſcribam, quod ſentio. Vix crediderim, *Hardtium* in omni hac cauſa ſerio rem agere, tantum abeſt, ut his aliisve ejus hypotheſibus & interpretationibus ſacrorum monimentorum quicquam tribui posſit. Ejus veſtigiis, quod ad hoc caput, de Hebr. L. ex Græca illuſtranda inſtitit hactenus *Anton. Julius Hardtius*, in variis ſuis commentationibus.

Ceterum illam, de qua dicimus, L. Hebr. *antiquitatem* etiam alii adſtruxerunt, quos ſupra inter Scriptores de L. Hebr. proprietatibus appellavimus. Eandem vero nuper in dubium vocavit *Thomas Brett*, Anglus, in *Eſſay on the Confuſion of Languages*, qui libellus cum ejusdem Conatu Chronologico in hiſtoriam Sacram a condito mundo ad natum CHRISTVM 1729. 8. anglice prodiit, & enarratus exſtat in *the preſent State of the Republ. of letters*, Vol. III. anno 1729. pag. 183. ſqq. Opinatur is poſt alios multos, primigeniam linguam in ipſa illa confuſione prorſus periiſſe.

Inter illos, qui L. Hebr. *antiquitatem* ceterarumque *affinitatem* adseruerunt, non postremus est *Gvil. Postellus*, in libro, cujus mentionem feci Vol. II. pag. 635. Is postea in manus meas incidit, cujus, rarius quippe obvii, rationes hic amplius describam. Inscribitur is ita: Gv. Postelli Baren. Doleriensis *de Originibus, seu de Hebr. L. & gentis antiquitate, deque variarum linguarum affinitate Liber. In quo ab Hebræorum Chaldæorumve gente traductas in toto orbe colonias vocabuli Hebraici argumento humanitatisque authorum testimonio videbis, literas leges, disciplinasque omnes inde ortas cognosces, communitatemque notiorum idiomatum aliquam cum Hebraismo esse.* Prostant Parisiis apud Dionysium Lescuyer, sub Porcelli signo, è regione D. Hilarii. Præmissam ad D. Jo. Bellaium, Episcopum Parisiensem, Dedicationem sequitur tractatio ipsa de Originibus, sive de Hebraismi antiquitate, linguarumque affinitate, ubi præfaminis quasi loco confutatur fabulosa antiquitas Phrygum, ad *Bec* suum provocantium, & Arcadum, qui προσεληναίυς se, h. e. *antelunares* jactabant. Hinc affirmat, Chaldæam seu Hebræam omnium linguarum esse antiquissimam. Vide pag. 5—9. Hinc pag. 9. ostendit: *insignes regiones olim a dispersis filiis Noeh vocabulo Hebraico nomen accepisse.* Hoc consilio persequitur nomina illa gentium propria, à Mose memorata, eaque Hebraica esse evincit usque ad pag. 29. Porro pag. 30. sqq. ostendit, omnes Grammaticas linguas, præcipue Orientales, Hebraicæ affines, locutione, signis & vocibus esse, quod summatim agit usque ad pag. 34. Mox pag. 35. speciatim idem demonstrat allatis Vocibus quibusdam, quæ *Arabicis* & *Hebræis* sint communes pag. 35. Vocibus *Indicis*, quæ Hebraicis sint similes, pag. 36. Vocibus, quæ *Latinis*, *Gallis*, & *Hebræis*, & quandoque *Græcis* sint communes pag. 37—49. Vocibus, *Gallis* & *Græcis* communibus, pag. 49—54. Denique pag. 54—59. docet, Rei Ecclesiasticæ complures voces Græcas esse. Excudit hæc, ut in fine monetur, *Petrus Vidovæus*, Vernoliensis, 27. Martii anno 1538. 4. Exstat hic libellus tertio loco inter tres illos, quos, uno volumine junctos, supra inter Grammaticos sub *Postelli* nomine appellavi. Tenendum tamen hic est, *Postellum* characteres *Samaritanos* pro priscis illis Hebræorum literis habere.

Post illum multi in *commercio* ceterarum linguarum cum Hebraica ostendendo elaborarunt. Huc pertinent Lexicorum *Polyglottorum* & *Harmonicorum* Scriptores, quorum indicem habes apud *Longium* pag. 1164. Ad hæc spectat *Achatii Mylii*, Theologiæ Doctoris, Lexicon Hebraico-Græco-Latino-Germanicum, quod MS. in scriniis suis exstare testatur Reverend. *Reimannus* in Catalogo Bibliothecæ suæ Parte II. pag.

pag. 1077. dictarum linguarum concentum in eo ingeniose ostendi professus.

In eadem opera occupati fuerunt alii. Inter hos est *Thomas Hayne* Volum. II. pag. 635. laudatus, in Dissertatione de Linguarum cognatione, Londini 1639. primum edita, & à *Crenio* in Analectis una cum Merici Casauboni Commentatione de quatuor linguis recusa, Amstelod. 1699. 8. Adde *Jo. Conr. Schieferdeckeri* disputat. de commercio Hebr. L. cum aliis, Lips. 1695. *Sixti Christiani Lipenii* epistolam de harmonia linguarum diversarum, ubi exempla harmoniæ L. Hebr. cum Græca, hinc cum Latina, ac denique cum Germanica suppeditantur, in Bibliotheca Lubecense Vol. II. pag. 241. sqq. & *Georg. Christiani Burcklini* disput. de linguarum Teutonicæ Lat. Græc. & Hebr. addiscendarum facili ratione, earundemque secreta convenientia, præside J. H. Majo, Giess. 1693.

Syriacam sive Chaldaicam Linguam Hebræa antiquiorem esse pugnat *Georg. Amira* in suis in *Grammat. Syram Præludiis*, cujus argumenta repetit & fere probat *Rich. Simon* in Critica Prolegomenorum Dupinii Tom. IV. p. 607. sqq.

* *Belgica* vocabula maximam partem ad origines Hebr. Græc. & Lat. reduxit *Carolus Tuynmannus* V. D. M. Medioburg. in lib. quem dixit *Fackel der Nederduytse taale*, Leidæ 1722. 4. Confer Bibliothec. Bremens. Class. V. pag. 741. & VII. p. 778.

Germanicam Linguam ex Hebræa illustrarunt B. *Christianus Frider. Hilscherus* in *Ebero in Germania*, sive Collectione aliquot vocabulorum ex Hebræis ortorum, quæ exstat in Analectis Literariis Societatis Charitatis & Scientiarum Tom. I. pag. 220. sqq. & *Jo. Conr. Wakius* in *Ostensione* vernacule edita, quod vetus Germanorum lingua sua maximam partem Celticæ aut Chaldaicæ debeat, Ratisbonæ 1713. 8.

Græcam alii multa Hebraicæ debere recte ostenderunt. Contra ea Cl. *Hardtium* Hebræam Græcæ obnoxiam facere paulo ante pag. 316. monuimus. Interim variarum vocum Hebr. significatum ex illa illustrari posse, non inepte ostendit Cl. *Lakemacherus* in Oratione de utilitate ex Græcis Scriptoribus profanis ad interpretationem Vet. Test. capienda, quæ recusa exstat in calce Partis III. Obss. S. Philologic. pag. 324. sqq. E contra voces Græcas ex Hebr. L. deductas MSS. reliquit *Jo. Zechendorfius*, teste *Godofredo Ludovici* in Historia Gymnasiorum Scholarumque celebrium Parte V. pag. 81.

Danica

Danicæ Linguæ ex Hebr. repetendæ post *Petrum Joh. Wandalinum*, de quo Vol. II. pag. 636. incubuit *Thom. Broderus Bircherodius*, cujus vastum opus, sed affectum, de origine L. Danicæ, ejusque cum Hebræa & aliis Orientalibus convenientia laudat B. *Severinus Lintrupius* in præfat. ad Falsteri Supplementum L. Lat. pag. 15.

Convenientiam & affinitatem Linguæ *Fennorum* cum orientalibus in luce collocat *Dan. Juslenius*, in Regia Fennorum Academia Professor, in Oratione Inaugurali an. 1712. dicta, quæ in Fasciculo I. Bibliothecæ Svecicæ edit. II. num. V. exstat. Idem agit M. *Ericus Caianus* in dissert. de convenientia L. Hebr. & Fennicæ, quam laudat Cl. *Olavus Rudbekius*, filius, in epistola de origine Esthonum, Fennonum & Lapponum, quæ in Actis Sveciæ Literariis an. 1727. pag. 302. legitur. *Caianus* auctor est, non dari, si linguas *Syriacam*, *Chaldaicam* & *Arabicam* exceperis, majorem convenientiam, quam quæ inter Hebræam, & *Fennonum*, *Laponum* & *Esthonum* illas intercedat. Id quod singulari opere ostensurum se pollicetur, aliquot tantum speciminibus l. c. allatis.

Italicam cum Hebræa curate confert *Blasius Garofalo*, sive *Caryophilus*, in Considerazioni intorno alla poesia degli Ebrei, Romæ 1707. 4.

LIBER IV.
DE TALMVD.
CAPVT I.

Mischnici Corporis origines, quas in Sæculum II. inclinans, vel III. incipiens referendas esse ostendimus p. 682. allatis argumentis nonnullis, in dubium vocat *Herman. Conringius*, in epistola, ad Wagenseilium data, quam leges in Bibliotheca Fabriciana (*Jo. Fabricii*) Part. V. pag. 351.

Mentio fit pag. 687. *Isdegerdis* posterioris, qui Sæculo VII. post C. N. rebus Persarum præfuerit. Ibi velim notes, versu 25. ex verbis: *Sæculo post C. N. fere medio*, excidisse vocem: *Septimo*, quam addi debere sermonis nexus, & temporum rationes evincunt. Adde, *Pet. Allixium* quoque, in dissertat. de LXX. hebdomadibus pag. 49. obsignationem Talmudis in annum post C. N. 632. quo Isdegerdes debellatus sit, referre.

Muha-

Muhamedem non *tribus*, sed *novem* annis à fuga sua superfuisse *Elmacinus*, & cum eo reliqui Historici tradunt, quod præstantissimus *Maturinus Veysserius la Croze* per literas me monuit. Ex his emenda, quæ pag. 691. summa scripta invenies.

Caput II.

I. CATALOGVS CODICVM TALMVDICORVM ALPHABETICVS.

Addemus in his Supplementis editiones Tractatuum Talmudicorum separatim *Hebraice* à Judæis curatas, quas Vol. II. pag. 909. sqq. recensuimus, cum his Supplementis conferendas.

פרקי אבות, *Capitula Patrum*, *Hebraice*, cum brevi commentario, ex variis collecto, & concione quadam *de anima*, Amstel. 485. C. 1725. 24. apud Sal. Props. *Hebraice*, cum commentario pleniore, ex variis à Benjam. Wolf f. Jekuthiel selecto, Offenbaci, 478. C. 1718. 4. & antea itidem *Hebr.* cum commentario *Bartenoræ*, qui textui quadrato & punctato substernitur, Francof. ad Mœn. 473. C. 1713. 12. apud Anton. Henschet, cura Menachem Mendel, f. Mosche Blach.

Editionem *Hebraic.* Scherzerianam, Lips. 1664. 8. curatam, cum versione Lat. MS. in Catalogo quodam librorum Dresdensi anno 1722. pag. 3. num. 26. video memorari. Eadem cum B. *Wilh. Schickardi* Eclogis Sacris Tubingæ 1633. 8. lucem vidisse didici ex *Jo. Christoph. Speidelii* Vita Schickardi novæ Horologii ejus editioni Tubingensi 1731. 8. præmissa. Editio *Kiloniensis*, anni 1674. 8. curata est per *Danielem Hasenmullerum.*

Arabice conversa suo in Mischnam commentario inseruerat *Maimonides*, teste R. *Samuele Tibbonide*, in limine commentarii in *Pirke Avoth.*

De *Latina* versione, à *Philippo Aquinate*, Ex-Judæo, non tam facta, quam edita, lege, quæ scripsi Vol. III. pag. 930. *Leusdeniana*, vel *Fagiana* potius interpretatio substrata est textui Hebraico punctato; singulis vero capitibus notæ sunt subjunctæ. Hæc opera procedit usque ad pag. 104. Inde sequuntur textus Chaldaici, qui capitibus II. & III. Danielis, Prophetæ, leguntur, cum translatione Hebraica à latere, & versione Latina subjecta. Versio Anonymi *Latina* duplex, & una Judæo-German. MSS. olim apud Illustrem *Vffenbachium* (vid. Biblioth. Vffenbachianam compendiariam MS. pag. 45. num. 200.) jam apud me exstant.

exſtant. Novum Specimen verſionis Latinæ exhibet M. *Jo. Juſtus Loſius* in Faſciculo Conſiderationum nonnullarum Gieſſæ 1707. 4. edito, in calce.

Hiſpanice aliquoties cum textu Hebraico, una cum Paraphraſi Chaldaica Cantici Salomonis, prodierunt, v. c. Amſtelod. 472. C. 1712. 8. apud Salom. Proops. In averſa tituli pagina hæc editio dicitur *quinta*. Verſio illa *Capitulorum* Hiſpanica accepta fertur *Moſi Belmonte*.

Italice & *Hebr.* per *Philip. Aquinatem* ſeorſim Pariſ. 1620. 16. apud Robertum Stephanum, ſub titulo: *Sentenze & parabole d'i Rabbini in L. Ebrea esposte con la traduttione Italiana di Phil. d' Aquin.* Vide Cl. *Mich. Maittaire* Annalium Typographic. Tom. III. in Append. pag. 877. Expoſitio *Italica* vocum difficiliorum, in hoc libello obviarum, legitur in R. Jehuda Arje, Mutinenſis, libro גלות יהודה p. 107. ſqq.

In hunc libellum variorum exſtare commentarios Judaicos ex dictis conſtat. His acceſſit non ita pridem R. *Nathanis* fil. *Iſaac*, Altonaviæ juxta Hamburgum, 1728. 4. Adde commentarium Anonymi MS. in Biblioth. Bodlejana ſecundum catalogum editum num. 3723. hodie vero in Muſeo inter MSS. num. 74. fol. membranac. exſtantem. Initium hoc eſt: אתחיל פרקים· משה קבל תורה מסיני· כך היא תחלת המשנה במסכת זו: In calce Codicis pars columnæ abſciſſæ agglutinata eſt folio chartæ puræ, in cujus fine: סליק פרק החמישי Nullus ibi citatur auctor præter Scripturam & Talmud. Debeo hæc indicio V. C. *Jo. Gagnerii.*

Nuper M. *Anton. Julius* von der Hardt nonnullas diſſertationes, quæ tamen maximam partem in alia excurrunt argumenta, ad nonnulla horum Capitulorum illuſtranda retulit. Earum I. præſide Cl. *Jo. Gothofredo Lakemachero* habita, ad R. Joſe ben Joeſer effatum, capite II. de ſtudiis per colloquia cum eruditis: II. ad capitis I. ſtatutum primum de Judæorum ſtatuto Scripturæ ſenſum imflectendi, ſub præſidio Vener. *Jo. Laurent. Moshemii*: III. in frontem libri hujus Moralis, *Monita Majorum* dicti, & in Juſtiniani Imperat. Ἀρχιφερεκίτας Judæorum, præſide *Lakemachero*, commentatur. Quartam *Hardtius* Præſes ipſe defendit, relatam ad cap. I. ſectionem I. de Sophiſmatibus Judæorum in probandis ſuis conſtitutionibus contra Moſis & Prophetarum mentem. Hæ omnes Helmſtadii anno 1728. prodierunt. Ex his notanda inprimis eſt tertia, quæ ad exponendum libri titulum pertinet. Auctor ſcilicet pag. 23. פרקי אבות convertit ὑπαγορεύσεις πατέρων, *Monita Patrum*, & inter reliqua ibidem ait: *Qui* פֶּרֶק capitulum *dixerunt*, & פרקי אבות capitula

tula Patrum *ostentarunt, forte caput rei non attigerunt. Qui* apophthegmata *reddiderunt, accesserunt propius.* Pro sua expositione pag. 29. ita perorat: *Superest alia propinquior, ac scopo libri magis conformis significatio, quando totus liber constat ex* continuis monitis ac adhortationibus *moralibus pro salute Judaicæ gentis. Quomodo* פרק *idem ac* ὑπαγόρευσις, admonitio, adhortatio, monitum: ὑπαγορεύειν *est* hortari, admonere. פרקי אבות ὑπαγορεύσεις πατέρων, *Monita Patrum.* Vix crediderim, cuiquam ex Judæis, linguæ suæ gnaro, hunc significatum persuasum iri, nisi simul credat, Hebraicæ linguæ rationes ex Græca, quod *Hermanno Hardtio* soli forte videtur, æstimandas & repetendas esse. Idem procul dubio objecerit, non videre se, cur *caput*, vel *capitulum* dici non possit, quod *monita moralia* complectitur.

בָּבָא קַמָּא *Porta prima*, seorsim hebraice Berolini 487. C. 1727. 4.

בָּבָא מְצִיעָא *Porta media*, seorsim cum *Raschi*, *Tosephoth* &c. Wilmersdorf. 476. C. 1716. fol. apud Hirsch f. Chajim; item *Berolini* 486. C. 1726. 4. apud Nath. Neumarck.

בֵּיצָה *Ovum diei festi*, cum *Raschi* & *Tosephoth*, Offenbaci 477. C. 1717. 8. apud Seeligman Reiss, literis nitidissimis, philyris decem: item *Solcovii* 476. C. 1716. fol. apud Aaronem f. Chajim; tum *Wilmersdorfii* 483. C. 1723. fol. item *Berolini* 485. C. 1725. 4.

בִּכּוּרִים *Primitiæ*, ex versione Latina B. *Abrahami Hinckelmanni* MS. inter Codices Morgenwegianos, nunc meos.

בְּרָכוֹת *Benedictiones*, cum *Raschio*, Amstelod. 470. C. 1710. fol. iterumque ibidem 474. C. 1714. fol. apud Sal. Props. Versio Latina B. *Balthas. Scheidii*, cujus mentionem feci pag. 704. totum illum Tractatum quod ad Mischnam & Gemaram persequitur, quam ipse nunc inter MSS. Morgenwegiana possideo. Sic & totius Gemaræ interpretatio Latina B. *Georg. Eliez. Edzardi* cum notis à filiis hæredibus adservatur. Versio Latina *Pauli Ricii*, de qua supra itidem dixi, nulla exstat. Vide Volum. III. pag. 918. De *Sam. Clerici* illa vide ipsius *Clerici* epistolam ad *Lightfootum*, in hujus Operibus Posth. pag. 188. ubi inter cetera continuationem censuræ Lightfootianæ expetit, quia tractatulus ille, festinantibus operis, prelo protrusus sit, ac proinde erratis non careat.

גִּטִּין *libellus repudii*, seorsim secundum edit. Talmudis Basileensem & Francofurt. Furthi 480. C. 1720. fol. ap. Sam. Bonsed.

דְּמַאי *Decimatio dubia*, ex verſ. *Balth. Scheidii*, inter MSS. Morgenwegiana, nunc mea.

זְבָחִים *Sacrificia*, Caput I. quod ad Miſchnam & Gemaram in Cl. *Davidis Millii* Catalectis Rabbinicis, Vltrajecti 1728. 8. B. *Cnollenii* verſionem Latinam B. *Jo. Andr. Danzius* aere ſuo redemerat, quam apud viduam Danzianam Jenæ vidi.

חֲגִיגָה *Feſtivitas*, cum Raſchi, Toſephoth, Piske Toſephoth, R. Aſcher, & Maimonidæ commentario per Aaron. Abez, Amſtelod. 466. C. 1706. fol. pp. 29. apud Moſche f. Abrah. Mendes. Iterum ibidem 482. C. 1722. 8. apud Moſen Francofurtenſem, tum antea *Wilmersdorffii* cum Raſchi, Toſephoth & Piske Toſephoth 476. C. 1716. 8.

חולין *Profana*. MS. poſſideo in membrana in fol. & partem ejus in charta, fol.

חַלָּה *Placenta*. Lat. *Scheidii* verſio inter MSS. *Morgenwegiana*, nunc mea.

יוֹמָא *Dies expiationis*, ſeorſim Amſtelod. anno 482. C. 1722. 8. apud Joſ. Daijan. Tractatus hic ſecundum Miſchnam & Gemaram recenti charactere deſcriptus apud me eſt in 12. ex MSS. Vffenbachianis. Verſionem ejus *Latinam* parat Celeb. *Henr. Jac. Basbuyſenius*, teſte Bibliotheca Germanica, Gallice edita Tomo II. pag. 191. Initium factum eſt in Exercitationibus ejus Gemaricis tribus ſuper hunc Codicem anno 1722. 1724. & ſeqq. Serveſtæ editis, quas quidem hactenus vidi. Siſtunt illæ Excerpta Gemarica pauca, Latina verſione expreſſa, notisque amplioribus illuſtrata.

כִּלְאַיִם *Heterogenea*. Verſio Latina B. *Scheidii* exſtat inter MSS. *Morgenwegiana*, nunc mea.

כְּתוּבּוֹת *Literæ matrimonii*, ſeorſim Hebraice, cum *Raſchi* & *Toſephoth* ex edit. Baſil. & Francofurt. *Sulsbaci* in fol. ſine anni indicio.

מְגִלָּה *Volumen Eſther*, Hebr. cum Raſchi, Toſephoth & Piske Toſephoth, Wilmersdorfii in fol. apud R. Hirſch f. Chajim, ſine anno, quem ſuſpicor eſſe 483. C. 1723. quo & *Beza* ibidem prodiit.

מַכּוֹת *Plagæ*, Hebr. cum Raſchi, Toſephoth & Piske Toſepoth, *Wilmersdorfii* 476. fol. *Amſtelodami* 450. C. 1690. fol. & ibidem 483. C. 1723. 8. apud Joſ. Daijan, & *Berolini* 484. C. 1724. 4. apud Nathan Neumarck. MS. habeo in 24.

Eundem

Eundem cum versione Græca & Latina edidit *Herman. Hardtius* Helmstad. 1720. 8. plagulis tribus.

מְעִילָה *Pravaricatio.* B. Cnollenii versio Gemaræ Latina exstat hodie apud viduam Danzianam Jenæ.

מַעַשְׂרוֹת *Decimæ primæ* una cum מַעֲשֵׂר שֵׁנִי ex B. *Scheidii* versione Lat. inter MSS. *Morgenwegiana*, nunc mea. Vtriusque Tractatus versio Latina, quod ad Mischnam, cura *Jo. Vlmanni* legitur in hujus Centuria I. Deliciarum Ruralium pag. 123. sqq.

נִדָּה *Menstruata.* Partem ejus una cum Gemara, manu admodum vetusta scriptam, in fol. possideo ex Vffenbachianis codicibus. Vide Bibliothecam Vffenbachian. MS. compendiariam pag. 38. num. 78.

סוּכָּה, *Tabernaculum.* Hebr. Amstelod. 464. C. 1704. fol. & ibid. 472. C. 1712. 8. apud Mosen Francofurtensem, tum *Wilmersdorfii* cum Raschi, Tosephoth & Piske Tosephoth 477. C. 1717. fol. foliis 56. per R. Hirsch f. Chajim, & ibidem 476. C. 1716. 8. *Offenbaci* 482. C. 1722. 16. item *Berolini* 486. C. 1726. 8. cum Raschi, Tosephoth, Chiddusche Maharscha & Maharschall i. e. R. Schemuel Eidels. Antiquissima, ni fallor, editio est, quæ sine anni, loci aut Typographi indicio prodiit per David פורטירו in fol. Typorum forma *Soncinates* referebat. Vidi eam in Bibliotheca Oppenheimeri.

Eundem tractatum cum Latina versione & notis Philologicis ex utroque Talmude aliisque veterum & modernorum Rabbinorum scriptis edidit *Frider. Bernhard. Dachs*, Thuno-Bernensis, V. D. M. Accedit *Jo. Jac. Crameri*, Theologi quondam Herbornensis, in eundem commentarius posthumus, cum præfat. Davidis Millii, Trajecti ad Rhenum 1726. 4. pp. 580.

סַנְהֶדְרִין *Judices.* De Latina *Riccii* versione vide Vol. III. pag. 918. Caput XI. hujus Tractatus ex nova versione Germanica & accuratiore & luculentiore, notis etiam necessariis instructa, edidit Cl. *Christianus Schœtgenius* Stargard. 1726. 4. sub titulo: Jüdisches Zeugniß von der Warheit des allbereit gekommenen Messiæ, tribus plagulis in 4.

עֲבוֹדָה זָרָה *Idololatria*, Hebraice Amstelod. 472. C. 1712. fol. pp. 96. item cum Raschi, Tosephoth, Piske Tosephoth per Soncinates ut suspicor in fol. sine loco aut anno notato. Capitis I. Mischna tertia diligenter illustratur a Cl. *Jo. Georgio Michaelis*, in Museo Bremensi I. 1. pag. 126.

עֵרוּבִין *Mixtiones*, mandato R. David פורטירו ex correctione R. *Israel Aschkenasi*, qui *Avoda Sara*, & *Succa*, ut diximus, similiter edidit, sine loci & typographi nota in fol. A Soncinatibus profectum suspicor.

עָרְלָה *Præputium arborum*, ex Lat. *Scheidii* versione inter MSS. Morgenwegiana, nunc mea.

פֵּאָה *Angulus agri.* Ex ejusdem versione ibidem.

פְּסָחִים *Paschata*, cum comment. Raschi, Tosephoth, R. Ascher & Maimonidæ, *Amstelod.* 405. C. 1645. 4. & *Wilmersdorf.* 483. C. 1723. fol. Quod ad capita II. priora una cum עץ חיים exstat in *Dav. Millii* Catalectis Rabbinicis. Cl. *Basbuysenius* totius Gemaræ versionem parat, teste Bibliotheca Germanica Tom. II. pag. 191.

קִדּוּשִׁין *Sponsalia*, Hebr. cum Raschi, Tosephoth & Piske Tosephoth secundum edit. Talmudis Francofurtanam, Wilmersdorf. 475. C. 1715. fol. foliis 82.

רֹאשׁ הַשָּׁנָה *Initium anni*, Hebr. Amstelod. 481. C. 1721. 8. apud Jos. Daijan. Editio *Houtingiana*, de qua pag. 714. curata est Amstelod. 1695. 4. pp. 154.

MS. apud me est cum Gemara & commentario Raschii, item commentario tergemino ad *Hilcoth Rosch Haschana* in Ordine I. Arba Turim, מגני ארץ dicto. Vide Bibliothecam Vffenbachianam MS. compendiariam Tom. III. pag. 34. num. 161.

שְׁבוּעוֹת *Juramenta*, Hebr. cum Raschi, Tosephoth, Piske Tosephoth, & Maimonidæ in Mischnam commentario *Wilmersdorfii* 482. C. 1722. fol. per R. Hirsch f. Chajim foliis 49.

שְׁבִיעִית *Annus septimus*, ex versione Latina *Scheidii* inter MSS. Morgenwegiana, nunc mea.

שַׁבָּת *Sabbatum.* Caput VII. & VIII. una cum עץ חיים Hebr. exstat in Cl. *Davidis Millii* Catalectis Rabbinicis, Vltrajecti 1728. 8. De versione Latina *Schmidiana* lege Bibliothecam Fabricianam Part. V. pag. 335. *Tikkun Schabbath*, Sulsbaci 487. 12. editum adjunctum habet commentarium in *Masscheth Schabbath.* Totum codicem rhythmis Hebraicis elegantibus expressit *Abraham Schemuel.* Vide Vol. III. hujus Bibliothecæ pag. 65.

תָּמִיד *Juge Sacrificium.* Hujus cap. I. ex Mischna & Gemara conversum cum notis Latine edidit Cl. *Matth. Asp*, Bibliothecarius Vpsa-

Vpſalienſis, Vpſaliæ 1727. Vide Bibliothecam Lubecenſem Volum. X. pag. 337.

תַּעֲנִית *Jejunium*, Hebr. *Amſtelod.* 483. C. 1723. 8. apud Iſaacum de Corduba.

תְּרוּמוֹת *Oblationes* ex verſ. Lat. *Scheidii* in MSS. *Morgenwegianis*.

Inter illos, qui totum Talmud Latine interpretari voluerunt, (de quibus pag. 717.) numerandus eſt ex Judæis *Jonas Salvador*, incola Pinarolienſis eruditus. Eum enim, ſuaſu Gallorum quorundam, hoc conſilium agitaſſe, & ſecum de eo egiſſe, num operam ipſi ſuam quod ad Latinam Linguam commodare in hoc negotio vellet, teſtatur *Rich. Simon* in epiſtolis Selectis Tom. III. pag. 10.

Petrum Allixium totum Talmud *Latine* interpretatum, & verſionem illam novem conſtare voluminibus in fol. refertur in *Compleat Library* anno 1692. Novembr. p. 480.

B. *Seb. Schmidius* de Corpore Miſchnico idem inſtituerat, quod patet ex Dedicatione ejus Codice *Erubhin* præmiſſa. Confer Bibliothecam Fabricianam Parte V. pag. 335.

Eundem animum quondam fuiſſe B. *Gabrieli Groddeckio*, Profeſſori olim Gedanenſi, intellexi ex literis Celeber. *Lud. du Four*, Abbatis de Longuerue, Pariſiis 1697. ad *Groddeckium* datis, quibus eum ad urgendum inſtitutum cohortatur, nec deterreri vult a *Surenhuſio*, idem eo tempore in Belgio moliente, quippe quem intellexerit penitus inniti interpretationi Hiſpanicæ, quam Jac. Abendana, Judæus, auſpiciis & ſumtibus *Helmontii* elaborarit.

Miſchnam ex verſione Latina *Surenhuſii* & aliorum cum annotationibus ſuis & Hiſtorica Talmudis recenſione ac Judaicæ religionis Synopſi edere ſe velle pollicitus jam pridem eſt Cl. *Chriſtianus Reineccius* in præfat. ad Latinam Alcorani verſionem.

Varios Miſchnæ Codices, lingua *Judæo-Germanica* ab erudito Judæo converſos, poſſidet Rev. *Jo. van der Hagen*, V. D. Miniſter Amſtelodamenſis, quorum ſpecimen ego habeo, ſic ſatis bene comparatum.

Hiſpanica Miſchnæ verſio, una cum commentariis Maimonidæ & Bartenoræ itidem hiſpanice converſis, Venetiis 366. C. 1606. fol. edita exſtitit in Biblioth. *Cornelii Schultingii*, Amſtelodami 1726. ſub haſta vendita. Accipe titulum ex Catalogo ibidem edito pag. 3. num. 27. inter libros Hebræos ita deſcriptum: *Miſnaioth con el comento de el Hacham, la*

la Aquila grande, Rabbenu Moſeh, Hijo de Maimon, y perficiono deſpues de el, el Hacham, el Rab Obadia de Bartenora. Truxe lo a la eſtampa el Hacham perfecto, R. Abraham hijo de Reuben, ben Nachman de Maruccos, cividad principal in Barbaria. Fue correcto con grande eſtudio por el Hacham perfecto R. Iſhac Guerſon, y fue ſu principio en dia quinto, a los treze del mes Niſan, del anno 5366. *en Venecia, por mandado de Zaneto Zeni con licencia de i Superiori.*

Cl. *Jac. Philippus Dorville*, Athenæi Amſtelodamenſis Profeſſor hodie dexterrimus, præfationem, Operi præmiſſam, deſcriptam ad me miſit, quam operæ pretium duco hic ſiſtere.

Prefacion del Estampador.

Dize el pequenno Abraham hijo de R. Reuben ben Nachman, que tienne por acunna Abha-ay-lo del Linage de Azulay, de la ciudad de Marruecos, ciudad principal de Barbaria: Pacifico eſtava en mia caza, y el tiempo me hiſo mover movimiento de hombre, aqui a la exſellente ciudad de Veneſia, que Dios conſerve; aqui me embio el exſelente Sennor R. Abraham ben Vayæs mi pariente de mi familia dicha, para comprar para el Rey, que Dios proſpere, algunas pieſas preſioſas, y eſtuve aqui eſperando un anno y medio, che vinieſe el navio, en el qua me embioſe haſienda para la dicha coza; y por nueſtros pecados ay en nueſtra terra todos los malos Juizios de Dios, eſpada, mortandad y hambre; por que el Rey tiene guerra con ſu hermano, y no ai quien ſalga, ni quien entra, y tanbien aqui no tuve descanſo ni repoſo, por que tengo pleito con un mercador, y hize grande gaſto en eſta tierra y eſtoy admirado por eſta mala coſa; y puſe en mi coraçon una coſa buena, para hazer las Misnajot grandes en eſtampa con el comento de Rabbenu Mosſeh, hijo de Maimon, y de R. Obadia de Bartenora, y Dios bendito ſabe, que mi intenſion es por el bien comun, aun que tanbien en eſto es el provecho de dinero; y por eſto me esforſe con diligencia, para hazer las Misnajot grandes en eſtampa (y Dios bendito me esforze) con letra quadrada de Eſcritura Ebrea, lo que no ſe hizo en tiempo paſſado, y tanbien les hize la correcion cierta, come conviene, y lo hize de papel bueno, y con buena tinta, y no tengo neceſſitad de declarar la exſelencia de las Misnayot, por quanto todo mi pueblo ſabe, que la Miſna & la Ley mental, che fue dada a Mosſeh en Sinai, como dizen nueſtros Sabios, y como veras en la prefacion de Rabenu Moſeh; y tanbien annadi ſobre eſto

esto la orden de los seis Sedarim, y tanbien la Orden de los tratados, como la ordeno Rabenu Akados, como escrive Rabenu Mosseh en su prefacion; y espone el *Seder Kodasim* antes del *Seder Taarot*, y los que hisieron la primera impresion, no hisieron ansi; y tanbien en todos los tratados pusieron primero el que havia de ser despues, y pusieron atras el que havia de ser antes, y - - hize ansi, y tanbien con todos los tratados pusieron primero, y lo hize conforme Rabenu Mosseh, y sobre ello no se deve annadir, ni della se deve deminuir, y al Dio Bendito - - para empesar y acabar sin dannador y atorcedor; y me haya merced para meditar en la Ley io y mi simiente desde agora, hasta siempre, y con coraçon quebrantado rogare el Dio vivo, que es nuestro Padre y formador; encomienda salvasion en Jaacob, y sea edificada la ciudad de Sion, y se componga el servizio de Jerusalaim, y sea lhena la tierra de conosimiento del Sennor presto en nuestros dias. Amen. *Huc usque Operis rarissimi præfatio.* Summa ejus hæc est: *Abrahamus* fil. *Ruben*, versionis hujus auctor, patria Marocchiensis, ex Barbaria, Venetias missus erat ad monumenta quædam pretiosa in Regis usum comparanda. Ibi igitur is per unum & dimidium annum commoratus, navemque, qua in patriam reduceretur, frustra exspectans, quoniam Rex Marochiensis, bello cum fratre germano implicitus, nemini vel abitum vel accessum permittebat, consilium cepit otium suum huic operæ impendendi. Hanc præfationem sequitur alia Maimonidæ, quæ rationem & argumentum totius Corporis Mischnici persequitur, foliis triginta; deinde ejusdem Prologus super Ordinem *Tahoroth*, foliis sedecim, cum versione trium tantum capitum Codicis *Mikvaoth*, qui in hoc Ordine sextus est. Reliqua vero hujus Codicis capita & codices reliqui hic, nescio qua de causa, non apparent conversi. Exemplum hoc emtionis jure pervenit ad Judæum quendam Lusitanum Amstelodamensem, qui consilium cepit reliquos Ordinis sexti codices itidem Hispanice convertendi, & totum Opus iterum in lucem proferendi. Id docuit me Cl. *Gutl. Surenhusius* per literas an. 1727. datas. Consilium interim illud in destinatis adhuc numeratur. Ex recensione, quam habeo, perspexi, nonnunquam capita Tractatuum alio ordine, quam quo hodie exstant, collocata fuisse.

IV. CATALOGVS DOCTORVM MISCHNICORVM Alphabeticus, ex libro *Juchasin.*

B. *Jo. Christoph. Wagenseilius* in Supplementis MSS. ad Buxtorfii Biblioth. Rabbinicam, trium philyrarum, quæ utenda Norimbergæ beneficio Rev. *Engerері*, V. D. M. Schwobacensis, habui, ſvadet, conferri ſecum invicem librum *Schalſcheleth Hakkabbala*, *Zemach David* & *Juchaſin*, cenſetque, ſic facile appariturum, qui quaque ætate Sapientes apud Judæos floruerint, quidque ab illis fuerit editum. *Præſtiti id* (ita pergit) *juſſu olim inter nos incomparabilis, nunc in cœlis beati Viri*, Jo. Henr. Bœcleri, *cum Sec. XV. poſt N. C. atque omnes illius ævi Rabbinos cum ſcriptis ipſorum recenſui. Quod Hiſtoriæ Judaicæ fragmentum fortaſſe in commentariis ejus poſthumis de Friderico III. Imperatore brevi comparebit.*

VI. CATALOGVS DOCTORVM MISCHNICORVM Alphabeticus.

אנטיגנוס איש סוכו *Antigonus Sochæus*, Præceptor *Saduci* & *Baithos*, quibus Sadducæorum & Baithoſæorum ſecta ſuam debet originem. Hac ego occaſione pag. 815. ſq. de ſectis Judæorum antiquis commentatus Scriptores de illis præcipuos produxi, loco forte non admodum congruo. Vnde nec miror, eum Venerab. *Chriſtoph. Matthæi Pfaffii* induſtriam ſubterfugiſſe, quandoquidem Parte II. egregiæ Introductionis in Hiſtoriam Theologiæ Literariam p. 24. nullam à me hæreſium Judaicarum mentionem factam eſſe ſcribit. Nunc, quoniam ita inſtituimus, cetera hic eodem ordine perſequemur.

De *Hæreſibus* & *Sectis Judæorum* in genere leges *Bartoloccium* Tomo I. Biblioth. Rabbin. pag. 370. ſqq. qui locus ſupra pag. 815. lin. 10. perperam, operarum vitio deſignatus eſt, cum ad ſequentem pertineat. Adde *Auguſtini Calmeti* diſſertationem de Phariſæis, Sadducæis, Herodianis & Eſſenis, quæ exſtat Tomo II. Prolegom. & Diſſertatt. ejus pag. 80. ſqq. verſ. Lat. Manſianæ & J. P. Reflexions ſur l'hiſtoire des Juifs Parte II. cap. II. pag. 13—58. ubi ſuccinctam earum, & *Samaritaniſmi* quoque hiſtoriam leges.

Jo.

Pertinet huc *Jo. Lewis*, Anglus, in Originibus Judaicis lib. II. cap. 20—26. pag. 224—266. qui perperam Herodianos Publicanos & Galilæos sectariis Judæorum accenset.

Humphred. Prideaux in Connexione Historiæ Veteris & Nov. Test. Parte II. lib. V. pag. 411. sqq. versionis Germanicæ Tittelianæ.

Simon Paulinus in Dissert. de Bihæresio Judæorum Rabbanitis & Karæis, Upsal. 1691. 8. plagulis 13.

Guilielmus Whistonus in Records of the Old Testament. Conf. Acta Erudit. Lipsiensia Latina an. 1729. pag. 108.

Anonymus in Schediasmate MS. de septem hæresibus Judaismi, Sadducæis, Scribis, Pharisæis, Hemerobaptistis, Nasiræis, Essæis & Herodianis, quod memoratur in Bibl. Uffenbachiana MS. compendiaria pag. 602. num. VII. Judæorum sectas cum sectis Græcorum Philosophorum comparat Rev. *Jo. Georg. Walchius* in Observationibus Sacris Parte I. pag. 15. sqq.

De tempore, quo Pharisæorum, Sadducæorum & Essenorum sectæ ortæ sint, disserit Celeb. *Jo. Gothofredus Lakemacherus* in Observatt. Philolog. Parte I. pag. 1. sqq. in cujus cogitata animadvertit auctor der Jenischen Monahtlichen Nachrichten, an. 1726. pag. 106. sq.

De Meristis, Genistis, Galilæis, Hellenianis, tanquam Judæorum sectariis, quos Justinus Martyr in Dialogo cum Tryphone commemorat, lege ingeniosam *Thirlbii* conjecturam in notis ad Justinum Mart. p. 312. Huc spectant duæ *Jac. Rhenferdii* dissertationes de fictis Judæorum hæresibus in Operibus ejus recusæ pag. 41. sqq.

De PHARISÆIS

speciatim commentantur *Jo. Stephanus Menochius*, S. J. in Trattenimenti eruditi Parte I. pag. 244. sqq. ubi & de illorum à Scribis discrimine disserit; & *Jo. Schmidius*, Prof. Erfurtensis, in dissert. de Secta Pharisæorum, Erfurti 1674.

De SADDUCÆIS

M. *Sam. Barthel* in disput. de Sadducæis, Lips. 1699. & *Jo. Steph. Menochius* loc. cit. pag. 247. De iisdem & Karæis, itemque Samarita-

nis singulares dissertationes prelo paratas habet Celeb. *Michael le Quien*, Ord. Dominicanorum, quod ex eruditissimi *Dionysii Franc. Camusati* literis didici. De tempore, quo primum orta sit Pharisæorum Secta, vid. Cl. *Jo. Gothofr. Lakemacherus* Parte I. Observatt. Sacrar. p. 1. sqq.

De ESSENIS

legenda fuerit singularis disputatio Cl. *Jo. Joachimi Langii*, Professoris Halensis, demonstrans, eos non fuisse Judæos, sive peculiarem Judæorum Sectam, Halæ 1721. Idem alia dissertatione eodem anno adstruere conatus est è Philone Judæo, Therapeutas in Ægypto non fuisse Judæos, multo minus Christianos, sed Philosophos Barbaricos Judaizantes. Illi se opposuit M. *Frider. Carol. Zinck* in dissert. Historico-Critica de Therapeutis Lips. 1724. nec minus doctissimus *Heumannus* in Actis Philosophicis Parte XVI. pag. 504. sqq. Judaismum illorum ex Philone adstruens. E contra & Therapeutas Philonis & Essenos Christianos fuisse, atque ideo nusquam à Talmudistis, qui Sadducæos passim crepent, memoratos, diutissime autem pro parte Ecclesiæ Judaicæ habitos, & à sanandi dono celeberrimos fuisse statuit Rev. *G. G. Zeltnerus* in Disput. de Josephi Silentio Historiæ Evangelicæ non noxio pag. 44. Longius hic processit *Jo. Georgius Wachterus* in libris II. de Christianæ religionis primis incunabulis, quos manu exaratos habeo. Eorum prior agit de Jessæis, Christianorum inchoatoribus, posterior autem de Christianis Jessæorum posteris. Periculosissimam nec temere approbandam auctoris ὑπόθεσιν recte castigat Rev. *J. F. Reimmannus* in Catalogo Bibliothecæ suæ Part. II. pag. 1025. sqq. Contra eandem mascule dixit *Humfredus Prideaux* in Connexione historiæ Vet. & Nov. Test. Part. II. lib. 5. pag. 446. sqq. versionis Germanicæ, inter cetera ostendens, Pontificios & Deistas eam ad palliandos errores suos adhibere. Confer Bibliothecam Anglicanam, Gallice editam, Tom. III. pag. 537. sqq.

De HASIDÆIS

quos nonnulli cum *Essenis* eosdem faciunt, lege M. *Jo. Iseri* Parallelismum veterum & recentium Hasidæorum, Altorf. 1708. 4. qui & de reliquis Judæorum sectis commentatur.

De

De KARÆIS

conferatur B. *Jo. Franc. Buddeus* in Historia Eccles. Vet. Test. Tom. II. pag. 1209. sqq. & in Isagoge Historico-Theologica ad Theologiam universam p. 1652. sqq.

בבא בן בוטא *Bava ben Bota;* de quo legendus est *Christianus Noldius* in Historia Idumæa, quam *Crenius* Fasce IV. Exercitationum recudi fecit, pag. 442. sq. & 659. sqq.

רבן גמליאל הזקן *Rabban Gamliel*, Senior. Vide B. *Jo. Gvilielmi Baieri* Dissertat. Theolog. de Consilio Gamalielis, capite I. quod ad ipsum Gamalielem spectat, & contra Lyram, Cornel. à Lapide, Baronium, aliosque Pontificios ostendit, Gamalielem Christo nomen non dedisse, quod ipsum ante Calvinus, Beza, Buxtorfius, Lightfootus & Ludov. Cappellus adstruxerant. Adde *Obavi Celsii* disputat. de *Rabban Gamliel*, Seniore, Vpsal. 1715. 8. ubi etiam de loco Act. V. 38.

דסתאי *Dosthai.* De *Dosthai*, Judæo gente, sed ad Samaritanos digresso, lege *Philastrium* de hæresibus, cum notis doctissimi *Jo. Alberti Fabricii* p. 13.

הלל הזקן *Hillel Senex.* Inspice *Thomam Smithium* de Paraphrasibus Chaldaicis cap. II. pag. 55. sqq. & *Sam. Petitum* Observationum lib. III. cap. III. pag. 262. sqq. qui inprimis contra Casaubonum in Exercitationibus contra Baronium ostendere conatur, Hillelem hunc non esse eundem cum Pollione, de quo Josephus. Adde, quæ scripsimus Vol. II. pag. 828.

הלל הנשיא *Hillel Hannasi*, seu *Princeps.* De generationibus, quæ inter Hillelem Seniorem, & hunc nostrum intercesserunt, lege *Sam. Petitum* Observatt. l. c. qui pag. 268. sqq. diligens est in definienda ætate ejus, quam ad Constantini M. tempora refert. Adde *Christian. Noldii* Historiam Idumæam in Fasce IV. Exercitationum Creniano pag.

 659.

659. sqq. & *Jo. Meyerum* in notis ad Tractatum de Festis diebus Hebræorum pag. 41. sqq. ubi de Hillele hoc & ejus Cyclo disputatur.

הרוגי מלכות *Haruge Malcuth*, ita vocantur, non tam ideo, quod *a regno Romanorum* trucidati sunt, quam quod *propter Regnum Dei* obtruncati interierunt. Eorum perhonorifica est apud Judæos memoria. Vide hæc summatim perstringentem Rev. *Zeltnerum* in disputat. de *Beruria, Judæorum doctissima fœmina*, §. XII.

חנניה בן תרדיון *Chananja f. Tardijon*, de quo copiosius differit laudatus *Zeltnerus* loc. cit. §. VII. sqq.

טרפון *Tarphon*, sive *Tryphon*. Vide, quæ & quos de eo affert præstantissimus *Fabricius* noster in Luce Evangelii, toti Orbi exoriente, pag. 159. Adde Bibliothec. Theologico-Philolog. Bremensem Class. VI. pag. 374. item *Sam. Petitum* Observationum III. 3. pag. 298. sqq. ubi de *Delphone* æque ac *Tryphone*. *Tryphonem*, Justini Martyris in Dialogo collocutorem non esse *Tarphonem* hunc, censet *Jo. Clericus* in Historia Ecclesiastica pag. 633. cui adstipulari videtur *Styanus Thirlby* pag. 137. ad Justini Mart. Opera.

ר' יהודה בן ר' שמעון R. *Jehuda ben Rabban Schimon*, alias R. *Jehuda Sanctus*. Eum ab Antonino Imp. de adulterio filiæ suæ consultum esse fabulantur Judæi in Gemara ad Avoda Sara cap. 1. Totam hanc fabulam illustrat B. *Jo. Heimreichius* in Actis eruditis Franconicis Parte I. pag. 46. Part. III. pag. 147. V. pag. 314. & VII. pag. 457. sqq.

ר' יוסי בן יועזר R. *Jose f. Joezer*, Tzeredensis. De eo lege *Anton. Julii Hardtii* disput. de studiis per colloquia cum eruditis, præside Lakemachero, ad dictum quoddam hujus *Jose* ex *Pirke Avoth* habitam, Helmstad. 1728. in qua & de ipso auctore differitur. Effatum illud ita habet: הוה מתאבק בעפר רגליהם quod ita convertitur: *contende, luctare in pulvere pedum* (Sapientum) ex *Genes.* XXXII. 24.

ר' ישמעאל R. *Jischmael*. Confer Vol. III. num. 1295.

ר' מאיר

ר׳ מאיר R. *Meir*, maritus *Berurjæ*, fœminæ eruditæ, de quo Rev. *Zeltnerus* in Diſputat. de illa *Berurja* commentatur §. 18.

רבן שמעון בנו של הלל הזקן *Rabban Schimon fil. Hillelis Senioris*, quem permulti, pag. 862. appellati, eundem faciunt cum *Simeone*, de quo *Luc. II.* 25. Confer, quæ ad illum locum in Curis Philologico-Criticis diximus. Obſtat tamen huic conjecturæ, quod *Simeon* hic Hilleli, parenti ſuo, annis aliquot poſt Chriſtum natum, i. e. annis LX ante Templi excidium ſucceſſerit. Id vero concipi non poteſt de viro, qui Chriſtum publice Meſſiam profeſſus fuerat, indice *Adriano Relando* in Antiquitatibus Hebraicis Parte II. cap. VI. §. 11. pag. 243.

Hæc quidem ſupplementa nunc ſufficiant. Memini auctores eruditos der Monahtlichen Nachrichten, quæ vernaculo ſermone lucem viderunt Jenæ 1727. menſe Sept. & Octobr. optare, ut ampliorem Doctorum Miſchnicorum & Gemaricorum notitiam tradam. Cum vero poſteriorum cognitio ad paucos pertineat, ab opera hac conſulto abſtineo. Interim operæ pretium puto, *Jo. Henrici Otthonis* Hiſtoriam Doctorum Miſchnicorum hic totam, eamque *Adriani Relandi* obſervationibus locupletatam, inſerere, cum libellus ille potiores illorum diligenter perſequatur, & hodie in paucorum manibus verſetur. De eo Volum. II. pag. 806. ſqq. quantum ſatis eſt, dixi. Jam de Auctore ita habe. Natus *Bernæ* 15. April. 1651. obiit d. 16. Julii 1719. poſtquam per aliquot annos primum Philoſophiam in Academia Lauſannenſi docuiſſet, deinde vero in vicis *Ruegſau* & *Höchſtetten* Verbi Divini miniſtrum egiſſet. De reliquis vitæ ejus, itinerum, fatorumque momentis, ſcriptisque tum editis, tum affectis, & in ſcrinio relictis lege Bibliothecam Bremenſem Claſſe VI. pag. 291. ſqq. *Oxonii* in itinere literario conſtitutus libellum hunc anno 1672. 12. enixus eſt. Fœtum hunc lambendum ſuſcepit *Adrianus Relandus* & publico ſuſcipiendum tradidit Amſtelodami 1698. 8. omiſſo tamen & nomine ſuo, & anni indicio. Hinc factum eſt, ut in Bibliotheca Bremenſi Claſſ. I. Faſcic. II. pag. 88.
&

& Classe VI. pag. 293. in annum 1699. referretur. Anno vero 1698. lucem vidisse ex eo mihi plenissime persuasum est, quod *Neocorus* illum in Bibliotheca Novorum librorum Tomo II. pag. 860. mense Decembri illius anni enarrat. Jam libellum ipsum cum notis *Relandi* accipe ubi sciveris, Arabica, rarius occurrentia, hic esse omissa.

JOHANNIS HENRICI OTTHONIS
שלשלת חכמי המשנה
HISTORIA DOCTORUM MISNICORUM


Qua opera etiam

SYNEDRII MAGNI HIEROSOLYMITANI

Præsides & Vice-Præsides recensentur.

Additæ sunt huic Editioni Notæ ab harum Literarum Studioso.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.



Exhibemus hic, Benevole Lector, quasi in tabella & brevi compendio, Historiam Ecclesiæ Judaicæ, quinque sæculorum intervalla complexam. Vitas nempe Celeberrimorum inter Judæos Virorum, qui Sapientiæ fama inclaruerunt, & quorum memoriam soli nobis illi conservarunt, qui Eos, ut Magistros & Antecessores suos, venerantur. Frustra enim apud alias Gentes quicquam quæsiveris, quod ad hanc Historiæ Judaicæ par-

partem faciat. Soli Hebræi è πατροπαραδότοις Traditionibus hausta literis ea consignarunt, & illorum notitiam ad nos transmiserunt: modo, si nucleum esse velimus, frangamus putamen. Sane non inutilem esse hanc operam ostendit Historiarum, qualescunque sint, insignis utilitas; quum & ideas rerum ante nos gestarum clariores reddant, & animum prudentia instruant, doceantque

ἰδεῖν πρόσσω καὶ ὀπίσσω.

Eminere autem præ reliquis, & agmen ducere Gentis Hebrææ Historiam, non difficulter concedet, qui ad Divini illius Populi præstantiam, & miraculosam conservationem, ejusque nexum cum Christianismo, attenderit. Quid enim est Christiana Religio, nisi reformatus Judaismus, cujus vera principia confirmat, & tuetur? Utilissimum ergo erit, Illorum, qui eundem nobiscum Messiam, eandemque Fidei basin, agnoscebant, Sapientiam, mores, & acta cognoscere; ne, in Antiquitatibus Romanorum Græcorumque Lyncei, in illa Historia cæcutiamus, quæ maxime illustrationi Divinorum Oraculorum inservit. Heic statum Ecclesiæ Judaicæ, à condito Templo Secundo usque ad Urbis eversionem sub Tito & Hadriano, contemplamur. Hic lucidissima, quæ Synedrium, & Scholas, Babylonicam, Hierosolymitanam, & Jafnensem ornarunt, Sidera, Sapientissimos Viros, eorumque ætatem, prosapiam & acta memorabilia, quæ innotuere, perlegimus. Heic Johannem Zacchæidem, Gamalielem, Menahemum, Nicodemum, Samuelem Exiguum, Jacobum, ipsumque Generis humani Sospitatorem, Jesum (cujus natales impie pervertunt Judæi, ipsi inter se necdum concordes) memoratos cernimus. Quæ nomina, si probabilibus Philologorum conjecturis locum demus, Sacris Novi Testamenti voluminibus inserta apparent, & sive appareant specie tenus, sive revera à Spiritu S. innuantur, ulterius tamen examen merentur. Studio autem Misnico nil est quod copiosius Lumen affundere queat, quam notitia ætatis, morum, & rerum gestarum, queis illi inclaruerunt, quorum Statuta ibi traduntur?

Ad quæ omnia, & plura, quæ omittimus, alia, quum se extendat harum rerum utilitas, mirum videri posset, nunquam à Christiano traditam esse singulari volumine Horum Doctorum historiam, cujus notitia Literatus orbis destituebatur. Hebræi id egerant jam olim, in Misna, & præcipue in Tractatu פרקי אבות, *Capitulis Patrum*, in Gemara deinde אבות דרבי נתן & Tabulis Chronologicis recentioribus,

quales ספר יוחסין, *Liber Prosapiarum* R. Abrahami Zacuth Salmanticensis, ספר הקבלה R. Abrahami ben Dior (aliis ben David) שלשלת הקבלה R. Gedaliæ, צמח דוד R. David Gans, Præfatio R. Maimonidis, præmissa סדר Misnico זרעים, ejusque Commentarii ad Pirke Abot, ut & Abarbanelis, R. Samuelis Jarchi, R. Samuelis di Uzida, הליכות עולם, & quæ plura hujus farinæ inveniuntur. Inter Christianos vero placuit *Johanni Henrico Otthoni*, Eruditissimo Viro, cujus Lexicon Philologicum plurimorum manibus teritur, Misnicorum Doctorum vitas hoc Syntagmate breviter complecti. Quod dum prælo iterum subjicere cogitaret Typographus, Notas ego passim adjunxi, quæ nonnulla, strictius ab Auctore notata, explicarent fusius, obscuris lucem affunderent, & si quæ forte culpanda viderentur (dum hæc scribens Oxonium profectus erat studiorum gratia, quæ accuratæ harum rerum meditationi, ut παρέργῳ & horarum subcisivarum fœtui, locum non dederunt) eadem Libertate, qua meos mihi nævos ostendi desidero, corrigerent. Chronologos Hebræorum Celeberrimos, quorum modo facta est mentio, contuli; & quæ rei præsenti inservire poterant, excerpsi; quamvis non omnia, sed speciminis loco, ex messe manipulum. Historiam enim illorum Doctorum, quos Auctor noster præteriit, levi penicillo descripsimus, ut ætas saltem illorum innotescat. Sunt autem in Universum, juxta computum R. Mosis Maimonidis, Doctores in Misna memorati (& hinc dicti Misnici) 130, inter quos 37, quorum semel tantum in Misna est mentio. Vocantur ab Hebræis תנאים, a תנא, peculiari docendi modo: quod nominis Gamaliel II. primus adoptasse dicitur; alias etiam הוראים appellantur. Horum primus unanimi fere Hebræorum consensu Simeon Justus statuitur: Cui auctor noster Ezram præmisit, quia eidem Collegio, Synagogæ M. cum Simeone Justo interfuit. Plurimos Doctores, quorum Auctor non meminit, per modum συγχρονισμῶν, ad calcem Historiæ illorum Rabbinorum, quibus coævi fuisse videbantur, disposui, ut, consulto Indice, Lector Ipsorum ætatem, si desideret, invenire possit. Quæ dum pararem, auctoritatem maxime Celebrium in gente Judaica Virorum, maxime Maimonidis, & Auctoris Libri Juchasin, secutus, observavi me à plurimis aliis, nec infimi subsellii Chronologis Judæorum, secessisse, qui longe diversis sæculis horum ætatem assignabant, quam ego annotaram. Id ergo Tuum erit, Benigne Lector, in accurata definitione ætatis cujusque Rabbini hæsitanter procedere, & παραχρονισμοὺς, qui ex collatis simul horum Synchronismis resultant,

ſultant, mihi non imputare; qui, ut huic malo medelam aliquam afferrem, plurimos Doctores Miſnicos, qui eodem ſaltem ſeculo (quoniam de anno aut decade annorum non conſtabat) vixerant, eadem ſerie exhibui, & ad quaſdam דורות, *generationes*, ut Judæi ſolent, retuli. Ita videbis, ad finem vitæ Jochananis ben Zaccai, & Eliezeris ben Hyrcani, omnes illos Rabbinos conjunctos, qui paulo ante Excidium Urbis ſub Tito, & proxime poſt Excidium, vixerunt; quamvis alter nonnunquam alterius fuerit diſcipulus, & nonnulli ex his *σύγχρονοι* R. Akibæ, adeoque ſerioris ævi fuiſſe ab aliis dicantur. Hæc enim Judaicæ gentis incuria eſt, quod ubique antichroniſmos committat inexcuſabiles, & maxime, quod Hieroſolymitanam everſionem ſub Tito & Hadriano confundat. Cui confuſioni originem, ut cauſas generaliores ſilentio prætercam, conſuetudo Chronologorum inter Judæos dedit, qui ætatem hujus illiusve Doctoris definituri, plerumque non annum à Condito Mundo, aut Templo, aut Æræ Contractuum, determinant; ſed ab illis, qui ראשי דורות *Capita generationum*, vocantur, characterem temporis deſumunt. Ita quære ab Auctore Juchaſin, quo ſeculo vixerit R. Eliezer ben Zadok, reſponſum feres, היה בזמן ר׳ מאיר, Vixit tempore R. Meir. (Maimonides tamen hunc R. Jochanani ben Zaccai coævum ſtatuit, quem nos ſecuti ſumus, ob Hiſtoriam de eo traditam pag. 105.) Pari modo, Abam Eliezerem ait vixiſſe בזמן תלמידי ר׳ עקיבא, tempore diſcipulorum R. Akibæ, atque ita in reliquis. Quum ergo de tempore, quo Ipſe R. Meir, & Akiba vixerunt, magna ſint inter Chronologos Judæorum divortia (ut apparebit infra pag. 94, 95.) quomodo de reliquis certi erimus, quorum ætas ab illis characterem ſuam accipit? Hæc ratio eſt, cur Chronologiam & temporum rationem conciliare non ſim aggreſſus, quum inter Judæos, ut horologia, conveniat: quorum ego ſententiam, non meam, expono. Quæ ubi non repugnat genuinis Antiquitatis monumentis, fidem meretur, quam Hiſtoricis debemus, qui ſuæ gentis Hiſtoriam Literis mandarunt. Nec tamen omnia certa exiſtimamus, quamvis nulla addita ἐπικρίσει multa narremus commenta Judæorum, quibus Doctorum ſuorum eruditionem, pietatem & famam extollunt, ſed Lectori harum rerum perito dignoſcendas relinquimus Hiſtorias,

Si qua ſub ærato mendoſum tinniat auro.

Ita quisque ex ingenio ſuo demat, vel addat fidem.

Restat unum, Benevole Lector, quod peto, ut de conatibus nostris benigne judices, & argumentum scriptionis magis quam ordinem & stylum attendas. Si vero in vertendis Hebraicis aut alibi hallucinatus sim, lubens errorem agnoscam: quia nuspiam tam facile, quam in his literis errari unusquisque novit, qui vel à limine hæc sacra salutavit. Viri harum rerum peritissimi, Pocokius, Seldenus, Altingius, Hottingerus, Vorstius, effugere non potuerunt, quo minus alicubi ineptæ versionis nota iis inusta sit. Quid? quod Bochartus animadverterit, ter in una tantum Talmudis linea cæspitasse Virum summo opere eruditum, quem Edmundus Castellus vocat Illustrissimum totius Mundi Professorem. Tuæ itaque, quisquis hæc leges, benevolentiæ me committo; prius tamen exhibita Ipsius Auctoris Præfatione (nequid huic Editioni desit, quo gaudebat prior) quæ hæc est.

BENEVOLIS LECTORIBUS

Salutem.

Cum primum animum ad studia Talmudica applicabamus, & elegantiora aliquot Massictot, qualia sunt, Schecalim, Sotah, Taanit, Megillah, *versione & Notis dilucidabamus; sæpius nobis magnæ obortæ sunt difficultates, ex eo, quod in historiis Hebræorum antiquioribus non ita bene versati eramus. Aliquando etiam nobis occurrebat aliquis Doctor, cujus doctrina quidem placebat, sed, quis fuerat, ignorabamus; ut itaque hanc caliginem dispelleremus, vetustum* Chronicon Juchasin, *& duo alia recentiora* Schalschelet Hakabala *&* Zemach David *excussimus, & tum ex illis, cum ex variis locis Talmudicis ea collegimus, quæ nobis in talibus aliquam lucem afferre possent. Cujus studii aliquod specimen dedissemus in editione illorum Tractatuum, si illi repagula scrinii nostri hactenus frangere potuissent. Nunc autem lubuit ex professo aliquid circa hanc materiam publico dare,* parum quidem admodum de multo, *sed quod tamen sufficiet, si diximus, quod dici debebat. Quod an exsecuti simus, aliis judicandum relinquimus. Credere tamen volumus, nos hic quædam rerum vestigia pervasisse, quæ* τοῖς θεολογουμένων παισὶ *imprimis utilia, alios vero suavi voluptate delectare possunt. Quod si quis inter ruspandum repererit, nos aliquando hallucinatos esse, pro sua æquitate considerabit, has exercitatiunculas, inter peregrinandum, absque necessariis subsidiis effusas magis, quam elaboratas esse, nec nobis aliter de his consilium inire, quam soluto impetu, licuisse. Si tamen aliquis erit, qui ea, quæ neutiquam reprehensione digna sunt, insectabitur, ipsius fastidiosam querimoniam expugnare*

pugnare nunquam laborabimus, solo hoc interno contenti patrocinio, quod studuimus prodesse, *Magni quid vero acquisivisse existimantes, si quibusdam probis & eruditis placuerimus; quod etiam unicum erit, quo cum tempore ad majora exstimulabimur.*

HISTORIA DOCTORUM MISNICORUM PRÆSTANTIUM.

ESRA. A. M. 3413. †

I. Quamvis Esra prophetis accenseatur, ipsum tamen hic Doctoribus illis, quos proletarie depingere instituimus, tanquam caput præfigimus, partim quia Concilio celeberrimo, quod כנסת הגדולה *Synodus magna* * vocatur, præsedit, cujus membra Misnicas traditiones plurimas fecerunt; partim vero quia co- pag. 1.

† Characterem temporis, quo Ezra vixit, hunc adsignat R. Gedalias in *Schalschelet Hakkabbala*, *pag.* 14. & 82. quod anno mundi 3370. à Barucho in Babylonia Kabbalam acceperit, & συγχρονοι ejus fuerint Plato, quem cum Jeremia in Ægypto locutum refert, Demosthenes, Theophrastus, Lucius Tarquinius, ultimus Romanorum Rex, Pyrrhus, Rex Epiri, Themistocles, Marcus Curtius &c.

* Ita diserte *R. Abraham Zacuth* in *Sepher Juchasin* f. 11. בית דינו של עזרא הוא הנקרא כנסת הגדולה שהחזירו העטרה ליושנה: „Domus Judicii Ezræ appellata est Synagoga magna, quia illius membra restituerunt „coronam Legis in statum pristinum. Non debet illa confundi cum Synedrio Hebræorum ordinario; illa enim 120. membris constitit, hoc paucioribus. Illa desiit in Simeone Justo, hoc diutissime post ea tempora permansit; uti patebit è sequentibus. Non desunt tamen qui totam Synagogæ magnæ historiam pro fabula habent. Dubito, an sufficienti fundamento. Fuit Ezra vicesimus secundus, qui *Kabbalam*, seu traditiones recepit, juxta auctorem Sepher Juchasin, R. Abraham Zacuth. Existimavit Picus Mirandulanus Septuaginta libris Kabbalam hanc ab Ezra conscriptam esse, qui comprehendantur in numero librorum ducentorum & quatuor, quorum mentio fit in IV Esdræ Libro Apocrypho cap. 14. v. 44 aitque, ne quis dubitet de veritate historiæ, hos libros summa impensa sibi coemtos esse, & quum illos diligenter perlegeret, multa se in iis invenisse imo pene omnia consona fidei Christianæ, quibus illi Judæos suis telis confodiant. Gaudeat ille suis thesauris, dum ψευδεπιγραφοις delectatur, quorum feracia fuerunt priora sæcula (& quis omnia enumeret!) ut magnorum virorum auctoritate sua placita stabilirent. p. 2.

Non tali auxilio, nec defensoribus istis, Res Christiana indiget.

coætaneos plurimos habuit, qui hic produci merentur, quique deinde pro gloria duxerunt, doctrinam suam ab illo accepisse, & discipulorum ejus nomen ferre.

II. Fuit Esra (secundum *Juchasin* p. 13.) חסיד מאד ועניו כמשה *Religiosus valde & mansuetus instar Mosis*, omni denique scientia ad Præsidis spartam exornandam ita instructus, *ut scriba legis Domini ingeniosus & velox* dici meruerit; v. c. D. Buxtorf. Com. Mas. p. 99.

pag. 3. III. Impingit autem *Zacuth* cum loco cit. non dubitat Esram cum Zerubabele confundere; ut & Elias in præfatione *Masoræ*, quando dicit עלה עזרא הוא מלאכי *ascendit Esras, qui est* * *Malachias*. Distinctæ personæ confundi non debent: & mirum est, quomodo id fieri potuerit, cum pater ejus Saarias filius Asariæ, duodecimus ab Aharone, tam ignotus non fuerit.

p. 4. IV. Cum Esra se ad iter Hierosolymitanum accingeret, omnem diligentiam adhibuit, ut populum Israeliticum, qui ob captivitatis injurias maculosus factus erat, redderet נקי כסולת *purum instar farinæ*: segregavit itaque à sacerdotibus & Levitis atque Israelitis puræ stirpis, unum-

* Ita Paraphrastes Chald. ad Mal. 1. 1. ביד מלאכי דיתקרי שמיה עזרא ספרא „ Per manum Malachiæ cujus nomen est Ezra scriba. Eidem opinioni faverunt Hieronymus R. Nachmanides & Calvinus. Etiam in Chronico Samaritanico ἀνεκδότῳ facta Ezræ & Zerubbabelis, uti etiam Cyri & Nebucadnezaris confunduntur, pag. 220. 223. quo eodem vitio laborare Epiphanium observat Celeb. Petavius in not. pag. 21. ita & in Sepher Hakkabala, Zerubabel ותבאים עם זרובבל & ii, qui cum eo egressi sunt, Mordechai, Nehemia, Jeschua, Seraja, Realja, Mispar, Rachum, Baana, dicuntur ראשי כנסת הגדולה, *Capita Synagogæ* nulla facta Ezræ mentione. Familiare hoc vitium est scriptoribus Judæorum ἀντιχρονισμοῖς peccare. Originem vero hujus confusionis, qua Ezra putatur idem cum Malachia, inde deduxerim (facem præferente Abrabanele in Præfatione ad Prophetas minores) quod Judæi nomen מלאכי, *Maleachi*, quod Prophetarum ultimo tribuitur, existimaverint non esse viro alicui proprium, (uti etiam οἱ LXX. qui Mal. 1. 1. Malachiam vertunt, ἄγγελον αὐτῦ.) sed nomen muneris & officii, uti *Propheta*, *Legatus Dei*, quum Maleachi ex vi linguæ Hebraicæ *Nuncium meum* significet. Qua hypothesi admissa, quoniam vix ullus Ezra illustrior nuncius Dei, Hierosolymam missus iis temporibus vixit, non dubitant affirmare, per Malachiam Ezram intelligi. Huc etiam videtur alludere Elias in Præf. rhythm. 1. qui, cum Ezram dixisset esse Malachiam, versu sequenti subjungit, illum fuisse *Dei nuncium*, quasi originem hujus vocis & opinionis ostendere voluisset. Refutavit hoc Rabbinicum εὕρημα Celeb. Huet. Demonstrat. Evang. pr. 4. p. 255. & Celeb. Meyer, de Conjug. p. 262.

unumquemque illegitimum, & illos secum Hierosolymas abduxit, ut à stato illic Synedrio provideri posset, ne legitimi conjugia inirent cum illegitimis, & ex repositis apud magnum Senatum codicibus genealogicis dignosci posset in posterum, quænam familiæ puræ, & quænam maculosæ essent; quod in Babylonia fieri non poterat: defecerat enim illic Synedrium & longa captivitatis dies omnia turbaverat.

V. Ascendit itaque Esras Hierosolymam, secundum computum *R. Gans* in *Zemach David* anno 3413. & secum abduxit עשרה יוחסין *Decem stirpes*; 1. Sacerdotes, 2. Levitas, 3. Israelitas, 4. Profanos (illegitimos) ad sacerdotium, 5. Proselytos, 6. Servos manumissos, 7. Nothos, 8. Nethinæos, 9. Spurios, 10. Collectitios, quorum nec patres nec matres noti, & qui è plateis misericordia collecti erant. (vid. *Kidduschin* c. 4. 1.) Quantum laboris fuit, hanc colluviem dirigere, sacra & lares restaurare? Nec forsan ipsius humeri ad hoc onus suffeni fuissent, pag. 5.
nisi ipsum adjuvissent viri præstantissimi, quorum Catalogum nobis exhibet Abrabanel in præf. ad *Nachal. Avot. Haggæus* scilicet, *Zacharia*, *Malachia*, *Zerubabel*, *Mardochæus*, *Jesu filius Jehozedek*, *Seria*, *Rehalia*, *Misspharus filius ejus*, *Rechum*, *Bahanæus*, *Nechonia filius Chakalia*. Quibus R. Maymon addit *Chananiam*, *Michaelem*, & *Asariam*, qui etiam clariora Synodi magnæ lumina fuerunt.

VI. Quomodo circa Sacrum Codicem Synodus versata sit, & quid de autographo Esræ, (quod secundum Finum Adrianum *Bononiæ* custoditur) censendum sit, ex Cl. V. D. *Hottingeri* Thes. Phil. p. 115. addisces. Prioris summam expressit Elias in præf. 3. *Masor.* „Ecce plurimi „sentiunt, (verè, ut nos putamus) Esram scribam & concilium ejus, „nempe viros Synagogæ magnæ, fecisse Masoram, punctationem & accentus super tota Biblia. Addamus etiam laudabile illud in *Juchasin* pag. 13. בקשו להרוג יצר הרע בתפלתם *laborarunt concupiscentiam suis precibus extinguere.*

VII. Sed hæc gloria non ad Esram solum redundavit; viri, quos recensuimus, etiam suam partem sibi vendicarunt. Dicamus nunc ea, quæ singulari jure ad ipsum pertinent. Ut Ecclesia recenter purgata, justo & decenti regimine dirigeretur, Esras plurimas sancivit constitutiones: principaliores sunt decem illæ quæ in Bab. kama fol. 82. 1. & Hieros. Megillah fol. 75. 1. recensentur. Decrevit Esras, 1. p. 6.
„ut institueretur publica legis lectio diebus septimanæ secundo & quin„to, (quos etiam idcirco ימי הכניסה vocant.) 2. ordinavit ut & in „Sab-

„Sabbatho ad Mincham legeretur. 3. ſancivit ablutionem gonorrhai-
„cis. 4. ſeſſionem judicum in civitatibus diebus hebdomadis ſecundo
„& quinto. 5. Permiſit שיהיו הרוכלין מחזירין בעיירות *Aromatariis*
„*ut circum ire poſſent per urbes*, ad Iſraelitidarum decus (ut filiæ & fæmi-
„næ eo facilius ſibi unguenta comparare poſſent, ad ſe in Sabbatho or-
„nandum) 6. Præcepit ut lavarent [veſtimenta] die quinto ſeptima-
„næ, propter gloriam Sabbathi. 7. Ut pinſerent & coquerent panem
„veſperi, qui Sabbathum antecedit, ut הפרוסה *fruſtrum* dari poſſet
„pauperibus [in Sabbatho.] 8. Indulſit allii eſum nocte Sabbatum præ-
„cedente שהוא מכניס אהבה ומוציא תאוה *quia gignit amorem*
„*& tollit cupiditates*, addunt alii, Quia ſaturat, calefacit, ſplendidam
„reddit faciem, &c. 9. Ut mulier accincta ſit בסינר ſuccinctorio po-
„ſteriori & anteriori, (cujus conſtitutionis anſa erat quidam caſus qui
„*Megil.* l. c. notatur) 10. Conſtitutum eſt unamquamque mulierem
„tribus diebus ante ſuam purificationem ſe pectere & mundare debere
(in lavacro legis, Lege *viz.* Præcepto & Mandato, ut *Bav. Kama* addit)
pag. 7. Hæc omnia integrum commentarium requirunt, quem facere non
permittet harum pagellarum anguſtia: nota ſolum de Gonorrhaicis,
hoc novum circa ipſos ordinatum fuiſſe, quod Megillah cap. 7. „recen-
„ſetur; ſcil. non intereſſe inter Gonorrhaicum duas viſiones videntem,
„(i. e. duplicem impuritatem ſentientem,) & ipſum qui tres; præter
קרבן *oblationem:* & ambos abluendos eſſe. Item quod Maymon. in
Hal. מקואות c. 1. & 4. obſervavit; *Virum Gonorrhaicum lavandum eſſe in
fonte, fæminam vero profluvio laborantem in* מקוה *collectione aquarum; illam-
que tantum aquæ habere debere, quantum requiritur ad totum corpus abluendum
merſione una; ſcilicet ut locus ille in profunditate tres cubitos habeat, & 40. ſeas
aquæ continere poſſit.* Hæc & plura alia reſpexit Ezras in ſuo decreto: ali-
as ſi ſimpliciter Gonorrhaicis ablutionem mandaſſet, nihil aliud præ-
cepiſſet, quam quod jam olim à Moſe inculcatum erat.

VIII. Mirum autem eſt, quantum Eſras reſtiterit Sadducæo-
rum hæreſi tunc pullulaſcenti: quoniam latendo creſcebat, viſum eſt
ipſi decernere, ut ad coronidem omnium orationum quæ in templo
fundebantur, diceretur מן העולם עד עולם *à ſeculo in ſeculum;* * ut
ita

* Textus integer hic eſt, כל חותמי ברכות שהיו במקדש היו אומרים
מן עולם משקלקלו האפיקורסים ואמרו אין עולם אלא
א׳ התקינו שיהו אומרים מן העולם ועד העולם „In omni-
„bus formulis, quibus benedictiones in Sanctuario concludebantur, dicebant olim:

ita ſymbolum poneretur, quo Orthodoxi à prava ſentientibus diſtinguerentur: *Bab. Beracot* f. 54. Errantes tum temporis ſimpliciter מינים hæreticos vocabant, ſed poſtquam Zadoc & Baithos talia dogmata, reſurrectionem & ſpiritus negantia, pro κερτηρίοις Sectæ audaciter uſurparunt, à Zadoco nomen duxerunt. pag. 8.

IX. Aſſueverat populus in captivitate Babylonica Chaldææ linguæ, ita ut Hebraicam non niſi cum difficultate intelligeret: huic incommodo ut conſuleretur, inſtituit Eſra מתורגמן Synagogæ *interpretem*, qui adſtans legenti in Lege, verſiculatim ea vernacule redderet, quæ lecta ſunt è fonte Hebræo, ut ex *Hieroſ. Megillah* fol. 7. cap. 4. elicere eſt. ויקראו בספר בתורת האלהים זה מקרא מפורש זה תרגום *Legerunt in libro legis; hic fuit textus: explanate. Illud fuit Targum*, &c. 9.
Canones hujus Biblicæ lectionis & interpretationis inter alios hi ſanciti fuerunt. Qui legit Legem, ne minus legat, quam tres verſus: ne prælegat Interpreti plusquam unum, vel in Prophetis, ſi vult, tres. Si tres illi ſunt in tribus diverſis ſectionibus, legant eos ſigillatim. Tranſilire licet in lectione prophetica, non legali. Hiſtoria Rubenis legi poteſt, non autem licet eam interpretari. Hiſtoria Thamaris legi & exponi poteſt. Hiſtoriam vituli ſecundam, quæ incipit Exod. 32. 21. legere licet, at non interpretari; prior vero hiſtoria legitur & exponitur. Benedictionem ſacerdotum, hiſtoriam Davidis & Ammonis nec legunt, nec interpretantur, &c. *Maſſ. Megillah*, c. 4.

X. Quamvis autem non patiebatur populi ratio & reipublicæ ſtatus, ut jubilæa, ſicut obſervata fuerant ſub Templo primo, etiam ſub ſecundo celebrarentur, voluit tamen Eſras & Synodus, ut nihilominus quemvis quinquageſimum annum numerarent; ut eo melius השמטות *remiſſiones* annorum ſeptimorum obſervari poſſent. Id etiam factum eſt, ſtatim ac populus paululum à laboribus reſpiraverat. Et cœptum eſt Jubilæum numerari ab anno ſeptimo reſtaurationis Templi. vid.

„ à Sæculo. Verum quum Epicoræi negarent, aliud eſſe ſæculum, quam hoc unum, „ ſtatuerunt dicendum eſſe; à ſæculo ad ſæculum. Sadducæos ſtricte dictos non intelligit noſter Auctor, quum Sadok, à quo Hi nomen & originem ducunt, longe poſt Ezræ tempora vixerit, utpote diſcipulus Antigoni Sochæi, qui Simeoni Juſto ſucceſſit. Hæreticos potius innuit idem cum Sadducæis ſentientes, phraſi Judæis familiari. * Notandus eſt autem, in hac Conſtitutione, ut in omnibus iis, quas pag. 6. 7. recenſuit Auctor, mos Judæorum, qui omnes ſuos ritus Sacros ab Ezra derivare conantur, unde multas Conſtitutiones Ezræ fingunt, uti Pontificii ritus Apoſtolicos. vid. Vitring. de Synag. pag. 214. 413. 951.

Maym. Hal. Jobel, c. 10. De Anathemate vero, quo Esra Samaritanos feriit, cui vacat, legere potest apud Tanchuma fol. 17. 4.

p. 10. XI. Ob hæc & alia præclara facta quibus Esras Rempublicam ornavit, à suis popularibus merito magni habitus fuit, sed tamen non inciderunt in illam vesaniam, quam ipsi Fabulator Coranista imposuit, apud quem sæpius legimus: *Dicunt Judæi, Ozair est filius Dei;* * plane quasi Judæi ἀποθέωσιν Esræ cogitassent. Verum est, eos ipsum aliquando cum Mose comparare, sed ulterius non procedunt: hinc in Bab.
11. Sanhed. cap. 2. fol. 21. scribunt; ראוי הוה עזרא שתנתן תורה על ידיו לישראל אלמלא לא קדמו מושה *Dignus erat Esra, quod data fuisset lex per manus ejus Israeli, si non præcessisset ipsum Moses, &c.*

XII. Vixit Esras, secundum Chronica Judæorum, usque ad annum, quo Alexander Magnus Hierosolymas venit, deinde die decimo mensis Thebet sive Decembris, suo fato functus est; quo anno, ut memorant, etiam sublati fuerunt *Haggæus*, *Zacharias*, *Malachias*, una cum Prophetia.

XIII. Et ita Synodus magna, quo nomine extraordinario Synedrium illius temporis designabatur, suum Præsidem amisit. Antequam autem ad ipsius successorem progrediamur, de Præsidis & vicepræsidis officio nobis aliquid dicendum est; quoniam in hac historia vix alios Doctores recensere lubet, quam qui has spartas administrarunt. In Synedrio tria officia præter cætera admodum honorifica fuerunt; *primum* erat *Principis* הנשיא, qui alias etiam מופלא dicitur, propter insignem eruditionem, qua præditus esse debuit: ejus definitio est בעל הדרש ומלמד תורה ברבים *Ille qui legis publice interpretandæ authoritatem habet.* Quando in consessum ingrediebatur, non solum capita aperiebant, sed & assurgebant, sicuti docet Mischnæ tractatus *Horajot* c. III.

Principe

* Hæc leguntur in Alcorano Surat. IX. 30. ubi D. du Ryer in versione Gallica pro *Ozair* legit *Potens*. Male, contra *MSS.* codicum, aliorumque scriptorum fidem. Quem intelligat auctor Alcorani per Ozairem, non convenit inter nostros, nec inter ipsos Mohammedanos. In *MS. Genealogia Turcico Persica* ἀγνεαλόγη] recensetur, proxime ante Danielem, & ad eum notatur. „Ozair, Propheta super quem pax sit. „Dicunt eum Israëlitæ esse filium Dei. Videtur Ezras intelligi collato ejusdem Suratæ versu 31. ubi de Judæis dicitur „Assumserunt Doctores & Presbyteros suos, Deos „præter Deum verum. Calumniæ ansam dedere nimia Ezræ encomia, & reverentia qua Judæi Rabbinos, Doctores suos, inter quos Ezra eminuit, prosequuntur, ita ut horum instituta divinis nonnunquam æquiparent.

Principe intrante omnis assurgit populus; nec iterum occupat loca, nisi id dixerit. p. 12.
Quando Princeps è vivis discesserat, nudabant humerum utrumque, palam in foro non spatiabantur, sed mœsti apud familiares sedebant, ut refert Rambam in *Hal. Ebbel.* Sepultura ejus non vulgaris erat, comburebatur enim lignis odoratis condimentisque supellex ejus; *Avoda Sara* p. 11. *Quemadmodum cremant propter reges, ita etiam propter Synedrii præsides: Quid autem comburunt? Lectum & utensilia ipsorum. Historia est, Onkelosum proselytum propter R. Gamalielem 70. minas Tyrias combussisse*, &c.

Secundum Munus in Synedrio fuit אב בית דין, *Patris Senatus*, qui sedebat ad Principis dextram; & eo absente, præsidebat: definitio ejus est: הגדול שבדיינין והדינין נפסקין על פיו *Judicum antecessor, cujus ore lites deciduntur*; subintellige, si absit Princeps. Honore etiam magno prosequebantur ipsum, sed tamen non æquali cum principe: quando enim intrabat Senatum, duabus solum surgentibus lineis excipiebatur; contra, Princeps senatus ab omnibus surgentibus salutabatur. Item, patre senatus mortuo, non humeros sed solum sinistra denudabant brachia; insuper autem Academiæ vel scholæ, quæ illa urbe erant, vacabant, &, qui antea Meridionalem locum obtinuerat, nunc ad septentrionalia pulpita demigrabat.

Tertium honoris gradum possidebat ille, quem κατ' ἐξοχὴν חכם *sapientem* vocarunt; ille fuit ordinarie הגדול שבחכמים *Doctorum præstantissimus*, cum quo de agendis communicabant, utut perito sensuum & rationum legis. In senatu ad lævam Principis sedebat: ingrediens vero ita excipiebatur, ut unus surgeret, alter vero sederet: sed ea indigitare satis est, quæ amplificare nimium foret. Nunc revertamur unde deflexímus. 13.

שמעון הצדיק

Simeon Justus.

A. 3448.

I. * HOc nomine insignitus fuit Simeon *διά τε τὸ πρὸς Θεὸν εὐσεβὲς, καὶ τὸ πρὸς τὰς ὁμοφύλας εὔνεν*, *cum propter ejus pietatem erga Deum*,

* „Appellabatur quoque Iddo, & fuit ex posteris Josuæ Filii Josedek Pontificis, qui frater „erat Ezræ, ut est in Zemach David נקרא שמו עידו מזרע יהושע בן יהוצדק הכהן הגדול in Juchasin, & Sepher Hakkabbala. Græcis dicitur Ἰαδδὺς, & Ἀνανίας, juxta eosdem.

Deum, tum ob ejus benevolentiam & humanitatem erga ſuos populares. Joſeph. Antiq. lib. 12. c. 2. Quod Ezræ ſucceſſerit, nemo dubitat: ſed quidam dubitaſſent, an ſummus Sacerdos fuerit, niſi id aſſeruiſſet Joſephus &
p. 14. Juchaſin pag. 13. 2. † ſucceſſit autem Ezræ in Præſidatu, Jehoſuæ vero in ſummo Sacerdotio. Nam Ezras hujus ſacerdotii munus nunquam obtinuit: legitur quidem Ipſum vaccam rufam combuſſiſſe, *ſed* (ut recte monet Juchaſin l. m. c.) *ad vaccam rufam in cineres redigendam, etiam* כהן הדיוט *vulgaris aliquis Sacerdos aptus fuit.*

II. Hic Simeon admodum longævus fuit: nam omnibus magnæ Synodi membris ſupervixit, * & anno 40 poſt Templi reſtaurationem
15. adhuc Alexandro Magno occurrere potuit: hiſtoria refertur in *Joma* fol. 69. 1. „Orarunt Cuthæi Alexandrum Macedonem, ut templum „Dei noſtri deſtruere poſſent; annuit illud ipſis. Venerunt quidam „atque id indicarunt Simeoni Juſto; qui induit ſtatim veſtes pontificias, & cum præſtantiſſimis Iſraëlis, manibus tenentibus faces, per „totam noctem Alexandro obviam proceſſit. Dixit Alexander ſuis. „Quinam iſti? Reſponderunt: Judæi, qui in te rebellarunt. Cum „autem videret Alexander Simeonem Juſtum, deſcendit à curru & „coram ipſo ſe incurvavit. Dixerunt ipſi, Rex talis gloriæ, qualis „tu, ſe coram Judæo incurvat? Reſpondit ipſis: Figuram huic ſimilem „vidi

† Verba ſunt שמעון הצדיק כהן גדול בימי עזרא ואולי היה סגן או ראש בית אב ולא כהן גדול „Simeon Juſtus Pontifex Maximus erat „tempore Ezræ, qui quidem Segen fuit & Caput Synedrii, non vero Sacerdos ſummus: & Chronicon Samaritanicum MS. geſta, quæ Simeoni à Judæis adſcribuntur, attribuit pag. 234. *Pontifici Maximo*: unde eundem hunc fuiſſe apparet. Ita & Maimonides in præf. Jad Chaſaka & R. Gedalias in Catena Kabbalæ.

* Teſte Maimonide in Præf. Jad, & David Gans in Zemach David & Sepher Hakkabbala. *Sepher Juchaſin*, כל בית דינו היו ק״כ זקנים והאחרון מהם שמעון הצדיק „Tota domus Judicii Ezræ conſtabat 120 ſenioribus, quorum poſtremus fuit Simeon Juſtus: & paulo poſt ait, ipſum vixiſſe, כשבא אלכסנדר מ׳ שנה לבנין בית שני „Quum veniret Alex. 40. annis à condito Templo ſecundo. Computum vero Chron. Samaritanici ſi ſequaris, numerabis, „Ab Adamo ad imperium „Alexandri 3902. annos. Sepher Hakkabbala Alexandri ingreſſum in Palæſtinam ad annum à Creatione 3803. refert. Cæterum annos Pontificatus, ad 40 (ישמש מ׳ שנה) reducit R. Abraham Zacuth: alii 9. aut 12. Cavendum tamen, ne hujus ætatem ad Chriſti tempora protrahamus, licet Luc. 2. 25. Simeonis & quidem δικαίου mentio injiciatur, niſi cum Patricide Alexandrino 350. annos ei velimus attribuere, quod ἄλογον & ἄγραφον.

„ vidi coram me in bello pugnantem. Deinde Judæos alloquutus est,
„ Quare huc descendistis? Responderunt: Ut preces ad Deum funde-
„ remus tui & Regni tui causa, ne illud devastetur. Rogavit ipsos,
„ Quinam illi? Responderunt: Cuthæi illi, qui coram facie tua stete-
„ runt. Dixit autem ad Judæos: illos trado in manus vestras. E vesti- p. 16.
„ gio ipsos in compedes conjecerunt, caudisque equorum alligantes,
„ ipsos traxerunt per sentes & tribulos usque ad montem Gerizim; ibi
„ vero ipsis fecerunt, quod domui Dei facere intenderant.

III. Deduxerunt autem Judæi Alexandrum Hierosolymam, † viditque Templum Domini, & petiit à Simeone Justo, ut conficeret pro se monumentum ex auro simile figuræ ipsius, & collocaret illud inter gradus & altare. Sed respondit illi Simeon: Interdictum nobis est à Deo nostro, accipere ullum sculptile vel imaginem, sed *μνημόσυνον* præstantius, quam postulas, parabimus tibi; ut nimirum omnes filii hoc anno nati de nomine tuo vocitentur * *Alexandri.* vid. Zem. David 17.
CL. Vorstii pag. 59.

 IV. Scri-

† Lepidum est quod narrat R. Meir Aldabi in Schebile Emuna pag. 96. de Alexandro, qui occupatis Hierosolymis, thesaurum Salomonis, Librosque Philosophicos Aristoteli tradiderit. Sic ille היה ארשטו רבו של אלכסנדר שמלך על כל העול' וכאשר כבש אלכסנדרוש ירושלים השליט לארשטו רבו על אוצר שלמה ע"ה ואז חקר ודרש על ספרי שלמה ולקחם והעתיקם על שמו „ Erat Aristoteles Præceptor Alexandri, qui toti orbi impe-
„ rabat, & postquam Hierosolymas domuit, Aristoteli omnem thesaurum Salomonis
„ p. m. concessit. Hic autem in Libris Salomonis studuit & multa indagavit, quæ dein
„ suo nomine publicavit. Addit R. Gedalia, disseruisse Aristotelem cum Simeone Justo de Theologia, & proselytum Justitiæ factum esse. p. 83.

* Idem memorat *Chronicon Samaritanicum MS* p. mihi 235. „ Postea progressus est Ale-
„ xander, & Pontifex Maximus congregavit reliquos Proceres filiorum Israelis; & ad-
„ scenderunt ad montem benedictum, & jejuniis precibusque Deo optimo M. suppli-
„ ces facti sunt. Et commode ipsis in mentem venit, ut appellarent liberos suos de
„ nomine Alexandri Regis; & id propositum executi sunt in omnibus locis, eam ob 18.
„ rem ad ea profecti.

Idem leg. in Sepher Hakkabbala, ubi tamen ad solos Sacerdotum filios id restringitur, quod vocandi essent Alexandri.

In Sepher Juchasin כל הבנים שיולדו להם omnes filii, qui ipsis nascerentur eo anno, dicuntur appellandi de nomine Alexandri. Forte inaudiverant Judæi, id maxime placiturum Alexandro; quippe qui decreverat omnes homines vocare Alexandros. Docet hoc Polyænus Stratagem. L. IV. c. III. his verbis, καὶ ἠνδιέγνυ πάντας ἀντὶ βροτῶν καὶ ἀνδρῶν καὶ φωτῶν καὶ μερόπων καὶ ἀνθρώπων

p. 19. IV. Scribunt autem author Juchasin, author Jesod olam, & Abrabanel, Simeonem promisisse Regi, illos inchoaturos ab illo die, & deinceps numerum annorum in Æra contractuum. Sed Rabbinus, qui author est Meor Enaim, è contra affirmat, hoc factum non exstare neque in *Joma*, neque in capite primo *Ælilim*, neque in reliquis dictis Rabbinorum, nec in *Josepho Hebræo*, nec in *Josepho Romano*.

V. ואז אלכסנדר כשנסע מירושלים יצאת אליו סנבלט החורוני עם מקצת ישראל ומבני יהושע סגן גדול שנתחתנו עם הכותיים שהבריחום עזרא הכהן ונחמיה מבית ה׳ ושאל מאלכסנדר שיבנו הכהנים חתניו בית מקדש בהר גריזים וצוה המלך שיעשו כן ויבנו הבית Postquam Alexander Hierosolymis profectus erat, egressus est ad ipsum (ut refert Juchasin p. 14. 2.) Sanballetes Horonites, cum quibusdam ex Israëlitis, & aliquibus ex filiis Jehosuæ Sacerdotis summi, qui affinitatem cum Cuthæis contraxerant; & petiit ab Alexandro, ut Sacerdotes affines ejus possent in monte Gerizim Sanctuarium ædificare. Rex annuit; & tunc exstructo Templo in partes itum est Israëli; pars
20. sequuta est *Simeonem Justum* & *Antigonum* discipulum ejus, eorumque scholam, prout didicerant ab Esra & Prophetis: pars altera vero sequuta Sannballetum & generum ejus, obtuleruntque sacrificia extra Templum Dei וסרו מלבם חוקים *& instituerunt ritus è corde proprio.* Spurii

Αλεξάνδρυς καλεῖν. Et instituta dicitur æra ab hoc anno, unde Judæi tempora supputarent in honorem Alexandri, qui vicissim munera iis obtulit, & Samaritanos in eorum manus tradidit, die 21. mensis Casleu, de quo legitur in *Megillat Taanit*, ובאותו היום שעשאו לו כך עשאוהו יום טוב Diem illum festum esse. Multa præterea narrat *R. Gedalias* de Alexandro, quod Nectinabor (quem Nectabium vocat Abulfarajus; alii Nectanebum) matrem ejus compresserit, dum Philippus bello occuparetur. Quod paternum genus ducat ab Hercule, eodemque die in lucem sit editus, quo Herostratus Templum Dianæ flammis tradidit, ut immortalitatem consequeretur. Quod anno ætatis 33, imperii autem 12, veneno sublatus sit, distributo prius imperio inter 12 præfectos, eo scopo, ne quisquam ei potentia par esset; sed quod in 4 partes divisum sit illud post ejus mortem &c. Notari heic meretur ὡς ἐν παρόδῳ, ipsis Mohammedanis aliquid innotuisse itineris, ab Alexandro in Judæam suscepti, & venerationem, qua gentem Israeliticam prosecutus est. His verbis indicat hoc *Abu Mohammed Abdalla Kessaus in MS.* Historia Patriarcharum: Non desiit peregrinari, usque dum invenisset populum beatum, gentem Mosis, & invenit eos esse justi bonique amantes, religiosos, inter quos tamen nullus erat Rex aut judex, aut egenus; & super his rebus multa interrogavit Alexander, quæ brevitatis studio omittimus. Mortuus dicitur ibidem anno ætatis 60, quum iter 500 dierum instituisset per orbem universum.

rii hujus cultus ſacerdotio functus eſt Manaſſes fil. Jehoſuæ ſummi Sacerdotis.

VI. Meretur locus tam famoſus, ut de eo aliquid dicamus ἐν παρόδῳ. Mons Gerizim habebat duo cacumina, quorum unum vocatur גריזים, quod erat fontibus & hortis admodum amœnum: alterum vocabatur עיבל locus ſaxoſus & lapidibus deformatus: prioris cacuminis natura apta & digna erat, ut in illo benedictiones promulgarentur, obquam rationem Samaritani etiam Templum in illo erexerunt. Ex altero autem nil aliud quam maledictiones exſpectandæ erant. Diſtabat * Gerizim 60 milliaria à Jordane. Bab. Sanhed. f. 44. 1. in Gl. & p. 21.
Bab. Sotah. f. 36. 1. Hoc in loco Iſraëlitæ pro ſe invicem ערבו *ſpoponderunt*; inde quoque unus ob alterius culpam plectitur. *Raſchi* Deut. 28. 29. *Sanhed.* fol. 27. 2. Exiſtimarunt Samaritani, aquas diluvii ipſum non inundaſſe: hinc in *Bereſchit Rabba* Sect. 32. quidam Samaritanus R. Jonathan ſic alloquitur; לא טב לך למיצלי בהדין טורא בריכא ולא בהה הוא ביתא קלקלתא אמר ליה למה הא בריך אמר ליה דלא טף במוי דמבולא *Nonne ſatius eſſet te adorare in hoc monte benedicto, quam in illa domo vili?* (intellige Templum Hieroſol.) *Reſpondit illi; Quare eſt hic † mons benedictus? regeſſit, Quia non fuit inundatus aquis diluvii.*

De

* Situm montis Gerizim oſtenſurus Epiphanius in hær. Samarit. p. 25, ita fatur. Τῷ γὰρ βουλομένῳ ἀκριβῶς περὶ τοῦ ὄρους Γαριζεὶν ἐρευνᾶσθαι, ἰστέον, ὅτι πρὸς τῇ Ἱεριχὼ κεῖνται τὰ δύο ὄρη τό τε τοῦ Γαριζεὶν, καὶ τὸ τοῦ Γεβὰλ. Ubi eum ad Hierichuntem collocat, turpi errore, quum certum ſit, non longe à Sichem Urbe, quæ Schalle, Neapolis olim, & Naplouſa hodie vocatur, diſſitum fuiſſe, quum Judic. IX. 7. Jotham in monte Gerizim ſtans à Sichemitis exaudiri potuerit. Verior eſt Procopii ſententia Lib. V. c. 7. de ædif. qui Garizim ait imminere Neapoli, ut & Joſephi Lib. IV. 8. & XI. 8. qui Samariæ propinquum eſſe affirmat. Epiphanio tamen ὁμόψηφος eſt Auctor Libelli de locis Hebraicis, quem tranſtulit Hieronymus.

† Vocant ſe hanc ob rem Samaritani in Chronico M. S. c. 223. *Socios montis benedicti*: qui, cum non inundatus diluvio dicitur, eandem patitur Hyperbolen, qua & alios altiſſimos montes, inter quos ſpeciatim illum, cui Joppe inſidet, à diluvio intactos memorant Judæi. Quin & אבן הטועים שהיתה בירושלים *Lapidem*, quo res deperditæ portabantur, *qui Hieroſolymis erat*, ut maximæ altitudinis fuiſſe doceant, nullis aquis, niſi forte diluvio, tegi poſſe ſcribunt. Confer Auctorem in Hiſtoria vitæ R. Eliezeris ben Harſum: ubi de hoc hyperbolico loquendi genere, Judæis uſitato, ſermonem inſtituit.

p. 22. De Samaritanis ipsis, qui hoc novo cultu à veræ religionis sensu abstrahebantur, multum dicendum esset, sed compendium faciamus. Ultra 200 annos hoc suo Templo freti non sunt: devastavit enim ipsum *Johannes Hircanus*: sed odium, quo ipsos Judæi cum propter hanc tum propter alias rationes habuerunt, non cessavit; hinc nunquam permiserunt, *ut post Cuthæi benedictionem Amen responderet Israëlita.* In cæteris vero rebus ipsos vix aliis gentibus meliores æstimarunt, præcipue postquam Samaritani corruptius vivere inceperant. De hoc conquesti sunt semel *Samaritani Cæsarienses* coram R. Abhu, dicentes; *Patribus nostris συγχρῶνται olim patres vestri; vos igitur quare non etiam utimini nobis?* Responsum est ipsis, *Patres vestri non corruperunt opera sua, vos autem corrupistis.* Hieros. ע״ז pag. 44. 4. Ut autem unusquisque sciret, quomodo apud ipsos decenter conversari posset, sequentes Canones facti sunt: *Samaritanorum terra est munda, fontes mundi, semitæ mundæ; cibus vero non item: licitus tamen est, modo eorum vinum & acetum non immisceatur.* Hieros. ע״ז l. m. c. *A Cuthæis nec hemisiclus, nec puerperarum columbæ accipiendæ sunt.* Schekalim c. 1. 5. *Si Samaritani Azyma sua fecerint cum Israëlitis, credendi sunt de* ביעור *exterminatione fermenti; alias non.* Antea enim dum
p. 23. adhuc in villis diffusi erant, satis bene præcepta observabant, nunc vero suspecti sunt. *Hieros. Pesachim* f. 27. 2.

VII. Cum Alexander in Palæstina hæreret, adhuc aliud quid accidit, quod non exiguam famam cuidam *Gaboah* filio *Pesisæ* conciliavit. Narratur Historia in cap. חלק pag. 91. „Tradunt nostri Doctores „die 24 mensis Nisan remotos esse osores à Juda & Jerusalem: venerant enim Africani (qui erant Girgesæ, qui patria pulsi in Africam se „receperant) ut litigarent cum Israële coram Alexandro Macedone, „asserentes, terram Canaan esse suam, quia in Lege passim ab illis de„nominetur, quorum pater fuit Canaan. Dixit Gaboah ad Sapientes: „Concedite mihi potestatem, & cum ipsis decertabo; si me vicerint, „respondere potestis: Vicistis הדיוט שבנו plebejum ex nobis: si vero „ipsos vicero, ipsis dicite: Victi estis per Legem Mosis. Dederunt „ipsi potestatem: abiit, & cum illis disputavit. Petiit ab ipsis: Unde „vos rationes vestras adducitis? Responderunt. Ex Lege. Subjecit: „Nec ego aliunde afferam meas: in illa scribitur, *Maledictus esto Canaan,* „*Servusque servorum sit fratribus* &c. Si servus acquirit facultates, cujus „est ille, & facultates ejus? Sed vos insuper tot annis nobis non ser„vistis. Concessit ipsis Alexander tres dies, ut responsionem afferrent: „sed illam non reperientes, fugerunt.

VIII.

VIII. Nunc ad noſtrum Simeonem redeamus. Poſtquam in Summo Sacerdotio quadraginta circiter annos expleverat, dixit: Ego hoc anno ſum moriturus. Petierunt ab eo, quem vellet in ſuum locum ſubrogari: reſpondit, הנה בני חוניו *Ecce filius meus Onias eſt coram vobis.* Conſtituerunt ergo, defuncto Simeone, Oniam Summum Pontificem; ſed invidit hoc ei Simeon frater ejus, & ita incruduit contentio, ut Onias tandem ad montem Regium, & deinde in Ægyptum fugeret, ubi condidit Sanctuarium; recitans illud Prophetæ: *In die illo erit altare Domini in medio Ægypti*, * vide Juchaſin p. 15. *Hieros. Joma* f. 43. In p. 24. p. 25.

* Verba ſunt Jeſ. XIX. 18. 19. quæ Joſephus Ant. XIII. 6. & de Bell. VII. 30. huc applicat: & ad quæ hæc R. *Salomon Jarchi*, ויש מרבותינו שדרשוהו במס' מנחות על מזבח בית חוניו בנו של שמעון הצדיק שברח לו למצרים ועשה שם מזבח Sunt ex Doctoribus noſtris, qui hoc explicant in Cod. *Menachot* de altari Oniæ, filii Simeonis Juſti, qui in Ægyptum fugit & ibidem altare exſtruxit. *R. David Kimchi* monet יתתן תרגם כמו החרס בחית' Jonathanem vertiſſe, quaſi legeretur חרס per ח, Recte: pro eo, enim quod in Hebraica veritate legitur עיר ההרס, urbs deſtructionis, ſubſtituit Chaldæus, קרתא בית שמש Urbs Templi Solis. Quaſi in textu ſcriptum foret החרס, *Solis.* Ita etiam legit Onias, quum *Heliopoli* (ἐν πόλει τοῦ Ἡλίου) templum ſtruens, hoc textu ſe tueretur. Symmachus textum eodem modo vertit πόλις ἡλίου.

Joſephus exiſtimat in tractu Heliopolitano, qui ἐν μεθορίῳ τῆς Ἀραβίας erat (ut oſtendit Magnus Salmaſius in Exercit. Plin. ad Solinum) & quidem circa Leontopolim, 118 ſtadiis à Memphi, exſtructum hoc Oniæ Templum eſſe, repurgato fano Bubaſtis. R. Gedalias tamen in *Schalſchelet Hakkabbala* ſcribit שחניו בנו של שמעון הצדיק בנה מקדש אחר באלכסנדריה של מצרים Oniam, filium Simeonis Juſti, ædificaſſe Sanctuarium aliud (diverſum ab Hieroſolymitano) Alexandriæ, quæ in Ægypto eſt. Ita etiam Sepher Juchaſin. Occaſionem conditi Templi addit Gedalia, ex Talmude Hieroſolymitano, Maſſechet Joma לפי שנולדה קטטה בין חניו ושמעי אחיו על הכהנה גדולה Quod oborta eſſet controverſia inter Oniam & Simei fratrem ejus, de Summo Sacerdotio. Quare Onias, impetrata venia à Ptolomæo Philometore, templum & altare condidit, ſe conſtituens Sacerdotem; ut legere eſt in Juchaſin. Nonnulli tamen hoc filio Oniæ Tertii Pontificis Maximi, non Oniæ filio Simeonis Juſti, adſcribunt. A condito hoc Templo usque dum clauſum eſt ſub Veſpaſiano, numerat Joſephus ἔτη τρία καὶ τεσσαράκοντα καὶ τριακόσια, 343 annos. Veſtigia Templi & nominis Oniæ ſervant Ὄνιοι apud Ptolomæum, gens in Nomo Heliopolitano, ubi & ὁμώνυμος metropolis. Non deſunt, qui ab hoc Oniæ Templo calumniam derivant, qua Judæi (ὄνον) *aſinum* penetrali ſacraſſe eumque adorare dicebantur, qua infamia etiam la-

In quonam loco autem Ægypti, Sanctuarium illud exstructum fuerit, difficulter definiri potest. Cum tamen consideramus, quæ Judæi nobis de Alexandrina Ecclesia dicunt, non diffitemur nos, parum abesse, quin
p. 26. credamus, Oniam in illa sedem collocasse; ita enim scribunt in *Hierof. Succah*, fol. 55. „ Alexandrina Ecclesia Cathedralis erat instar Basilicæ: „ qui illam non vidit, non vidit unquam gloriam Israëlis. Erant ali„ quando illic, qui numerum exeuntium ex Ægypto duplum excede„ rent; erant in ea septuaginta Cathedræ aureæ gemmatæque, pro nu„ mero septuaginta Seniorum. In illa non sederunt confuse, sed unus„ quisque artifex cum hominibus ejusdem artificii, ita ut peregrinus „ adveniens sciret, quibus se adjungeret. Hanc Ecclesiam postea per„ didit *Trajanus* &c.

IX. Tempore Simeonis Justi omnia in deterius vergere cœperunt. Prophetia tunc ablata fuit, ut expresse *Juchasin* f. 15. 2. * *Post integros mille annos à Legis promulgatione ablata est Prophetia ab Israële, & Alexander Hierosolymas venit* &c. Quamdiu Simeon vixit, caper, qui in die
p. 27. expiationis emittebatur, nunquam ad medium præcipitii montis, unde dejiciebatur, pervenerat, quin statim in frusta comminueretur. Sed postquam mortuus fuit Simeon Justus, aufugit vivus in desertum, & fuit à Saracenis comestus. Vivente Simeone † Justo, sors Dei (in die expia-

borarunt Christiani, qui apud Scriptores Ethnicos trium priorum sæculorum cum Judæis passim confundebantur. Verum ista conjectura frivola est.

* Idem legitur in *Sepher Hakkabbala* והיא שנת אלף לצאתם ממצרים שלושת אלפים ותג׳ ליצירה ובאותו הזמן נפטר עזרא הסופר וחגי וזכריה ומלאכי ונסתלקה נבואה מישראל Erat autem annus millesimus ab exitu ex Ægypto & 3950. à creatione: & eo tempore Ezra Scriba, Haggai, Zacharia & Malachia è vivis excesserunt, & Prophetia cessavit in Israele. Tunc etiam exortos memorat hæreticos.

† Apparet ex his Judæorum traditionibus de lingua coccinea (quæ vivo Simeone semper albescebat in signum remissorum peccatorum, v. c. 4. Gemar. Babyl. Joma) de Prophetia post obitum ejus ab Israële ablata, aliisque, quanto in honore apud Judæos habitus sit Simeon, quem tanquam λείψανα τȣ̃ χρυσέȣ γένȣς, משירי כנסת הגדולה de reliquiis Synagogæ magnæ, venerabantur.

Egregium hujus Simeonis Justi Encomium literis tradidit Ben Sira in Ecclesiastico, quo nos ablegavit Asarias c. 22. Meor Enaim, qui Simeonem, Oniæ Filium vocat, uti & Josephus, aliique apud Maimonidem, qui Simeonem Justum ab Ezra septem דורות generationibus distinguunt) Cap. 50. ubi dicitur ἀστὴρ ἑωθινὸς ἐν μέσῳ νεφέλης, ὡς σελήνη πλήρης ἐν ἡμέραις αὐτῆς. Ὡς ἥλιος ἐκλάμπων ἐπὶ ναὸν

expiationis jacta) semper ad manum dexteram prodiit; sed, ipso è vivis p. 28.
sublato, prodiit quandoque ad dexteram, quandoque ad sinistram. Omnibus diebus vitæ Simeonis Justi, lucerna Occidentalis semper arsit; eo mortuo aliquando arsit, aliquando extincta est. Similiter, vivente Simeone, lingua coccinea semper dealbescebat; ignis struis, quæ super altare erat, semper viguit, at ipso mortuo, lingua dealbescebat aliquando, aliquando vero non; vigor autem ignis non conservabatur, nisi per totum diem ligna supplerent. Ita enim benedictio panum propositionis ablata fuit; nam antea unicuique Sacerdoti cedebat portio p. 29.
instar olivæ, plurimi tamen satiabantur; at post mortem Simeonis cessit unicuique portio fabæ instar, ita ut verecundi manus retraherent, gulosi vero extenderent. Accidit semel, ut sacerdos quidam Zipporiensis, portiuncula sua non contentus, etiam socii sui acciperet; quapropter ipsum deinde perpetuo אופני *Ciceronem* & fabiarium vocarunt. Hæc qui cupit prolixius legere, poterit, *Hieros. Joma* f. 43. 3.

X. Ex his autem clare videre licet, quomodo, Messia, salute Mundi, appropinquante, cultus ceremonialis paulatim defecerit: sed ut illud

ὑψίστου, ὡς ἄνθος ῥόδων & cætera, quæ elegantia sunt & lectu dignissima. Quam vere ibidem dicatur, quod ὑπέρραψεν οἶκον καὶ ἐστερέωσεν τὸν Ναὸν, sartam tectam conservaverit Domum (הבית, Hebraica phrasi κατ᾽ ἐξοχὴν pro Templo) & confirmaverit Templum, docebit memorabilis Historia, quæ legitur in Megillat Taanit, unde prudentia Simeonis & Studium defendendi Templi verique cultus divini elucescit. Ibi legimus, ששלח נסקלנס את הצלמים להעמידן בהיכל ובאתה שמועה לירושלים ערב יום טוב הראשון של חג אמר להם שמעון הצריק עשו מועדיכם בשמחה שאין אחד מכל הדברים הללו ששמעתם מי ששכן שכינתו בבית הזה כשם שעשה ניסים לאבותינו בכל דור ודור כך יעשה לנו ניסי׳ בזמן הזה מיד שמע קול מבית קדש הקדשי׳ שהוא אומר בטילת עבידתא וכו׳

Quum mitteret Niscalenus imagines, ut in Sanctuario erigerentur, & hic rumor Hierosolymam perveniret vesperi diei primi in festo, Simeon Justus jussit, ut læti nihilominus festos dies celebrarent, nullum esse id consilium dicens, quod Deus, cujus Majestas in illa domo habitabat, qui toties coram Patribus eorum miracula patraverat, nunc quoque miraculose irritum redderet. Et confestim vocem audiit è Sanctuario, evanuisse omne opus Niscaleni, ipsumque mortuum esse. Dies autem hic erat 22 mensis Sebat, & propterea festus. Eadem historia in Gem. Bab. Sota occurrit, ubi tamen pro Niscaieno גיוס גוליקס, Gajus vel Gius Gulicus scribitur. Oedipo hic opus est, qui veram scriptionem eruat. Nobis sufficit, Zelum & prudentiam Simeonis hinc perspicere.

illud eo magis pateat, adhuc apponamus, quæ nuper in *Massec. Sotah* recensuimus; cap. ult. Magistri sic loquuntur. „Postquam multipli-
„catus fuit homicidarum numerus, cessavit juvicis decollatio; nempe
„à quo venit *Eliefer fil. Dimi*, quem antea etiam Techinam fil. Pharisææ
„vocabant, deinde vero ipsum *fil. Homicidæ* בן הרצחן nominarunt. §.
„A quo tempore multiplicati sunt adulteri, cessarunt aquæ amaræ, &
„Rabban *Jochanan filius Saccai* ipsas abrogavit, secundum dictum Hoseæ
„c. 4. 14. §. A quo tempore mortui sunt *Jose fil. Joefer* Zeredæus, &
„*Jose fil. Jochanan* Hierosolymitanus, cessarunt Botri (vid. infra ap. I. B.
„Joefer) §. Johannes Summus Sacerdos abrogavit *confessionem decimarum*
p. 30. „הודיית המעשר item המעוררים Excitatores, (i. e. Levitas stantes
„in suggestis & clamantes singulis diebus, *Evigila Jehova, quare dormitas!*) §.
„Postquam cessavit Synedrium, cessavit quoque Canticum in diebus con-
„vivii. §. A quo tempore vastatum fuit Sanctuarium, cessavit שמיר
„(vermiculus quo lapides Templi præpararunt,) ut & favorum stillatio;
„desierunt deinde viri fideles, secundum illud Psal. XII. 2. §. R. Si-
„meon dicit: à quo Sanctuarium devastatum est, nullus dies præte-
„terit, in quo non sit maledictio, non amplius descendit ros bene-
„dictionis, & sapor fructuum ablatus est cum pinguedine ipsorum.
„R. Simeon Ben Eleasar dicit, Sublata puritas sustulit gustum & sa-
„porem; decimarum fraus sustulit pinguedinem frumenti, sapientes
„vero dicunt, Fornicatio & præstigiæ omnia corruperunt. §. Post-
„quam mortuus est *R. Meir*, cessarunt loquentes parabolas; à quo
„tempore mortuus est *Ben Asai*, cessarunt vigiles in litteris; à quo
„mortuus est *Ben Soma*, cessarunt concionatores; §. Ab eo, quo
„*R. Josua* è vita excessit, cessavit bonum è mundo. A quo mortu-
„us est *R. Simeon fil. Gamaliel*, venit exactor, & multiplicatæ fue-
„runt miseriæ; post *R. Akibham* cessavit decus legis. §. Mortuo
„*Chanina Ben Dusa*, cessarunt viri operum admirabilium; à quo
„mortuus est *R. Ismael fil. Pebhi*, cessavit splendor Sacerdotii; à quo
p. 31. „*Rabbi* ex hac vita migravit, cessavit mansuetudo & timor peccati. §.
„*R. Pinchas* dicit: à quo destructum est Sanctuarium, pudore affecti sunt
„Socii & Nobiles, & cooperuerunt capita sua; viri operum autem
„attenuati: rabulæ vero & viri robusti prævaluerunt, neque amplius
„fuit qui inquireret aut quæreret? in quo tandem confidemus על
אבינו שבשמים *in Patre nostro, qui est in cælis*. Imo modo id, ô Judæe,
sincero corde fieret! Edis enim hodie lentem, & amissam desles pri-
moge-

mogenituram; sed nondum omnium dierum soles occiderunt: fulgebit tibi quoque tua lux, si veternum excusseris. *

Yy 3 אנטיגנוס

* Narrat R. Gedalia in *Schalschelet Hakkabbala*, tempore hujus Simeonis Justi vixisse R. Dusam ben Hercinas, longævum admodum שחיה יותר מת' שנים plusquam quadringentos annos in vivis existentem: de quo ita R. Zacuth in *Juchasin* שהאריך ימים רבים כל זמן בית שני עד זמן רבן גמליאל ור' עקיבא אחר חרבן „Quod ætatis suæ annos extenderit per omnes dies, quibus stetit Templum „secundum, usque ad tempora Rabban Gamalielis & R. Akibæ post Templi destructio„nem. (Hic enim anno 52. post devastatum Sanctuarium occisus est inter הרוגי מלכות, juxta R. David Gans.) Credat Judæus Apella, Non ego. De hoc Dousa porro ait R. Zacuth. שהיה בערות החודש בענין ר' יהושע עם רבן גמליאל „Quod in controversia de testimoniis novilunii inter R. Josuam & Rabban Gamalie„lem, suas quoque partes habuerit. Confer Notas ad Historiam R. Gamalielis, infra.

Ad hujus Simeonis ætatem refert quoque R. Salomo ben Vierga in Schebet Jehuda, p. 32. Ben Siram זה הוא יהושע בן סירק בן בנו של יהושע בן יהוצדק הכ"ג „Hic est Josua Filius Sirach, nepos Josuæ Filii Josedek, Pontificis summi. In Schalschelet Hakkabbala filius Jeremiæ vocatur. De Libro, quem conscripsisse illum dicunt Christiani, (sic R. Gedalias, & Salomo ben Vierga) Ecclesiastico, ut & de nomine ejus, an ex sententia Hieronymi Josephus Ben Sira appellandus, loco Josuæ, iidem Rabbini disquirunt, quos vide.

His etiam temporibus claruit inter Judæos גביהה בן פסיסא Gebiha fil. Pesisa, quem R. Zacuth expresse ait vixisse בזמן שמעון הצדיק tempore Simeonis Justi. In Bereschit Rabba Sect. 72, quæ ab his verbis, ולבני הפלגשים incipit, vocatur גביע בן קוסם, Gebia, fil. Causem; sic etiam scribitur ejus nomen in Aruch. In Tractatu חלק appellatur גביה בן פסיסא Gebia, fil. Pesisa. Dicitur autem Sapientia excellens, & formam corporis quod attinet, גבן gibbosus, fuisse: quo respicit dicterium in eum conjectum, quod vide in Juchasin. Quidam, à procesitate formæ appellatum esse גביה, asserunt. Legitur hoc usus argumento, ad firmandam resurrectionem mortuorum: Quod, si homo, qui non habuit existentiam, nunc existat; multo magis homo, qui nunc existit, in existentia perseveraturus sit, & resurrecturus. Disputasse memoratur idem cum Africanis, Ægyptiis, Ismaelitis, filiis Keturæ, Ægyptiis, coram Alexandro Macedone; quarum disputationum specimen Auctor noster supra pag. 23. exhibuit.

accusati, illud libere proferre poterant. Consule *Hal. Maym.* de *Sanhed.* c. 1. 7. c. 10. 8.

III. Etiamsi autem Antigonus † Præceptoris traditiones religiosissime observarit, accidit tamen malo quodam fato, ut propter ipsius verba, quæ inter docendum dixerat, כרחו fœtuerint *Zadoc & Baithos*, discipuli ejus mali: *Juchasin* pag. 52. Verba ejus fuerunt, referente *R. Nathan* in *Abbot* cap. 5. אל תהיו כעבדים המשמשים את הרב על מנת לקבל פרס *Ne sitis sicut servi, qui serviunt Domino* Præmii causa, *sed sitis sicut servi, qui Domino famulantur absque consideratione præmii, timorem Dei habentes.* In quæ verba (notante Maym. in Avot. c. 1.) talem fecerunt glossam discipuli: *Magister noster nos docet, non esse vel præmium vel pœnam, nec ullam omnino expectationem.* Post talem mentis depravationem, deinde in schisma ruerunt; se mutuo in perniciosa sententia confirmantes: * atque p. 35. p. 36.

† Vix quid de Antigono referunt Hebræi, nisi exortam sectam Sadducæorum; & exaratam eo vivente versionem Alexandrinam LXXII. interpretum. Audiamus Gedaliam in Schalschelet Hakkabbala בימיו נתחדש כת צדוקים ובייתסים ונבנה מקדש בהר גריזים בימיו היה אלעזר חזקן כ״ג שכתב לו טולומיאו מלך מצרים שישלח אליו זקנים להעתיק התורה העברית בלשון יוונית והנצרים השימו כל המעשה הזה בספר בפני עצמו ותלו אותו במנין הכיביה שלהם וקראום אריסטיא „Ejus ætate exorta est Secta Sadducæorum & Baithusæorum, & structum est Templum in monte Garizim. Ejusquoque σύγχρονος fuit Eliezer, Pontifex M. ad quem scripsit Ptolomæus, Rex „Ægypti, ut mitteret quosdam Seniores, qui Legem Hebraicam Græce transferrent. „Hanc historiam Christiani libro singulari complexi sunt, quem Aristeam vocant, & Bibliis „suis addiderunt. Plura de versione LXX non addimus; integri voluminis hoc opus est, non harum angustiarum. Aristeam vero quanti æstiment Christianorum doctissimi, colligi potest ex scripto nupero Celeb. Hody contra Aristeam, cujus sententiæ calculum adjiciunt, quotquot sunt emunctioris naris Critici. Celeberrimus Altingius, in Histor. Academ. Hebr. p. 244. eo tempore, quo Eleazarus 72 Seniores linguarum peritos ad Ptolomæum misisse dicitur, Hierosolymis florere cæpisse exoticarum linguarum & disciplinarum studia observat.

* Legimus in *Sepher Hakkabbala*, ubi vita Antigoni describitur, & occasio hæreseos Sadducææ, Sadokum & Baithosum disputasse contra Antigonum, & ad Samaritanos fugisse, qui eos לראשים, *Capita, Principes* constituerunt, dum Manasse, filius Josuæ, filii Josedeki, Pontificatum obtineret. Idem narratur in Sepher Juchasin.

Dissentiunt tamen Eruditi in eo, quid de Baithoso sentiendum sit. Nonnulli Baithosum aliquem in rerum natura fuisse inficiantur, & nomen Baithusæorum conflatum ex בית אסיו, Domo Essæorum (usitata Judæis phrasi, ut Beth Hillel, Schammai &c.) existimant; quum alias Essæorum nulla fere mentio fiat in scriptis Judaicis, quod si-

p. 37 que utrique adhæsit aliqua turba, qui deinde à Sapientibus *Sadducæi*
p. 38 & *Baithosæi* vocati; de cujus sectæ progressu & aliis particularibus hic aliquid

lentium de secta tam celebri vix credi potest, nisi sub Baithusæorum nomine eam memorassent. Huic ingeniosæ conjecturæ favent R. Asarias in *Meor Enaim* p. 33. & Menasse ben Israel, quem vide Libr. *de Resurrect.* p 42. R. Gedalias Auctor Catenæ Cabbalicæ fol 84. col. 2. meminit expresse ex Philone & Josippo ג' כתורת והם פרושים צדוקים איסואי trium sectarum, Pharisæorum, Sadducæorum, Essæorum: & paulo post distinguit Baithusæos à Sadducæis וראיתי כי הצדוקים והביתוסים ב' כתורת והצדוקים יותר רעים, observavi, inquit, Sadducæos & Baithusæos esse duas sectas distinctas, & Sadducæos his pejores fuisse. Alias ordinario Judæi eandem faciunt hæresin Sadoki & Baithosi, eosque conjungunt. Ita & Pomis in Lexico, שני תלמידים היו לו לאנטיגנס איש סוכו אחד שמו צדוק ואחד שמו בותוס ויצאו לתרבות רעה וכפרו בתורה שבעל פה ולא האמינו רק מה שכתוב בתורה שבכתב על כן קורין להם קראים לשון מקרא ובלשון רומי קורין להם סארוכיאי „Duo erant Antigono, viro ex Soco oriundo, discipuli, quorum ille Sadok, hic Baithos vocabatur; qui ad homines malos „deficientes negarunt Legem oralem, nec fidem habuerunt, nisi ei, quod in Lege scripta „comprehendebatur. Ideo vocati sunt Karræi, à *Mikra*, Lege scripta. Latini vocant eos Sadducæos. Hic clare idem dogma Saducæis & Baithusæis adscribitur & eodem Sadducæorum nomine dicuntur comprehendi, & de utrisque in plurali numero dicitur, *negarunt*, *vocati sunt*. Eadem fere verba habet Elias in Thisbi, summam rei eandem R. Zacuth in Juchasin, R. Gans in Zemach David, R. Maimonides & R. S. Jarchi ad Pirke Aboth, R. Juda in Cosri. Quisque, prout vel Rabbinorum testimoniis, vel suis ratiociniis multum tribuit, ex ingenio suo demat vel addat fidem.

An vero Karræi iidem sint cum Sadducæis, an vero post Talmudis obsignationem primum orti, agmen ducentibus Anano & Saule, disquirunt Philologi. Nobis, in tantis Doctorum divortiis, hoc omnino videtur affirmandum: Karræos antiquitus dictos esse illos, qui Scripturæ Sacræ investigationem amabant, & in ea versati erant; quo nos ipsa vocis etymologia ducit à Davide de Pomis exposita, & Epitheton R. Eleazaris fil. R. Schimeonis, fil. Jochai, qui קראי Karræus appellatus est, ob peritiam doctrinæ Scripturariæ. Hinc etiam Sadducæos, qui relictis traditionibus παλαιοπαραδότοις soli Scripturæ adhærebant, dictos esse idcirco Karræos. Quamvis enim non omnes, qui Karræi erant, ideo essent Sadducæi (quia plus requirebatur ad Sadducæismum quam Scripturæ Sacræ amor præ Traditionibus) omnes tamen Sadducæi erant Karræi. Illos autem Carræos, qui hodie supersunt, convenire hactenus cum Sadducæis, quod utrique traditiones orales flocci habeant, & eodem fere modo Rabbanitis, seu Antistitibus Legis oralis esse oppositos, uti Reformati, qui Scripturas S. ut basin & fundamentum fidei venerantur, sunt Pontificiis, qui Traditiones venditant. Confusioni autem Karræorum cum Sadducæis originem videntur dedisse, tum dogma commune de rejiciendis ἀγράφοις, tum calumniæ Rabbanitarum, seu defensorum Legis oralis, qui, ut odium adversariis suis conciliarent, eos Sadducæos vocarunt, quamvis ab Epicuræis Sadducæorum opinionibus longissime abfuerint Karræi.

aliquid addere superfluum esset; cui lubet, adeat *Cl. Buxtorf.* in *L. T.* ad *rad.* & *Cl. Lightfoot Evang. Math.* p. 51.

III. Cæterum, quamvis Judæi illorum temporum innovationes satis horruerint, reperti tamen fuerunt quidam Sacerdotes, qui in tribus rebus ex Sadducæorum instinctu aliquid mutare ausi sunt; † *circa libationem* nimirum *aquæ, in festo tabernaculorum; & fumigationem in die expiationis: item circa vaccam rufam.* Sed illius audaciæ pœnam non ita diu post dederunt, omnesque male perierunt, *Juchasin* pag. 15. 2. Certe hinc orta est illa adjuratio, qua Synedrii legati Summum Sacerdotem p. 39.
in *Beth Abhtines*, instante die expiationis, adjurare solebant; exstat illa *Joma* c. 1. אישי כהן גדול אנו שלוחי בית דין ואתה שלוחינו ושליח בית דין משביעין אנו עליך במי ששיכן את שמו בבית הזה שלא תשנה דבר מכל מה שאמרנו לך *Domine Sacerdos magne, nos legati sumus Synedrii magni, & tu es legatus noster & Synedrii: conjuramus te per eum, cujus nomen habitat in hoc Templo, ne mutes quicquam ex omnibus istis, quæ tibi diximus.* Quibus dictis communiter hi & illi flentes discesserunt. Lachrymas expressit memoria illorum Sacerdotum, de quibus diximus, ipsos in hoc sacro actu mala fide egisse; Thymiama enim non recte pugillarunt, & loco quod debuissent fumigare intra velum, id extra fecerunt.

רבי אליעזר בן הרסום
R. Eliesér Ben Harsum.

I. Fuit ille coætaneus Antigoni, & talibus divitiis affluens, ut possederit אלף עיירות ואלף ספינות *Mille urbes* [in arida] * *& mille naves*, [in mari:] id est, ditissimus & magnus dominus in Palæ- p. 40.
stina fuit: hoc enim vult Hyperbole. Vix dici potest, quantum hæ

† Hebraica si quis petat, hæc sunt in Sepher Juchasin והג׳ דברים הם נסוך המים ומעסה פרה שהוצאת בטבול יום והקטרה ביום הכפורים·

* Illas mille Urbes, quas possedit R. Eliezer ben Harsum, sitas fuisse tradunt Talmudici in תענית, in monte regali, הר המלך, sive מדבר הרים *deserto montium*, tractu ingenti montium, qui sub Templo secundo ὀρεινὴ Ἰούδα in Sacris appellatur, se ab ultimis Judææ terminis ad Austrum extendens ad Hebronem: in quem & Mare Sodomiticum Planities Judææ interjacebat. Hyperbolice admodum, ut terræ suæ decus extollant, loquuntur, tempore Jannæi Regis 60. myriadas Urbium in hoc monte sitas fuisse, & in unaquaque tot incolas, quot ex Ægypto egressi sunt.

לשונות גוזמא *loquutiones hyperbolicæ* Judæis invidiæ conflaverint; exemplum hoc habeto; cum legunt in Middot c. 3. 8. *Hierichunte audire poterant strepitum portæ Templi, cum recludebatur; Item sonitum tintinnabuli;* statim non satis periti rerum æstimatores exclamant, *fabulæ!* Egregie plane: cum tamen Judæi ad ravim usque ingeminent in suis introductionibus Talmudicis, se ibi inter alia loquendi genera quam maxime sermone הבאי Hyperbolico uti, nec tamen aliud quam singularem ἐξοχὴν & intensionem indigitare velle. Optandum itaque esset, ut qui talia legunt, prius in id quod Judæi intendunt, inquirerent, & deinde judicarent.

II. Pergit Juchasin p. 15. 2. & nobis recenset, quod, quamvis R. Eliester opulentissimus fuerit, magna tamen fortuna abusus non sit, dives, legi non misit libellum repudii, sed die & nocte illam suum studium fecit; additur in *Bab. Joma* fol. 35. 2. quod tali desiderio discendi tenebatur, ut aliquando utrem farinæ humeris suis imposuerit, & profectus sit ab urbe in urbem, & à regione in regionem, ut disceret Legem: Accidisse autem aliquando, ut ipsum sic peregrinantem repererint servi ejus, ועשו בו אנגריא *καὶ ἀγγαρεύουσι αὐτὸν & ipsum violenter secum trahere voluerunt*, ad politarchæ, qui ipse Eliester erat, serviendum. Obsecravit ipsos, quos non noverat, ut ipsum dimitterent, & Legis studium prosequi permitterent; at responderunt illi: *Per vitam Eleasaris Ben Harsum te non dimittemus.* Hi servi enim Dominum suum, studiis incumbentem, & qui splendidam hæreditatem, quam pater reliquerat, per alios administrabat, nunquam viderant. †

p. 41.

יוסי בן יועזר ויוסף בן יוחנן

Joses fil. Joëser, & Joseph fil. Johannis,

Ao. 3500.

p. 42. I. Duos conjungimus, quia hic inceperunt זוגות *paria* virorum illorum, quorum prior semper fuit *Princeps Senatus*, alter vero secundus

† Dicitur in Sepher Juchasin fuisse חסיד גדול, admodum pius & beneficus ושימש בכהונה גדולה יא שנים & Pontificatu Maximo XI. annos functus esse, ועוסק בתורה יומם ולילה studens in Lege nocte dieque: quod de homine in re lauta constituto, ut rarum quid, ibidem annotatur: Abarbanel in Præf. ad Nachalat Avot idem confirmat, quod nempe Pontifex M. fuerit.

secundus à Principe, sicuti ex *Juchasin* p. 18. 1. videre est; ubi R. Abraham porro sic infit; *A tempore illo (& R. Jose) inceperunt paria, & ad Hillelem & Schamæum usque continuarunt; in quo tempore numerari possunt quinque tales combinationes.* †

II. Quod R. Josen attinet, (nam de Josepho nihil memorabile * legimus) ab aliis hujus nominis distinguitur, per patriæ nomen, p. 43.
quod ipsi ferme semper conjungitur. Fuit autem illa צרדה *Zereda*, locus obscurus, & qui eo solo nomine aliquam famam acquisivit, quod Jeroboamo (1. Reg. 11. 26.) & huic nostro Doctori lares & incunabula dederit.

III. Habuit R. Joses filios, quos recte & ratione חמצים בני יין vocasses: erant optimi parentis pessima proles. Nequitiæ ipsorum pater diu connivere non potuit; & proinde tandem illos bonis, quibus antea ipsos cumulaverat, privavit, illaque in pios usus contulit.

IV. Cæterum tam insigniter eruditus fuit (testante *Hal. olam* p. 201.) ut posteriores Magistri constituerint, quod si aliquando dissensio Doctorum in Mischna occurrat, הלכה & sententiæ definitio apud p. 44.
R. Josen esset. Mortem quoque ejus ita deplorarunt, quasi cum ipso omnis eruditio defecisset; *Sotah cap.* 9. *Postquam Jose Ben Joeser & Jose Ben*

Zz 2

† Notatur hac de re in Zemach David. fol. 21. החמשה זוגות שזכרנו לא בשם רבן ולא בשם רבי רק נקראו בשמם וזה לגודל מעלתם שאי אפשר למצא כנוי ראוי להם כמו שאין כנוי לנביאים Quinque hæc memorata Doctorum paria non appellantur nomine Rabban aut Rabbi, sed tantum nomine proprio, idque ad majestatem, quum titulum, qui ipsis dignus sit, nullum invenire queamus, uti etiam nullus titulus Prophetis dignus inveniri potest.

* Sepher Juchasin & Pirke Avoth & Abraham Ben Dior in Sepher Haccabalæ, scribunt eum fuisse בן יוחנן איש ירושלים Filium Johannis, viri Hierosolymitani. Sunt nonnulli qui eum Sacerdotem fuisse existimant; sed R. Abraham Zacuth ait illos errare; & vitiose illic legi Jose fil. Joezer & Jose fil. Jochanan, Sacerdos summus; quum potius legendum esset; Jose fil. Jochanan, & Jochanan, Sacerd. Summ. Idem ibidem, pro eo, quem noster Auctor appellat Joseph ben Jochanan, scribit Jose. In Zemach David uterque horum Duumvirum vocatur Jose: ita & in R. Maimonidis præfat. ad Seraim, in Misna pirke Avoth, & Sepher Hakkabbala R. Abrahami ben Dior. R. Gedalias in Schalscheleth Hakkabbala pag. 15. col. 2. priorem vocat Joseph ben Joezer, posteriorem Jose ben Jochanan, sed pag. 85. utrumque appellat Jose, uti & p. 16. col. 1. R. Meir Aldabi in Shebile utrumque nominat Joseph. Ex quibus prona nascitur conjectura, nomen Jose idem esse cum Josepho, & illud ex hoc ad pronunciationis aut scriptionis compendia derivatum.

Ben Jochanan è vivis ablati fuerunt, cessarunt Botri. Gloss. איש שכל בו *Viri tales in quibus omnes tum eruditionis tum virtutis cumuli erant.* †

V. De moribus Rabbi Jose ex sequentibus historiolis lector judicabit. *Hieros. Peah* f. 21. 1. hæc exstat; אין מעמידין פרנסים פחות משלשה אנא חמי ריני ממנות בשלשה ודיני נפשות לא כל שכן ר׳ יוסי אין מעמידין שני אחים פרנסים ר׳ יוסי עאל לכפרה בעא מוקמה לון פרנסין ולא קבלין עליהון עאל ואמר קומיהן בן בבי נתמנה על הפתילה זכה להומנות עם גדולו הדור אתם מתמנין על חיי נפשות לא כל שכן „Non constituunt pauciores quam p. 45.
„tres פרנסים Eleemosynarios, nam judicia pecuniaria à paucioribus „quam tribus non transiguntur, multo ergo magis tres esse debent in „illis quæ vitam respiciunt: R. Jose dicit, nunquam duo fratres Eleemosynarii constitui debent. Ivit aliquando R. Jose Chepharum ut ibi „Eleemosinarios constitueret, sed illi munus suscipere noluerunt; quod „videns abiit, ipsos sic alloquens: Ben Babai fuit tantum præpositus „lampadum lychnuchis, & tamen dignus habitus, qui cum claris hujus „seculi viris connumeretur; vos si vitis hominum præpositi essetis, „quanto magis?

VI. Intenderat R. Jose Chepharæ Synagogæ de justo regimine providere; ad quod requiritur, ut ad minimum decem Synagogæ * usui vacent. Debet esse *Consessus triumviralis*, qui in genere Synagogæ res curet, judiciaque pecuniaria dijudicet: *Sanhed.* c. 4. 1, 2. quos si existimes ἀρχισυναγώγους Hellenistice vocari, tuæ sententiæ & meam adde. *Unus* deinde ex his decem debebat *in Synagoga orare, lectionem legis curare*

† De sensu illius dicti Rabbinici multa lis est inter Scriptores Judaicos. Quidam volunt eo respici שהוא היה מקבץ חכמי ישר׳ חבילות חבילות ללמוד תורה כאשכלות Quod acervatim congregaverit Sapientes Israelis ad discendam Legem, uti *botros*. Quo referunt Cant. 1. 14. Alii existimant rationem hujus dicti in eo sitam esse, שהוא היה מגין על דורו באשכול המגין על הענבים אשר בו Quod clypei ad instar defenderit homines ejus ætatis, uti *botrus* obtegit uvas suas. Gemaristæ autem in Sota, quibus accedit Abarbanel in Nachalat Avot, per אשכלות, *botros*, alludi putat ad איש כל בו Virum, in quo est omnis generis Sapientia.

* Vide quæ Celeberr. Vitringa de Synagogæ regimine fuse disseruit in Libris 4 de Synagoga V. & N. ubi hoc argumentum latissime explicatur, & speciatim de שליח צבור Lib. III. c. 2. de פרנסים Lib. III. c. 1. de גבאי צדקה Lib. II. c. 8. de decem בטלנים peculiari Libro, & Voluminis modo laudati Lib. II. c. 6.

re &c. hunc vocarunt שליח הציבור, aliquando etiam חזן הכנסת, quæ nomina *Johannes Apost. in Apocal.* Græce reddidit per Αγγελον τῆς ἐκκλησίας, & ἐπίσκοπον τῆς ἐκκλησίας. Tres alii obtinebant munus p. 46. *Eleemosynariorum*; qui una Eleemosynas quidem distribuebant, sed non ab oppidanis exigebant; ad hoc enim suffecerunt duo, quos idcirco vocarunt שני גבאי צדקה, *Maym. Sanhed.* c. 1. Reliqua Synagogæ officia erant duorum *Interpretum*, & *Scholarchæ Theologici*, ut apud viros doctos receptum est; unus incerpres adstabat legenti in Lege, & alter concionanti Theologo. An omnes hos officiarios Ecclesia Chepharensis habuerit, exceptis Eleemosynariis, intertum est: loci enim angustia vix permisit, ut ibi degerent decem בטלנין *homines nullis mundanis occupationibus districti*, quales Magistri ad Synagogæ usum requirunt. Nec id R. Jose intendisse videtur: solum desideravit, ut sibi de Eleemosynariis prospicerent, ut de re ad bonum publicum plane necessaria. Sed nihil efficere potuit apud homines frigidos, qui suo honori quid decedere existimassent, si pauperum curatores facti fuissent.

VII. Amabat, imo deperibat R. Jose *R. Chaia Rubba*, &, ut ipsum tandem videre posset, *jejunavit octoginta jejunia; eundem in finem jejunavit Simeon Ben Lachish trecenta: Hierof. Kilaim* 32. 2. Quod tibi extraordinarium quid non videbitur, postquam varias Jejuniorum rationes & causas consideraveris; sicuti illæ nobis in elegantissimo tractatu תענית c. 1. p. 47. §. 4-7. referuntur. *Præsente die Octobris decimo septimo, si adhuc nullæ pluviæ descenderint, incipiunt privati jejunare tria jejunia; si jam adest initium Novembris, nec ullæ pluviæ segetes irrigaverint, Synedrium tria jejunia Ecclesiæ decernit: si nec tunc pluviam habuerunt, à Synedrio septem alia jejunia indicuntur; privati vero jejunare pergunt usque ad finem Martii, qui si ad exitum pervenerit absque pluvia, signum est maledictionis.*

VIII. Et hæc sunt jejunia, quæ celebrant, quando pluviæ * sementi ad efflorescendum necessariæ justo tempore non descenderunt. p. 48. Sed habuerunt etiam jejunia ad alia imminentia mala depellenda. Sic R. Zadok postquam ex spontanea reclusione portarum Templi, mali quid

* Horum Jejuniorum institutionem à Judæis acceperunt Mohammedani; quam nos docet Aba Shosjain Ahmed Ibn Alhasen Ispahanensis, in MS. Theologiæ Systemate *Cap.* de *Precibus pro impetranda pluvia*, his verbis „ Et præcipiet iis Antistes conversionem „ & secessionem à peccato, & Jejunium trium dierum, & prodibit quarto die adhuc „ jejunans veste inculta & ordinaria. De Jejuniis autem ob impetrandam irrigationem aliasve res tum ferias tum ludicras institutis apud Judæos, vide Massechet Taanit c. III. & notas Lundii.

quid instare auguratus est, per quadraginta annos jejunavit, ut excidium avertere posset, & se ita maceravit, ut non aliter quam חלשא *infirmus* vulgo vocaretur. Sed postquam Urbs & Templum subversa erant, & viderat sua jejunia frustranea fuisse, Titi Imperatoris medicis ad refocillandam sanitatem usus est. Ita aliud jejunii exemplum habes in Senioribus Hierosolymitanis, qui (ut etiam in *Taanit* dicitur) descenderunt in urbes suas, & indixerunt universale Jejunium, *quia Ascalone visa fuerat uredo instar magnitudinis orificii furni.* Item cum cis Jordanem lupi duos pueros devoraverant, exequias illorum infantum inter fletum & jejunium fecerunt. Et tandem sibi quoque Jejunia indixerunt ex desiderio re aliqua fruendi, ut videmus in R. Jose, & in תעניות חלומים *jejuniis ad felicia insomnia adipiscenda*, aut ad insomnii interpretationem assequendam, aut ad malum insomnii omen avertendum. Tale Jeju-
p. 49. nium pro insomnio permissum erat in Sabbatho, cum alias in eo jejunare non liceret. *Bab. Schabbat.* f. 11. 1.

IX. Produxit Jose Ben Joëser dies suos usque ad tempus Jannai regis, & interfectus est à Græcis, *Zemach David.* p. 70.

יהושע בן פרחיה ונתן הארבלי

*Jehosua fil. Perachiæ, & * Nathan Arbelita.*

Ao. 3560.

I. A præcedentibus Hi doctrinam accipientes, circa hunc annum nihil

* Mirum est, Auctorem hunc Socium Jehosuæ appellare נתן *Nathanem*; quum vocari deberet נתאי, *Nittai.* Ita in Pirke Abot יהושע בן פרחיה ונתאי הארבלי קבלו מהם „Josua fil. Perachiæ & Nittai Arbelita acceperunt ab iis. In Sepher Juchasin נתאי הארבלי חבירו של יהושע בן פרחיה והוא אב בית דין והוא מן הזוגות „Nittai Arbelites Collega fuit Josuæ fil. Perachiæ, eratque Pater „Synedrii, & numeratur inter Duumviros. (Vid. pag. 42. Not. in Histor. Jose filii Joezer) *Nittai* etiam vocatur in Misna Avoth, Sepher Hakkabbala R. ben Dior, Schalschelet Hakkabbala; Maimonidis præfat. Zeraim, Schebile Emuna R. Meir Aldabi fol. 93. col. 2. Nuspiam *Nathan.* Hic Nittai à R. Gedalia comes adjungitur Jehudæ ben Tabbai (non Josuæ fil. Perachiæ, ut à nostro Auctore) his verbis, יהודה בן טבאי ונתאי הארבלי קבלו מן השני יוסי הנ״ל „Juda ben Tabbai & Nittai Arbelita acceperunt traditiones à duobus Jose supra memoratis: idem scribit R. Abraham ben Dior in Sepher Hakkabbala. Cum Auctore tamen nostro facit R. Zacuth in Juchasin & R. David Gans in Zemach David, & R. Maimonides. In Joma Talmudis Hierosol. Simeon

tes, circa hunc annum florere cœperunt. De *Nathan* † *Arbelita* nihil aliud p. 50.
legimus, nisi ipsum secundum à Principe fuisse (ut ordinarie in talibus p. 51.
זוגות *combinationibus* observatum est) & suam sepulturam habuisse בארבל בין צפורי לטבריא *In Arbel inter Zipporim & Tiberiam: Juchasin* pag. 65. Voluit enim in sua patria, & domesticis כוכין *sepulchretis* recondi, ut & mortuus *Arbelita* vocari posset.

II. De

ben Shetach comes adjungitur Josuæ fil. Perachiæ, ad quem, quum in Ægypto esset, velut ad maritum suum, scripsit Simeon, conquerens, se solum sedere Hierosolymis, quum alter procul abesset.

† In Misna Mass. חלה Cap. 4. §. 10. vocatur Nittai איש תקוע, Tekoa oriundus, de quo dicitur ibidem, quod הביא חלות מביתר ולא קבלו ממנו adduxerit placentas ex Bittera, quæ non fuerint ab eo receptæ. Quem textum citat auctor Libri Juchasin. Hoc loco Arbelites dicitur. Apparet autem ex nostro Auctore, qualis Arbela intelligi debeat, illa nempe, quæ non longe à Tiberiade dissidet, & à *Josepho, Antiq.* L. XII, Ἄρβηλα, πόλις τῆς Γαλιλαίας, dicitur: quam innuere videtur *Hieronym. de loc. Hebr.* quum dicit vicum esse Arbel trans Jordanem in finibus Pellæ. R. autem Zacuth in Juchasin de Arbel sic disserit, וארבל שם מקום כשור שלמן בית ארבאל והיא שומרון ויש אומרים כי הוא מקום אחר לנינוה שנקרא כן, „*Arbel* est nomen proprium loci alicujus, ut apparet ex Hos. 10. 14. „ubi dicitur: *Quemadmodum vastavit Salman Beth Arbel.* Beth Arbel est Samaria „(Salman est Salmanasser, qui eam vastavit, juxta Kimchium & Aben Ezram) sunt ta„men qui dicant esse nomen alius loci prope Niniven. Ex eorum numero R. Benjamin, quem vide in Itinerar. Tunc autem illa intelligunt Arbela, ad quæ fusus est Darii exercitus, ὥσπερ οἱ πολλοὶ γράφουσι, ait Plutarchus, qui pugnam illam ad *Gangamela*, commissam vult, quod interpretatur, cum Strabone aliisque Veterum, οἶκον Καμήλου, *domum Cameli.* Rectissime, cum Persis *Chana* sive *Gan* aut *Gana* (diversis enim modis pronunciari potest, præsertim in compositione) domum significet, & *Gamal*, Camelum. Non ignoro, in Plutarchi editione Paris. γαυγάμηλα legi, in aliis γαγάμηλα, quod eodem redit, (nam litera Persica per Græcum γ & σ potest reddi, quum ita fere pronuncietur à Persis uti *je* à Gallis) & γαυ ibi pro γαυ legi: Verum si quis ad proclivem mutationem γ in υ attendat, & meminerit in Strabone & Plutarcho legi Gangamela à Brissonio, Baudrant, aliisque; simulque interpretationem Veterum, Gangamela per domum Cameli interpretantium, aliquo habeat pretio; non invitus concedet, Gangamela (quod accurate datæ interpretationi respondet) pro Gaugamela legendum esse; & longius petitam etymologiam Bocharti, qui גבאי גמל, tributum Cameli, longe insigniori literarum mutatione vertit, eversa plane Veterum interpretatione; adde quod & גבא, tributum Persis non notet. Nec videtur, quamvis genio Persismi sit propior & servandæ interpretationi Veterum magis accommodata, sententia Doctissimi Hyde (qui Linguarum Orientalium hoc sæculo summum fuit præsidium) plene satisfacere, qui à Fovea Cameli dicta vult Gaugamela. Quæ latius excutere hæ non sinunt angustiæ.

p.52. II. De *Jehosua fil.* * *Perachiæ*, plura nobis Historia reliquit, quæ in sequentia contrahimus. Cum Rex Alexander & Regnum & Sacerdotium una retinere vellet, quidam fuerunt, qui ad prandium invitati Regi dicere ausi sunt, *ipsum Regia corona contentum esse debere.* Quam correptionem Rex ægre tulit, & ita exarsit, ut omnes Doctores interficere præceperit: quod mandatum etiam satellites statim exequuti sunt, respectu illorum, qui vel præsentes erant, vel alias his carnificibus objecti fuerunt: sed *Schimeon filius Schetach* à sorore sua, quæ Regina, præsenti morti ereptus & occultatus fuit. *Jehosua fil. Perachiæ* vero in Ægyptum fugit, & Alexandriam, commune Judæorum receptaculum, petiit. Sedato autem hoc turbine, & Simeone ben Shetach in pristinam gratiam restituto, Simeon etiam Jehosuæ reditum efflagitavit; quo concesso Jehosuæ Alexandriam tales litteras scripsit מני ירושלים עיר
p.53. הקדושה ליכי אלכסנדריא של מצרים בעלי שרוי בתוכך ואני יושבת שוממה *A me Jerusalem civitate sancta, tibi Alexandria in Ægypto* [*salutem,*] *Maritus meus apud te habitat, dum ego interea sedeo sola.* Quibus acceptis *Josua* iterum Hierosolymam rediit. Vide *Juchasin* f. 18. 2.

III. Notatu autem dignum est, quod Judæi Josuam Perachiæ fil. Domini nostri, Jesu Christi, Præceptorem faciant; & velint Christum † se illi comitem in Ægypto petenda præbuisse. Sed certum est ipsos

* Josua hic dicitur in Sepher Juchasin, Præceptor fuisse Simeonis ben Shatach, והאריך יהושע בן פרחיה שנים רבות עד זמן ינאי הנקרא אלסכנדר בן הורקנוס „& annos vitæ suæ extendisse usque ad tempora Alexandri Jannæi, fil. „Hyrcani. Variant tamen circa ejus ætatem Judæorum sententiæ, ut monet R. Gedalias in Catena Cabbalæ p. 17. qui Simeonem ben Shatach Josuæ ben Perachiæ Collegam facit, & Nittæum Arbeliten conjungit cum Juda ben Tabbai, ut Præside: quod ordini Auctoris nostri repugnat.

† Audi Abrabamum Ben Dior in Sepher Hakkabbala de Servatore nostro loquentem. כותבי זכרונות בישראל אומרים שיהושע בן פרחיה רבו של ישו הנצרי ואם כן הוא בימי ינאי המלך היה וכותבי זכרונות באומות העולם אומרים כי בימי הורודוש נולד ובימי ארקילוס בנו נתלה ומחלוקת גדולה היא זו שהפרש יש ביניהם יותר מקי׳ שנים „Historici Israelitarum dicunt Josuam, Filium Perachiæ, fuisse præceptorum Jesu Nazareni, atque juxta hunc computum vixit tempore Jannæi Regis. Verum historici „Gentium (Christiani aliique) dicunt eum sub Herodis imperio natum, & sub Archelao filiò ejus suspensum esse. Inter quos non exigui momenti discrimen est: differunt enim horum sententiæ pluribus quam 110. annis. Pergit idem. ואפשר שהם טוענים כל כך לאמר שלא עמד הבית ומלכות ישראל

ipsos Historiam corrupisse, ne veritatem agnoscere debeant; ut, post- p. 55.
quam verba ipsorum retulero, facile apparebit. Sic autem illi *Babyl. Sanhed.* f. 107. 2. *Cum Jannai* (sive *Alexander*, duplex enim nomen habuit,) *occideret Rabbinos, abierunt R. Josua Ben Perachia, & Jesus Alexandriam in Ægypto.* Hoc est præcipuum testimonium, ex quo hanc opinionem de Messia nostro fabricarunt: Sed, quoniam vident, se parachronismum committere, si velint nostram annorum & temporis Christi supputationem sequi, eam interpolare conatur R. Abraham in *Juchasin* p. 17. 1. cujus verba hic apponere lubet. *Verum audivistis, quod* אותו האיש *vir ille* (sic Dominum Jesum tecto nomine designare solent) *discipulus ejus* (Josuæ scilicet) *fuerit. Etiam verum est, quod natus sit anno 4 Regni Jannai, anno 263 à Templi restauratione, & 51 imperii Chasmonæorum. Nam etiamsi* p. 56.
illi

אחר תלוהו אלא מעט ומסורת אמת הוא בידינו מהמשנה והתלמוד שלא החליפו שום דבר כי ר׳ יהושע בן פרחיה ברח למצרים בימי אלכסנדר והוא ועמו ברח ישו הנצרי וקבלת אמת בידינו שבשנת נא למלכות בית חשמונאי ובשנת רצט לבנין הבית נתפש והוא בן לו׳ שנה בשנת שלש למלכות אריסטובלוס בן ינאי „Et fieri potest, ut objiciant illi nobis, Templum & Regnum Israeliticum non „diu perstitisse post Jesum suspensum. Verum certa in manibus nostris est traditio in „Misna & Talmude, ubi nil immutatum est, Rabbi Josuam, filium Perachiæ, fugisse „in Ægyptum & quidem Urbem Alexandri Jannæi. Et certo accepimus à majoribus „nostris, anno 51 Principatus Asmonæorum, & 299 à Condito Templo secundo, eum „esse prehensum, quum annos natus esset 36, anno tertio regni Aristobuli, qui Jannæi „erat filius. Hinc, quum æra Judaica nostram per sæculum & plus antevertat; ubi Constantini ætatem definit זכרון דברי רומי׳ Chronicon rerum Romanarum, scribit Illum vixisse אחר שלש מאות שנה לישו לחשבונינו אבל לחשבונם ליותר מארבע מאות ועשרים שנה „Anno trecentesimo post Jesum, „juxta nostrum vero, ultra quadringentesimum & vigesimum. Abarbanel in Daniel. scribit Jesum esse manifestatum בחרבן בית שני, circa vastationem Templi Secundi: idemque in Comment. ad Jes. 52. dicit Jesum Hierosolymis esse suspensum בסוף בית שני in fine Templi secundi. R. David Gans ישוע הנצרי נולד בבית לחם יהודה פרסה ומחצה מירושלים בשנת ג׳ אלפים ותשסא ליצירה והיא שנת מב לקיסר אגושטו „Jesus Nazarenus natus est in Bethlehem Judæ, ses qui millia- „ri distante Hierosolymis, anno mundi 3761, Cæsaris Augusti 42. Quæ non patiuntur hunc Josuam fil. Perachiæ Jesu præceptorem fuisse. In Chronico Templi secundi Christus dicitur captus tempore Pompeji, בימים ההם נתפש ישו הנצרי ואחר כן בא פמפיוס אל דמסק „Illis diebus prehensus est Jesus Nazarenus „& postea Damascum petiit Pompejus. quod confirmat Auctoris nostri dicta pag. 56. lin. 22. R. Gedalias, ut discrepantes sententias conciliet, dicit, duos fuisse Josuas, & Josuam hunc filium Perachiæ non fuisse magistrum Jesu, sed alium, tempore discipulorum Hillelis & Schammai, pag. 17.

illi (Christiani) *dicant, Ipsum natum esse tempore Herodis Chasmonæorum servi, anno Creationis 3760, & quod crucifixus sit 35 annis ante devastationem Templi, ætatis ejus 32; intentio ipsorum solum est nos contumelia afficere, dicendo, quod celeriter, antequam quadraginta anni expleti erant, propter iniquitatem, quam nos in illo exercuisse dicunt, Templum devastatum fuerit; Nam res se non ita habet: nativitas enim ejus 89 annis citius accidit, quam illi dicunt &c.* Studium certe veritatem pervertendi ipsos in transversum abripit. Non consentiunt ipsi in sua Chronologia; nam secundum *Zemach David*, Alexander potitus est imperio, anno 3660. R. Josua fil. Perachiæ vero cum Jesu in Ægyptum fugit, anno 3560: qua ratione non solum tempora turbant, sed etiam Dominum nostrum centenarium facere debent. Taceo Æræ nostræ anticipationem, quæ Nativitatem Christi ferme ad Pompeji tempora rejicit. Habent hoc illi Chronologi, ut si aliquid reperire possint, quantumvis nihili, quod ad rationes nostras aliquo modo enervandas facere credunt, ambabus id arripiant manibus, alias forsan omni argumentorum vi illud ipsum refutaturi. Exemplum habes in illo loco *Juchasin*, ubi de Promethei, maximi Romanorum Sapientis, filio narratur
p. 57. שהיו לו ז בנות ואמרו הגוים שהאחרת הנקראת אשתוניפוס ילדה ב׳ בנים האחד אפקון והשני שלצבין והיתה בתולה קודם לידה ואחר לידה וזה קשה *Ipsum 7. filias procreasse, & ex Gentium relatione ferri unam ex illis nomine Istonibos duos filios peperisse, quorum nomina erant Aphkon & Schalzebin; nihilominus autem ante & post partum virginem mansisse: & illud grave esse.* Quibus autem *grave sit*, annotavit quidam curiosus glossator, זה קשה לנוצרים נגד דתם שאמרו שורה נס למרים אם של ישו *Hoc grave est Christianis; facit enim contra sententiam ipsorum, qua volunt, hoc miraculum fuisse in Maria matre Jesu.* Nos existimamus, ipsummet *R. Zacuth*, cum hoc sciolo commentatore, illo die, quo hoc scripserunt, aliquod purgamentum calcavisse: tam infeliciter laborarunt, cum contra nos hoc obtusum spiculum fabricarunt. Tales enim fabulæ absque ulla authoritate & solo אמרו הגוים stabilitæ, eadem facilitate difflantur, qua adstruuntur. Et tamen talia nugamenta ipsis placent, quia gravia sunt Christianis. *

שמעון

* Vixisse hoc ævo Eliam quendam, docet R. Geda'ias in Shalshelet Hakkabba'æ, his verbis ראיתי בקונטריס ישן כי בדור הזה היה אליהו הנזכר במשנות וגמרא בלשון הזה ת״א רבי אליהו שרומז אל בית מדרשו ואינו אליהו הנביא בשום פנים „Legi in vetusto quodam quaternione, hoc ævo „(Nittai Arbelitæ) floruisse Eliam, cujus mentio sit in Misna & Gemara sub his ver-

שמעון בן שטח יהודה בן טבאי p. 58.

Simon fil. Schetach, Jehuda fil. Tabbai.

3621.

I. ITerum Præsidentem & † Vice præsidentem conjungimus: (Juchasin 15.) Homines sane, qui nihil prius sibi habuerunt, quam Magistratum integrum & incorruptum præstare. p. 59. Unus ex illis quotidie lachrymas fundebat, ob quendam lapsum, quem immature judicando fecerat; alter vero prætulit justitiæ cursum saluti & incolumitati filii sui. Hos mihi Areopagitas Themidis ministros incorruptimos dicas.

II. Sed præcipue *Simeon Ben Schetach* maximus * παῤῥησιαςὴς & virtutis

Aaa 2

„bis: Traditio est domus Eliæ, id est, scholæ. Non autem fuit hic Propheta Elias, „ullo modo. Celebre est hujus Eliæ effatum, quod in Talmude, Tract. Sanhedrin & Avoda Sara occurrit, ששת אלפים שנה הוי העולם שני אלפים תוהו שני אלפים תורה ושני אלפים ימות המשיח „Sex annorum millibus consistet mundus: „quorum duo millia inane, duo millia Legem, duo millia dies Messiæ complectentur.

† Adhuc sub judice lis est, quis horum duorum Princeps sive Præses, quis Pater Senatus, fuerit; quum de reliquis זוגות, paribus virorum, à Jose fil. Joezer usque ad Hillelem, nulla sit controversia. Ita R. Abraham Zacuth כל זוג וזוג הא' נשיא והב' אב בד' חוץ משמעון בן שטח ויהודה בן טבאי שיש בזה מחלוקת ר' מאיר אומר שיהודה בן טבאי נשיא ושמעון בן שטח אב בד' וחכמים אומרים להפך „Omnium Duumvirum prior erat Princeps, „posterior Pater Synedrii. Sed de Simeone ben Shetah & Juda ben Tabai adhuc dis„putatur; R. Meir enim Jehudam ben Tabbai Principem fuisse existimat, & Simeo„nem ben Shetach Patrem Synedrii. Verum Sapientes contrarium statuunt. Quamvis autem in Misnæ Tract. Chagiga, Abot &c. sententia R. Meir videatur stabiliri, amplectitur tamen R. Abraham Zacuth sententiam Sapientum, & Simeonem fil. Shetah Principem fuisse pronunciat, idque colligit ex rebus ejus gestis: quod, uti Princeps, Legatos miserit ad Oniam Hammagal, & ædificaverit Conclave Gazit, quod vocetur ראש הסנהדרין Caput Synedrii, in Talmude, quod Regem Jannæum judicaverit, quod 80 mulieres uno die suspenderit &c. R. Meir Aldabi in Schebile Emuna pag. 93. Jehudam ben Tabbai præponit Simeoni ben Shetah; verum inde non licet concludere, quod illum putarit fuisse Præsidem Senatus, nam paulo post, Schammæum Hilleli quoque præponit, quem tamen nemo, quod sciam, Hebræorum Præsidem fuisse unquam affirmavit.

* Egregium extat monumentum ὀρθοδοξίας & invicti animi, quo ornatus fuit hic Simeon fil. Schetach, in Megillat Taanith Cap. 10. בעשרים ושמנה בטבת

p. 60. virtutis rigidus custos fuit. *Accidit aliquando* (versio est CL. Coccei in
p. 61. Sanhed. כהן גדול) *ut servus Regis Jannæi homicidium committeret. Hortabatur Simon Sapientes, ut in id animadverterent & judicium de eo haberent. Mandant itaque ipsi: servus tuus homicidium perpetravit. Mittit illum. Mandant ei denuo. Tu ipse quoque sistas te, & testimonium accipias; nam de heris Lex ait: veniat possessor bovis & consistat juxta bovem.* Exod. 21. 29. *Venit, assedit. Tum Simeon ad illum conversus, Rex Jannai, inquit, surge in pedes tuos, & tum testimonium de Te dicetur; neque putes te coram nobis surgere, sed coram Illo, quo jubente mundus factus est. Tum ille, non ex tuo Jussu, sed pro eo quod censebunt Collegæ tui. Conversus dextrorsum & sinistrorsum vidit omnes in solum oculos desixisse; quibus Simeon* בעלי מחשבות אתם יבוא בעל מחשבות ויפרע מכם *Vosne cogitabundi? futurum est ut cogitabundus aliquis vos ulciscatur. Confestim Gabriel illos humi afflixit, ita ut omnes animam efflarent; hinc factum est decretum, ut Rex nec judicet (personas Synedrii) nec ab illis judicetur.*

III. Aliam Historiam legimus in *Hieros. Sanhed.* f. 23. 3. & *Bab. Sanhed.* f. 44. 2. in Gl. Venit aliquis & nuntiavit Simeoni, *Ascalone* in spelunca ali-
p. 62. qua degere octoginta fæminas veneficas, & suis veneficiis enecare mundum. Die ergo quodam pluvioso, ascitis ad se 80 juvenibus, accedit ad speluncam,

יתיבא כנישתא על דינא מפני שכשחיו צדוקין יושבין בסנהדרין „Dies vigesimus octavus mensis Thebet festus est, quia Consessus Synedrii circa Judi- „cia reformatus est hoc die, quoniam Sadducæi occupaverant Synedrium, ita ut nullus „Israelitarum Orthodoxorum in Synedrio inveniretur חוץ משמעון בן שטח „excepto Simeone filio Schetah והיו שואלין תשובות והלכות ולא היו יודעין להביא ראיה מן התורה אמר להם שמעון בן שטח כל מי שהוא יודע להביא ראיה מן התורה יהא ראוי לישב בסנהדרין וכל מי שאינו יודע להבי׳ ראיה מן התורה אינו ראוי לישב בסנהדרין „Et petebant responsiones, & definitiones Juris, sed non „poterant rationem ex Lege afferre. Dixit itaque Simeon ben Schetah: Quicunque „rationem ex Lege potest adducere, dignus est, ut in Synedrio maneat, at qui non po- „test, dignus non est ut in Synedrio sedeat. Oblata autem est aliquando disputatio- „nis materies, quam cum ex Lege probari vellet Simeon ab aliquo Seniorum, qui huic probationi impar Synedrium rursus ingredi ausus non fuit, substituit ejus Sadducæi loco Orthodoxum Israelitam; atque ita quotidie egit, donec semoverentur è Synedrio omnes Sadducæi. Dicit R. Abraham ben Dior in Sepher Hakkabbala, fuisse Simeonem ben Shetach Fratrem conjugis Jannæi. Verba ejus hæc sunt והרג גם הוא בחכמים מכה גדולה חוץ משמעון בן שטח שהיה אחי אשתו „Et magnam „edidit stragem Alexander Jannæus, & occidit Sapientes excepto Simeone filio Sche- „tah, quia erat frater conjugis suæ. Idem ex Beracot annotat Auctor Libri Juchasin, cui consentit Abarbanel in Nachalat Avot.

luncam, pulsat, & unum se ex sodalitio venefico profitetur; statim admittitur, & videt eas artes suas exercentes; una enim, mussitatis suis incantamentis, bucellas adduxit, altera vinum, tertia carnes elixas &c. Tandem ipsum interrogarunt, quid tu potes? Respondit, Bis clamabo, atque 80 juvenes venuste vestitos introducam, qui ipsi lætissimi erunt, & deinde & vos exhilarabunt. Ad quod illæ, לן לן בעיין *tales nos vellemus.* Edit itaque vocem primo, & juvenes induerunt vestes suas nitidas, quas vasculis tectas asportaverant; vociferante eo secundo, ingressi sunt omnes: datoque signo, unusquisque unam è terra in sublime rapuit, ut ita magica earum facultas periret: istique deinde, quæ bucellas adduxerat, dixit, *Adduc jam bucellas:* at defecit ipsam vis magica, ita ut nihil adducere posset. Dixit ergo; cum ea ad furcam. Alteri dixit, *Affer vinum;* ac afferre non poterat: eam etiam, inquit, ad suspendium. Alteri dixit, Affer etiam quod antea adduxeras; sed omnis facultas ipsam reliquerat, ita ut & illa cum omnibus reliquis uno die ad supplicium acta fuerit. In quo processu duo præcipue notanda; unum est, quod Simeon illas 80 mulieres supplicio suspendii puniverit; p. 63.
quod supplicium tamen, secundum ea, quæ in tractatu *Sotah & Hal. Sanhed. Maym.* leguntur, in mulieribus exerceri non debuit. Alterum vero est, quod nullum Synedrium, aut judex, secundum Judæorum canones, plures in uno die condemnare possit, nisi velit חבלן *perditorius* audiri: At Simeon judicavit, condemnavit, & supplicio affecit 80 homines uno die.

IV. Hujus rei ratio tamen in promptu est; processerant enim fæminæ † Israeliticæ ad talia flagitia, & tantopere ad veneficia proruperant, ut necessarium omnino fuerit durum quid לפי שעה *pro temporis ratione*, contra illud corruptum seculum decernere. Eas itaque suspendit ad exaggerationem exempli, & ad rem publicandam: atque hoc uno eodemque die, ne earum cognati aut alii homines ad illas li- p. 64.
berandas conspirarent.

† Hinc patet, quam vera fuerit Hillelis sententia, qui illis temporibus proximus fuit, de mulieribus Judaicis מרבה נשים מרבה כשפים „Qui multiplicat mulieres, multiplicat veneficia. Cui consentiunt Gemaristæ in Sanhedr. c. VII. שרוב נשים מצויות בכשפים „Quod maximam partem mulieres Magiæ deditæ sint. Unde rationem petunt, cur præcise in fæminino genere מכשפה, Maga dicatur Exod. 22. 18. Invaluerant iis sæculis apud gentem Judaicam præstigiæ & invocationes Dæmonum, quarum exempla passim in Talmude, in Bereschit Rabba, & alibi tam frequentia sunt, ut neminem fugere possint. Unde depromta sunt illa, quæ in Raimundi, Buxtorfii, Ligtfooti aliorumque scriptis passim occurrunt.

IV. Viri Doctissimi existimant, Simeonem Ben *Schetach* Conclave גזית *Gasit* † ædificari curasse: quo loco, excepto Sancto Sanctorum, in Templo vix fuit angustior. Erat כמין בסיליקי גדולה *instar Basilicæ magnæ;* Situm habebat talem, ut pars ejus dimidia esset in loco sancto, dimidia vero altera in profano. Qui in illud voluit ingredi, debuit per Antemurale tamdiu pergere, donec veniret ad hujus Conclavis portam, quæ versus חיל *Antemurale* aperiebatur: habebat quidem etiam portam, quæ in Sanctum ducebat, sed non licuit unicuique illac transire. Insuper in hoc Conclavi sedit Synedrium Magnum; non quidem in ea parte Conclavis, quæ erat in Atrio, quia *in ea nemini sedere licuit, nisi Regibus ex familia Davidis;* at pertinebat ad Judicum commoditatem & majorem authoritatem, ut sedere possent: quare elegerunt hujus Conclavis alteram dimidiam partem, quæ in profano erat, ad judicia exercenda. In ea sedit Synedrii Præses à parte occidentali, Vice-præses à dextra ejus, atque utrimque in hemicyclo seniores. Vid. *Joma* fol. 25. 1. *Maymon. Hal. Sanhed.* c. 1.

p. 65. Existimavit olim Vir CL. *Const. l'Emperour* in notis ad *Middot* p. 191. Judam Iscarioten, nummos proditionis, postquam ipsum sceleris pœnituisset, & Patres Conscripti illos resumere renuerant, in hujus Conclavis solum projecisse. Quid enim aliud furor & indignatio ipsi dictasset, quam ut, repulsam passus, infelicem pecuniam ad pedes ipsorum, qui mercedem dederant, dispergeret? Equidem Virum Magnum multum æstimamus, sed tamen in nullius verba juravimus. Scimus enim libertatem esse recti judicii animam. Itaque plane aliud censemus: nam dicitur *Sanhed.* fol. 24. 2. קדם לארבעים שנה חרב בית המקדש גלו דיני נפשות מישראל *Quadraginta annis ante vastatum Templum, ablata fuisse judicia capitalia ab Israele;* & (Avoda Sarah f. 8. 2.) *Synedriales tunc migrasse ex Gazit & consedisse in tabernis.* Ratio migrationis erat, quia sanctitate loci *Gazit* ad homicidas plectendos obligati fuerant, quos tamen ob ingentem multitudinem punire non poterant. Hinc clamarunt Judæi, Johan. 18. 31. ἡμῖν οὐκ ἔξεστιν ἀποκτεῖναι οὐδένα, quo minime indigitant, *Scis ô Pilate, te à nobis hanc potestatem sumpsisse*, ut communiter volunt; sed innuunt, *Nosti ô Pilate, prædecessorum nostrorum lenitate & hoc sæculo malorum fertilissimo, ita nostram authoritatem propter intractabilem*

† De Liskat Haggazit vide Selden. de Synedriis Lib. 3. c. 13. p. 374--382. L'Empereur ad Massechet Middot p. 183. Ligtfoot in Descript. Templi & Hor. Hebraic. ad Johann. 19. 13. ubi hoc argumentum ex professo tractatur.

ctabilem ficariorum & latronum nequitiam tremere, ut à ſanguine & ſuppliciis nobis abſtinendum ſit. Non itaque Synedrium ſedit in Gazit, tempore passionis Chriſti, & proinde nec illa pars Templi, in qua Judas nummos ſparſit, conclave Gazit fuit: ſit illa חנות *Taberna*, non contradicam, modo probabile eſſet, Synedrium hos nummos dediſſe. Nam ſi hic nobis ulterius excurrere liceret, non difficulter oſtenderemus, Judam non Synedrium, ſed בית דין של כהנים *Concilium Sacerdotale* (de quo legere potes in Bab. *Joma* fol. 66.) adiiſſe, & ab illis impiam mercedem ſumſiſſe. Sæd hæc ex occaſione Simeonis Ben Schetach. p. 66.

V. Hoc tempore etiam floruit quidam חוני המעגל *Onias* * *Hammagal*; quem quidam per 70 annos dormiviſſe dicunt: ſed ab aliis id, quia p. 67.

* *Hammagal* vocatur ille, qui circulos aut orbes format. l'Empereur in Halicot olam vertit: *Circularis*; Seldenus male, *Plauſtrarius*. Hoc nomen Oniæ adhæſiſſe videtur ex more, quem obſervabat precaturus, circulum in pavimento ſignandi, & in eo conſiſtendi, dum preces ad Deum funderet. Docetur hoc in Maſſechet Taanit, c. III, 8. ubi quidam dicuntur ab Onia efflagitaſſe, ut Deum precaretur pro impetranda pluvia; quæ conſuetudo erat illorum temporum, מה עשה עג עוגה ועמד בתוכה ואמר לפניו רבונו של עולם בניך שמו פניהם עלי שאני כבן בית לפניך נשבע אני בשמך הגדול שאיני זז מכאן עד שתרחם על בניך התחילו גשמים מנטפין אמר לא כך שאלתי אלא גשמי בורות שיחין ומערות התחילו לירד בזעף אמר לא כך שאלתי אלא גשמי רצון ברכה ונדבה ירדו כתיקנן עד שיצאו ישראל מירושלים להר הבית מפני הגשמים באו ואמרו לו כשם שהתפללת עליהם שירדו כך התפלל שילכו להן „Quid autem fecit „Onias? circulum duxit & in medio ejus ſe conſtituit, & coram iis ita precatus eſt. „Domine mundi, Filii tui in me oculos converterunt, quia ego ſum quaſi Filius domû „Tuæ. Coram Te juro per Nomen Tuum magnum, me ex hoc circulo non diſceſſurum, niſi prius miſertus fueris filiorum tuorum. Mox pluviæ leviter deſtillare cœperunt. Tunc dixit Onias; non talem pluviam petii, ſed eam quæ replendis puteis & „ciſternis & ſpeluncis ſufficiat. Tunc cœperunt pluviæ maxima vehementia deſcendere. Rurſum dixit Onias: non talem pluviam petii, ſed placidam in beneplacito & „benedictione Tua. Tum pluviæ eo modo deſcenderunt, ita ut populus ad montem „Templi confugeret præ pluvia (ibi enim porticus erant) Deinde dixerunt Oniæ: „Quemadmodum petiiſti, ut deſcenderent pluviæ, ita pete jam, ut ceſſent. Deinde Simeon ben Schetach dicitur nuncios ad illum miſiſſe, qui dicerent: Niſi tu eſſes Onias, excommunicandus eſſes. Verum quid tibi faciam, qui ludis inſtar pueri coram facie Dei, qui, ut parens puero, omnia tibi largitur? In Gemara additur, Oniam, quum extra circulum conſiſteret, & oraret, nullam impetraſſe pluviam, dein duxiſſe circulum; quod etiam fecit Habakuk c. 2. v. 1. uti liquet ex his verbis: Super cuſtodia mea ſtabo, & conſiſtam in loco munito, id eſt *in circulo*. Narratur iiſdem fere verbis hæc Hiſtoria in Megillat Taanith, ubi additur, hoc contigiſſe vigeſimo die men-

p. 68. quia parum fundamenti habet, eadem facilitate rejicitur, qua asseritur. Interfectus autem fuit hic Onias in illo bello, quod Hyrcanus & Aristobulus, fratres, sibi invicem intulerunt, & quod à Judæis ob duas constitutiones in illo factas, præcipue memoratur. Sunt illæ ארור מי שגדל חזיר *Maledictus sit qui porcum aluerit*; & ארור מי שילמד לבנו

p. 69. חכמה יונית *Maledictus sit, qui filium suum † Græce docuerit.* Juchasin p. 17. Occasio faciendi hæc decreta recensetur in *Bab. Kama* fol. 82. 2. & *Menachot* f. 64. 2. *Obsidebat Aristobulus Hierosolymam, & in ea Hyrcanum. Obsessi*

sis Adar, diemque illum festum haberi inter Judæos. Et quum Oniæ preces rogarent, שהיה רעבון ובצורת בארין ישראל שלש שנים „ Præcessisse famem & „ siccitatem in Terra Israelitica trium annorum. Filium hic Onias habuit Josen, cujus in Misna fit mentio.

Σύγχρονος porro hujus Oniæ fuisse traditur quidam *Eliboini*, ab Abarbanele in Præfatione, quæ Commentario ad Pirke Avot præfixa est, & R. Abraham Zacuth in Sepher Juchasin, appellatus אליהועיני בן הקף, ab Hoc etiam insignitus titulo Pontificis summi, qui unam modo vaccam rufam in cineres redegerit.

† Origo hujus constitutionis in Sota ad tempora Titi Imp. reducitur: scilicet, בפולמוס של טיטוס In bello (πολέμῳ) Titi, decreverunt Sapientes שלא ילמד אדם את בנו יונית Ne quisquam filium suum Græca doceat. Differentiam horum temporum ut concilient Judæi, ajunt, in diebus Aristobuli & Hyrcani cusum fuisse hoc decretum, sed neglectui traditum esse, & sub Tito renovatum. Permiserunt tamen familiæ Rabban Gamalielis cognatæ stemmati Regio ut Græca discerent, quia hoc ad ornatum non parum conferre videbatur, si etiam hac eruditionis parte non carerent. Hinc in schola Gamalielis quingentos fuisse, qui sapientiam Græcam didicerint, sed matura morte ereptos, ait R. Simeon Fil. Gamalielis qui se & Filium patruelis sui solos ex iis superstites esse ait, in Bava Kama. Ipse autem R. Simeon Linguæ Græcæ studium maximopere amavit, sic ut dixerit in Megilla הספרים לא התירו שיכתבו אלא יוונית „ Libros (Biblia, ut docent Glossæ) non permittunt Sapientes verti nisi in linguam Græcam. Quin ad omnia legitime adhiberi linguam Græcam ejusdem Simeonis decreto confirmant recutiti. Josephus autem & Philo, illique, qui eruditionis laude inter recentiores Judæos claruerunt Sapientiam Græcam adoptarunt, ejusque fuerunt peritissimi. Hinc Aristotelis, Platonis, Socratis (qui Principes fuere sapientiæ Græcæ) tot elogia passim apud Maimonidem in Epist. ad Aben Tybbon, R. Zacuth, Lipmannum aliosque obvia. Hinc tot phrases Philosophicæ, vocabula Græca plurima ὡσεὶ κόνις, in scriptis Rabbinorum; quæ edocent כמה בין ראשונים לאחרונים, quantum intersit inter (Judæos) priores & posteriores, ut verba R. Chaiæ in Bereschit Rabba mea faciam. Frustra excipiunt, Aristotelem non Gentilem Græcum fuisse, sed Judæum proselytum Justitiæ, vel illum à Simeone Justo, aut è libris Salomonis suam hausisse sapientiam; Platonem à Jeremia, Socratem ab Achitophele, Philosophiam accepisse, quum & ratio Chronologica repugnet, & veterum testimonia nulla sint, quæ huic sententiæ pondus addere queant.

sessi indies in arcula fune demissa nummos demiserunt, pro quibus obsidentes illis quotidiana sacrificia dabant. Erat autem inter obsidentes quidam doctrina Græca instructus, qui dixit: Quamdiu illi Leiturgiam sic facient, in manus vestras non venient. Cum igitur postero die nummos demisissent, remiserunt ipsis porcum; in cujus ignominiæ vindicationem illi in Urbe deinde hæc fulmina vibrarunt. Erat p. 70. quidem Judæis jam antea prohibitum porcos nutrire, partim quia accensentur לבהמה דקה *pecori parvo*, cujus pastores infames erant, nec ad testimonium dicendum admittebantur; partim veró, quia non licuit mercaturam facere *rei cujusvis immundæ*. (Vid. *Bava Kama* c. 7. 7. in *Glossa.* & *Gem.* item *Maymonides* ad *Demai* c. 2. 3.) sed nondum maledictio contra transgredientes apposita erat, sicuti in hoc bello factum.

שמעיה ואבטליון

Schemaia & Abtalion,

A. 3722.

I. ITerum Principem & Patrem Senatus habemus; non natos Judæos, sed † *proselytos Justitiæ* גרי צדק & ex Sancheribi nepotibus: ita p. 71. tamen ut mulierem Israeliticam matrem habuerint, כדי שיוכלו לדון *ut idonei ad judicandum essent.* Nam apud *Rambam* in *Sanhed.* expresse definitur: Neminem inter Israelitas Judicis munus administrare posse, nisi mater ejus Israelitica esset. Ita etiam apud Ilienses olim in usu

Bbb erat,

† R. Gedalias in Catena Cabbalæ, postquam dixisset שהיו מבני בניו של שנחריב אשר נתגייר אחרי ההריגות גדולות שעשה בישראל ואלו החכמים היה להם רשות לשפוט את ישראל להיות אמם ישראלית „Fuisse eos ex nepotibus Sanheribi, qui proselytus factus est post multas strages, quas „ediderat in Israele, & licuisse iis judicare Israelem, quia matrem habuerunt Israeli„ticam; addit יש אומרים שיש בתורות הקסרים של רומה פסק אחד נקרא על אם אבטליון „esse, qui dicant, in Legibus Imperatorum Romanorum inveniri titulum inscriptum nomine Abtalionis. Sed ait Gedalias, se, licet summo studio ei rei incubuerit, invenire non potuisse. Abarbanel tamen in Nachalat Avot, idem confidenter narrat, his verbis ועוד היום יש ביניהם דת אחד נקראת דת אבטליון ואמרו שאבטליון זה עזב עבודת הצלמים שהיו ברומי „Et ad hunc usque diem est apud ipsos (Christianos) Lex „quædam, quæ vocatur Lex Abtalionis, & dicunt, illum reliquisse cultum Imaginum, „qui Romæ vigebat. Hillel gloriari solebat, se horum esse discipulum, eosque laudabat admodum. Vide Pesachim c. VI. Quanto etiam amore complexi sint Hillelem Schemaja & Abtalion, vide in Hotting. Thes Philol. p. 43.

erat, ut qui matre Iliensi natus esset, materno privilegio municeps censeretur.

II. Ornavit autem Juchasin p. 17. Schemaiam & Abtalionem hoc elogio, *quod fuerint Sapientes maximi* ומעשיהם כבני אהרן, *& opera* P. 72. *ipsorum fuisse, ut opera filiorum Aaron*, * (etsi ex semine ejus non erant) *Hillelemque & Schammaeum ipsos praeceptores habuisse.*

III. Coætaneum habuerunt quendam יהודה בן דורתאי *Jehudam Ben Dorothai*, (Juchasin p. 18.) qui se à Sapientibus separavit, & in Austrum contulit, ne ipsi Hierosolymas ascendendum esset; existimavit autem ille, quod חגיגה Sabbathum pellat, eadem ratione ac Pascha facit, & sæpius dixit: *Miror ego duo illa seculi lumina, Schemajam & Abbtalionem, qui maximi Sapientes sunt, Israelitis non indicare, Chagigam pellere Sabbathum &c.*

IV. Adhuc alius vixit illo tempore, nomine † *Akiba Ben Mehalel*, qui alias doctus fuit, sed etiam hoc laboravit malo, quod non in-P. 73. totum cum Sapientibus consenserit; sicuti R. Jehuda Ben Elai hoc ipsi in tract. עדיות obiicit. אדמון וחנן בן אבישלום *Admon & Chanan filius Abisalom*, & *Measa* hoc tempore *Senatum Hierosolymitanum* magnopere ornarunt.

בני בתירא
Filii Betiræ.

I.** Filii Bethiræ (inquit *Juchasin*, fol. 18. 2.) fuerunt in sodalitio Schemajæ & Abhtalionis, & cum Hillel veniret ex Babel, ut post ipsos

* Respicit forsan Auctor Juchasin ad dictum Hillelis, (qui Præceptores suos, hos Duumviros, summo habebat pretio, eorumque dicta & facta imitabatur) memoratum in Misna Pirke Avot c. 1. הלל אומר הוי מתלמדיו של אהרן אוהב שלום ורודף שלום „Hillel dicit: Estote discipuli Aaronis, qui amabat pacem eamque „sectabatur. Ostenderunt certe Schemaia & Abtalion, se opera Aaronis, pacem amantis, imitari; quum tam mansuetos, inter quos eminuit Hillel, protulerint discipulos.

† Non satis accurate distinguit Auctor nomen hujus Sapientis, quod עקביא Akabja est (uti liquet ex Misna Pirke Abot, Sepher Juchasin &c.) ab עקיבא, Akiba & pro Mehalel, legi debet מהללאל, *Mahalaleel.* Eundem errorem erravit Cl. Vorstius in versione Zemach David, p. 82.

** In *Sepher Hakkabbala* dicitur fuisse in diebus R. Akiba ר׳ יהודה בן בתירא בבבל *Rabbi Jehuda filius Bethira in Babele.* Rabbi Josuæ nulla ibi fit mentio. Vixit autem Jehuda, uti in Zemach David videre est, 150 annis & amplius, & fuit adhuc Collega

ipsos Principatum ambiret, ipsimet Hillelem Principem constituerunt, p. 74.
semet ipsos ex humilitate Principatu abdicantes. Historia refertur in *Hieros. Pesachim* fol. 33. 1. *Traditio aliquando excidit filiis Bethiræ, nam inciderat dies decimus quartus (quo Pascha celebrari debebat) in Sabbathum, & illi ignorabant an Pascha Sabbathum pelleret, necne. Dixerunt quidam ipsis: est hic Babylonius quidam, cujus nomen est Hillel; ille servïit Schemaiæ & Abbtalioni, & sine dubio sciet, an Pascha Sabbathum pellat, necne. Miserunt & vocarunt ipsum (Hillelem); & ipsi dixerunt: Num unquam in vita tua audivisti, an Pascha (quod est die decimo quarto celebrandum,) si incidat in Sabbathum, illud pellat necne?* p. 75.
Respondit ille: Estne nobis tantum unum Pascha Sabbathum annuatim? Nempe sacrificium juge? Hæc probavit argumentis à pari, à minori ad majus &c. Ast ab eo hoc non receperunt, usquedum diceret: Sic & sic eveniat mihi, hoc audivi à Schemaia & Abtalione. Hoc audientes prostiterunt illico, atque illum ad Præfecturam promoverunt.

II. Nomina horum fratrum fuerunt, *Jehuda & Jehosua*, quorum prior diutissime vixit, & sub senectutem suam se in Babel contulit, à quo loco Hierosolymas nunquam reversus est, ne in festis quidem

R. Joohanan ben Saccai, qui longe post hæc tempora vixit, juxta R. Gedaliam in Catena Cabbalæ p. 21. Lepidum est, quod subjungit idem, se legisse שר׳ יהודה בן בתירא היה מזרע המתים שהחיה יחזקאל אמר רב שהמתים ההם היו מבני אפרים שמתו במצרים „R. Judam Ben Betiræ esse ex posteris il„lorum mortuorum, quos resuscitavit Ezechiel. Dicit Rab, illos mortuos fuisse è filiis Ephraim in Ægypto mortuis; & p. 18. ait tres fuisse Filios Betiræ, Judam, Josuam, Simeonem.

Dixit R. Gedalias illos tempore Schemajæ & Abtalionis fuisse נשיאים בירושלים Principes Hierosolymis. Hi primi titulo *Rabbi* ornati leguntur apud Judæos, ut liquet ex Sepher Juchasin, Schalschelet Hakkabbala &c. quamvis nonnulli Josuam ben Perachiæ hoc titulo primum ornent, alii alios.

Narrat R. Petachias in סבוב, (sic vocat Itinerarium suum, quod, perinde ac illud R. Benjaminis, ad extollendum gentis Judaicis decus, & fingendos, nescio quos, Hebræorum Reges è stirpe Davidis, plane est compositum) mentionem faciens montium Ararat, locorumque affinium, illic esse בית הכנסת של ר׳ יהודה בן בתיר׳ „Synagogam (ædem conventus) R. Jehudæ Fil. Betiræ. Certe id constat ex Sepher Juchasin, & Gemara Cod. Sanhedrin c. 4. & 11. R. Judam extra terram Israeliticam habitasse בבבל בנציבין in Nisibi, Urbe Babyloniæ, de cujus situ nonnulla leges apud Clar. le Moyne, in Var. Sacr. p. 646. & ne solemnibus quidem festis adscendisse Hierosolymas, quum senex esset. An vero eodem loco, quem innuit Petachias, Synagogam habuerit, plane incertum est, ut fere omnia, quæ de monumentis antiquitatis, ibidem adhuc reliquis, fabulantur Judæorum scriptores. Ejusdem furfuris esse videtur narratio R. Benjaminis in Itiner. de Sepulcro R. Judæ Filii Betiræ prope Maranem.

dem ſolennibus; quia ætate & annis ab apparitione publica excuſatus erat. Juchaſin f. 19. 1. †

p. 76. # חלל ושמאי

Hillel & Schammai.

Anno 3728.

I. Quoniam illi Collegæ fuerunt in vita, & poſt mortem etiam in ſententia dicenda ſemper conjunguntur, Hiſtoria ipſorum hic etiam conjunctim proponenda eſt. Fuit autem Hillel ex ſtirpe Davidis: *nam liber genealogicus* (inquit Hieroſ. Taanit f. 68. 1.) *repertus eſt Hieroſolymis, in quo ſcriptum erat, Hillelem ortum eſſe è familia Davidis, per uxorem ejus Abitalem.*

p. 77. II. Aſcendit Hillel ut diximus * Hieroſolymam, & ſub Sche-
p. 78. maja & Abhtalione ſtuduit: Principatum vero obtinuit annis circiter centum.

† Σύγχρονος Filiorum Betiræ dicitur fuiſſe R. Jochanan בן בג בג, quo nomine appellatur in Pirke Abot, c. V. ex quo etiam apparet ex Gentilibus eum natum eſſe. בג בג, ſunt initiales literæ vocum בן גר בן גריות „Filium proſelyti viri & „proſelytæ fæminæ. Ita Buxtorfius in Abbrev. Fagius ad Pirke Avot, aliique. Verum Joſ. Scaliger, in obſervationibus hactenus ineditis ad Pirke avoth, cenſet, accuratius dici בג בג eſſe literas initiales vocum בן גוי בן גויה Filius Gentilis viri & gentilis fæminæ. Vocatur ibidem בן הא הא quia Litera ה & בג eundem numerum quinarium conficiunt, per Gematriam. Sic explicat R. Zacuth in Juchaſin. R. Maimonides non unius, ſed duorum ſapientum, hæc fuiſſe nomina exiſtimat, qui eodem ſæculo vixerint.

* De Hillele hæc leg. in Sepher Hakkabbala הילל עלה מבבל והוא בן ארבעים שנה ולמד ארבעים שנה כי מאה ועשרים שנה היו ימי חייו ומבית דוד הוה מזרע המלוכה ופ׳ תלמידים היו לו גדול שבכולם יונתן בן עוזיאל קטן שבכולם רבן יוחנן בן זכאי „Hillel adſcendit ex Babylone anno ætatis ſuæ 40 & docuit annos 40. Vixit autem „annos 120. Erat e ſtirpe Davidis è ſemine Regio. Habuit diſcipulos 80, quorum „maximus fuit Jonathan fil. Uzielis, minimus Rabban Juchanan fil. Saccai. Omittuntur hic 40 anni, quibus miniſtravit Iſraeli, שמש, juxta Gedaljam, vel ut Abraham Zacuth פרנס Paſtor vel Præfectus fuit Synagogæ: alias enim calculo 120 annorum non ſatis fit.

Hillel & Schammai ordinario junguntur, licet ante Schammai מנחם, *Menahem*, (pro quo male habet Vorſtius in verſione Zemach David p 83 *Minchas*, literarium מ & ס convenientia deceptus) Hillelis Collega fuerit. Sic ea de re Sepher Juchaſin ובראשונה היו הלל ומנחם ויצא מנחם לעבודת המלך עם פ׳

centum, ante excidium Urbis, ut nos docet *Bab. Schab.* fol. 15. *Hillel*, p.79.
& Filii ejus Simeon נהגו נשיאותן לפני החרבן חבית ק שנה *gesserunt* Syn-
Bbb 3 edrium

אנשים לבושים זהב „Prius Hillel & Menahem erant Collegæ, sed exiit Menahem ad obsequium Regi præstandum cum 80 viris, qui vestimentis aureis erant induti. Hos nonnulli existimant fuisse Herodianos. R. Abrahamus Ben Dior ait mortuum Menahemum superstite adhuc Hillele. En ipsa verba, היה מנחם חברו ומת בימיו. Nec abludit multum Abarbanel in Nachalat Avot, scribens. מנחם היה ראשונה חבר להלל הנה לפי שלא האריך ימים ושמאי עמד במקומו לראש הדור „Menahemum antea fuisse Socium Hillelis, sed quia brevis vitæ erat, ei successisse Schammai in Caput seu Principem ejus generationis. Successit ergo Schammai, & ubique cum Hillele jungitur, & de utroque dicitur, קבלו accepisse eos Legem oralem à Schemaia & Abtalione, quod diserte urget Abarbanel l. c. ut Successio Kabbalæ interrupta per quoslibet Duumviros propagata constet, & utrique eosdem Præceptores habuisse censeantur. Sunt tamen, ut patet ex Juchasin, qui Schammai Hillelis discipulum fuisse opinati sunt. Erat Hillel è stirpe Davidica, ut observat Auctor, & speciatim quidem מבני שפטיה בן אביטל בן דוד ex filiis Sephatiæ, filii Abital, filii Davidis, ut Abarbanel ibid. Alii (ut R. Gedalia in Catena Gabbalæ monet p. 18. & R. Abraham Zacuth) Hillelem è Tribu Benjamin prosapiam ducere, sed uxorem ejus è filiis Sephatiæ oriundam esse existimant. Appellatur Hillel הבבלי, Babylonius, quia ex familia Babylonica prognatus erat, juxta Juchasin. Et, verba sunt Abarbanelis in Præf Nachalat Avòt, עלה מבבל לירושלים ומצא שם בנשיות בני בתירא „ascendit è Babylonia Hierosolymas, & Filios Betiræ ibi in Principatu invenit. Reliquit autem fratrem suum Hiskiam in Babylonia, qui an idem sit cum Hiskia è posteris Zerubabelis (quem R. Abraham ben Dior ait fuisse אח, fratrem Hillelis) affirmare non ausim, cum אח etiam ad remotius consanguinitatis vinculum se nonnunquam extendat. In Sota dicitur שבנא Sebna frater fuisse Hillelis, qui, licet dives opum, succurrere Hilleli pauperi negavit. Commendatur Hillel ab auditorum frequentia. Abarbanel in Præfat. Nachalat Avoth היו לו כמו אלפים תלמידים, Erant ipsi discipulorum millia. Cui effato ne obstare videantur Traditiones veterum Hebræorum in Bava Batra (ubi dicitur, שמונים תלמידים היו לו להלל octuaginta discipuli erant Hilleli) & aliæ, hanc subnectit exceptionem; illud intelligi debere במובחרים מהם, de selectissimis & optimis inter illos, qui 80 erant. Emphatice porro in Sepher Juchasin appellatur Hillel, Ezræ discipulus; quod ex Babylonia, ut ille, Hierosolymas adscenderit, & Ejus mansuetudinem, pietatemque sit imitatus: quo etiam respiciunt voces, quibus plangebant Hillelem mortuum in Gemara Sanhedrin, הי חסיד הי עניו תלמידו של עזרא Ubi est pius, ubi mansuetus, discipulus Ezræ? Vocatur porro הזקן, Senior, ad differentiam aliorum. Plures enim fuere nomine Hillelis celebres, Hillel, filius R. Gamalielis, Hillel filius Ulam, Hillel, socius Raf Asse, Hillel, (coætaneus R. Joseph fil. Medori) qui dicebat Israeli, non esse venturum Messiam: quod dictum emolli re & palliare conatur admodum Abravanel in Rosh Emuna Cap. 14.

edrii *Principatum centum illis annis, qui devastationem Templi praecesserunt.* Solus Hillel Principatum obtinuit per annos quadraginta, ita ut ejus obitus in annum Christi duodecimum aut decimum tertium inciderit.

p. 80. III. Schammai fuit homo * ad iracundiam pronus, at Hillel fuit homo mansuetissimus, ut illius Gentilis, qui proselytus fieri voluit, exemplo patet; illum enim baculo abegerat Schammai, sed ab Hillele mansuete & humaniter receptus fuit. Aliud exemplum legere potes apud Cl. Hotting. in *Thes. Phil.* p. 42.

IV. Refert etiam *Juchasin*, & *Cl. Buxtorf. in L. T. ad rad.* שמונים תלמידים היו לו להלל הזקן שלשים מהן ראויין שתשרה עליהן שכינת כמשה ושלשים מהם ראויים שתעמד להן חמה כיהושע ועשרים מהם בינוניים גדול שבכולם יונתן בן עוזיאל קטן שבכולם רבן יוחנן בן זכאי „Hilleli fuisse octoginta discipulos, triginta ex illis dignos fuisse „divinæ Majestatis præsentia, uti Moses propheta; triginta alios dignos „fuisse, quorum causa consisteret Sol, ut propter Jehosuam fil. Nun „factum est. Viginti autem fuisse mediocres; quorum maximus fuit „*Jonathan Uzielis filius*, & minimus *Rabban Jochanan Ben Saccai.*

V. Maximum semper in doctrina inter hos Doctores fuit † dis- p. 81. sidium, sicuti ferme ex omnibus Talmudicis paginis videre est. Ab initio

* Hinc effatum Talmudicum לעולם יהא אדם ענוותן כהלל ואל יהא קפדן כשמאי „Semper homo sit mansuetus ut Hillel, non iracundus ut Schammai. Vocatur Schammai, non minus ac Hillel, הזקן *Senex*, unde colligit R. Abraham Zacuth, satis provectæ ætatis eum fuisse. Addit ibidem, אע״פי שהיה כעסן כנגד הרשעים היה עניו עם הצדיקים וכולו לשם שמים וכן מחלוקתו כי הוא הלך במקלו אצל יונתן בן עוזיאל אעפי שהוא תלמידו כי כל התלמידי׳ שהיו להלל כן היו משמאי „Quamvis Schammai foret iracundus adversus im„pios, adversus bonos tamen mansuetus erat. Et hoc omne cedebat ad gloriam Dei, „uti & ipsum dissidium inter ipsum & Hillelem. Ipse enim dicitur cum baculo suo „jam senex accessisse ad Jonathanem ben Uziel, quamvis Hic esset ejus discipulus: „(adeoque magis conveniret discipulum ire ad magistrum) Omnes autem Hillelis disci„puli, erant etiam discipuli Schammæi.

† In Sepher Juchasin legimus לא היה לו מחלוקת עם הלל כי אם בג הלכות „Non fuisse dissensum inter illum (Schammai) & Hillelem, nisi in 3 Capitibus. Maximas tamen hæc sententiarum divortia dederunt turbas, quas testantur Talmudici: hinc ipsorum querelæ, in Sanh. משרבו תלמידי שמאי והלל שלא שמשו כל צורכן רבו מחלוקות בישר׳ ונעשית תורה כשתי תורות „Ex quo tempore multiplicati sunt discipuli Schammai & Hillelis, qui non instructi erant „ad ministerium suum obeundum eo, quo par erat, modo, multiplicata sunt Schisma-

initio quidem cuivis licuit se Hujus vel Illius sectatorem profiteri, & p. 82.
sententiam, quæ ipsi arridebat, amplecti; at tandem prodiit בת קול in Jasne, & sic loquuta est: *Et horum quidem & illorum verba, sunt verba Dei viventis: sed certa rei determinatio est secundum sententiam Scholæ Hillel. Hieros. Beracot* f. 3. 2. Debuisset certe hæc declaratio τῆς *Bath Kol*, quam tantopere semper æstimarunt, inter illos omnes lites dirimere. Sed tantum abest, ut id factum sit, ut indies animi magis exacerbati fuerint. Cujus rei nobis aliqua monumenta relicta sunt; præcipua sunt hæc duo:
Hieros. Schabbat f. 33. *Ad Cœnaculum Chananiæ Ben Goron accesserunt Schammaani & Hilleliani, ut ipsum inviserent; dirus fuit iste dies instar diei, quo factus est vitulus aureus. Schammaani astiterunt ab infra & quosdam ex Hillelianis trucidarunt.* p. 83.

„ta in Israele, & Lex, hactenus una, evasit instar duarum Legum. Cui gemina est sententia R. Samuelis di Uzida in Commentar. ad Pirke Abot, quem מדרש שמואל inscripsit, אחר הלל ושמאי פסקו הזוגות ורבו המחלוקות וחורשו הספקות וצריך האדם מכח פלפולו „Post tempora Hillelis & Schammai „desierunt esse Duumviri (de quibus supra pag. 42.) & multiplicatæ sunt controversiæ, „& exortæ sunt dubitationes, & necessarium fuit hominibus disputando se exercere. Jejunium eandem ob rem institutum à Judæis legitur in Megillat Taanit, die 9 mensis Adar, quia illo Schola Hillel & Schammai contendere cœperunt. Vide Scalig. Canon. Isagog. 43. Emollire conatur Maimonides in Præfat. ad Seder Zeraim dissensum utriusque, affirmans, illum versari circa particulares quosdam ritus, & R. Samuel di Uzida, quum scribit loco citato, שהם בחייהם לא נחלקו „quod ipsi, dum viverent, „Hillel & Schammai divortia non fecerint. Verum nimis aperte Misna, & inprimis Gemara, has lites testatur fuisse gravissimas, quibus componendis ne ipse quidem Elias par sit. Meminit earum Hieronymus, quum ad Jes. VIII. scribit Sammai, & Hillelem, non multo prius quam Dominus nasceretur, ortos esse in Judæa, quorum prior Dissipator (male derivat à שמם) dicitur, sequens Profanus (quasi derivandum foret ab חלל) eo quod per traditiones & δευτερώσεις suas Legis præcepta dissiparint atque maculaverint. Sane primus fuit Hillel, qui cum Collega suo de ritibus his & istis disputationes habuit, quum antea contra Baithusæos, Sadducæos, & alios ἀλλοτριωμένους τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραήλ aciem ingenii sui direxerint. Primus fuit, qui Traditiones à majoribus haustas scripto consignavit & in ordinem quendam redegit juxta Auctores Hebræos, adeoque conatibus R. Jehuda Principis prælusit. Primus, qui infausta contentionum semina in Israele sparsit, (Nec Schammæum culpa excludimus) & occasionem Schismati dedit, quod si versetur tantum circa particulares ritus (ut excipiunt Hebræi) tanto graviorem meretur censuram. Prudentior erat Præceptor ejus Abtalion, qui in Pirke Abot. c. 1. Sapientes monebat prudentia uti in sermonibus suis, ne forte discipuli, aquas inde malas haurientes, peccarent, & nomen Dei profanum redderetur: a quo prudenti moderamine circa discipulos, R. Samuel di Uzida etymon *Abtalionis* deducit, id est, *Patris Juniorum* אב לקטנים כי טליא בלשון ארמי קטן „Nam Tali „Syriace Juniorem, puerum significat, Ab, Patrem.

trucidarunt; Traditio est: sex ex illis ascendisse, reliquos vero astitisse cum gladiis & bastis &c. Alterum exemplum legitur Hierosl. Scheviit f. 35. 2. & quod secundum versionem *Cl. Ligthfoot* ita sonat. *R. Tarphon descendit comestum ficus de suo, secundum scholam Schammaeanam: viderunt eum adversarii, atque in eum recalcitrarunt. Cum se periclitantem videret, per vitam vestram, inquit, nunciate in domo Tarphonis, ut parata ei sint indumenta sepulchralia &c.*

בבא בן בוטא

Baba Ben Butah.

I. De eo sic *Juchasin* f. 52. 2. *Ben Butah fuit Schammaei discipulus doctus valde & senex,* † *Rex Herodes ipsius oculos stibio fucavit, i.e. ipsum caecum reddidit, cum in initio Regni sui Sapientes interficiebat. Ille etiam est, qui Herodi dedit consilium* * *Sanctuarium reaedificandi; ut scilicet in expiationem, quod locum mundi, i.e. Sapientes, depresserat, alteram lucem mundi, i.e. Templum, restauraret.*

p. 84.

II. Ut his verbis aliquam lucem afferamus, apponere lubet historiam, quae de Herode, regnum rapiente, exstat in *Bab. Batra* f. 3. 2. *Herodes erat servus familiae Asmonaeae; oculos conjecit in puellulam ex illa familia. Die quodam audivit Bath Kol dicentem: Quicunque servus nunc rebellaverit, prospere rem geret. Quo oraculo confirmatus insurrexit in Dominos suos, atque omnes occidit; Ut & omnes illos Rabbinos qui ex dicto Deut. XVII. 15. invasioni ejus restiterunt, relicto solum Bava Ben Butah & filiis Bethirae. Hanc eadem etiam evasit Schammaeus,* qui, referente *Josepho*, illam praedixerat lanienam;
p. 85. item Hillel & †† Menachemus, & plurimi alii, qui prudenter obliqua via,

† Textum hunc integrum non dat Auctor: haec omittit, quae hic inserenda sunt; quod de Uxore, quae meretrix esse nonnullis perhibebatur, dixerit הזרע אינו סולד מן האש ולובן ביצה סולד מן האש „Semen non aduritur igne, sed albumen „ovi aduritur, sive coagulatur ex calore. Acuté.

* Multis vestitam circumstantiis hanc Historiam exhibet Talmud in Bava Bathra, dist. Haschotaphin, quae hanc in rem mereretur huc transferri, nisi prolixior foret. Sic incipit narratio de Baba, קטלינהו לכלהו רבנן שיריה לבבא בן בוטא וכו' & occidit Herodes omnes illos Doctores, excepto Baba ben Buta &c. In Bava Bathra dicitur Baba ben Buta observasse scissuras in Templo, & ideo consilium reaedificandi dedisse Herodi. Verius id fecisse creditur Herodes, ut Idumaeus existens aliquam apud populum Judaicum iniret gratiam.

†† Menachem, ut vidimus pag. 77. erat Collega Hillelis ante Schammai, sed exiit ad famulitium Regis Herodis; Juxta alios, in omnem abundantiam nequitiae prorupit, ut

via, non recto & adverso tramite, Regimini Herodis restiterant. An autem *Bath Kol* vox Spiritus Sancti fuerit, vel Diaboli opus, judicare omnibus in promptu est. Cessaverant enim jam tunc, secundum Judæorum propria testimonia, Prophetæ cum omnibus reliquis Oraculis. Nec hoc aut ullum aliud testimonium quod *Bath Kol* edidisse fertur, Spiritus Sancti naturam sapit, excepta forsan voce: *Migremus hinc*, quam auditam fuisse Josephus memorat, cum portæ Templi à se ipsis aperiebantur. Quod uti non negamus, ita & affirmare non dubitamus, omnes p. 86.
reliquas τῆς *Bath Kol* apparitiones mera præstigia & lusus Diaboli fuisse; quibus usus est ad homines seducendos, & veritatem Christianæ doctrinæ diminuendam; quasi illa Oracula & voces, quæ Pater cælestis edidit, quibusque Filium suum alloquutus est, & in quibus Christiana Religio non parum fundamenti habet, nihil extraordinarii haberent, & etiam circa alios homines factæ essent; quem palpum eo melius illi generationi obtrudere poterat, quia erat præter modum omnimodis magicis artibus & nequitiis dedita. Sane Spiritus Sanctus non ad rebellandum adhortatur, sicuti Bath Kol respectu Herodis fecisse dicitur, neque ita indifferenter verba Dei commendat, ut hoc vel illud relinquere possimus & supersedere, uti factum in illis verbis, quæ modo ex *H. Berachot.* f. 3. 2. citavimus, quibus Bath Kol dixit, *Schammai quidem & Hillelis sententias verba Dei esse; sed Hillelis verba tamen in controversia, etiam sub pæna mortis, sequenda esse.* Credibile deinde admodum est, illas declarationes, quas secundum *H. Avoda Sarah* fol. 4. 2. & *Bab. Sanhed.* fol. 11. Bath Kol in gratiam Hillelis & Samuelis Parvi Hierichunte in camera Ben Gadiæ & in עליית היבנה *Camera Jabbnense*, præsentibus Senioribus

 &

in Chagiga legimus. Erat autem, juxta auctorem Libri Juchasin חכם גדול כמו נביא שאמר הרבה נבואות והוא אמר להורודוס כשהיה קטן שימלך ואחר שמלך שלח בעבורו ואמר לו עוד שימלוך יותר משלשים שנה שמלך ל״ז שנה, Sapientia excellens uti Propheta: prædixit enim plurima, inter quæ est, quod Herodi, adhuc puero, Regnum prædixerit; qui cum imperium adeptus esset, ipsum accersivit, qui ulterius Ipsi prænunciavit Regnum ejus ultra 30 annos duraturum. Et eventus respondit, regnavit enim 37 annos. Paria leges apud Josephum Antiq XV. 13.

Contemporaneus Hilleli & Schammai, & hujus discipulus fuit דוסתאי Dosthai, Dositheus, cujus mentio fit in Massech. ערלה Cap. 2. ubi dicitur איש כפר יתמא Oriundus è vico יתמא (alii scribunt כפר דמאי vel דמא, ut R. Zacuth & Maimonides) & מתלמידי ב״ש è discipulis scholæ Shammæanæ. Nuspiam alias in Misna memoratur.

p. 87. & discipulorum corona fecit: *illos* v. 2. *idoneos esse recipiendo Spiritui Sancto:* aliquo artificio editas esse, ut his Doctoribus eo major authoritas & fama conciliaretur. Potest etiam esse, ut maxima pars harum apparitionum τῆς *Bath Kol* mera imaginatio fuerit, postquam opinio animis ipsorum insederat, & communis fama obtinuerat, tales voces aliquando de cœlo audiri. Nam בת קול sicut definitur in *Pirke Tosaphot ad Sanhed.* c. 1. 29. nihil aliud erat, *quam vox* (sive Echo) *quæ egrediebatur ex voce tonitru.* Quam facile autem aliquis simplici & credulo ingenio, persuasus in tonitru *Bath Kol* fieri, sibi imaginari potuit, hæc & illa verba tonitru nunc protulisse; plane ac aliquando pueri campanis & nolis voces, & verba attribuunt. Sed quod adhuc magis est, non solum tonitru pro τῆς *Bath Kol* genitrice habuerunt, sed si semel sibi proposuerant *Bath Kol* audire, quicquid oppido sensus ipsorum affecit, aut in aures illabebatur, statim pro *Bath Kol* sumpserunt. Exempla adsunt ad manus. *Hierof. Schabbat* f. 8. 3. dicitur, *R. Simeon Ben Lachish & R. Jochanan desiderarunt videre faciem Samuelis* [qui erat Doctor Babylonicus;] *sequamur, inquiunt, Bath Kol. Juxta Scholam ergo itinerantes audiverunt vocem pueri istud legentis* (*in* 1. *Sam.* 15. 1.) ושמואל מת *& Samuel mortuus est; Hoc observarunt, & sic evenit, nam mortuus est Samuel Babylonicus. Sic cum R. Jona & R. Jose pro-*
p. 88. *fecti essent visitatum R. Acha ægrotantem, etiam sibi proposuerunt vocem Bath Kol sequi; in via audiverunt vocem fœminæ cujusdam, vicinæ suæ dicentis: Extinguitur lucerna; cui illa, Ne extinguatur lucerna Israelis.* Quæ verba statim, tanquam τῆς *Bath Kol*, in omen morbi interpretati sunt: Sed de his satis impræsentiarum.

רבי יוחנן החורונית *
R. Jochanan Choronitæ.
חנניה בן חזקיה בן גורון
Chanania fil. Chiskiæ fil. Goron.

I. AMbo celebres sunt, quia Schammæani & Hilleliani ipsos tanquam oracula, propter solutionem quæstionum, inter ipsos ventilatarum, convenerunt. Et visitationes quidem, quæ in domo *Chananiæ* factæ sunt, raro finem absque tumultu habuerunt; sicuti exemplum supra adduximus ex *Hierof. Schab.* fol. 33. Reliqua quæ Juchasin de

* R. Maimonides in Præfat. ad Seder Zeraim hunc nominat ר׳ יוחנן בן החורני vertente Pocokio, R. Juchanan Fil. Huchorani.

de Chanania Ben Ezechiæ habet, ipsiusmet verbis adscribemus. *Chananias scripsit commentarium in Ezechielem; est etiam author* † מגלת תענית *libri* p. 89.
Taanit. Constitutiones & statuta, quæ Schammæani & Hilleliani בעליית *in ipsius Cœnaculo vel Musæo decreverunt, sunt numero* 18.* (vid Schabbat. c. 1.) *Fi-* p. 90.
lius ejus, nomine R. Eliesër fil. Chananiæ, sapientia polluit & Patris vestigia pressit, prout legitur in Siphre sect. כי תצא

נחוניה בן הקנה

Nechonia Ben Hakana. ††

I. ETiam hic vixit ante devastationem Templi, cum illis, quos hactenus in medium produximus, & quidem existimatione opti- p. 91.
ma,

† Chananiam hunc auctorem esse Megillæ Taanith etiam adserit R. Gedalias in Schalschelet Hakkabbala fol. 18. c. 2. ita etiam Abarbinel in Nachalat Avot.

In illa Megillat Taanit, quæ hodie extat, sub finem ita legimus מי כתב מגילת תענית סיעתו של ר׳ אליעזר בן חנינא בן חזקיה בן גרון כתבו מגילת תענית „Quis conscripsit Megillat Taanit? Consortium, Schola R. Eliezeris ben Chanina ben „Goron. Hinc apparet esse hoc volumen diversum ab antiqua Megillat Taanit, ut ex eo, quod mentionem injiciat R. Simeonis ben Gamalielis aliorumque, qui, ut probabile est, post ea tempora vixere. Raritatem hujus Megillæ admodum extollit Celeb. Seldenus de Synedr. Lib. III. c. 13. §. 12. p. 137. utpote cujus nulla fiat mentio apud Genebrardum, Gesnerum, Buxtorfios, Plantavitzium in Bibliothecis Rabbinicis; aitque suam editionem nec locum nec annum impressionis in titulo præ se ferre, & conjunctam esse Kabbalæ R. Abrahami Ben Dior, Chronico Templi secundi, Seder Olam Rabba, & Suta. Hi libri & meo exemplari conjuncti sunt, quod titulus ostendit Venetiis impressum esse anno supputationis minoris לפק 370, id est, æræ vulgaris 1610. typis Marci Antonii Justiniani, in 4to.

* R. Maimonides in Perusch Misnæ Mass. Schabbat, ait non 18 sed 24 fuisse, uti observat R. Abraham Zacuth. Mos autem ille adscendendi לעליה εἰς ὑπερῷον, quum res religiosæ agendæ essent, Judæis erat familiaris. Confer Marc. 14. 15. Act. 1. 13. & 20. 8.

†† R. Maimonides hujus Sapientis nomen non exprimit Nechonia, uti Noster, sed חנניה בן הקנה Chanania ben Hakkana.

Coætaneus huic Nechoniæ fuisse traditur R. Chanina fil. Dousæ, quem R. Gedalia in Catena Kabbalæ p. 19 vocat חנניא Chananiam, alibi Chaninam, dicens ibidem, se ex Libro דרך אמונה observasse, Medicam quoque artem ab eo fuisse exercitam. Sapientiæ & pietatis fama sic inclaruit, ut, juxta Auctorem Libri Juchasin, Bath Kol, cœleste Oraculum sub Templo secundo, de ipso dixerit כל העולם

ma, hinc aliquando ipsum נחוניא הגדול *Nechoniam* (vel ut Græci talia nomina pronuntiarunt; *Oniam*) *magnum* vocare non dedignantur. *Juchasin* p. 20. Composuit ille præstantissimum librum, cui בחיר nomen, Kabbala & mysteriis divinorum nominum refertissimum, *Juch.* p. 64. Cl. *Buxtorf.* patri *Nechoniæ* etiam attribuit ספר הפליה Biblioth. Rabbin. p. 397.

II. Admodum hic *Nechonias* longævus fuit, & cum aliquando interrogaretur, qua ratione tam senex factus esset, respondit: *Non accepi dona, neque affectibus meis nimis indulsi, neque meam gloriam quæsivi in ignominia socii mei, & proinde quoque maledictio socii mei non super me venit. Deinde etiam, quantum potui, avaritiam fugi* &c. Celebratur etiam in *Pirke Avoth* c. 2. hæc ipsius sententia; כל המקבל עליו עול תורה מעבירין ממנו עול מלכות ועול דרך ארץ וכל הפורק ממנו עול תורה נותנין עליו עול מלכות ועול דרך ארץ *Qui recipit in se jugum Legis, ab eo tollitur jugum Regni, & jugum viæ terræ; quicunque autem abjicit à se jugum Legis, super eo decernitur, ut ferat jugum Regni & jugum viæ terræ &c.* Solitus etiam est Nechonias contra communem consuetudinem, in ingressu in scholam, brevem oratiunculam ejaculari: rogatus quare id faceret, respondit; † *In*

ניזון בשביל חנינא בני „Totus mundus alitur propter Chaninam filium meum. Narrantur de Eo plurimæ Historiæ in Talmude, quæ Magiam spirant, (confer Ligtfoot. in Matth. 24. 24.) & maximam tamen inter suos ipsi conciliarunt auctoritatem, ut, quod cum Angelis colloqueretur, & illorum opera uteretur sæpius. Mitto alia. Hoc de eo addam ex Misna *Beracot*, c. 5. par. 8. Quod solitus fuerit dicere, quum precaretur pro ægrotis, se scire, quis moriturus esset, quis futurus in vivis superstes; quumque rogaretur, unde hoc nosset, dixisse; Quum expeditam sentio in ore meo precationem, colligo, acceptas Deo esse preces; sin minus, ægrotum è vita eripiendum esse. Exemplum nobis exhibent Talmudici in Hier. Beracot; quod nempe ægrotante filio Gamalielis duo sapientum discipuli ad R. Chaninam ben Dousæ missi sint in Urbem ejus. Qui cum indicassent R. Chaninæ, valetudinem filii R. Gamalielis minus esse prosperam, petiit ab iis Chanina; vellent exspectare, usque dum ascendisset in cœnaculum (לעליית) Ascendit, & fusis precibus descendens dixit; Liberatum esse à febri filium Rabban G. Eademque hora observavit R. Gamaliel, dereliquisse eum febrim.

Hac etiam ætate vixerunt, Abba Chilkia, nepos Oniæ Hammagali, ex filio, Chanin Hannachba, ejusdem ex filia nepos, Nahum הלבלר, Libellarius, qui semel in Misna Tract. פאה, tantum memoratur. R. פפיים, Papias, qui excidium Templi vidit, juxta R. Abraham Zacut, negante Maimonide. Nahum Medus. Chanameel Ægyptius, Pontifex stante adhuc Templo secundo.

† Integer textus hic est ex Misna Beracot, cap. 4. parag. 2. רבי נחוניא בן הקנה היה מתפלל בכניסתו לבית המדרש וביציאתו תפלה קצרה

In ingressu Deum oro, ne per me aliquod scandalum accidat, in egressu vero meo Deo gratias ago pro portione mea, quam ipsi mihi concedere placuit. Bab. Beracot. c. 4.

רבן שמעון בנו של הלל

P. 93.

Rabban Simeon fil. Hillelis.

Anno 3768.

I. * R*Abban Simeon* (inquit Zemach David fol. 36.) רבן שמעון בן הלל הזקן קבל מאביו ונתמנה לנשיא אחר אביו וזמן תחלת נשיאותו לא מצאתי בשום אחד מהמחברים *à Patre suo Hillele traditiones circa annum notatum accepit, & Patre defuncto constitutus est Princeps; at tempus initi Principatus ejus non reperi in ullo authore.* Liceat tamen nobis augurari, illud fuisse circa annum decimum tertium D. N. JEsu Christi; quoniam tunc Hillelem mortuum esse præsupponunt Chronologi, Simeonem vero Patri successisse. Narrat etiam *R. Gans*; וזמן משך נשיאותו לא ידענו *Tempus protractionis Principatus ejus itidem ignotum esse;* † quantum vero apparenter judicare liceat, plane videri ipsum non diu præsedisse. P. 94.

אמרו לו מה מקום לתפלה זו א'ל' בכניסתי אני מתפלל שלא תארע תקלה על ידי וביציאתי אני נותן הוריה על חלקי :

* Observandum est שהוא הראשון הנקרא משם רבן „ Hunc fuisse primum ornatum nomine *Rabban*, teste R. David Gans, quo titulo Septem Hillelis posteri, quorum hic primus fuit, insigniti leguntur. Præter hunc, Rabban Gamaliel Senex, Rabban Simeon filius Gamalielis Senis, Rabban Jochanan filius Saccai (qui solus inter hos non fuit ex familia Hillelis) Rabban Gamalielis Senis, Rabban Simeon filius Gamalielis Senis, Rabban Gamaliel Jasnensis, Rabban Simeon ejus filius, Rabban Gamaliel, filius R. Jehuda Hannasi.

† Magna inter ipsos Judæos de ætate hujus Simeonis, & sequentium Doctorum omnium usque ad R. Judam, sententiarum sunt divortia. Ut autem videas, quo ordine ab his & illis disponantur, hæc confer.

Juxta R. Mosen Maimonidem.

R. Jochanan ben Saccai, & R. Eliezer ben Jacob,
R. Tarphon & R. Akiba,
R. Meir & R. Jehuda.
Rabbi noster Sanctus.

Juxta R. Abraham ben Dior & R. Gedaliam.

R. Jochanan ben Saccai,
R. Gamaliel Jasnensis,

p. 95. II. Et sane verum est, Judæi admodum † parce de eo loquun-
p. 96. tur, cum tamen alias Hillelis posteros, diligenter satis recensere solent;

R. Akiba,
R. Simeon, Pater Rabbi.
Rabbi noster Sanctus.

Juxta Auctorem Libri כריתות

R. Jochanan ben Saccai, R. Simeon fil. Hillelis,
R. Eliezer Magnus, R. Gamaliel senex.
R. Akiba, R. Simeon fil. Gamalielis occisi,
R. Meir, R. Gamaliel, Jafnensis,
Rabbi noster Sanctus.

Juxta Auctorem הליכות עולם

R. Gamaliel Senior,
R. Simeon fil. Gamaliel,
R. Jochanan ben Saccai,
R. Eliezer fil. Hyrcani,
R. Tarpon & R. Akiba,
R. Meir.
Rabbi noster Sanctus.

Juxta Auctorem ספר יוחסין

R. Jochanan ben Saccai,
R. Eliezer Magnus.
R. Akiba,
R. Simeon & R. Meir,
Rabbi noster Sanctus.

Juxta Abvrbanelem.

R. Simeon fil. Hillelis,
R. Gamaliel Senior,
R. Simeon, occisus,
R. Jochanan ben Saccai,
R. Gamaliel Jafnensis,
R. Simeon Pater Rabbi,
Rabbi noster Sanctus.

Hæc ex Zemach, quæ dum vertit Clariss. Vorstius, omisit nomen R. Eliezeris ben Jacob & vocem דיבנה. *Jafnensem*, Epitheton R. Gamalielis, ter in hac serie male accepit, ut nomen proprium, vertens, R. Gamaliel *Dibanah*.

† Huc facit, quod de eo scribit auctor Libri Prosapiarum, R. Zacuth, R. Simeonis filii Hillelis Senis, qui Patri in Principatu successit, nullam fieri mentionem in Misna, לא נזכר במשנה Attamen in Pirke Avoth videtur Hujus injici mentio Cap. 1. Postquam enim paragr. 12, 13, 14. Hillelis Apophthegmata traduntur, & paragr. 5; Schammæi, par. 16, Rabban Gamalielis dictum exponitur, & par. 17. שמעון בנו, Simeonis Filius ejus,

leant; imo plane ipſum relicturi videntur, niſi ad Genealogiam Hillelis contexendam Ipſo opus haberent. Quod fecit, ut quibusdam ſuſpicio inciderit, quaſi ille Chriſtum ulnis excepiſſet, & ejus in Chriſtum fides in cauſa fuiſſet, quare deinde ipſum prӕterierint. Addamus ad hujus confirmationem, Chronologiӕ computum non refragari, & apud omnes receptum eſſe, filium ejus Rabban Gamalielem Apoſtoli Pauli prӕceptorem fuiſſe. Hanc itaque ſententiam ſequi non dubitabimus, donec aliquis nos felicioribus maxillis mandere docebit.

רבן יוחנן בן זכאי

Rabban Jochanan Ben Saccai.

I. FUit R. Jochanan *Simeonis fil. Hillelis* coӕtaneus, & etiam cum ipſo Kabbalam* accepit, ut jam monuimus, & exſtat in c. 2. *Abbot.* Vixit p. 97. autem 120 annos, ſicut Moſes *per quadraginta annos* עסק בפרקמטיא *in*

quod quidem de Simeone Gamalielis Filio intelligi non poteſt (uti primo intuitu ſuadere videtur relativum בנו, Filii ejus; quod proxime R. Gamalielis nomen ſequitur) quum ſequenti paragrapho, 18, exhibeatur ſententia R. Schimeonis Fil. Gamalielis. Ita ut probabiliter prior Simeon, cujus apophtegmata paragr. 17. traduntur, cenſeri debeat בנו של הלל Filius Hillelis: licet R. Samuel di Uzida in Commentario ſuo ad Pirke Abot c. 1. par 17. aliique reſpiciant Gamalielis Filium. Cur autem non immediate poſt Hillelem ſequatur apophthegma Filii ejus Simeonis, ſed unius paragraphi intervallo diſtet, hic non eſt locus disquirendi. Clarius rem intelliges, ſi ipſa Pirke Avoth inſpexeris.

* Ex hac phraſi, quod R. Jochanan ben Saccai ſolus dicatar Kabbalam accepiſſe ab Hillele & Schammai, licet ipſi 80 & plures habuerint diſcipulos, colligit R. Zacuth hujus Iohannis eruditionem fuiſſe ſingularem. Sic ille: פ׳ תלמידים היו להלל הזקן וריבז אחד מהם ועכ׳ז אומרים באבות בפ׳ שני ריבז קבל מהלל ומשמאי ,, 80 Diſcipuli erant Hilleli Seni, & nihilominus dicitur in Pirke Abot Cap. 2. R. Jochanan ben Saccai, qui unus tantum ex iis erat, accepit Traditiones ab Hillele & ,, Schammai. Jactavit ipſe, ſi fidem habemus ei, quod in Bereſchit Rabba de illo narratur Cap. 15. ſatis Thraſonice Sapientiam ſuam; hӕc ib. ריבז היה מקלם עצמו ואומר אם כל השמים היו יריעות וכל בני אדם לבלרין וכל היערים קולמוסין אינם יכולים לכתוב כל מה שלמדתי מרבות׳ ,, R. Jochanan laudabat ſe ipſum, dicendo, quod, etiamſi omnes cӕli eſſent vela, ,, omnes homines Scribӕ, omnes ſylvӕ calami, ſcribere non poſſent omnem doctrinam ,, illam, quam acceperat à Prӕceptoribus ſuis. Ejus hoc encomium reliquit R. Zacut משמת בטלה זיו החכמה, quod, eo mortuo, ceſſaverit ſplendor Sapientiӕ. Menaſſe Ben Iſrael de Creat. p. 39. vocat eum, Divinum. In Bava Batra, ſpeciatim

P. 98. *in pragmatica se exercuit*, (id est, opificio alicui vel mercaturæ operam dedit, aut coram Synedrio causas defendit, tanquam advocatus, ut in Euro-

recensentur illa, circa quæ versabatur ejus scientia מקרא ומשנה הלכות דקדוקי תורה ודקדוקי סופרים וכו׳ „circa Legem Oralem & Scriptam, Traditiones, & mysticas S. Scripturæ expositiones, Criticas disquisitiones circa Legem, & Observationes Scribarum, & Astronomiam & Dialecticam, & methodum adjurandorum Dæmonum, & parabolas omnis generis &c. Quin tanto fervore & pietate hic Jochanan cum Akiba, & discipulis suis & illius de rebus divinis disseruit (teste R. Gedalia) עד שהיה האש לוהט סביב הבירה, donec ignis domum, in qua erant, ambiret, eodem modo, ut quondam Lex data fuit in monte Sinai. Hoc accidit domi R. Abujæ Patris Elizæ, qui, cum ditissimus esset & solemnia circumcisionis Filii sui celebraret, hunc Jochananem & R. Akibam, eorumque discipulos (non omnes, puto, nam Akiba solus 24000 habuisse dicitur) invitaverat una cum Nicodemo Fil. Gorionis, Zizit Hacceser & Calba Schabua. Zelum hunc Jochananis satis fervidum testantur disputationes ejus cum Baithusæis, in Talmude memoratæ; & victoria ejus de Sadducæis reportata, in cujus memoriam dies 28 mensis Marchesvan festus statutus est, juxta Megillat Taanith.

Ita describit Ejus Historiam *Sepher Hakkabbala*: נתעסק ארבעים שנים בפרקמטיא ולמד תורה ארבעים שנה וכל חכמה שהיה בדורו ולימד ישראל ארבעים שנה ושפטן ולאחר חרבן הבית עלה ליבנה ושם שפט את ישראל ותיקן תקנות לתורה עד שנפטר ביבנה

P. 99. „Operam dedit 40 annis (πραγματεία) mercaturæ, & 40 annis Legem docuit omnemque Sapientiam ejus ætatis, & docuit Israelitas 40 annis & judicavit eos. Vastato autem Templo secundo adscendit Jafnen, & illic Judicavit Israelem, & constituit constitutiones & sepimenta Legis usque ad diem mortis suæ in Jafne.

Hic medius est in numero Trium illorum, quos 120 annorum ætatem attigisse memorat R. Abraham Zacuth, & ita, ut unus alterum viderit. Sunt autem hi, Hillel, Jochanan ben Saccai & Akiba. Longævitatem suam R. Jochanan pietati suæ & sapientiæ adscribebat: hinc in Megilla rogatus à discipulis quomodo ad tantam senectutem pervenisset, regessit: Nunquam minxi intra 4 cubitos à loco Orationis, nunquam omisi קידוש יום Sacrationem diei; quam ut rite peragerem, vendidit aliquando mater mea vittas capitis sui & inde vinum coëmit; & in eundem usum reliquit mihi, cum moreretur, 300 dolia vini. Hinc etiam, quum aliquando Hierosolymis esset familia, cujus masculi & fæmellæ fere omnes circa annum ætatis 18 moriebantur, hoc dedit superstitibus consilium: Ite & incumbite Legi. Paruerunt dicto & produxerunt dies suos longissime. Hæc familia autem deinceps ex nomine hujus Rabban appellata est משפחת יוחנן Familia Jochananis. Historiam ejus breviter exhibet idem in Alphabetho Doctorum Misnaicorum רבן יוחנן בן זכאי הכהן שחיה ק״כ שנה והיה גדול עם קיסר ושאל יבנה וחכמיה ולר׳ צדוק רופאים והוא היה נשיא ישראל והוא תלמידו של הלל הזקן ושמאי ובנו נקרא ר׳ יהודה והיו לו ה׳ תלמידים וכו׳ „Rabban Jochanan ben Saccai, „Sacerdos, vixit 120 annos, gratiam habens apud Cæsarem, & petiit ab eo Jafnen,

pæis Curiis in usu est: nam hæc omnia discipulo Sapientium licita erant) *Quadraginta annos se singulari diligentia studiis applicuit, & per quadraginta annos docuit;* nec ad Principatum venit, nisi sub finem vitæ ejus, sicuti in *Tract. Rosch Haschana* f. 20. 2. legere est. Consule etiam *Juchasin* f. 20. 2.

II. Principatum gessit in *Jabhne*, quo, excisis laribus, Synedrium se contulit, sed non nisi venia primo à *Tito* Imperatore impetrata; p. 100.
Avot R. Nathan c. 4. Quantum temporis vero ille regnaverit; prout illa tempora confusa fuere, vix sciri potest; *Juchasin* ipsi duos tantum annos attribuit: ut *Zemach David* quinque; quæ sententia etiam probabilior est.

III. Cum quadraginta annis ante vastatum Templum *Lucerna* occidentalis in Templo exstincta esset, & *lingua coccinea* in rubedine sua mansisset, sorsque Domini à sinistra prodiisset, atque ostia Templi, vesperi obserata, mane aperta inventa essent, exclamavit R. Jochanan Ben Saccai: היכל היכל מפני מה אתה מבעית עצמך יודע אני בך שסופך עתיד ליחרב ועליך נתנבא זכריה פתח לבנון דלתיך ותאכל אש בארזיך *O Templum, Templum, quare te perturbas? Fatum tuum novimus, te nempe esse excidendum; nam dicitur* (apud Zachariam,) *Aperi, ô Libanon, portas tuas, ut exedat flamma cedros tuas. Hierof. Joma* f. 43. 3. Et p. 101.
certe, quæ prædixit, propriis oculis aspexit; conflagrationi enim Templi, miserrimo spectaculo, & deplorandæ tragœdiæ, ipsi interesse contigit.

IV. Cum adhuc R. Jochanan Hierosolymis degeret, resque populi in integro esset, ingruit æstas sicca, & quæ plane homines torrebat; cum itaque populus non nisi moleste in Synagogis contineri posset, R. Jochanan de loco docendi dispensavit; & concionem in platea ista, quæ erat coram הר הבית *monte Domus*, convocavit; partim,

„ & sapientes ejus & Medicos, ut curarent R. Zadok. Erat quoque Princeps Israelis (favore nimirum Titi, qui, ut habet Gedalia עשה ריבו נשיא, constituit illum Principem) & discipulus Hillelis & Schammai. Filium habebat R. Judam, & 5 „ discipulos. Eminentiores scilicet (uti explicat R. David Gans, & quemadmodum alibi circa discipulos Hillelis distinguere Judæos vidimus.) Horumque hæc sunt nomina, ut in Pirke Avot memorantur: R. Eliezer Filius Hyrcani, R. Josua Fil. Chananiæ, R. Jose, Sacerdos, R. Simeon fil. Nethanaelis, R. Eleazar Fil. Arach, quorum ultimus ibidem præ reliquis laudatur. A *Justitia* nomen habet, juxta Vorstium & Hotting. in Not. ad Cippos Hebr. p. 38. Verius à Parente Saccai; dicitur enim Johannes ben Saccai, non Johannes Saccai, ut scribit Vorstius ad Zemach D. pag. 279. In spelunca prope Tiberiada ejus sepulcrum ostenditur.

tim, quia platea erat speciosa & larga ad magnam concionem & multitudinem, quam illi Doctores amabant, continendam; partim vero, quia *Mons Templi* ob altitudinem suam, gratiam umbram & auram præbebat. Hoc quod diximus, sonat dictum illud, quod legimus in *Pesachim* f. 26. 1. *R. Jochanan Ben Saccai, sedit sub umbra Templi, & docuit populum per totum diem.*

V. Cum *Vespasianus* Hierosolymas obsidione cingebat, prædixit ipsi R. Jochanan, quod *Imperator* futurus esset. Legitur Historia in *Gittin* f. 56. 1. *Echa Rabbati* f. 64. 2. R. *Jochanan Ben Saccai elatus est ut mortuus extra Hierosolymam; abiit ille ad exercitum Vespasiani, & dixit, ubi est Rex vester? Abierunt illi, & dixerunt Vespasiano; Judæus quidam te cupit salutare.*
p. 102. *Adveniat, inquit ille. Cum R. Jochanan advenisset, ipsum sic salutavit;* שלמא עלך מלכא שלמא עלך מלכא *Super te, ô Rex, sit pax.* (Alii referunt, ipsum dixisse ביבא מארי אפלטור *Vive Domine Imperator; Respondit Vespasianus, tu me salutas ac si Rex essem; at ego Rex non sum, & si hæc audiret Rex, talem virum interficeret. Regessit R. Jochanan: Quamvis nunc Rex non sis, Rex tamen eris; nam Templum hoc non destruetur nisi per manum Regis.*† *Esai.* 10. 24.

p. 103. VI. Fuit R. Jochanan dein etiam in castris Titi, & ab Utroque multo favore & benignitate accumulatus. Cum autem tandem lethali morbo decumberet, admodum animi ejus fortitudo, quam in vita sua sæpius probaverat, elanguit, ita ut cum accederent discipuli ejus Eum visitatum, flere inceperit. Quæsiverunt ab illo: *Quare ô Lucerna Israelis fundis illas lachrymas?* Respondit; Si me adducturi essent לפני

† Paulo aliter colloquium Vespasiani & R. Jochanan narratur in *Sepher Hakkabbala*, בימיו עלה אספסיינוס על ירושלים והיה בירושלים אבא סוקרא ראש הלסטים והיה בן אחותו של ריבֿז הוא יצא בלט אל המלך אספסיינוס ושאל ממנו שיצא אליו ריבֿז ועשה המלך בקשתו ויצא אליו וידע המלך את רוב חכמתו וכבדו תשאו והוא היה שר על ירושלים „In diebus ejus adscendit Vespasianus „Hierosolymas, eratque ibi Aba Sucra caput prædonum (ficariorum), filius fratris R. „Jochanan ben Saccai, & Imperatorem Vespasianum clanculum adiit, petens, ut R. Jochananem ben Saccai ad colloquium suum admitteret, & cognovit Imperator magnam „ejus scientiam, & honore eum affecit. Hic autem Princeps erat Hierosolymis. Additque Flavium Vespasianum, Tito belli Judaici reliquias composituro, in mandatis dedisse, ut R. Jochanan Ben Saccai revereretur, & magno in pretio haberet. Scilicet,

Qualiacunque volunt Judæi somnia vendunt,
Gens, nimis in laudes ingeniosa suas.

לפני מלך בשר ודם coram Rege carnis & sanguinis, si ille mihi irasceretur, ira ejus non est sempiterna, & possem forsan ipsum placare, at me adducturi sunt coram Rege Regum, qui vivit in secula seculorum, si mihi succensuerit, ipsum nunquam placare potero. Sunt deinde coram me duæ viæ, una ducit ad Paradisum, altera ad Gehennam, at ego nescio qua mihi eundem erit. *Bab. Beracot* f. 28. 2. Revera, quæ spes salutis superesse poterat misero & tremebundo homini? qui Christum quidem viderat, sed non amplexus erat: præcipue, postquam devastatio Templi, omnisque externi cultus abrogatio, ipsum docuerant, Deum ejus populares & universam gentem rejecisse; nec amplius operibus confidendum, quibus alias magna pars ejus sectæ beata fieri credebat. †

† Non incongruum videtur huic Historiæ R. Johannis Zachæidis addere Rabbinos sive Doctores Misnicos, ipsi coætaneos, quorum ingens est numerus, dum alii hos, alii alios, ipsi συγχέοντες adjungunt: quæ confusio originem suam ex eo habet, quod de Ipsius R. Johannis ætate nondum inter Judæos conveniat, uti vidimus pag. 94. & 95. Non mirum ergo est, si prout vel priorem vel posteriorem Ejus ætatem constituunt, etiam in iis assignandis varient, qui ipsius coævi fuere. Sequemur tamen in plurimis Maimonidem, quantum ordo Auctoris nostri permittit, & hoc loco conjungemus illos, quos & ipsi Judæi ad דורות, generationes quasdam, referunt, quoniam præcisam cujusque Doctoris ætatem definire non possunt. p. 104.

Hoc igitur ævo, præter nonnullos ex illa serie, quam vitæ R. Eliezeris subjungemus, celebres fuere inter Judæos, Joseph ben Gorion, Sacerdos, & frater ejus נקדימון Nicodemus, unus ex tribus ditissimis Hierosolymarum civibus, juxta Zemach David. Hi tres divites erant, Ben Zizit, Calba Sabua, & Nicodemus Gorionides, ut est in Gittin. Nicodemi gratia Sol in motu suo constitit, uti Josuæ fil. Nun. Hinc Etymologiam nominis, Nicodemi, ridicule eruunt שנקדה לו חמה, quia ei emicuit Sol.

Vix dubitamus, quin hic idem sit cum Nicodemo, de quo in evangel. Joh. 3. 2. & 7. 50. & 19. 39. In Echa Rabbati paulo aliter horum nomina leguntur, Erant, היו בירושלים ארבעה בוליוטין בן ציצית ובן גוריון ובן נקדימון ובן כלבא שבוע „Hierosolymis quatuor Bavili (sic vertit Raimundus; „puto esse Græcum βυλευταὶ, Senatores) Filius Zizit, Filius Gorionis, Filius Nico„demi, & Filius Calbæ Schabuæ. Eodem tempore filius Sororis R. Jochananis ben Saccai, dictus בן בטיח, erat præpositus horreis, qui & Avunculum comitatus est, cum efferretur ex Urbe, deducendus ad Vespasianum Imperatorem.

Ad hæc etiam tempora reducit R. Maimonides in Præf. ad Zeraim, R. Eliezerem fil. Jacobi, de quo tritum hoc est inter Judæos proverbium, quod cabus esset, sed purus. Id est, quod pauca proferret sed solida, ut ex Constitutionibus ejus, quæ in Misna superstites sunt, luculenter apparet. R. David Gans his verbis id exprimit שהלכתיו p. 105.

קב ונקי, quod *Ipsius Statuta*, essent *cabus*, *sed purus*. Vorstius id vertit, *quod mores ejus essent innoxii*; sed hoc accuratum non est. Dicitur hic notitiam mensurarum Templi habuisse optimam, unde ad nutum ejus dicitur conscriptus Tractatus Misnicus מדות, quem Latine edidit L'Empereur.

R. Zadok, qui 40 annis se afflixit, & à Deo petiit, ne vastaretur Templum Hierosolymitanum. Cujus filius erat

R. Eleazar ben R. Zadok, qui excidium Urbis vidit, & speciatim filiam Nicodemi Gorionidis (olim ditissimam, cui millies milleni denarii aurei dos fuerant) grana hordei colligentem inter pedes jumentorum offendit. Documentum hoc est extremæ miseriæ, quæ Rei publicæ Judaicæ supervenit ab Excidio Hierosolymarum.

R. Ismael fil. Elisæ, Sacerdos summus, formæ præstantia pietate & sapientia inclytus, cui vivo pellem detraxerunt in Urbis excidio.

Nonnulli duos fuisse Ismaeles filios Elisæ existimant, ut à contradictione suos liberent magistros, quorum nonnulli ante, alii longe post excidium hunc floruisse tradunt. Prædixisse fertur Samuel Exiguus (de quo pag. 108.) moribundus mortem hujus Ismaelis, in Sanhedrin c. 1. Confer, quæ de eo infra dicentur pag. 111. &c.

Aba Saul.

R. Eliezer המודעי, id est, (juxta versionem Josephi Scaligeri, ex MSS. ejus observationibus ad Pirke Avot collectam) ex vico Modim oriundus. A Maimonide hic ad tempora Excidii sub Tito refertur, à Zacutho ad cladem in Beter. Erat דרשן גדול, ita Hic in Juchasin.

R. Chanania סגן הכהנים, vicarius Sacerdotum, vel משנה הכהן הג׳ ut explicat R. Zacuth. De eo infra pag. 111; ejusque Filius R. Simeon.

R. Chanina fil. Antigoni Sacerd.

R. Eleazar בן פרטא, fil. Peratæ, vel, ut Ligtfoot, Partæ.

p. 106. Chanania בן חכינאי, fil. Chacinai.

R. Jehuda fil. Abæ, quem multi eundem faciunt cum R. Juda fil. Babæ.

R. Alai fil. Cobari.

R. Zacharias בן הקצב, filius Lanii, Sacerdos, & Zacharias בן קבוטר ut Maimonides scribit, vel בן קבוטל, ut Zacuthus, videntur quoque ad hoc ævum referendi.

Menahem בן סגנאי, fil. Segnai.

R. Simeon איש המצפה;

Horum licet aliqui serius vixerint, quam ut huic Jochanani ben Zaccai coævi statui possent, attamen libuit omnes, qui in duabus illis generationibus (דורות) quæ circa Excidium Urbis & paulo post, fuerunt, à Maimonide recensentur heic simul conjungere; quoniam accuratum characterem temporis, quo vixere singuli, ne ipsi quidem Judæi assignare queunt.

רבן

רבן גמליאל הזקן p. 107.

Rabban Gamaliel Senex. *

I. PRæpoſuimus R. Jochanan R. Gamalieli, quia R. Jochanan jam cum Patre ejus ſtudiis operam navaverat, & proinde ætate ipſum præcedebat, quamvis non Principatu; illo enim Gamaliel fungebatur, cum Chriſtus Dominus Noſter ſummo Senatui Hieroſolymitano ſiſtebatur; R. Jochanan autem demum ad illum pertigit, poſtquam Synedrium in Jabhnen migraſſet.

II. Poſt Chriſti in cælos aſcenſionem, vixit R. Gamaliel adhuc 21 annos; fuitque ſecundum communem ſententiam Divi Pauli præceptor; vid. Act. 22. 3. Act. 5. 34. Vocatur à Judæis הזקן *Senex*, cum ut illum ita à ſequentibus diſtinguerent, tum quia vitam in re ipſa diu longeque produxit.

III. Sub finem vitæ ejus confecta eſt à *Samuele* † *Parvo* (de quo p. 108. in *Juchaſin* f. 21. 1. & *Avodah Sarah* f. 42. 3.) illa Orationis formula, qua Chriſtianos, & alios cum ipſis non ſentientes, execrationi devovere ſolent,

* Quanta fuerit ejus auctoritas, his verbis monet R. Abraham ben Dior in Sepher Hakkabbala הרי ידענו שר״ג׳ זה ראש ישיבה ונשיא ומעשיו מקובלין בכל ארץ ישראל ובכל גליות ולא מיחה המלך ולא אדם בעולם „ Ecce cognoſcimus, quod hic R. Gam liel Caput Conſeſſus, & Princeps fuerit, & quod „ ſtatuta ejus obtinuerint per totam terram Iſraeliticam, & in omnibus captivitatibus, „ nec impediiſſe ea Regem ullum, vel aliquem alium in toto mundo.

† Multi exiſtimant, hanc orationem Samuelis Parvi non coram hoc Gamaliele Seniore confectam eſſe, ſed illo qui R. Jochanan ben Saccai ſequutus eſt. Verum R. Abraham Zacuth ait illos errare. Notanda eſt hoc loco Celeberrimi Altingii conjectura de Samuele Exiguo, quod nimirum idem ſit cum Saule, deinceps Paulo, qui Act. 7. 58. Νεανίας Σαῦλος dicitur. *Paulus* etiam Latino ſermone Jo קטן Hebræorum exprimit. *Samuel* שמואל, & *Saul* שאול, conveniunt, extrita litera מ, quæ forte inſerta ſit, uti initialis vocis מין hæreticus, poſtquam Chriſto nomen dedit. Accedunt zelus utriusque contra Chriſtianos, & convenientia temporum &c. quæ vide fuſius à Celeb. Viro deducta in Schilo L. IV. c. 28.

De eo hæc R. Gedalia שמואל הקטן תקן ברכת המינים לפני ר״ג הזקן ונקרא קטן בערך שמואל הנביא ומת קודם החרבן „ Samuel Exiguus confecit Precationem contra hæreticos, & vocatus Exiguus reſpectu „ Samuelis Prophetæ; mortuus eſt ante devaſtationem Templi.

solent & quam ברכת המינים † *Orationem contra hæreticos* appellant.
p.109. Sunt plurimi, qui compositionem hujus orationis ad tempora posterioris Gamalielis rejiciunt; sed nos neque ratione temporis, quo vixit, aut alius causæ, quid obstare videmus, quin in hac sententia manere & stare possimus: consule *Cad Hakkemach* f. 80. 1. *Hierof. Taanit* f. 65. 3. *Beracot* f. 28. 2. *Maym. Hal. Tephilla* c. 7.

IV. Lavabat aliquando R. Gamaliel *Acone* במרחץ של אפרודיטי *in Balneo Veneris; aderat ibi etiam Proculus Philosophi filius; & ipsum interrogavit; Quid tibi cum Veneris Balneo? an non scriptum est in Lege vestra, non adhærebit manui tuæ quicquam ex Anathemate? Respondit ille: In Balneo non disputo: postquam lavisset dixit. Ego non sum in limites ejus ingressus, sed illa in meos. Antequam enim illa erat, nos jam Balneum hoc habebamus. Nec nos unquam dicimus: Faciamus balneum formosum Veneri; sed dicimus, Faciamus Venerem formosam balneo: Avoda sarah* c. 3. 4.

V. Postquam mortuus est Rabban Gamaliel, ablata fuit *puritas, & Pharisaismi rectitudo*, cessavit etiam כבוד התורה *gloria* Legis. *Sotah.* c. 9. Hoc posterius quidam explicant, tunc cessasse, qui Legis peritos
p.110. æstimabant, & honore afficiebant. Alii vero dicunt, homines stantes tempore Gamalielis Legi operam dedisse; sed illo è vivis exempto debilitatem in mundum venisse, ut sedentes Legem studere & legere coacti fuerint.

VI. Unkelos Proselyta, & qui nobis legem in Chaldæam linguam paraphrasi transtulit, hunc Gamalielem tali honore & amore prosequutus est, ut cum eo defuncto supellex ejus ordinario ritu solum aromatibus comburi deberet, largos adhibuerit sumptus ad eum honorificentius cremandum. Dicunt in *Avoda Sarah* p. 11. & c. 7. *Tosephot Schabbat*, ipsum ultra 80 Minas Tyrias in bustum profudisse.

רשן

† Precatio illa adversus Hæreticos hæc est, למשומדים אל תהי תקוה וכל המינים כלם כרגע יאבדו ומלכות זדון תעקר ותשבר מהרה בימינו ברוך אתה ה׳ שובר רשעים ומכניע זדים „ Apostatis à fide nulla sit exspe„ctatio, & omnes omnino hæretici subito pereant, & regnum superbiæ eradicetur & „ confringatur cito in diebus nostris. Benedictus sis, o Domine Deus, destruens impi„os & humilians superbos.

רבן שמעון בן גמליאל
Rabban Simeon Ben Gamaliel.
Anno 3810.

I. POst Patrem hic Principatum obtinuit, sed ipso diu non functus est; fuit enim occisus in Hierosolymitana clade & devastatione, cum aliis novem itidem Doctissimis, quos הרוגי המלכות ab imperio occisos vocant. *Juch.* f. 66. 2. *Zemach David.* *

II. Boni

* Quis dies ipsi fatalis fuerit, docet *Megillat Taanith* his verbis בעשרים וחמשה p. III. בסיון נהרג רבן שמעון בן גמליאל „Die vigesimo quinto mensis Sivan oc„cisus est Rabban Simeon Filius Gamalielis: quo etiam R. Ismael & R. Chanania Sagan Sacerdotum perierunt: quare Jejunio sacratus est hic dies. Fuit hic primus eorum, quos vocari הרוגי מלכות id est, interfectos Imperii, seu occisos jussu Imperatorum Romanorum, observat auctor. Hi decem numerantur, quorum ordo hic est, juxta auctorem Zemach David p. 28. Primus est R. Simeon ben Gamaliel Senioris, Princeps Israelis, qui eo ipso anno occisus est, quo Urbs devastata est. Secundus R. Chanania, Segen Sacerdotum, eodem anno interfectus. Tertius, Ismael ben Eliza, Sacerd. S, qui (ut narratur in Schalf. Hakk.) multis Parentum precibus à Deo expetitus est, quum reliqui eorum libri in infantia periissent. Quartus R. Akiba, occisus, anno post vastatam Urbem 52. Quintus R. Juda ben Baba, qui הסומך, Ordinator seu Promotor κατ᾽ ἐξοχὴν dicitur, quia inter Osam & Sepharam, contra edictum Imperatoris Romani, quinque Seniores promoverat impositione manuum, corpus ejus instar cribri perforatum est immissis trecentis ferreis Sagittis. Hi quinque erant R. Meir, R. Jehuda, R. Jose, R. Simeon, & R. Eleazar fil. Simeonis. R. Oja addit R. Nehemiam, alii etiam R. Judam bar Elai. Id faciebat, quia extra Palæstinam non erat legitima promotio, aut ordinatio Judiciaria, quam tamen in Israele conservari voluit. Sextus R. Chanania ben Tardejon una cum Libro Legis flammis traditus. Septimus R. Chozpet Interpres. Octavus R. Jeschubab, Scriba qui canibus projectus est. Nonus R. Eliezer ben Schemua, qui longo tempore post Akibam interfectus est: nam quum moreretur R. Akiba, natus est R. Juda S. & hic R. Eliezer Præceptor fuit R. Judæ Sancti, uti narratur in Juchasin. Decimus quis fuerit, disputant adhuc Judæi, an R. Juda ben Tima, an Eliezer ben Dama. Eliezer ben Dama ordinario dicitur esse mortuus ex venenato serpentis morsu, quem licet יעקב איש כפר סכניא, Jacobus vir ex pago Secania, se in nomine Jesu sanaturum promitteret, noluit tamen R. Ismael, satius esse mori existimans, quam hæretica manu sanari. Hæc in Midras Cohelet & Sepher Juchasin, & Glossis in Avoda Sara. Prædixerat, si credimus Talmudistis in Sota, plurimis horum Sapientum hæc supplicia Samuel Exiguus, de quo supra pag 108. in articulo mortis suæ. Decem autem horum sepulcra in monte aliquo על שפת נהר טיברו ad ripam Tiberis esse, nugatur R. Benjamin in Itiner. & horum meritis peccata sua etiamnum expiari Judæorum plurimi sibi persuadent.

p. 112. II. Boni publici ſedulus fuit promotor; hinc cum aliquando Hieroſolymis turtures & pulli columbarum, quibus opus habebant puerperæ ad oblationem faciendam in fine purificationis ſuæ, vænirent denario aureo; Dixit R. Simeon; *per Templum hoc, ego hac nocte non quieſcam, niſi væneant denario argenteo.* *Cheritut* c. 1. 7.

III. Mors ejus aliquam famam acquiſivit, præter illam quod in publica clade cecidit, quod homines ad majorem ſuum luctum teſtandum, decem illis poculis, quæ antea in epulis funeralibus ebibere ſolebant, adhuc tria alia addiderint; & quod Synedrium procedente tempore coactum fuerit, expreſſo decreto illa deinde iterum diminuere; nunquam enim ex domo luctus diſcedebant niſi ebrii & eleganter flore Liberi Patris aſperſi. Quod itaque ex bono Zelo à populo, mortuo Rabban Simeone, ſuſceptum erat, Synedrium in Jaſne ſedens ob
p. 113. malas conſequentias iterum abrogare debuit. vide *Hieroſ. Beracot* f. 6. 1.

רבן גמליאל דיבנה

Rabban Gamaliel Jabhnenſis.

I. Simeon ille, de quo modo diximus, Hunc progenuit & in omni ſcientia ita educavit erudivitque, ut dignus habitus fuerit, qui poſt magnum Johannem fil. Saccai Principatu in Jabhne ornaretur. †

II. Cum

† His verbis id enarratur in *Sepher Hakkabbala* רבן גמליאל בן רשב״ג הנהרג בשמד הוא ראש ישיבה ונשיא אח׳ פטיר׳ ריב״ז ובעל אחותו היה רבי אליעזר בן הורקנוס „ Rabban Gamaliel filius R. Simeon ben Gamaliel, occiſi „ in Vaſtatione Urbis, præſes fuit Senatus (in Jabne) & Princeps poſt obitum R. Jocha- „ nan Ben Saccai, & maritus ſororis ejus erat R. Eliezer fil. Hyrcani.

Dicuntur in Sepher Hakkabbala Collegæ ejus & *σύγχρονοι* fuiſſe, R. Joſua filius Chananiæ, de quo infra pag. 126. R. Joſe, Galilæus, Sacerdos, R. Simeon fil. Nathaneelis, R. Eliezer fil. Erechi, R. Jochanan fil. Nuri, R. Jochanan fil. Berucæ, Samuel parvus, R. Eliezer fil. Chaſmæ, R. Eliezer fil. Azariæ, R. Chilpetha, R. Joſe fil. Kaſinæ. Filium habuit R. Chaninam, cujus in Miſna quoque mentio, & cui coætaneus fuiſſe videtur R. Simeon בן עקשיה fil. Akaſiæ. Diſſidium ipſi fuit cum R. Joſua, על עדות החדש „ De teſtimoniis Novilunii. Solebant enim Judæi feſtum Novilunii æſtimare ex teſtimonio eorum, qui prius novam Lunam vidiſſent, iique examini ſubjiciebantur, ubi, quando, & qualem Lunæ figuram vidiſſent.

II. Cum *Titus* Urbe potitus erat, etiam hunc Gamalielem ad necem quæsivit, † sed R. Jochanan pro ejus salute supplicavit. Nec id p. 114.

Eee

Controversiæ autem inter R. Gamalielem & Josuam occasionem dedit testimonium שבאו עדים בלוד ואמרו ראינוהו שחרית במזרח וערבית במערב אמר ר' יהושע עדי שקר „Testium quorundam, qui Lyddæ erant & dicebant se Lunam vidisse mane in Oriente, vesperi in Occidente, quos R. Josua dicebat falsum testari. Alium quoque inter eos dissensum memorat Idem circa precationem vespertinam, his verbis ועוד נחלקו על תפלת ערבית אם ראשות היא או חובה „Porro disceptarunt de precibus vespertinis, an liberæ sint „observationis an necessariæ. Huc spectat historia, quæ in Taanith narratur de discipulo quodam, qui R. Josuam rogabat, cujus qualitatis esset Oratio vespertina. Ille respondebat, esse Arbitrariam רשות, adiit porro R. Gamalielem, idem quærens, qui dixit, esse ex officio necessariam חובה. Proximo die congregato Synedrio R. Josua succubuit & R. Eliezer ben Azariæ in ipsius locum succedit. Eandem distinctionem in Precum observatione imitantur Mohammedani, qui Judæorum vitula ararunt sæpius, dum quasdam preces *prorsus Necessarias*, & *instituti divini* censent, uti 5 ordinarias quotidie instituendas; alias vero & *ex præscripto Suna*, vel etiam, *libere suscipiendas sine Legis præscripto* habent, Quarum omnium frequens in Arabum Scriptis mentio injicitur. Denique contenderunt hi duo על בכור שנפרמה שפתו אם בעל מום p. 115. „an fissura labii in primogenito vitium haberi debeat. Notum enim est ex Massechet Becoroth c. 6. & 7. corpore integrum & ἄμωμον requiri à Judæis primogenitum, qua ἀκρίβεια in Sacerdote & victima Deo offerenda utebantur. In quibus si fissum labium, auris, palpebra, naris, observarentur, erat בעל מום, *μώμῳ obnoxius.* Cujus legis vestigia in Sacrificiis Mohammedicis permanserunt, quæ, juxta *Abu Mohammed Abdallam Ibn Zeid* in MS. Liturgiis victimam requirunt, *cui aures fissa non sunt aut fracta cornua.* Sed redeamus ad Controversias Gamalielis cum R. Josua, quarum hic fuit eventus, narrante eodem Abrahamo ועפו שבעים זקנים חבריו ונמנו והוסר רבן גמליאל מהוראת ראש ישיבה והוקם ר' אליעזר בן עזריה והודה לראש ואחר כך נתפייסו הזקנים לרבן גמליאל והחזירוהו „Et indigne tulerunt has lites Septuaginta Seniores, Collegæ ejus, & „habito consilio remotus est Rabban Gamaliel à Præsidio suo, & substitutus est ejus „in locum R. Eliezer Fil. Asariæ. Postea tamen Seniores reconciliati sunt Rabban „Gamalieli, eumque restituerunt. Quod hic Senioribus adscribit, alii *toti populo* כל העם tribuunt.

† Id confirmatur ex *Sepher Hakkabbala* ורצה טיטוס להרוג את רג' בנו ופייסו רבן בן זכאי ונתפייס „Et volebat Titus Rabbi Gamalielem Filium Rabbi „Simeonis neci dare, verum intercessit Rabban Jochanan ben Saccai, & annuit ipsius „precibus Imperator.

p. 116. id *Titus* R. Jochanani denegare voluit; erat enim ipsi à Patre commendatus. *Juchas.* fol. 52. 2. In maximo quoque periculo versabatur, cum Turnus Rufus (sic depravarunt Judæi τὸ Τερέντιος Ῥοῦφος, nomen Viri, de quo *Joseph. de Bello* l. 7. c. 9.) aream Templi aratro devastaret: Jam enim ad mortem destinatus erat: Venit autem præfectus in Scholam, & dixit, *Quæritur sigilli custos*: (hac circumscriptione præfectus ipsum proprio nomine vocare evitavit, ipsum quacunque ratione monere intendens, si præsens esset. R. Abraham dicit, hic sigilli dominum solum denotare *Magnum seculi Lumen.* Sed probabilius est, Rabban Gamalielem, modo ætas ejus id permiserit, fuisse Patris sui temporibus officiarium illum Templi, qui à sacrificaturis pecunias accipiebat, & cum signo ad alium mittebat, ut in *Tract. Schekalim* docetur) *jam autem occultatus erat Rabban Gamaliel. Accessit præfectus clam ad ipsum, & ipsi dixit, An me in vitam æternam ducturi erunt, si te liberavero? confirmavit id ipsi Gamaliel juramento. Clam itaque præfectus se interfecit, & ita Gamalielem liberavit;* (existimavit enim Turnus Rufus R. Gamalielem se interfecisse, Judæis hunc rumorem disseminantibus) Et deinde (si credere licet) à *Bath Kol* proditum est, præfectum ad vitam æternam ordinatum fuisse. *Bab. Taanit* f. 29. 1. *Juchasin* f. 52. 2.

p. 117. III. Cum in *Jabhne* hic Gamaliel sederet, accidit, ut *R. Akiba* quadraginta hominum paria, quæ Jabhnen versus, testimonium de Novilunio dicendi causa, iter faciebant, in Lydda retineret, (intendens sine dubio annum ipse intercalare) sed ad ipsum misit Rabban Gamaliel, & mandavit, *si tu illos impedies, reperieris in futurum impingens*, (i. e. facies ut deinde nemo amplius ad testimonium dicendum accedat.) Postea quoque ipsum sua Præfectura amovit: *Rosch Hashana* c. 1. Sed & ipse tandem sua amotus fuit, sicuti in *Hieros. Taanit* f. 67. 4. legere est.

IV. Si non fallimur, habuit R. Gamaliel servum illum famosissimum apud Talmudicos, quem טבי † *Tabi* vocant, & טביתא *Tabitam* ancillam hujus nominis, qui tam bene se gesserunt in famulitio, ut illud

† Huc facit, quod in Misna Beracot narratur c. 2. par. 7. וכשמת טבי עבדו קבל עליו תנחומין אמרו לו תלמידיו לא למדתנו רבינו שאין מקבלין תנחומין על העבדים א״ל אין טבי עבדי כשאר כל העבדים כשר היה
„Quum obiisset Tabi, Rabban Gamaliel recepit propter eum consolationes: obji-
„cientibus vero discipulis docuisse illum non recipi consolationes pro servis respondit;
„Servus meus Tabi optimus erat, & non sicut alii servi. *Tabitha* significat Δορκάδα,
„*Capream*, vertente Luca, *Actor.* 9. 36.

lud nomen omnibus domesticis ejus, & etiam aliis impositum fuerit. *Beracot* c. 2. *Hieros. Nidda* f. 49. 4.

רבי אליעזר בן הרקנוס p. 118.

Rabbi Eliescr fil. Hyrcani.

I. VOcant alias ipsum R. Eliescrem הגדול *Magnum*, & in Mischna intelligitur quoties סתם *absolute*, *R. Eliescr* ponitur, ut ex *Halic. Olam* p. 1. c. 3. docemur. Dives admodum nec parum eruditus fuit, sicuti ex illis Capitulis, quæ sub ejus nomine circumferuntur, * & quæ V. C. Guil. Vorstius Latinitate donavit, apparet: ex quorum primo Capite cupidus lector ea petere poterit, quæ hic supersedemus: qualia sunt de primo ejus ad studia & Scholam appulsu, ut etiam quam vehementi desiderio Legem discendi flagraverit.

II. Cum Principatus vacabat, quamvis hic Eliescr venerabilem canitiem attigerat, ad illud munus tamen pertingere non potuit: p. 119. illo enim R. Eliescrum fil. Asariæ ornarunt. Commendaverat quidem Eliescr noster *R. Dusam fil. Hyrcani*, non tamen obtinere potuit, ut ipsi hæc sparta assignaretur. Repulsæ hujus varias rationes afferunt. Una est: *Quia ætate jam* † *admodum declinante & provecta erat, in Sanhed. vero* c. 1. 5. דיני ממונות *expresse prohiberi, ne aliquis in Senatum adoptetur, aut Princeps fiat, qui senio nimis confectus esset, aut sobole careret.* Sed altius penetravit *Abraham Zacuth*, dicendo; hoc factum esse, quia in quibusdam diver-

* Recte observat Auctor, Ejus nomine tantum circumferri *Capitula Eliezeris*, quod nec ipsi diffitentur Hebræi. Ita Abraham Zacuth in Sepher Juchasin, אעפ"י שהוא המפונת לרבי אליעזר האחרונים עשו פרקיו „Quamvis R. Eliezeri liber „ille attribuatur, attamen posteriores eum composuerunt. Illustratque id exemplis Libri Zohar, qui R. Simeoni adscribitur, Libri Jetsira, cujus auctor dicitur Abrahamus. Historiam vero hujus Eliezeris ex primis Capitibus Illius Libri intelliges. Frater ipsi erat natu minor, cujus etiam Constitutiones quædam in Misna recensentur, nomine R. Josua Filius Hyrcani, de quo lege in Juchasin. Uxor ejus Immam Schalom Soror erat R. Gamalielis.

† R. Dusa enim ben Harcinas longævus admodum fuisse narratur, & vixisse כל זמן בית שני, Toto tempore Templi secundi, juxta R. Maimonidem & Zacuthum. In spelunca prope Zephat Urbem Galileæ superioris sepultus dicitur, ubi ostendi sepulcrum ejus refertur in Cippis ab Hottingero editis. Confer, quæ de eo supra, pag. 31.

diversas à Sapientibus *Lyddæ* sententias fovebat, opinionibus Schammai subscribebat, cum R. Gamaliel controversiæ serram duxerat, nimiis divitiis pollebat & deinde, quia aliquando delatus erat hæreseos, & commodis ejus aures præbuisset, ut refertur in c. 1. *Avodá Sarah.*

III. Tanta polluit ille scientia שאם היו שמים גוילים
p. 120. וכל עצי ליבנון קולמוסין ימי הים דיו לא יספיקו לחכמתו ut *quanquam Cæli pergamentum*, (ita enim hyperbolizare gestit Zacuthus) & *arbores Libani calami, aqua deinde maris atramentum fuisset, ad ipsius scientiam* [delineandam] *tamen non suffecissent.* * Nam solum de capreoli electione, & cucumerorum plantatione, trecentas Constitutiones sciebat, mediantibus quibusdam nominibus & aliis arcanis, quibus hodie Lullii discipuli utuntur. Non tamen propter eruditionem suam fastuoso animo fuit, aut idcirco alios despexit, sicuti fecit *R. Akiba*, discipulus ejus.

IV. Magni in hac Eleasaris generatione Magi & præstigiatores fuere, qui mira coram auditoribus, ad suam sententiam probandam, patravere. Invaluerat enim jam apud homines hæc opinio, nemini credendum esse, nisi verba ejus extraordinaria signa comitarentur. Ipse Eliezer fecit talia, qualia plurimi θαυματουργοι inter sua miracula, quibus tamen tantopere sibi abblandiuntur, vix numerare pos-
p. 121. sunt. Erat dies ille celeberrimus, quem Talmudici in *Sotah* & alibi κατ' ἐξοχὴν אותו היום nominant, & in quo novus Synedrii Præses eligendus erat, suffragia autem in R. Eliezerem fil. Asariæ incidebant. Ad actum illum solennem ex decreto Synedrii nemo admitti debuit, nisi aliqua ventilatione aut Traditionum discussione probasset, se non esse indoctum. Omnes itaque צרבאות דרבנן *Sapientiæ discipuli* pugnam propositis Thesibus inierunt. R. Akibæ & aliorum legere potes in *Sotah* cap. 5. At Eliezer, de quo nunc nobis sermo, tanquam Præsidiatus candidatus, quo tamen excidit, studuit sua paradoxa תלויות בבית המדרש *in schola Theologica* (instar Thesium nostrarum) *suspensa*; primo multa eruditione, deinde (si Historiæ fides est) speciosis signis commendare. Tota res refertur in *Bava Metzia* f. 59. 2. *Illo die respondit Eliezer omnibus quæstio-*

* Simile elogium ejus extat in Pirke Avoth, quo eum ornavit Rabban Jochanan ben Saccai, præceptor ejus, הוא היה אומר אם יהיו כל חכמי ישראל בכף האזנים ואליעזר בן הורקנוס בכף שניה מכריע את כלם „Ille dicebat: Si omnes Sapientes Israelis essent in lance stateræ, & Eliezer Filius Hyr„cani in lance altera, hic superaret illos omnes. Unde non mirum si sub ejus nomine Capitula conscripta sint, ut auctoritatem nanciscerentur.

stionibus in toto mundo, at non auscultarunt ei; Quare ipsos sic alloquutus est: *Si traditio sit, secundum ea quæ dixi, testetur hæc siliqua. Statim siliqua eradicata est. Iterum dixit, Si Traditio est secundum me, testentur id rivi aquarum. Versi sunt rivi aquarum retrorsum. Dixerunt ei, Non adducenda est probatio à rivis aquarum. Respondit, si Traditio est secundum me, testentur parietes Scholæ. Inclinaverunt se parietes ut ruituri. Objurgavit eos R. Josua, dicens; si inter discipulos Sapientum circa Traditiones controvertitur, quid id ad vos? Quo dicto parie-* p. 122.
tes non corruerunt ob honorem R. Josuæ, erecti tamen iterum non sunt ob honorem R. Eliezeris. Dixit iis porro R. Eliesser, disputatione & contentione calens: si Traditio sit secundum me, testentur cæli. Prodiit Bat Kol & dixit: quid vobis lis cum R. Eliezere, secundum quem Traditio semper explicanda est? Sed etiam hoc non effecit ut ipsi fides adhiberetur; exclamavit enim Doctor Jeremias, *Quoniam nobis data est Lex è monte Sinai, nos non curamus Bath Kol &c.* Præoccupaverat enim auditorum corda odium, & partium studia ab ipso plane aversa erant, ita ipsius explicationes non approbassent, quamvis multa illustriora fecisset, quam illa, quæ jam recitavimus; quæ, quavi aut arte ab ipso patrata sint, in medio relinquimus.

V. Eliezer *Cæsareæ* moriens ultima voluntate decrevit, ut *Lyddæ* sepulturæ mandaretur. Cum itaque illuc procederet funus, occurrit in via *R. Akiba*, & ex ingenti mœrore se ipsum ita contudit, ut sanguis in terram deflueret. Inter lachrymas deinde & ejulatum ita exclamavit, *O Pater mi, pater mi, currus & equites Israëlis, sunt plurimi mihi nummi, at deest mihi nummularius, qui eos commutet.* Innuens, se plurimos scrupulos, & quæstiones habere, at jam neminem amplius esse, qui eos ipsi solvere, aut cui illas proponere possit. *Bab. Sanhed.* f. 68. †

† Ejus σύγχρονοι fuerunt, ut docetur in titulo Pirke Eliezeris, p. 123.
ר׳ יהושע בן חנניה (de quo Auctor noster ex professo infra, pag. 126.)
ר׳ יוסי הכהן, R. Jose Sacerdos, pius admodum, unde κατ᾽ ἐξοχὴν חסיד Pius cognominatus est, & יודע במרכבה הקדושה gnarus Theologiæ mysticæ, ut in Tract. Chagiga cap. 2. docetur. Quin & miracula eum patrasse, Angelis ministerii cælo descendentibus (dum ambulabat cum R. Josua) traditur in Sepher Juchasin. Quod ubi narraret R. Josua R. Johanni ben Zaccai, hic & sibi & illis, illorumque discipulis & filiis quam maxime gratulatus est. Monet R. Abraham Zacuth hunc Josen non esse eundem cum R. Jose Galilæo, ut nonnulli putarunt, quum R. Jose Galilæus fuerit Socius R. Akibæ; & Maimonidem secum in consensum trahit.

ר׳ שמעון בן נתנאל R. Simon Fil. Nathanaelis, qui affinitate junctus erat Rabban Gamalieli Seni. In Avoda Sara dicitur Filiam Gamalielis duxisse; cui nomen אימא juxta Gedaliam.

ר׳ אלעזר בן ערך R. Eleazar Filius Arach, Sapientiæ laude celeberrimus, unde dictum illud R. Jochananis ben Saccai אשריך אברהם אבינו שאלעזר בן ערך יצא מחלציך „ Beatus es, ô Abrahame Pater noster, quod Eleazar Fil. Arach „ è lumbis tuis prodierit. Dicitur etiam in Chagiga (ut pateat quo pretio eum habuerit Præceptor Jochanan) petiisse aliquando à Johanne, ut sibi liceret de Theologia Mystica differere, quod ubi perfecisset, Rabban Jochanan caput ejus osculatus est, summo amoris indicio.

ר׳ יוחנן בן נורי, R. Johannes, Fil. Nuri. Hic quum R. Josua sententiam suam de testimoniis novilunii (qua de re ipsi cum R. Gamaliele vivo controversia fuerat) post mortem ejus stabilire conaretur, partes R. Gamalielis tuitus est.

p. 124. ר׳ יוסי בן ברוקה, R. Jose Fil. Beruex. Quem in Sepher Juchasin non invenio, sed quidem ר׳ יוחנן בן ברוקה R. Johannem ben Beruka; cujus & Maimonides meminit, Socium R. Eliezeris Chasmæ, qui Filium habuit R. Ismaelem.

Ad hæc etiam tempora refertur אליעזר בן עזריה, Eliezer Fil. Asariæ, discipulus R. Jochanan ben Saccai, dives admodum Sacerdos; eratque Caput Consessus & Collega R. Gamalielis per 40 annos. Cumque illi muneri admoveretur, erat Juvenis 13, vel juxta alios 18 annorum. Divitias ejus admodum extollit R. Zacuth. vide R. Gedaliam pag 19.

Simeon frater Azariæ, Sacerdos, ab auctore Libri Juchasin huic sæculo quoque assignatur.

R. Nechonia ben Elnathan איש כפר הבבלי vir oriundus è pago Babyloniæ, (Pocokius in Maimonidis Præf. hæc verba transtulit *Ish Caphar Babylonius*) cujus in Misna Mass. עדיות mentio fit cap. 6. tempore R. Josuæ R. Eliezeris etiam vixisse censetur.

R. Matthias Fil. Charas, discipulus R. Eliezeris Magni. Cujus singularis castitas memoratur; quod nunquam puellam oculis respexerit amatoriis, unde Satan in similitudine puellæ ipsi apparuisse dicitur, ipsiusque oculos excæcasse, Deus autem misit Raphaelem angelum, qui illum sanaret. Erat ille in Terra Israelis, & cum ex ea egrederetur, vestes suas lacerabat. Hæc ex Juchasin.

R. Jakim oriundus ex חדיד, Chadid, coætaneus fuit R. Josuæ, id est, illius, qui Filius fuit Chaninæ, qui סתם absolute R. Josua appellatur, ut docet R. Maimonides in Præfat. Zeraim.

R. Jose, Filius דרמסקית (Pocokius vertit *Damascena*) discipulus fuit R. Eliezeris Magni, & hoc sæculo vixit.

p. 125. R. Hyrcanus Filius R. Eliezeris M.

Ismael, fil. Elizæ huic quoque coætaneus fuit, de quo supra pag. 105. & 111. Hic addimus, quæ de eo R. Gedalias scribit; Hunc nempe tredecim annos natum accessisse

רבי יהושע בן חנניה

p. 126.

R. Jehosua Ben Chananiæ.

I. Fuit ille Magni Eleasaris socius, *Pater* deinde *Senatus*, † & præcentor in suggestu. Cum mater ejus uterum ferebat, ad 24 scholas ivit, & rogavit, preces infantis causa, ut esset sapiens & religiosus, funderentur; quod etiam ipsum & nativitatem ejus prosperam fecit. *Juchasin* p. 59.

II. Narratur deinde in *Bereshit Rabba sect.* 65. & *Zemach* David ad annum 3833. *ipsum magnum fuisse in domo Cæsaris Trajani, adeo ut Cæsar facultatem ipsi concederet exstruendi Domum Sanctuarii. Et Imram filiam Cæsaris ipsum ita amasse, ut ipsius causa aliquando amicta fuerit vestimento deformi.*

cessisse ad Nechoniam ben Hakkana, ut in Lege exerceretur: & Angelum Jophielem pronunciato Nomine tetragrammato cælitus ei apparuisse: qui post varios sermones Jejunium 40 dierum & 24 טבילות, immersiones, βαπτισμοὺς singulis diebus ipsi præcepit. Quo facto multum in Lege profecisse dicitur, & Angelorum colloquiis frequenter usus: adscendebat enim ad eos & descendebat pro lubitu. In Tosephot Kidduschin Cap. 4. dicitur, matrem Ejus, quandocunque ex Schola, Beth Midras, reverteretur, voluisse pedes ejus, licet inviti, aqua abluere, & manibus suis detergere: &, quod mirere, sordidas illas aquas bibebat.

Horum nonnulli vixerunt serius, sed quia inter ipsos Judæos necdum convenit, quo ordine collocandi sint, placuit eos hic conjungere, veluti Capita illius דור generationis, quæ circa Excidium & paulo post vixisse creditur. Confer etiam seriem Doctorum supra pag. 104. exhibitam. R. Maimonides hisce coætaneos facit R. Tarphon & Akibam, R. Ismaelem, R. Josuam fil. Karchæ, Chananiam ex Ono oriundum, Simeonem fil. Nanasi, R. Ismaelem filium ejus, R. Jochanan fil. Gudgudæ, R. Eleazarum Chasma, R. Juda fil. Tima. Alii longe alios Synchronismos nectunt. Nos autem, quorum tanti non interest, an decade una annorum maturius vel serius vixerit hic aut ille Doctor Misnicus, haud difficulter, Judæis inter se dissentientibus, regerere possumus, quod apud Maronem legitur,

Non nostrum inter vos tantas componere lites.

† Hic est, qui Josua סתם absolute in Misna vocatur. Discipulus erat R. Jochananis ben Saccai & Pater Senatus אב ב״ד dum Princeps esset Gamaliel, quicum illæ lites ipsi intercessere quas pag. 114. descripsimus ex Abrahamo ben Dior. Illustris admodum ac Sapiens Vir, ut vocatur R. Menassi ben Israel. Consultus dicitur ab Alexandrinis circa Conciliationes quorundam textuum S. Scripturæ, in Gemara נדה Cap. 10. Levita fuit, & à R. Gamaliele accepit decimas, licet ab Ezræ temporibus id Levitis non fuerit concessum, ut est in Juchasin.

p. 127. *formi.* * Quod profecto multum est: erant enim tunc Judæi ubique, præcipue autem Romæ, despicatissimi, nec aliter audiebant, quam mendicabula hominum & cistiferi: sed tamen semper unus aut alter fuit, qui favorem Principis & Magnatum sibi acquirere potuit. Hinc Judæi inter alia, multum laudant benignitatem *Antonini Pii*, qua *R. Jehudam Sanctum* prosequutus est. Imo nobilissima Gellia non dubitavit Judæo nubere; quod ego sæpius cum admiratione legi, quod illi homines in tanta calamitate, adhuc animum ad amores ap-
p. 128. plicare potuerint, nec à fastidiosis Romanorum filiabus contempti fuerint. Fecit in nuptias Gelliæ Martialis accutissimum Epigramma, quo illam eleganter sale & aceto aspersit,

Dum Proavos, Atavosque refers, & nomina magna,
Dum tibi noster Eques sordida conditio est,
Dum te posse negas nisi lato, Gellia, clavo,
Nubere, nupsisti, Gellia, cistifero.

III. Hi duo *Eleasar* & *Josua*, tantum in Traditionibus inculcandis, & posteritati conservandis laborarunt, ut merito dici possint שהרביצו תורה בישראל *Legem in Israele stabilem fecisse.* Et revera in *Mischna* & aliis Talmudicis Thesibus raro aliquid proponitur, ad cujus authoritatem aut examen, non Hujus aut Illius suffragium proferatur.

רבי

* Fallitur & fallit Auctor, Historiam, quæ nunquam contigit, exsculpens ex versione Celeb. Vorstii (quem prodigiose in vertendis auctoribus Hebræis errasse non immerito judicat Altingius Epist. 25), qui Textum Hebræum Zemach David male vertit. Ut autem Lector judicet, verba ipsa apponemus, ועל רבי יהושע הנזכר אמרה בת קיסר חכמה מפוארה בכלי מכוער והוא השיב היין אינו משתמר בכלי כסף וזהב רק בכלי חרס „De hoc R. Josua memorato dixit aliquando „filia Cæsaris: ô Sapientiam pulcram in vase polluto! (Erat enim munditiei in vestibus admodum negligens, & corporis cultui non vacabat, adeo Legi operam dabat) „Cul „Josua respondit: Vinum non solet asservari in vase aureo aut argenteo, sed tantum „testaceo. Vorstius hæc ita vertit. Et propter hunc R. Josuam dictum Imra, filia „Cæsaris sapiens amicta fuit vestimento deformi: vinum non asservabat in vase argen„teo, vel aureo, sed tantum in vase vitreo. Conferantur Hebraica, & videbit Lector peritus, quam longe hæc ab istis abeant. Sic ut omnes illæ observationes, quas noster Auctor ex hac ficta historia elicit, nullo plane nitantur fundamento. Nec feliciori conjectura videtur ex Nomine *Cistiferi*, concludere, Judæum ibi intelligi. Quæ fusius excutere hic non licet.

רבי טרפון p.129.

R. Tarphon. *

I. IPsum vulgo הכהן העשיר *Sacerdotem divitem* vocarunt, quia opibus abundabat. An Akibæ præceptor fuerit, dubitat *Juchasin*, pag. 25. & magis eo inclinat ipsum solum Collegam & commilitonem ejus fuisse. †

II. Postquam Rabbi Akiba R. Eleasaro successit in *Jabbne*, Rectoratum Scholæ *Lyddanæ* obtinuit R. Tarphon: & ita Akibæ in loco & doctrina successit. Quamvis autem aliquando disputationes ipsorum legantur; tamen R. Tarphon, ut non altercationis sed veritatis causa disputans, Akibæ semper cedit, cum hoc elogio: *Qui se à R. Akiba separat, est quasi se à vita sua separaret.*

III. Cum diuturna siccitas in Lyddensi tractu ferme omnes p.130.
fructus & segetes corrupisset, R. *Tarphon* solenne & austerum jejunium indixit, ut tandem pluviæ à Deo impetrarentur, ad terram irrigandam. Idem fecerunt Zipporienses & Australes Judæi, per *Chananiam* & *Jehosuam Ben Levi.* Hierosol. *Taanith* c. 3. 14.

IV. Jam supra de periculo Tarphonis, cui inter Hillelianos implexus fuit, diximus: hic vero adhuc aliam historiam habeto. *Declinaverat in via iter faciens, ut orationem* שמע (de qua consule Ritualia) *& Phylacteria recitaret: venerunt latrones, & vix ipsorum manus evitare potuit; deinde periculo liberatus, illud aliis recensuit. Dixerunt ipsi* היתה לחוב לעצמך *tu ipse in culpa fuisti; si enim te inter orandum secundum Hillelianos composuisses, & non secundum* †† *Schammæanos, hoc tibi non contigisset. Hieros. Beracot.*

* Clariss. Carpzov. in Introd. Theol. Jud. p. 84. ait non *Tarphon*, sed *Truphon* legi debere. Græci pronunciant Τρύφων; quod nomen in Oriente, Syria inprimis & Ægypto usitatissimum fuit, uti ex nummis apparet. Confer Scalig. Animadv. in Euseb. p. 146. & Ezech. Spanhem. de Usu & Præstant. Numism. 454. Forte hic idem est Tryphon, contra quem Justinus Martyr scripsit, nec Chronologia repugnat: scribit enim, ἐν τῷ νῦν γενομένῳ πολέμῳ Ιουδαικῷ. Hic ab Hieronymo, in Jes. VIII. *Delphon* appellatur, eique subjungitur Joseph Galilæus. Legi debet Tarphon, & Jose Galilæus.

† Ita etiam R. Maimonides, juxta eundem. At quod præceptor fuerit R. Jose Galilæi, non trahit in dubium.

†† Sectæ enim Schammæanæ deditum fuisse Tarphonem narrant Judæi.

c. 1. 3. Secundum Schammæanos enim vesperi omnes τὸ *Schema* inclinati legere debent, mane vero stantes; Hillel vero ἀδιάφορον relinquit, stando tamen quam sedendo id fieri maluit, qua ratione si Tarphon oraſſet, vidiſſet è longinquo latrones, & ita facilius periculum evitare potuiſſet. Reliquos τὸ *Schema* tangentes Canones recitat *Tract. Beracot.*
p.131. c. 1. & 2. quos hic ad majorem lucem afferre non piget. *Oratio Schema legitur cum ab illa hora, qua Sacerdotes ingrediuntur ad* תרומה *Trumam* (i. e. *oblationem comedendam*, (i. e. sole occidente,) *tum cum color cæruleus à prasino* * *potest distingui* (i. e. aurora ingruente) τὸ *Schema vespertinum legi poterat*
p.132. *usquedum aurora ascenderit. Schema matutinum legi potest, usque ad horam tertiam, in qua filii Regum ex lecto surgere solent.* τῷ *Schema matutino præmittendæ sunt duæ benedictiones, & duabus claudendum est. Operarii* שמע *legere possunt in cacumine arboris, si tempore orationis adhuc circa illud occupantur, quod tamen in aliis orationibus ipsis non licet, A lectione* τῷ *Schema liber est sponsus prima nocte.*

רבי עקיבא

R. Akiba. †

I. NAtus est R. Akiba ex posteris Siseræ ducis Jabin, regis Tyri, *Jud.* c. 4. 2. Israelita deinde per Proselytismum justitiæ (uti vocant)

* Verba Misnæ משיכיר בין תכלת ללבן ר׳ אליעזר אומר בין תכלת לכרתי „ab eo tempore, quo internosci potest aliquod hyacinthinum & album. R. Eliezer ait, „à quo dignosci potest hyacinthinum à prasino, non possum quin conferam cum phrasi, quæ huic plane gemina est & in Alcorano occurrit Surat 2. v. 183. ubi similiter tempus Jejunio destinatum (nam & eadem phrasi in negotio Jejuniorum utuntur Judæi) definitur „Et edite & bibite usque ad illud tempus, quo discernere poteritis in„ter filum album & nigrum per lucem auroræ, & tunc servate Jejunium usque ad „noctem. Dicunt autem Mohammedani verba, *per auroram*, vel ut alii vertunt, *aurora* (ad fila auroræ, id est, lucis radios, respicientes) prius non fuiſſe cælitus demissa, verum postea addita, ne scilicet olfacerent Judæi, hanc phrasin à se eſſe desumtam. Hæc ἐν παρόδῳ.

† Succeſſit Rabban Gamalieli & evasit ראש ישיבה *Caput conseſſus* in Jafne, juxta auctorem *Sepher Hakkabbala*, qui tradit חבריו Collegas ejus, fuiſſe R. Tarphon, R. Ismaelem, R. Judam Fil. Baba, R. Judam Fil. Tima, R. Chanina Fil. Tardejonis, R. Jescubab Scribam, R. Simaim, & R. Chotspiram Interpretem, &c.

Dicitur Filius Josephi, in Schalschelet Hakkabbala, ejusque mater Israelitica fuit. Vixiſſe fertur 120 annos ibid.

cant) factus, in doctrina ita profecit ut primo Scholæ Lyddanæ, deinde etiam *Jabhnensis* Præses factus fuerit.

Fff 2 II. De

Quadraginta autem annis fuit בור illiteratus, 40 annis studuit, 40 ministravit Israeli. Peregrinatus etiam est in Arabia, Gallia, Africa, Ægypto &c.

Sapientia inclytus & maximi inter Judæos nominis fuit, ita ut nonnulli, quorum R. Bechai Comment. in Leg. f. 273. meminit, dicere non sint veriti דברים שלא נגלו למשה נגלה לר׳ עקיבא וחבריו וכל יקר ראתה עינו זה ר׳ עקיבא, „Ea, quæ non fuere revelata Mosi, revelata sunt R. Akibæ, p.133.
„& de eo dicitur (Job. 28. 10.) Omne pretiosum vidit oculus ejus. Quin & Jes. 52. & 53. de R. Akiba intelligendum esse ejusque martyrio multi Judæorum existimant. Auctor quoque est Libri Mechiltin & Jezira, qui Abrahamo tribuitur, & amplissimo commentario expositus est à R. Mose Nachmanide, juxta R. Gedaliam; qui Sifre, Sifra, & Torat Cohanim, & Tosiphta à discipulis ejus conscripta narrat, & varias Mechiltas distinguit, inter quas illam R. Asai, quæ ab Exodo usque ad finem Deuteronomii progreditur, & R. Ismaelis. Præterea 70 linguarum peritia ei tribuitur, ut etiam R. Eliezeri, R. Josuæ & Simeoni Themanitæ & R. Petachiæ, de quo in Misna Schekalim C. 5. Solita autem hyperbole utuntur Judæi, quum omnes, qui in Synedrium essent cooptandi, 70 linguarum peritos esse debuisse fabulantur, in Hierос. Gemar. Menachot, & Bab. Sanhedrin. Prudentius definit Maimonides שידע ברוב הלשונות, multarum linguarum peritiam ab iis requisitam fuisse, qui in Synedrium adsciscebantur. Sed numerus 70 Judæis admodum placuit, quum tot animæ notentur, quæ in Ægyptum descenderunt, unde tot præcise linguas, nationes, angelos sibi finxerunt. Etiam Præfectum aliquem Imperatoris Romani, cui nomen קטיעה בר שלום Catia, Fil. Sallum ad fidem Judaicam convertit, qui dimidium suarum opum ipsi donavit. Uxorem quoque Turni Rufi, defuncta priore conjuge, quæ filia erat Kalbæ Schabua, ditissimi Viri, proselytam fecit & stabili sibi conjugio junxit. Filia autem ejus, Filio Asai nupta, ab eo repudiata est. Habuit R. Akiba 24000 discipulos, de quibus Hebræi שמתו כלם בין פסח לעצרת לפי שלא חלקו כבוד זה לזה Quod hi omnes mortui sint inter Pascha, & Pentecosten, quia sibi invicem honorem non detulerunt. Sepulcra horum omnium inveniuntur, si recutitis credimus, ad pedem montis, prope Tiberiads. Vide Hotting. Cipp. Hebr. Victos se fatebuntur Pontificii, p.134.
qui 11000 tantummodo virginum, Ursulæ comitum, sepulcra jactant.

Fuit Akiba armiger Pseudomessiæ Ben Cosibæ. Sic expresse R. Gedalias in Schalschelet Hakkabbala p. 21. ר׳ עקיבא היה רץ לפניו עם כלי המלך בידיו „R. Akiba coram eo insignia sive arma regia gestabat, & Maimon. in Jad Chazaka tract. Melachim. C. 11. ר׳ עקיבא נושא כליו של בן כוזבא המלך והוא היה אומר עליו שהוא המלך המשיח „R. Akiba armiger erat „Ben Cozibæ Regis, & dicebat, ipsum esse Regem Messiam. De Akiba loqui Sp. S. Exod. 4. 13. idem censet Maimon. Legitur etiam Akiba hac usus formula, in nuptiis filii sui, ad singula pocula, חמרא וחיי לפום רבנן ותלמידיהון „Vinum

II. De Akibhæ actionibus in *Lydda* & *Jasne* plurima exempla afferri possent, sed id non patitur brevitas, quam in hoc Scripto proposui-

„& vita adsit ori Magistrorum nostrorum, & discipulorum ipsorum. Hac sententia utuntur etiam hodie Judæi, cum Rabbino alicui infusum præbent poculum. Hæc Gedalias refert ex Schabb. c. 6.

Captus est Akiba à Romanis & in carcerem conjectus una cum Papo filio Judæ, quinto die mensis Tisri, ubi cum maxima aquæ inopia premeretur, sic ut Lotionem manuum peragere juxta Rabbinorum præcepta non posset, aquæ illam portionem, quæ siti restinguendæ vix sufficiebat, manibus lavandis impendit, satius esse dicens siti enecari, quam præcepta majorum transgredi; & quum duceretur ad mortem, pectinibus ferreis dilacerandus, tempus erat legendi קריאת שמע ex Deut. 6. 4. & efflasse dicitur animam in pronuntiatione vocis אחד; unde egressa Filia vocis illum beatum prædicavit.

p. 135. Σύγχρονοι ejus fuerunt præter quosdam ex illis, quorum pag. 123. mentio fuit injecta.

R. Eliezer fil. Judæ איש ברתותא, vir ex Bartota oriundus; Doctor etiam Misnicus cujus in erogandis eleemosynis stupenda fuit liberalitas, שהיה נותן כל מה שיש לו, sic ut omne daret, quod suum esset.

R. Eleazar בן פילא fil. Pila: sic in Misna Mass. Taharot Cap. 7. & Sepher Juchasin appellatur, à Maimonide בן פיאבי fil. Piabi.

R. Simeon שזורי, Schazuri. Quem ita appellatum ait Maimonides ab opificio, quod exercebat: verum R. Abraham Zacuth ait à loco quodam sic nominari ובגליל העליון קרוב לצפת יש כפר אחד שנקרא שזור עד היום והוא קבור שם „Nam in Galilæa superiore prope Zephat vicus est, qui etiamnum Schazur vocatur & „illic sepultus est R. Simeon.

R. Simeon התמני Temanita, unus è quatuor Sapientibus, qui Jasnensem scholam ornarunt. Ille coram R. Eliezere, R. Josua, & R. Akiba, qui ibidem erant, dicitur דן בקרקע Judicans, humi sedens, nam quia ad presbyteratum non erat promotus, humi sedebat, non in subselliis Patrum Synedrii. Consulebant tamen illum de quæstionibus, quæ occurrebant, & ad eas responsa dabat prudentissima.

R. Nehemia איש בית דלי Vir oriundus è Betdale. Videtur esse nomen loci.

R. Jochanan fil. Josuæ בן חמיו של ר׳ עקיבא fil. soceri R. Akibæ.

R. Chanina fil. Antigoni & R. Jonathan in Sepher Juchasin coætanei R. Akibæ dicuntur.

p. 136. R. Papus ben Judæ, cujus uxor מרים מגדלא videtur Cel. Lightfooto eadem cum Maria Magdalena, Luc. 8. 2.

R. Ismael, socius R. Akibæ vocatur in Juchasin, hic auctor est שלש עשרה מדות, tredecim modorum, quibus Lex explicari potest: quos vide in Fascic. Philol. IV. p. 425.

posuimus. Audax imprimis erat illud facinus quo quadraginta hominum paria ad Synedrium iter facientia, retinere ausus est, & cujus jam antea mentionem fecimus; à talibus enim testibus intercalatio mensis & anni dependebat, quæ ut accurate fieret totius Gentis commoditas requisivit. Hinc sane Synedrium, cum adhuc Hierosolymis sedebat, homines lautis conviviis allicuit, ut eo citius prima φάσις lunari conspecta se in בית יעזק *Atrium Jaasek*, locum ad examen testium ordinatum, conferrent, nec in itinere ullas moras necterent. Quo satis ostendit Senatus, intercalationem nec negotium esse indifferens nec somnolente agendum. p.137.

III. Recensebimus nunc historiolam, ex qua etiam patet qualem processum habuerint, si aliquid dijudicandum erat, quod forte fortuna p.138.

Simeon Ben Asai, qui appellatur de nomine Patris sui, ordinario simpliciter Ben Asai, שלא האריך ימים, quia non diu vixit, uti Ben Zoma & alii. Sic Raschi. Docuit in plateis Tiberiadis; quam consuetudinem sustulit R. Jehuda, textum Cantic. 7 1. mystice huic rei applicans: *Ambitus femorum tuorum sunt uti monilia.* Uti femur est in abscondito, ita etiam verba Legis doceri debent in abscondito, non in plateis. Tam profunde autem docuit ut עוקר הרים, eradicator montium, eam ob rem appellatus sit. Dicitur intrasse Paradisum i. e. sublimium rerum Theologicarum cognitionem habuisse (quid proprie sit, docet Maimon. de fund. Leg.) הציץ לצד השכינה ונפגע נטרפה דעתו & respexit aliquid Divinæ Majestatis & raptus est in ecstasin; hinc ei applicant textum Prov. 25. 16. Maimonides in אישות hominem exempli loco laudare volens, qui studio Legis vehementissime incubuerit, hunc Ben Asai producit.

Simeon ben Zoma, unus è numero illorum quatuor Sapientum, qui Paradisum intrarunt. De illo dicunt בן זומא הציץ ומת Ben Zoma respexit & mortuus est. Scilicet, mortuus est Juvenis, quia scriptum est Exod. 33. 20. Non videbit me ullus & vivet. Adeo profunde inquisiverat arcana Divinæ Majestatis, explicante Glossa. Applicant ei verba Ps. 116. 15. Pretiosa est in oculis Domini mors sanctorum ejus.

Elizæus ben Abuja, qui אחר, *Alius* vocatur in Talmude, שחשב שיש שתי רשויות quia opinabatur duo esse rerum principia. Hinc dicitur quidem intrasse Paradisum, una cum Akiba, Ben Asai, & ben Zoma, sed excidisse plantas, & hortum corrupisse.

Quando Academiam ingrediebatur & videbat pueros strenue Legi operam dantes, narrabat illis commenta, quibus divertebantur. Akiba autem, ingressus in Paradisum היה יותר שלם מכולן כי הציץ כהוגן וצפה כראוי והכיל דעתו אותן גבורות ובחלות „ Erat præstantior illis tribus, nam respexit, ut oportet, & „ speculatus est ut decebat, & mens ejus tulit illa magnifica & terribilia. De eo di„ ctum ferunt Cant. 1. 4.

tuna repertum fuit. *Cum Akiba Lyddæ præsideret, allata fuit ex* כפר טבי *pago Tebiensi, Lyddæ vicino, arca ossibus repleta, & collocata ad introitum Lyddæ; prodiit Tudrus (Theodorus; ut enim videtur, Græculus erat;) cum reliqua Medicorum caterva, ad dijudicandum, an ossa hominis essent necne, & ita an munda vel immunda:* (anxii enim erant de sepultura ossium, si forsan hominis essent.) *Diu disceptatum est, his munda judicantibus, aliis contrarium asserentibus. Ut tandem disquisitioni finis imponeretur, placuit rem suffragiis dirimere. Incepit R. Akibba primus sententiam dicere, asserendo illa munda esse, quem deinde etiam plurimi alii sequuti sunt. Hieros. Berac.* f. 3. 1. Si non fallor, fuit illa arca olim ex peregrinis locis allata, & Judæi alicujus ossa jam corrosa & attrita continebat. Habuerunt enim illi hoc in usu, ut si ipsis non contigisset in patria mori, hæredes post mortem ossa illuc ferre obligarent; partim ut in vita & morte ostenderent ὡς ὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος ἠδὲ τοκήων, partim vero quia credebant ipsam terram Israeliticam occulta quadam vi peccata expiare posse; † sicuti Eruditissimus
p.139 *Maym.* in *Hal. Melachim* c. 5. docet: Cujus commentator ex *Talmude Hieros.* insuper aliquid affert, quod ad majorem hujus rei dilucidationem facit. *Bar Kria, inquit, cum R. Eleasaro deambulavit* באיסטרין *in publicis stratis, & viderunt arculas advectas ex locis peregrinis. Dixit R. Kria* Eleazaro; *Quid prodest ipsis* (tantis sumptibus huc perferri) *Quin ego contra tales illud Jerem.* 2. 7. usurpo, Hæreditatem meam posuistis dum vivebatis in abominationem, nunc venitis & contaminatis terram, postquam mortui estis. *Respondit Eleasar, quam primum ad hanc regionem pertingunt* נוטלין גוש עפר

† Duas hic rationes affert Auctor cur in terra Israelitica sepeliri ament Judæi; sed potissimæ videntur hæ esse. Prima, ne צער גלגול, dolorem volutationis paterentur. Existimant enim mortuos omnes extremo die in terra Israelitica esse resurrecturos, eosque, qui extra Palæstinam sepulti sunt, per cavernas subterraneas volutandos esse ad terram Israelis, uti notum iis, qui Theologiam Judaicam vel à limine salutarunt. Per illam volutationem subterraneam resuscitandos esse mortuos, ex Jalkut, Cetubot, Zohar, Chaldæo Paraphraste, aliisque libris antiquissimis Judæorum constat. Et ne illos dolores patiantur, vel in ipsa Palæstina mori desiderant, vel ossa eo translata illic sepeliri. Et eandem ob causam voluisse Jacobum Gen. 47. 30. in terram Israeliticam ossa sua transferri, annotat Raschi, & R. Lipman. Tanchuma tamen hanc opinionem destruit, quoniam in ipsa Palæstina demum animam corpori conjungendam esse docet. Quomodo itaque corpora volutanda, si anima nondum adsit, dolores experientur? Altera etiam ratio est, quia omnium primi resurgent illi, qui in Terra Israelis sepulti sunt. Quod diserte affirmat R. Lipman in Nizzachon pag. 27. dicens Ps. 116. 9. per Terram viventium, intelligi debere, Terram Israeliticam, quia sepulti in ea citius vivent, quam alii. Cui explicationi favet R. Ben Melech in Miclal Jophi fol. 185. Idem sentiunt Talmudistæ Hierosolymitani in Cilaim Cap. ult. & R. Bechai.

עד ומניחין על ארונו *sumunt glebam friabilem & ponunt eam in feretrum*, p.140. *freti dicto Deut. 32. 43.* propitius erat terræ suæ. Nisi plane sinistre auguramur, fuerunt feretra illa allata ex Ægypto, nec aliter R. Kria illum locum Jeremiæ bene applicare potuit; qui enim illuc iverant להשתקע *stabilem sedem figendi causa*, secundum *Maymonidem*, idem fecerunt, ac si terram Canaän contemptui & abominationi habuissent, quia incolarum Ægypti opera erant מקולקלות יותר מכל הארצות *depravata & conspurcata præ operibus omnium reliquarum gentium*; partim vero, quia sanctam gentem miseris modis profana adflixerat natio: Hinc ille Canon מותר לשכון בכל העולם חוץ מארץ מצרים *Licitum est habitare in universo mundo, excepta Ægypto.* Quæ perpendens R. Urian, hanc objectionem ad marginem apposuit, in *Hal. melach.* c. 5. יש תימה על קהילות שוכנים שם ועל רבינו המחבר שהלך לגור שם *Mirari ergo subit de totis Ecclesiis ibi degentibus*, (præcipue de Alexandrina, ad quam Onias Simeonis Justi filius se contulit, & quam admodum magnificam fuisse, jam supra innuimus) *item de ipso Scriptore nostro* (Maymonide) *qui ibi peregrinatus est.* Quod quidem verum est, nam fuit Maymonides per plurimos annos in aula Ægyptiaca, & quidem Regius medicus, ut ex p.141. propriis literis, quas ad Samuelem Aben Tibbon dedit, videre est. Sed Doctor Urian debuisset etiam observare, nullam esse tam generalem regulam, quæ non suas exceptiones admittat; itaque respondemus hujus Canonis vim aliquo modo cessasse, postquam Judæi laribus pulsi, & Sanctuarium devastatum fuit. 2. Excipiendas esse persecutiones, mercaturam, studia, negotia; nam si in persequutionibus non licuisset se illuc conferre, incurrerent in culpam Sanctissimi vates *Urias & Jeremias*, qui secundum *Aben Esram* Deut. 15. *inviti illuc fugere coacti sunt*: Quod etiam nobis pro Apologia esse potest, contra Judæos, clamitantes, Josephum non absque crimine esse, quod Jesum in Ægyptum abduxerit. Quod mercatores & alios, quibus negotia incumbunt, attinet, eos ipse Maymonides excusat. Soli illi contra Canonem iverunt, qui rebus domi & in patria integris, à Regibus Ægypti honoribus & libertate quævis in religione & sacris sentiendi, ad stabilem sedem figendam illecti fuerunt; Et quibus mortuis deinde secundum sententiam R. Eleasaris, vix alia beatitudinis & remissionis peccatorum spes fuit, nisi quam exspectarunt ex appulsu in terram Israeliticam, & ex tactu glebæ friabilis. Quæ certe admodum ficulnea & misera fuit.

IV. Disputavit etiam Akiba cum Turno Ruffo, & ipsi Sabbathum tribus argumentis adstruxit. Primum desumpsit à fluvio סבטיון *Sabba-*

p.142. *Sabbation* †, *qui per omnes dies septimanæ fluit, sed Sabbatho quiescit.* Alterum vero à *Pythonico, qui in Sabbatho non ascendit.* Tertium à *Turni Rufi patris sepulchro, quod per totam Septimanam fumigabat, & non nisi Sabbatho cessabat. Sanhed.* f. 65. 2. *Gloss.* Quæ dum considero, aliud judicare non possum, quam aut plus veritatis his propositionibus inesse debere, quam hactenus credere potui; aut Turnum Ruffum admodum hebetis ingenii fuisse, quod falsitatem verborum Akibæ nec retegere, nec ipsum redarguere potuerit, si tunc temporis flumen *Sabbation* in Sabbatho non conquiescebat, nec patris sui sepulchrum in Sabbatho à fumi exhalatione cessabat; quod tamen verisimile non videtur, sive Turnus Ruffus fuerit *Terentius Rufus*, aut *C. Turranus* * *Ruffus.* Nam ex Josepho di-
p.143. scimus Terentium Rufum magnam potestatem in Judæa, nec illius regionis & adjacentium minorem cognitionem habuisse, cui proinde mentiri R. Akibæ nec tutum nec consultum fuisset. Et si C. Turranus Ruffus alius sit à Terentio, verum est, nos multum de eo non scire, nisi forsan idem sit cum C. Turranio annonæ præfecto, de quo *Tacit. Annal.* l. 1. ab init. Interim tamen in media hac caligine constat, ipsum virum non infimæ sortis fuisse; pervenerunt enim monumenta ejus ad seros nepotes, unumque ex illis possedit olim *Julius Tertius*, P. R. Quod hunc in modum in Hortis ejus legebatur.

D. M.

† Vide de hoc Fluvio Lightfoot. Decad. Chorograph. præmissam Horis Hebraicis, Marci Evangelio impensis sect. 5.

* Una voce nonnunquam hunc vocant Talmudici טורנוס רופוס, Turnus Rufus; forte Tyrannum, Rufum innuunt, præfectum aliquem Romanorum. Meminit certe Eusebius Præsidis Judææ *Rufi* sub Hadriano. Celeb. Lightfootus existimat, hunc esse illum, de quo Josephus de Bello Jud. Lib. VII. c. 7. Τερέντιος Ῥῦφος ἄρχων τῆς στρατιᾶς καταλέλειπτο, à Tito nempe. Judæi tamen constanter, ut in Sanhedrin c. VII, sic aliis locis scribunt, טורנוס רופוס חרש ההיכל *Turnus Rufus* aravit Templum, & ad Hadriani tempora Turnum Rufum referunt. Verum hæc tempora confundere non insuetum est Judæis. Scaliger in Canon. Isagog. subjunctis Chronico Eusebii legit *Turannus.* Quicquid sit, aratrum hostile solo impressum esse more Romanis consueto, fatentur Judæi; & hoc signo notatam fuisse eversionem Reip. Judaicæ constat, cum ex aliis rerum Romanarum scriptoribus, tum clarissime ex Modestini JCti loco L. 21. D. *quib. mod. us. fruct.* statuentis „Si usus fructus civitati legetur & aratrum in ea inducatur, civitas esse desinit, ut passa est Carthago. Huc referunt Jer. 26. 18. Quod vero addunt Gemaristæ & R. Gedalias in Schalschelet Hakkabbala, de Uxore Rufi, quæ proselyta facta R. Akibæ nupserit, ut & de colloquio Rufi cum Akiba, Judæorum genio adscribimus, qui ubique decus suæ nationis & existimationem inter gentes extollunt.

D. M. p.144

C. TURRANI RUFFI.

V. Sed pergimus de R. Akiba. Quanquam ille singulariter eruditus fuerit, multum tamen circa prudentiam ejus, cum in præfectura Lyddensi, tum in ultimo vitæ ejus actu, dum fascinatus impostorem *Bar Cosibam* sequebatur, etiam ipsimet populares ejus desiderarunt. Et profecto nisi omne judicium & sensum perdidisset, tali plano non ita facile fidem adhibuisset, qui deinde ipsum & innumeros alios in perniciem traxit. Sciebat Akiba jam supputationem temporum effluxisse, qua Messiam exspectabant, & proinde verum Messiam ignorans, primo, qui vexillum erroris suspenderet, adhærere pronus erat: sed male ipsi res cessit, nam ab † Adriani militibus post expugnationem urbis ביתר *Betar* vel Bitter, (ut alii non ita bene pronuntiare p.145 amant)

† Fuse traditur historia hujus Pseudomessiæ in *Sepher Hakkabbala*, ubi primo loco memoratur כוזיבא, *Coziba* qui dicebat se esse משיח בן דוד „ Messiam filium Davidis, & res novas moliebatur contra Imperatorem Domitianum (qui tamen, Juvenis cum esset, huic seditioni non adeo se opposuit) & regnavit anno 52 ab excidio Hierosolymitano בביתר, *in Beter*, forte eadem Urbe cum Βήταρις Josephi. Filius deinde Ipsi successit ושמו רופוש, Cui nomen, *Rufus*, quod à rubro colore desumtum esse, ut denotet אדמוני *Rufum*, ibidem docetur: hic proprie fuit *Bar Coziba* filius Cozibæ. Huic itidem fatis functo successit *Romulus*, ejus filius. Quo regnante Adrianus Beteram cepit nono die mensis Ab, anni 73 ab excidio Urbis; Ipsum Regem occidit, tantamque edidit stragem, quantam nec Nebuzaradanis nec Titi temporibus experti sunt Israelitæ. Scribit R. Gedalias Barcosibam suo nomine appellatum fuisse בר כוכבא filium stellæ, hinc textum Num. 24. 17. ei applicatum fuisse. Deinde vero, quum rebellaret adversus Hadrianum, vocatum esse בן כוזבא, filium mendacii. Meminit ejus Hieronymus sub nomine Cochibi, Ducis Judæorum: aitque in Apol. 2. c. Ruffinum, Illum stipulam ardentem noctu in ore continuisse, & anhelitu ignem spirasse, ut Nomini *Stella* speciem daret. Et tanta spe expectabat illis temporibus tota gens Judaica Messiam suum, ut Maimonides in tract. Melachim scripserit דמוהו הוא וכל חכמי דורו שהוא המשיח עד שנהרג בעונותיו נודע שאינו „ Existimabat (Akiba nimirum, ut ex nexu patet) & omnes Sapientes illius ætatis illum „ esse Messiam, usquedum ob scelera sua interfectus est. Tunc enim patuit illum „ non esse Messiam. Erat è stirpe Davidica, si Lipmanno credimus in Nizzachon, num. 352. qui etiam tres sibi invicem succedentes in Regno, Ben Coziba, Rufum filium ejus, & Romulum nepotem, memorat; in eo discrepans à R. ben Dior, quod primum appellet Ben Coziba,

p.146. amant) crudelissima morte affectus fuit : כי חיו סורקין את בשרו במסרק של ברזל *Carnem enim ejus pectinarunt pectine ferreo.* De causa vero & magna Betherana clade qui omnia accurate scire desiderat, adeat V. CL. D. *Lightfoot* Cent. Chor. Ev. M. p. 98. & CL. *Schikardi Jus Regium* sub fin. Scripsit etiam de hoc Judæorum impostore luculentissimus author, *Gregorius Abul Pharagius* in *Hist. Dynast.* p. 121. Sed, ut videtur, in hac fuit sententia, *Bar Cosibam* Hierosolymis non Bethare, (de qua nec mentionem facit) obsidione cinctum & interfectum fuisse, magnamque illam Judæorum stragem ibi editam esse; plane contra receptam apud omnes opinionem, qua constanter asseritur ipsum Cosibam Bethare fame periisse. Felicius ad rem dixit quæ sequuntur : *Copiæ*
p.147. *Adriani*, inquit, *deinde* [ab obsidione Betharis venientes, ut nos existimamus] *urbem Hierosolymitanam penitus diruerunt, & prope eam exstruxerunt urbem, quam nominarunt Æliam Adriani, & in ea collocarunt alienigenas, Jussitque Adrianus præcidi aures Judæorum superstitibus; atque hanc iis legem indixit, ne quis vel è longinquo Hierosolymam intueretur.* Quid amplius ad miseræ gentis contumeliam, doloremque addi potuit ? Vix certe fuit ulla natio, quæ tanta mala passa est, ac populus Judaicus. Titus urbem subvertit, Sanctuarium ignis devastat, Adrianus ipsos ferme excidit, superstites amputatione auricularum infamia notat, severa lege & decreto Sanctam Urbem non aspiciendi plane miseros reddit. Aliquando, referente *Tacito*, in Sardiniam mittuntur coercendis illic latrociniis, & si ob gravitatem cœli intereunt, *vile damnum.* Hoc vere est immensa malorum mole & cumulo laborasse. Sed insuper ingentem catalogum recentiorum persequutionum, & calamitatum habet Author *Schalschelet Hakabala*, parte 3. cujus recensione hic supersedemus, quoniam speramus aliquando integrum illum Tractatum publico dare.

רבן

Conatur hæc sententiarum divortia de Coziba, & annis imperii ejus, conciliare R. David Gans in Zemach, quem vide.

Habuisse dicitur Coziba exercitum satis numerosum, in quo ducenta erant militum millia, quorum audaciam, abscisso uno digito, explorabat. Ducenta etiam millia virorum erant, quorum unusquisque, equo inequitans, cedrum è Libano evellebat. Ipse etiam saxa quædam genibus suis imposita in exercitum Adriani jaculabatur, eumque dispergebat. Quod facinus Akibam permovit, ut illum Messiam esse crederet.

De Beterana strage non minus mirabilia Judæi referunt : Adrianum sepiisse vineam suam (quæ 18 milliaria longitudinis, & totidem latitudinis comprehendebat) cadaveribus occisorum in Beter : sanguinem lapides 4 librarum secum in mare volvisse; homines in Beter interfectos non putruisse. Cætera hæ notæ non capiunt.

רבן שמעון שלישי p. 148.

Rabban Simeon tertius.

רבי מאיר

R. Meir.

Anno 3881.

I. CONjungimus hic Synedrii Præsidem & Vice-Præsidem. Præses erat R. Simeon, filius R. Gamalielis secundi, & pater R. Jehudæ, de quo *Sect. Seq.* Cæterum docet nos *Juchasin* p. 67. illum fere ubique in Mischna intelligi debere, quando traditio absolute, sub nomine R. Simeonis profertur: ad Præsidatum vero statim post Akibæ mortem pervenisse. †

II. Rabbi Meir erat *Vice-præses*; gradum autem *Sapientis* obti- p. 149.

Ggg 2 nuerat

† Id ipsum traditur quoque in Sepher Hakkabbala R. Abrahami ben Dior, ubi ראש ישיבה Caput Consessus post mortem R. Akibæ fuisse dicitur.

De R. Meir autem plurima narrantur. Discipulus fuit Akibæ, & proselytus Justitiæ, ex familia Neronis Cæsaris oriundus, juxta Zemach David. In Sepher Juchasin dicitur fuisse מזרע נירון השר הגדול של קיסר ששלחו קיסר להחריב ירושלים קודם ששלח לאספסיינוס ex semine Neronis, belli Ducis à Cæsare Romano constituti & ab eo missi ad devastandam Hierosolymam ante Vespasianum.

Quidam, ut R. Maimonides, auctor Halicot olam, existimant ipsum R. Meir vocatum esse nomine proprio Nehemiam, & dictum esse hunc ר׳ מאיר, quia Sapientum oculos luce ingenii sui illustrabat. Alii vero Nehemiam quendam Collegam R. Meir faciunt. In Horaiot, Rabban Simeon נשיא fuisse dicitur, R. Nathan אב בית דין Vice-præses, R. Meir חכם sive Sapiens, de quo supra p. 13. Aliter noster Auctor, qui se ipsum refellit pag. 151. ubi R. Meir sic introducit loquentem: Quum R. Simeonem amoverimus, ego ero Pater Senatus, & Tu (R. Nathan) Princeps. Si enim (ut existimavit Auctor) R. Meir jam fuisset Pater Senatus, id est, secundus à Præside, quomodo ad illum honorem, quem jam possidebat, adspirare potuisset. Uxorem habuit R. Meir nomine ברוריה Beruræam, filiam R. Chananiæ ben Tardejon (de quo pag. 111) quæ à Sapientia commendatur.

Contemporanei ejus hi fuerunt, R. Juda בר אלעאי, fil. Elaii. Hunc intelligunt, quum indefinite in Talmude legitur מעשה בחסיד אחד, Historia pii cujusdam viri, & hoc nomine ipsum insigniri apud eos notum est. Verba sunt Maimoni-

p. 150. nuerat R. Nathan; homines astuti, & qui libenter Simeonem de gra-
p. 151. du dejecissent, si tam bene efficere potuissent quod cogitaverant. Causa principalis invidiæ narratur c. 3. tract. *Horajot*. Cum R. Simeon Senatum

dis. R. Zacuth ait, ista phrasi vel hunc R. Judam Bar Elai intelligi, vel R. Judam fil. Babæ, qui etiam pietate inclytus fuit, & de quo lege supra pag. 111. Filius ipsius erat R. Jose, etiam in Misna memoratus.

R. Eliezer fil. Schemua, Sacerdos, & Præceptor R. Judæ S. ut refert R. Zacuth in Juchasin. Ultimus est, juxta nonnullos, decem illorum הרוגי מלכות, de quibus supra egimus p. 111. Interfectus traditur noctu Sabbathi, ad cujus sanctificationem dum devoto cultu & lectione Biblica se præpararet, animam efflavit in pronuntiatione vocis אלהים. Quam ob rem egressa Filia vocis (oraculum Templi secundi) dixit: Beatus es ô Eliezer, fili mi, quod anima tua exiverit in voce אלהים, *Deus*! Longævus admodum fuit: & rogatus aliquando à discipulis, quomodo ad tantam ætatem pervenisset, respondit: Nunquam Synagoga, ut communi via, sum usus, & nunquam incessi super capita populi Sancti.

R. Nathan, qui אב ב״ד, Pater domus Judicii, in Horaiot, in Sepher Juchasin, & alibi, fuisse dicitur, non, ut Auctor noster, חכם, quod munus ad R. Meir pertinuit.

R. Simeon fil. Jochai; Auctor esse perhibetur Libri inter Judæos celebratissimi & arcanis Theologiæ Cabbalisticæ mysteriis refertissimi, quem *Zohar* vocant; licet auctor Libri Juchasin filio ejus Eliezeri & discipulis illum adscribat. Appellatur à suis המאור הקדוש, Lumen illud Sanctum. Delituisse dicitur in spelunca 12 annis: metuebat enim sibi à Romanis, qui ipsius interitum jam decreverant. Dixerat enim omnia opera magnifica, quæ a Romanis exstructa erant, balnea, pontes, plateas &c. esse ab iis in proprium commodum ædificata, ut inde vectigalia reciperent &c. Synagoga, ab ipso structa, Tiberiade ostenditur, ut in Cippis Hottingeri videre est.

R. Jochanan הסנדלר, Calcearius שהיה עושה סנדלין quia calceos formabat, ut ex Aruch scribit Zacuthus. Fuit Akibæ discipulus. Aliis dicitur fuisse נוקב מרגליות margaritarum perforator.

R. Jose Galilæus, Præceptor R. Judæ Sancti, juxta Juchasin: qui invenit 32 modos Legem explicandi.

R. Eliezer, fil. R. Jose Galilæi. Auctor Libri, cui titulus לב מדות לתורה Fratres ejus erant R. Chanina & R. Ismael.

R. Jacob, Præceptor R. Judæ S.

R. Chalaphta (alii legunt Chelpetha) oriundus ex vico Chanania, id est, Cana, in limitibus Galilææ inferioris, juxta Juchasin.

R. Simeon ben Chalaphta longævus admodum; cui occurrisse fertur extra Urbem media nocte Angelus mortis, & dixisse: In Te & Tui similes nulla est mihi potestas, nam Deus bonis operibus delectatus protrahit vitam vestram.

R. Jose fil. Mesuliam, pietate celebris.

R. Jose בן החוטף אפרתי

natum ingressus esset, pro more ab omnibus salutatus fuit; sed etiam R. Meir & R. Nathan introeuntes ab omnibus excepti & salutati fuerunt, plane extra consuetudinem. Hoc ægre tulit R. Simeon, & proinde Senatum sic alloquutus est: *Volo esse discrimen inter me & illos;* & simul denuo ordinavit, quomodo unusquisque excipiendus esset. R. Meir vero & R. Nathan, cum honorantes ipsos ita publice correptos viderent, de vindicta cogitarunt. Dixit R. Meir: *Jubeamus ipsum de peduncululis disserere: quum hæsitabit, dicemus illi. Quis recensebit omnes laudes Dei? Ille nimirum, qui eas recensere potest. Sic movebimus illum à Principatu, & tu Princeps eris, ego autem Pater Senatus.* Sic de Simeone conclamatum fuisset, nisi R. Jacob opportune hoc consilium retexisset: valebant enim factione & amicis, & si ipsum ita ex improviso aggressi fuissent, hæsitatio in Præside plausibilis erat prætextus ignorantiæ, & per consequens remotionis. p. 152.

III. Quamvis autem R. Meir ita Simeoni † supplantare studuerit, filius tamen ejus, R. Jehuda Sanctus, ipsum plurimum amavit, & authoritati ejus non parum detulit. An id factum sit composito vultu simulationeque, & quia ipso opus habuit, ut ad honores perveniret, ita facile dijudicare non possumus; sciebant enim & illi homines in occulto & abdito odia alere. Inter cætera autem honorificum fuit R. Meir, quod cum in בית שאן *Beth Schean* comedisset folia olerum non

 decima-

R. Jose, Zipporiensis, fil. Chalapthæ, Præceptor R. Judæ: scripsisse dicitur Seder Olam Rabba.

R. Dositheus ברבי ינאי, discipulus fuit R. Meir.

R. Jadua Babylonius.

Aba Eliezer.

† R. Meir dicitur ab Abrahamo ben Dior in Sepher Hakkabbala ראש כלם, *Caput omnium*, qui חברים *collegæ* erant Rabban Simeonis, & videtur ipsum Principem sapientia superasse: quod diserte affirmat idem, hanc narrans historiam והסכימה דעת ר׳ מאיר ור׳ נתן לביישו ברבים שהיו חכמים ממנו ונתגלה לו הדבר ומשם ואילך לא החכרו רבי מאיר ור׳ נתן בשמותיהם אלא ר׳ מאיר אחרים ורבי נתן יש אומרים „Et convenerunt in eo R. „Meir & R. Nathan, ut pudefacerent illum (Præsidem Simeonem) quoniam eo sapien„tiores erant. Sed innotuit Simeoni hoc consilium. Unde postea R. Meir & R. Nathan „propriis nominibus non citantur, sed nominibus eorum prætteritis dicunt pro, dixit „R. Meir, *Alii dicunt*; pro, dixit R. Nathan; *Sunt qui dicant.*

p. 153. non decimatorum, R. Jehuda deinde totam *Beth-Schean* à decimatione absolverit, & liberam esse voluerit. Vid. *Cholin* f. 6. 2. Quo R. Jehudam ipsum non parum devinxisse videbunt omnes, qui anxias disquisitiones, & leges, quas in המעשרות *decimis* Judæi observare debent, non plane ignorant. Quis enim ex Betscheanitis R. Meir non amasset, postquam ipsius causa ipsis non contemnendum privilegium obtigerat?

IV. Nunc alia de R. Meir libabimus. Ex Evangelio discimus, non licuisse olim Judæorum Medicis ægrotos sanare in Sabbatho; id etiam confirmatur à Talmudicis. R. Meir tamen hoc, ut nimis rigidum, aliquantulum lenivit, permittendo, ut vinum atque oleum, duo præcipua ipsorum remedia, misceri & in Sabbatho ægrotis exhiberi possent. Cum autem aliquando ipse ægrotaret, & discipuli ejus idem ipsi facere vellent, ut id fieret, non permisit, ne existimarent ipsum hac dispensatione sibi magis, quam aliis consuluisse, aut illam perpetuam esse debere. vid. *Hieros. Beracot. c.* 3. 1.

V. Habuit insuper R. Meir hanc malam consuetudinem, ut volumen suum Biblicum, Notis criticis & annotationibus totum farciret. Hinc illæ formulæ, in *Bereschit Rabba sect.* 10. *In Pentateucho R. Meir invenerunt scriptum* כתנות אור *vestes lucis*, *pro* כתנות עור *vestibus ex*
p. 154. *pelle confectis* (quibus Deus protoplastorum nuditati succurrit) Item, *scriptum repererunt* הנה טוב מות *ecce bona res est mors* pro הנה טוב מאד *Ecce bonum erat valde.* Quam facile enim hæ glossæ in textum irrepere potuissent? præcipue cum hominum natura obvia quæque arripere, & nova exosculari amet.

VI. Afferamus nunc Historiam, quæ quidem ridenda videtur, sed tamen multum utilitatis habet. Exstat illa in *Vajikra Rabba* f. 175. 2. *Concionatus erat aliquando R. Meir nocte Sabbathi, & aderat concionanti quædam fæmina, quæ cum tarde domum venisset, à marito suo non intromissa est, donec promisisset, se proxime in faciem concionatoris consputaturam. Itaque post tria Sabbatha adit Sacellum; R. Meir, cui hoc innotuerat, ut mulieris desiderio, absque honoris sui detrimento satisfaceret, simulavit se oculorum ægritudine laborare; Et dixit: Estne inter vos fæmina perita mussitandi incantationes super oculum? Respondit illa fæmina, Rabbi, ego non sum. Tunc ille, Utcunque, tamen sputa septies in oculum meum, & ego sanabor.* Vides, quam solerter Doctor Meir uxorem marito iterum reconciliare, absque existimationis suæ periculo potuerit. Sed faciamus etiam hinc nostrum usum. Johannis IX, 6. Christum

ſtum adhibuiſſe ſalivam legimus, ad viſum cæco reſtituendum; quia illa erat ordinarium ægris oculis remedium, ut cum ex hac hiſtoria, tum ex *Maym. Schabat.* c. 21. patet. Nam ibi tradit Maymonides, illud p. 155. remedium Sabbatho applicare ægro fuiſſe prohibitum, nec licuiſſe oculos niſi in diebus profeſtis ſaliva illinere, ob reverentiam Sabbathi, quæ medicina profananda non erat. Sumpſit itaque Chriſtus oculos ſanaturus ſalivam; ſed ut Judæis oſtenderet, ſe plane alia vi & facultate ſanare, quam vulgo fieret, immiſcuit ſalivæ pulverem terræ, qua nihil magis oculis officit; & fecit ex his tale *μίγμα*, quod etiam puriſſimum & optimum viſum turbidum reddere, & corrumpere potuiſſet, niſi ſummi Medici omnipotens manus adfuiſſet & miraculo hæc ita temperaviſſet, ut cæco ſalutaria fuerint.

רבי יהודה הקדוש

R. Jehuda Sanctus. †

I. NAtus eſt eo die, quo Akiba occubuit, unde orta illa Judæorum ſententia; *Eo die occidit Lux Iſraelis & iterum orta eſt.* Poſtquam p. 146. rebus

† Hic ordinario titulo הנשיא *Principis* apud Judæos ſuperbit. Fuit ראש ישיבת *Caput conſeſſus*, & amiciſſimus *Antonino* Imperatori, ſi fides Hebræis. Sic habet Abraham ben Dior in *Sepher Hakkabbala* ומית אדריינוס ומלך ברומי אנטונינוס בן אסוירוס והיה אוהב את רבינו הקדוש כנפשו ואומרים שגיירו בסתר והיו בימי רבינו הקדוש כולם ימים טובים לישראל והאריך ימים ובימיו מת אנטונינוס ומלך אנטיפוס ואחריו קומודוס וכולם כבדו ונשאו את רבינו הק׳ כל ימיו „Mortuo autem Adriano ſucceſſit in Imperio Romano Antoninus, filius Aſueri, qui Rabbi Jehudam amabat uti ſe ipſum: unde eſt quod dicatur R. Jehuda clanculum eum feciſſe proſelytum. „Tempora autem fauſta fluebant Iſraelitis, vivente R. Jehuda, qui ætatem produxit admodum, ita ut Antonino ſupervixerit, & Antipo qui ei ſucceſſit, & Commodo, apud „quos omnes magno in pretio fuit R. Jehuda Hannaſi. Quibus terminis fingendi illa audacia cohiberi queat, quum ſtudium extollendæ gentis ſuæ apud Judæos prævaluerit!

Refert R. Iſaac Abuhab in מנורת המאור fol. 38. col. 4. ed Ven. eo tempore, quo in lucem foit editus R. Jehuda, interdictam fuiſſe circumciſionem, veruntamen R. Simeonem, fil. Gamalielis, Patrem R. Jehudæ circumcidiſſe filium ſuum, & coram הגמון (eſt hoc Græcum *ἡγεμών*) rationem facti reddidiſſe ex mandato Dei, qui circumciſionem in Lege præceperat, & cujus mandatis obedientiam debebat. Plura ibi de R. Jehuda legere eſt, quo Lectorem *Φιλολόγον* relegamus, quum omnia hæ anguſtiæ non capiant. Adrianum autem Imperatorem prohibuiſſe circumciſionem, & circumciſos omnes neci deſtinaſſe, confirmat Chron. Samaritan. MS pag. 243.

p. 157 rebus administrandis admotus fuit, prima ejus cura erat, Synedrium, & Academiam in Tiberiadem transferre. Quod etiam feliciter ipsi successit. Deinde operam contulit, ut omnia משניות *Mischnajot* in unum
p. 158 Volumen compingeret. Videbat enim (inquit *Zemach David*) prolongationem captivitatis, & discipulos pusillanimos redditos esse, vim Sapientiæ vero, & Legem Oralem attenuatam. Corrasit itaque omnia decreta, statuta, & dicta Virorum doctorum, qui ante ipsum floruerunt (& quos hactenus descripsimus,) Synedrii denique documenta & mandata, atque ea in hunc ordinem disposuit, quo illa hodierno die conspiciuntur. †

II. Omnes Historias, quæ de Magno hoc Rabbino passim leguntur, hic referre, nec necessarium, nec nostri instituti est: quare unam

Oriundus est Rabbi Juda paterno genere, è tribu Benjamin, & Hillelem inter majores suos numerabat. Tritissimum est Judæorum de hoc Rabbi proverbium מימי משה ועד רבי לא ראינו תורה וגדולה במקום אחד ,, A diebus Mosis usque ad tempus hujus Judæ nunquam simul conjuncta vidimus Legis ,, scientiam, & nobilitatem seu magnificentiam. Ditissimus enim erat, sic ut dicant Judæi, Præfectum stabulorum R. Judæ ditiorem fuisse Sapore Persarum Rege. Praeterea auctoritate pollebat maxima, & Antonino Pio, Imperatore, ut ajunt, familiariter utebatur; unde illo mortuo dixisse fertur נתפרדה החבילה, disruptum est vinculum amicitiæ, quod nos ligabat. Antoninus, dum viveret, narratur Tiberiada in gratiam R. Judæ liberam facere coloniam & immunem à vectigalibus solvendis præstare voluisse. Dicitur idem cum valetudine minus prospera sæpius colluctatus, & hinc אסתניס, ἀσθενὴς ab Hebræis vocatur. Vide Eliam in Thisbi. Cæterum exspatiantur admodum Judæi in laudes hujus Rabbini, illum sæculi sui Phœnicem, decus temporum, & modo Rabbi nostrum Sanctum, modo κατ᾽ ἐξοχὴν Rabbi, vocantes. Vulgare est ejus elogium, quod apud R. Maimonidem in Præfat. ad Seder Zeraim occurrit משמת רבי בטלה ענוה ויראת חטא, Mortuo R. Ju- ,, da cessarunt humilitas & timor peccati. Fertur ibidem eloquentissimus hominum, & linguæ Hebraicæ callentissimus, ita ut explicationem verborum Legis difficiliorum è sermone servorum, & ministrorum ipsius discerent Sapientes: Vir denique שנמצאו בו כל החמודות והמדות הטובות עד שזכו בהם אצל אנשי דורו לקראתו רבינו הקדוש ,, In quo omnia inveniebantur desiderabilia, & ,, omnes virtutes, adeo ut propterea à sui sæculi hominibus Rabbi noster Sanctus appellari meruerit. Cætera non ferunt hæc compendia.

† Misnæ compositio celebrem hunc reddidit Jehudam, cujus consummatio ad annum 120 à vastatione Templi sive 500 æræ contractuum reducitur; licet de præciso tempore needum inter Judæos conveniat. De illa omnes Judæorum Christianorumque Historici, & Philologi fuse scripserunt, & è monumentis Buxtorfiorum, Voisini, Seldeni aliorumque, amplissima colligi queunt testimonia, quæ illustrandæ Historiæ hujus Rabbini inserviunt. Quare nos in hoc compendio supersedemus.

unam aut alteram ſolum producemus. *Abierunt quamplurimi è ſchola Rabbi* (ſic Jehuda Sanctus vocatur) *Lyddam ut ibi intercalarent, ſed occurrit ipſis oculus malus* (infortunium) *& omnes ſimul ſunt mortui. Hieroſ. Sanhed.* f. 18. 3. Quod ſine dubio ipſis in pænam accidit: Lydda enim tunc non erat intercalandi locus.

III. Permiſit Rabbi Magdalenſibus, ut Sabbatho ire poſſent in Chamatam; & per eam procedere ad vicum extimum usque ad pontem *Hieroſ. Erubhin* f. 23. 4. Quæ diſpenſatio de limite Sabbathico ipſis p.159.
magnum erat beneficium: poterant enim ita ſuos amicos etiam in Sabbatho, ſacris peractis, commode inviſere.

IV. Cum Synedrium adhuc Hieroſolymis ſederet, Princeps Senatus etiam flagellatione puniri poterat, ſi quid deliquiſſet: ſed ſub ultimis Synedrii annis, Præſides non tam Synedrii officiarii, quam Domini erant, nec cenſuræ volebant obnoxii eſſe. Hinc cum *Simeon Ben Lachish* confidenter aliquando ſuſtinuiſſet, *Principem, qui peccaſſet, in Conſeſſu triumvirali flagellandum eſſe*: Audiens illa Rabbi miſit, qui ipſum prehenderent: ſed Ben Lachiſch, fortuna ſecundante, ſalutem pedibus quæſivit, & ultra Magdalam fugit. *Hieroſ. Horajot* f. 47. 1.

V. Diocletianus Cæſar Judæis porcarius fuit, antequam ad Imperium pertingeret; & quidem ſortis tam contemptæ, *ut* טליי דרבי *Juvenes domus Rabbi* (ita aliquando filios familias, ſed ſæpius domeſticos, vocant,) *non dubitaverint ipſum probe alapis, & ictibus contundere, Hieroſ. Terumot* f. 46. 2, 3. Hanc contumeliam Diocletianus, Rex factus, oblivioni non tradidit, ſed cum *Paneada* accederet, accerſivit Rabbinos, & cum ipſis ob id expoſtulavit; illos inter alia ſic perſtringens: *Ideo quod Creator veſter pro vobis operatur mira, vos dominum meum contemnitis.* Sed Rabbinis non defuit ſe purgandi facultas. Reſponderunt enim, דיקלוט חזירא p.160.
בזינן. דיקלוטיאנוס מלכא לא בזינן *Nos contempſimus Diclot porcarium* (hoc † enim erat in ſordida ejus conditione nomen) *Diocletianum Regem non contemnimus.*

Hhh VI. Me-

† *Diocles* erat ejus nomen, quum privatus eſſet: poſtea vocatus eſt *Cajus Aurelius Valerius Diocletianus*, Græco nomine Διόκλης in Latinum mutato. Porcorum eum curam habuiſſe probent Judæi. Id conſtat, virum fuiſſe obſcuriſſime natum; verba ſunt Eutropii. Alii eum Libertinum Annulini Senatoris, alii Scribæ filium fuiſſe contendunt. Videtur autem opinioni illi de Diocle porcario occaſionem dediſſe dictum Dnuidos ad Dioclem, ſi aprum occidiſſet, Imperatorem eum fore, & perpetua aprorum venatio, quam inſtituiſſe fertur Diocles, donec occiſo homine Ario Apro, qui Præfectus erat prætorio, imperio potiretur. Vide Vopiſcum, in vita Numeriani, Cap. 13.

VI. Meretur Diocletianus, ut de eo etiam honorificum quid referamus; illud est inscriptio illa, quam in foro Tyri ab ipso ædificato poni curavit, in æternum amoris erga Herculium & beneficii erga cives monumentum. Legitur illa Hierof. Avoda Sarah f. 39. 4. hunc in modum אנא דיקלטיאנוס מלכא שבנית אהן יריד דצור לגדיה דארקליס אחי תמנא יומין *Ego Diocletianus Rex hoc forum Tyri condidi fortunæ fratris mei (Maximiani) Herculii, spatio octoginta dierum.*

p.161. VII. Contulit se Rabbi 17 annis ante obitum suum in *Zipporem* & ibi obiit; at sepultus † fuit in *Beth Scharim.* Moriens præcepit filiis suis, *Ne me ad sepulturam ferentes ploretis in civitatibus parvis, per quas transibitis, sed in magnis.* Gl. *Bab. Sanhed.* fol. 47. 1. Insuper etiam miracula facta sunt illo die: nam cum omnes civitates congregatæ essent ad eum plangendum, idque vespera Sabbathi, (id est vespera Sabbathum antecedente) *dies non declinavit; usquedum unusquisque domum se recepisset; utrem aqua implevisset, atque candelam Sabbathicam accendisset. Prodiit etiam Bath Kol, & plangentibus beatitudinem pronuntiavit, unum solum excipiens, qui hoc cognoscens ex tecto se præcipitem dedit. Hierof. Kilaim* fol. 32. 2.

VIII. R. Jehudæ filius, nomine *R. Gamaliel*, ultimus Synedrii * Præ-
p.162. ses fuit, tunc enim Synedrium cessavit, & Judæi in dies magis contempti & extorres facti sunt, exiliis huc illuc fluitantibus errantes.

IX. Do-

† R. tamen Petachias, qui se αὐτόπτην in Itinerario suo (quod Hebraice primum prodiit, dein à Celeb. Hyde in Anglia, & Wagenseilio in Germania, in Latinum sermonem translatum est) perhibet, ait Zippori esse sepulcrum R. Judæ. En ipsa verba ובצפורי רבינו הקדוש קביר שם ורוח טוב יוצא מקברו וכשרחוקים מיל מקברו מריחין הריח הטוב היוצא מקברו „Zippori autem „sepultus est R. noster Sanctus, à cujus sepulcro gratus odor surgit, quem jam percipiebamus, dum milliari ab eo aberamus.

* R. Chanina filius Chammæ Præses fuit Synedrii, at Gamaliel filius R. Jehudæ ejus collega. Sic R. Abraham in Hakkabbala, fol 28. c. 2 רבי חנינא לאחר פטירת רבינו הקדוש ישב בראש הוא ר' חנינא בר חמא שכן צוה רבינו הקדוש והיו חביריו בניו בנין מרבינו הקדוש רבי אושעיא ורבי שמעון ור' גמליאל ור' אלעזר „R. Chanina, fil. Chammæ defuncto R. Juda „Principe, Caput Consessus fuit, uti jusserat R. Juda. Et socii ejus erant polleri R. „Judæ, R. Osaia, R Simeon, R. Gamaliel & R. Eliezer &c. Nimirum distribuerat R. Juda, dum viveret, tria munera, Principis, Patris Senatus, & Sapientis, ut patet ex Cetuvot c. 12. ubi hæc ejus verba שמעון בני חכם גמליאל בני נשיא חנינא בר חמא ישב בראש „Simeon fil. meus sit *Chacam*, Gamaliel, „fil. meus *Princeps*, Chanina fil. Chammæ Caput Consessus.

IX. Doctores, qui *Misnicos* sequuti sunt, † *Gemaristæ* vocantur, doctrina & rebus gestis nulla plane ratione cum prioribus comparandi; ut cuilibet patebit, qui Gemaram inspicere & considerare poterit; præter linguam enim tortam & fractam, qua squallent, in rebus ita versati sunt, quasi nec intelligi nec sani quid dicere voluissent; & quorum fabulositati Hebraismus debet, quod hodie in tanto scientiarum lumine tam contemptus jacet נשכח כאלמנה גלמודה נעזובה *instar viduæ derelictæ*. Magna certe pulcherrimæ literaturæ injuria, quasi cum aliqui sint, qui delirarunt, cæteri nihil boni dixissent. Terrent certe hi Authores stili difficultate; etiam subinde nugaces sunt, non nego; sed vicissim quoque asserere nunquam dubitabo, *Nullos esse authores qui lectorem magis alliciant, utiliores sint, quam Rabbinos.* Item *Evangelium vix habere acriores hostes quam Judæos, sed tamen à nullis interpretibus tantum lumen affundi ac ab illis;* sicuti abunde probavit V. CL. D. Lightfoot, harum literarum maximum præsidium) in suis *Horis*, duraturis quam diu tempus erit. * p.163.

† Misnici desinunt post ætatem R. Chaninæ & collegarum ejus אלו הם סוף התנאים *hi sunt Misnicorum ultimi*, ait R. Abraham: Et dein transgreditur ad Gemaristas seu אמוראים, quod *γνωμολόγυς* interpretatur Scaliger. Quorum primi Raf & Samuel tempore R. Jehudæ Sancti vixere, si fides R. Abrahamo Ben Dior fol. 29. col. 1. ירד רב, inquit, לבבל בסוף ימי רבינו הקדוש בשנת שלשה תתקעט' „ Descendit Raf „ in Babyloniam sub finem vitæ R. Judæ Sancti, anno 3979. Hi autem duo scholas Babylonicas instaurarunt, uti fusius ibidem docetur, usque ad Raf Sima, in quo series τῶν אמוראים Amoræorum desinit, & incipiunt סבוראי Seboræi, quibus successere גאונים Geonim, & his filii Ascher & filii Nephtali. Quæ omnia latius persequi vetat Auctoris nostri, cujus vestigia legimus, in hoc Tractatu institutum.

* Coætanei R. Jehudæ Principis constituunt Classem ultimam Misnicorum, quartam Sapientum illorum, qui vixerunt ab excidio Hierosolymitano, juxta Maimonidem. Sunt autem hi: Rabban Gamaliel, qui ultimus titulo Rabban ornatus fuit, & R. Simeon filius ejus, R. Eleazar fil. ejus, R. Simeon fil. Eleazaris, R. Ismael fil. Josis, R. Jonathan. A quibusdam R. Josua fil. Levi Classi Misnicorum accensetur, aliis ipsum inter אמוראים constituentibus, ut monetur in Juchasin. p.164.

R. Eliezer הקפר etiam inter ultimos Misnicorum à Zacuth memoratur. Quamvis enim in Pirke R. Eliezeris (qui ante illum vixit) mentio hujus fiat, non ideo (ait idem) ad priora tempora reducendus est, nam illa Capitula R. Eliezeris non ab ipso Eliezer conscripta sunt, sed à recentiori manu sub ejus nomine conscripta.

R. Simeon fil. מנסיא tempore R. Judæ vixisse traditur in Juchasin.

Dubito, an ad hæc tempora referri quoque non debeat ר' אליטס איש יבנה, quem in Alphabeto Libri Juchasin non invenio; memoratur tamen in Misna, & forte idem est cum אילה חכם יבנה de quo in Juchasin.

Nota. pag. 68. in Not. omissus est inter συγχρόνυς Oniæ, Jochanan, Sacerdos summus, pater Matatthiæ, Doctor etiam Misnicus.

INDEX.

Numerus *paginam in margine expressam designat. Litera* N *addita* Notas *significat.*

A.

B.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

J.

Jafne,

K.

L.

M.

Pri-

R.

S.

T.

Titus

F I N I S.

VIII. EDITIONES MISCHNÆ.

Inter editiones *Mischnæ*, commentariis destitutas, numeranda est *Amstelodamensis* an. 419. C. 1659. 8. *Pragensis* illa anni 1688. 12. prodiit cura Samuelis, cognomine Behr Perlhefter f. Lebh Ascher, Scribæ Pragensis. Attuli p. 882. in nota marginali Asariæ locum pag. 108. b. libri *Meor Enajim* testantis, Mischnæ duo exemplaria accentibus & punctis vocalibus instructa sibi visa esse, quæ 40 annorum ætatem superent. Enimvero 500 anni ibi erant appellandi. Accipe locum: ואני בשכבר הימים אשר עבר זקוק קצרת ספרים על ידי ראיתי שני ספרים מהם קרטונים מתק שנרה עם הנקודות וטעמים מפסיקים:

Mischna literis majusculis punctatis expressa, Amstelod. 481. C. 1721. 2 Voll. 12.

Eadem cum commentariis *Maimonidæ* & *Bartenoræ*, Rivæ Tridenti an. 319. C. 1559. fol. curata rarissima est, & in Bibliotheca Academica Wittebergensi nunc exstat inter libros B. *Theodor. Dassovii*, qui illa ad Indicem suum Historicum conficiendum usus est.

Eadem cum commentario *Bartenoræ* & *Tosephoth Jom Tov* Amstelod. 445. & 446. C. 1685. & 1686. 4. quæ editio nonnullas ad *Tosephoth Jom Tov* accessiones habet, apposita ad marginem manus figura indicatas. Illæ autem, testante Typographi præfatione, jam exstant in editione curata בקק כרכא רכלח בי, quod interpretor de editione *Cracoviensi*.

Eadem cum *Bartenora* & *Tosephoth Jom Tov*, *Wilmersdorfii* 475. C. 1715. 4. 6. tomis apud R. Hirsch f. Chajim, quæ editio penitus respondet *Amstelodamensi* illi, modo memoratæ, etiam quod ad foliorum numerum. Sic tomus seu Ordo I. utrinque constat foliis 132. II. 172. &c.

Eadem cum *Bartenora*, *Tosephoth Jom Tov*, commentario R. *Mosis f. Isaac Leibschütz* sub titulo: לחם משנה, & duplici alio R. *Abrah. f. Chajim*, sub titulis באר אברהם *Fons Abrahami*, & מי באר *Aquæ fontis*. Amstelod. 486. C. 1726. tomis sex, voluminibus tribus. Cum vero R. *Mosis f. Noach* commentarius לחם משנה in IV. postremis Ordinibus deficiat, ejus loco ibi accedunt R. *Mosche Sacuta* observationes antea sub titulo קול הרמז seorsim editæ. Similiter commentarii *Beer Abraham* & *Me Beer* tantum ad tres priores Ordines conspiciuntur.

Mischnam ex Latina *Surenhusii* versione cum brevioribus suis annotationibus editurum se promisit Cl. *Christianus Reineccius*, de quo Vol. II. pag. 888., repetita vice in præfat. ad *Alcoranum*, Lips. 1721. 8. Latine editum. Sed in promissis hactenus res stetit.

IX. EDITIO ET RATIONES TALMUDIS HIEROSOLYMITANI.

B. *Theod. Dassovius* in limine Talmudis Hierosol. ex editione *Cracoviensi* hæc manu sua scripserat: *Hunc librum esse difficilem, & commentarium nimis exiguum, ait* Saphia. Item: *Editio hac* Cracov. *ob commentarium literalem valde æstimatur. Lightfootus eam non videtur vidisse, quia explicare non potuit Talmud Hierosolymitanum. Saphiam* illum accipiendum puto de *Benjamine Musaphia*, Judæo, quem in expurgando hoc Talmude diligenter occupatum fuisse infra ex Accessionibus ad Vol. III. n. 402. intelligetur.

Est mihi nunc ad manus utraque hujus Talmudis editio, *Veneta* altera, altera *Cracoviensis*. Prioris titulus est: תלמוד ירושלמי נדפס בבית דניאל בומבירגי מאנוירשא נודה ונשבח למארי עלמא רעוא דרעוין דיהב לנא חילא לאשלמא תלמודא דילן ובמימרא ובהורמנותא דיליה אנן שרינא למעבד תלמודא דבני מערבא יהא רעוא דשכינתיה תהא בסייעתא דילן ונזכה לאתחלא ולאשלמה האי חבורא בנין דבזויא ונהורא דהאי חיבורא יהכון כל אינון דתבען אולפן וברם בקשטא דין תרע שמיא: בויניציאה: Ex his constat, editionem hanc

hanc Venetiis per Bombergium curatam eſſe. Annus autem nec hic, nec in calce indicatur, ubi ſequentia tantum leguntur: עד כאן
אשכחנא מהאי תלמודא ולאינא טובא לשלחא איגרין ואיזגרין בכל
דכותין ופרינן ולאיגא ולא אשכחנא אלא אילין ד׳ סידרין וגליפנא יתהון
בגילופין במאני אברא ופרזלא בעיונא סגין ושקלינן וטרינן בהו׳ טובא
למיהך בארח קשוט בגירסו׳ הישרות עם תלת טפוסין אחרנין דוקניות
דהוון קדמנא כד הוינא מגהין בהאי חבור׳ וכען נצלי ונבעי רחמין מן
קדם אלהא חייא עילאה דיערע קדמנא תשלום האי תלמודא ונזכה
לאשלמא ליה כדקא יאות ונזכה לאשלמא הי״ד הגדול עם ההגהות
מימוניות והמגיד משנה והמגדל עז והמורה מקום שמגיה האשל
הגדול הרב רבי דוד פיצקטון יצ״ו אשר כילה קוצים מן הכרם ונזכה
להתחיל ולהשלים כל שאר ספרי הקדש אמן: i. e. *Huc usque invenimus de hoc Talmude, valdeque laboravimus mittere literas & nuncios per omnia loca, & cucurrimus, & operam dedimus; ſed non invenimus, niſi hos quatuor Ordines, & exſculpſimus illos ſculpturis per typos plumbeos & ferreos cum multa cura, & occupati in eis fuimus, ut procederemus in tramite recto & ſtudio expedito, conferendo cum tribus exemplaribus aliis accuratis, quæ ante nos fuerunt, ſecundum quæ hoc volumen emendaremus. Jamque oramus & miſericordiam precamur apud Deum vivum & ſupremum, qui largitus nobis eſt conſummationem hujus Talmudis, dignosque nos habuit, ut abſolveremus illud recte, facere velit, ut opus magnum* Jad Chaſaka *cum animadverſionibus Maimonideis, & commentario* Maggid Miſchna, Migdal Os, *& Indice locorum, quos correxit vir magnus R.* David Pizketon, *qui ſpinas ſuſtulit ex vinea, idoneosque nos faciat ad incipiendum & abſolvendum omnes reliquos libros ſacros. Amen.* Ex ultimis his verbis conjectura aſſequi poſſumus annum, quo Talmud hoc lucem adſpexit. In iis enim mentio fit operis Maimonidei, *Jad chaſaka*, tanquam ſub prelo ſudantis & carceres mordentis. Hoc vero lucem vidit *Venet.* apud Bombergium 284. C. 1524. Vide Vol. I. p. 851. & Vol. III. in acceſſionibus. Itaque neceſſe eſt, ut vel eodem hoc anno, vel proxime ſuperiore Talmud in publicum ſit prolatum.

Editio *Cracovienſis* titulum habet eundem, omiſſo tamen, quod ad eam non pertinebat, *Bombergii* nomine, & nonnullis in laudem Summi Numinis & præſentis editionis additis, quæ hic exſcribere non lubet. Curata vera dicitur ſub imperio Sigismundi III. per *Iſaacum f. Aaronis*, Proſtitienſem, anno בשונא״ i. e. 369. C. 1609. Eadem quaque formula

formula in calce exſtat, omiſſis tamen, quæ poſt voces, ונוכה לאשלמא ליה כרקא יאות in priore illa leguntur.

Vtraque editio, quod ad contextum, quoad ex comparatione, hinc inde facta, perſpexi, conſentit, foliis etiam Ordinum ſingulorum, ſupra ſupputatis, utrinque iisdem, quamvis non omnes paginæ *Cracovienſis* iisdem, quibus *Veneta*, vocibus claudantur. *Veneta* Cracovienſem & typorum & chartæ nitore multum ſuperat, hæc vero illi propter gloſſas, in margine Rabbinicis literis exſcriptas, multum præferenda eſt. Præmiſſa Cracovienſi eſt הקדמת המחבר הפרישה כל הדבר הקשות *præfatio auctoris commentarii in voces difficiliores.* In ea nonnulla in laudem Talmudis Hieroſolymitani dicuntur, & afferuntur quoque libri, ex quibus gloſſæ marginales ſint potiſſimum petitæ. Eos Vol. II. pag. 892. appellavi. Primus eſt ספר הראביה i. e. liber *R. Elieſer fil. R. Joſe Haggalili*, ſeu *Galilæi*, ut B. *Esdras Edzardus* in margine recte explicavit. Confer ſcripta à nobis Vol. I. n. 279. Subjicitur huic præfationi שיר ſeu *hymnus* Hebraicus rhythmicus. Nomen editoris aut collectoris gloſſarum nusquam obſervavi. Vltimus hymni verſus ita habet: לבא לציון ברינה לפרט אתהלך על ארצֹי החיֹים ubi duæ poſtremæ voces ſymbolice annum editionis, qui eſt 369. C. 1609. referunt. Neſcio, unde in catalogo Bibliothecæ *Jo. Meyeri*, Profeſſoris Harderoviceni, p. 104. illius editor appelletur R. *Moſche ben Levi.*

Ad manus ego habeo exemplum editionis *Cracovienſis* B. *Esdræ Edzardi*, harum literarum Vindicis quondam incomparabilis, & alterum *Venetæ*, *Georg. Eliezeris Edzardi*, filii, τȣ̃ μακαρίτȣ, manibus hinc inde correctum & Latina verſione interlineari inſtructum. Illam verſionem à manu B. *Esdræ Edzardi* profectam Codex *Berachoth*, & dimidia fere pars Codicis *Pea*, reliqui autem paſſim exhibent, inſignem opem illis allaturam, qui ex his tenebris eluctari feliciter cupiant. Sic & *G. E. Edzardus* in notis ad Gemaram Babylonicam Codicis Berachoth latine converſam, (cujus unum proſtat caput, reliqua autem prelo parata in ſcriniis filiorum hæredum latent,) Gemaræ Hieroſolymitanæ paſſim lucem accendit.

Afferam hac occaſione excerpta nonnulla, inprimis ex *Berachoth*, quæ poſterior in limine exempli ſui *Veneti* conſignavit, uſui omnino futura.

Exempla fertilitatis terræ Iſraeliticæ: *Peah* fol. 20. a. f. & b. init. Conf. *Matth. XIII.* 8.

Exem-

Exemplum arboris e ſinapi. *Pea* f. 20. b. init. Conf. Matth. XIII. 31. 32.

Exempla maledictionis terræ Iſraeliticæ poſt excidium urbis. *Pea* f. 20. a. fin & b. init. Conf. *Matth.* XXIII. 38.

Prolixitas in precibus eſt noxia. *Berach.* fol. 7. b. lin. 3. 4. fin.

Qvi prolixus eſt in precibus, exauditur. *Berach.* fol. 7. col. 2. l. 6. fin. & col. 2. l. 2. 3. init.

עולם de Seculo Levitico 50 annorum. Berach. fol. 7. l. 2. 3. fin.

Traditiones orales ſive Lex oralis eſt dignior lege ſcripta: *Megilla* fol. 74. d. med.

Verba Doctorum ſive Rabbinorum præferuntur verbis Legis, fol. 3. b. med. ſeqq. ברכות *Schabbath* fol. 15. 1. med. *Horajoth* cap. ult. fol. 48. c. Rabbini præferuntur Prophetis, fol. 3. b. fin. *Berach.*

Conſtitutio ſemper ſeqvitur Hillelem, fol. 3. b. f. *Berach.*

Qvi transgreditur verba Hillelis, eſt mortis reus, fol. 3. b. fin. bis *Berach.*

Tam verba R. Schammai, qvam Hillelis, utut ſibi contraria, ſunt, tamen utraqve verba Dei vivi: fol. 3. b. fin. *Berach.*

Pſalmus CXVI. agit de tempore Meſſiæ, fol. 4. d. ultra med. *Berach.*

Pſalm. CXVIII. 27. 28. de temporibus futuris: fol. 4. d. ultra med. *Berach.*

Jeſ. XI. 1. de Meſſia, fol. 5. a. med. Berach.

Meſſiam venire debuiſſe ſub id tempus, qvo vaſtatum fuit templum, conſtat ex arcto nexu *Jeſ.* XI. 5. cum cap. X. ult. *Berach.* fol. 5. a. med.

Meſſias natus fuit eo die, qvo vaſtatum eſt templum, *Berach.* f. 5. 1. XL annis ante vaſtationem templi ablata ſunt דיני נפשות *judicia capitalia* à Judæis. *Sanhedr.* fol. 24. col. 2. med. Confer Talmud Babylon. *Avoda Sara* fol. 8. b.

Siracides citatur *Berach.* f. 11. 2. fin.

Solus Deus invocandus, non Angeli, nec interceſſoribus apud illum eſt opus. Berach. fol. 13. 1. fin.

Sanctum Sanctorum in terris reſpectum habet ad Sanctum S. in cœlis. *Berach.* fol. 8. c. init.

Abraham eſt pater omnium gentium. *Biccurim* fol. 64. 1. in.

Oleum unctionis & Spiritus S. defuerunt in templo II. *Maccoth* f. 32. 1. lin. b. init.

Qvinqve defuerunt in templo II. *Taanith.* f. 65. 1. fin.

Etsi Judæi non agant pœnitentiam, veniet tamen Messias בעתו tempore suo. *Taanith* fol. 63. 4. fin.

Si Judæi tantum observarent unum Sabbatum rite, adesset confestim Messias. *Taanith.* fol. 64 a. med.

Si Judæi tantum uno die pœnitentiam agerent, veniret Messias: *ibid.* Messias hæret Romæ; *ibid.*

יהוה ובית דינו *Jehova & Synedrium ejus.* *Sanhedrin* f. 18. 1. fin.

אלהים i. e. *tres.* ibid. f. 18. 1. med.

Mens Spiritus S. *Horajoth* f. 48. c. med. Ergo Spiritus S. est persona. Litera *Jod* est in Codice Sacro minima. Conqvesta fuit apud Deum de sui e textu *Deuteron.* XVII. 7. per Salomonem tentata eradicatione. *Sanhedr.* fol. 20. c. med. Conf. *Matth.* V. 18. itemqve de sui ejectione ex nomine שרי, ibid.

Pro antiqvitate literarum Hebraicarum fol. 71. d. med. Conf. Buxtorfii dissertat. p. 175. 176.

Lex antiqvitus per Mosen data fuit literis illis Assyriacis, qvibus adhuc utuntur Judæi, ex sententia R. *Judæ Sancti*, & R. *Lasaris Hammodai*, *Megilla* fol. 71. coll. c. 2. l. 1. 2. 3. fin. & col. 3. init. Sed R. Levi, R. Nathan & R. Jose literas dicunt ab Esdra mutatas, & pro priscis Hebræis substitutas Assyriacas, f. 71. col. 2. l. 4. 5. 6. 7. fin. Conf. Buxtorf. Dissertatt. l. c.

LXXII. Interpretes loca 13 mutarunt in lege. *Megilla* f. 71. d. med. Qvatuor vigiliæ nocturnæ & qvatuor diurnæ, ex sententia R. Judæ Sancti, fol. 2. col. 4. l. 9. init. Conf. *Matth.* XIV. 25. *Marc.* XIII. 35. Tosaphoth, Mischnajoth majores R. Hunnæ, R. Hoschajæ, & bar Kaphræ. Horajoth f. 48. c. med. *Hæc hactenus.*

Addam his, qvod *Hugo Broughtonus* rei Christianæ multum conducere existimavit, siqvidem *Talmud Hierosolymitanum* denuo ederetur. Accipe verba ipsius ex Operibus Anglice Londini 1662. editis, Tom. IV. p. 679. *Edendum eqvidem censerem Talmudam Hierosolymitida, adnexo opere, qvod ejus usum ad exqvisitam textus sacri vestigationem haud qvaqvam improbaret: præterqvam ubi malevole errant Pharisæi.* Conferatur idem p. 672.

Ordini

Ordini I. hujus Talmudis, qvod ad *Aggadoth*, eo contentas, lux accedit ex R. *Jehoschua* f. *Benbeniste* שדה יהושע, de qvo Vol. I. & III. n. 789.

Ex tractatu Chagiga Cl. M. Georgius Wöldike, *Danus*, *Gemaram Hierosolymit. vertere & notis illustrare cœpit Hafniæ* 1722. *Usus est editione Cracoviensi an.* 369. *Absolvit duo priora capita dissertationibus qvinqve: restat nunc caput III. qvod D. V. brevi seqvetur. In versione passim lectionem vulgatam emendavit, plerumqve è collatione locorum in aliis Tractatibus Gemaræ Hierosol. eundem contextum exhibentium, nonnunquam ex allegatione in Tosephoth Raschii &c. alias e commentario MS. Rabbinico in exemplari Talmudis Hierosol. Bibliothecæ Collegii Borrichiani, intersertis textui foliis insperso. Series correctionum ad calcem versionis exhibebitur. In notis analogiæ traditionum ritualium præcipuam navat operam demonstrandæ, citra digressiones ad exegesin Scripturæ Sacræ.* Hæc totidem verbis Amplissimus *Jo. Grammius*, cujus insignem eruditionem par comitatur humanitas & inserviendi studium, Hafnia an. 1727. ad me perscripsit. Confer *Alberti Thura* Ideam Historiæ Danorum Literariæ p. 338. Qvæ in Talmud Hierosolymit. olim *Benjamin Musaphia*, Judæus, molitus sit, de iis infra in Supplementis ad Vol. III. num. CCCCII. dicam. Talmud hoc MS., duobus magnis voluminibus in Bibliotheca Leidensi inter Codices Scaligeranos n. III. in fol. comprehensum, his oculis vidi. In calce hæc legis: אני יחיאל בן ר׳ יקותיאל בר׳ יקותיאל בן ר׳ בנימין מרומא כתבתי זה הספר ירושלמי מסדר זרעים ומסדר מועד לר׳ מנחם בר בנימין ונשלם ב״ב ימים לחדש שבט של שנת חמשת אלפים וארבעים ותשעה וארבעים לבריאת עולם: Compendium *Talmudis Hierolymit.* MS. de qvo p. 895., nullum, est, nec usqvam, nedum inter Codd. Scaligeranos exstat. Error ex eo natus videtur, qvod Buxtorfius p. 425. Biblioth. Rabbinicæ tradit, compendium illud *in membranis excusum* à Jos. Scaligero Biblioth. Leidensi una cum duobus illis voluminibus MSS. legatum esse. Illud vero compendium omnino accipiendum est de *En Jacob*, R. Jacobi ben Chabib, qvi liber præter summam Talmudis Babylonici etiam Excerpta *Hierosolymitani* complectitur. Ipsum vero illud *En Jacob*, in membrana excusum, exstat in Bibliotheca Leidensi fol. Vide Catalogum ejus an. 1716. fol. editum p. 311. a.

XI. EDITIONES TALMUDIS BABYLONICI.

Editionem Talmudis Babylonici *Venetam* Bomberg. anni 1520.

 cam

eam puto esse, qvam, Capucini cujusdam manu deturpatam, in Bibliotheca Bodlejana, inter Codices *Seldenianos* exstare testatur Cl. *Mich. de la Roche* in Memoriis Literariis Magnæ Britanniæ Tomo XIII. p. 492. Conf. Amœnitates Literar. Tom. II. p. 432.

De editione Francofurtensi Talmudis an. 1715. cœpta supra p. 906. satis dictum est. Hic moneo, R. *David Oppenheimerum*, Archisynagogum Judæorum Pragensium, in usus suos Talmud illud in membrana exprimi curasse, qvod exemplum mille imperialium sumtus reqvisiverit. Vide Bibliothec. Bremens. Classe V. p. 733. Vidi ego illud exemplum oculis meis in Bibliotheca Oppenheimeri, quæ Hanoveræ exstat.

Qvæ de Editione Talmudis *Amstelodami* 1714 cœpta, & *Francofurti ad Mœnum* continuata & absoluta, supra Vol. II. p. 908. diximus, illis hæc adde. Ordo *Primus* totus una cum *Schabbat*, Codice Ordinis *Secundi*, lucem vidit *Amstelodami* 1714 & 1715. Reliqvi Ordinis II. codices inde ab *Erubhin* usqve ad finem ibid. 1716. nisi qvod Codex Succa in titulo annum 1717 præfert. Ex Ordine III. Codices duo *Jevammoth* & *Cetuvoth* ibidem 1716. qvamvis *Jevammoth* in titulo an. 1717. exhibeat. Reliqvi hujus Ordinis III. codices una cum tribus Ordinibus seqventibus *Francofurti ad Mœnum* lucem adspexerunt, totiqve operi finis est impositus anno 1720. In Ordine IV. codex, qvi alias dici solet עבודה זרה hic appellatur עבודת כוכבים ומזלות *de cultu stellarum & siderum*, ad captandam, ut puto, Christianorum benevolentiam. Illi codici subjunguntur 1) *Massecheth Avoth* R. Nathanis, 2) *Massecheth Semachoth*. 3) *Derech Eretz*, & *Pirke Avoth*, cui ultimo præmissa sunt Mosis Maimonidæ *Capita octo*, ad illum librum pertinentia, cum substrato commentario R. Abraham Horwitz, antea edito, sub titulo: חסד אברהם In Ordine V. codex *Sevachim* annum 481. C. 1721. præfert; *Cholin* vero qvod ad annum editionis designatus est verbis, ex 1 *Sam.* XIV. 34. petitis, atqve ita cum punctis, annum indicantibus, expressis: ושחטתם בזה אכלתם Sic prodierit an. 477. C. 1717. qvi tamen hic non qvadrat, cum reliqvi Ordinis hujus Codices anno 480. C. 1720. lucem viderint. Itaqve dicendum potius fuerit, excidisse ante vocem אכלתם literam ו qvæ exstat in contextu Biblico, qvemadmodum & in symbolico illo indicio h. l. apparet punctum illi literæ ו omissæ superponendum. Qvod si jam literæ ושחטתם בזהו in computum ducantur, prodibit an. 483. C. 1723. Sed nec ille ad rem qvadrabit, cum totum opus cum anno 480. C. 1720. prelum reliqverit.

Nec

Nec mirum eſt, ita à Judæis hic actum eſſe. Nam Codex *Temura* Ordinis V. in titulo excuſus dicitur anno הוא ותמורתו קודש i. e. anno 468. C. 1708. quod falſum eſſe per ſe cuique patet. Neque video ego, quo modo annus verus & idoneus hinc extricari poſſit. Hinc apparet, indiciis annorum editionis ſymbolicis, quibus Judæi utplurimum utuntur, & Chriſtianis crucem figunt, non ſemper fidem habendam eſſe.

De editione Talmudis Babylon. nova, ſed decurtata, quam Pontificii Pragæ tentarunt, ſcripſi ſupra p. 323.

Ordo *Kodoſchim* integer, ſed ſine textu, denuo illuſtratus, ſub titulo: צאן קדשים lucem vidit *Wandesbeccæ* juxta Hamburgum 489. C. 1729. fol. de qua opera in Supplementis dicemus ad Vol. III. n. 77. ad nomen auctoris *Abraham Chajim f. Hirſch Schor*, qui alias ſimpliciter *Chajim f. Schor* appellatur.

Tractatus Talmudicos, hebraice ſeparatim editos, de quibus Vol. II. p. 909. ſq. nos in his Supplementis ſupra p. 321. ſq. in Catalogo alphabetico Codicum Talmudicorum, Latine converſorum, commemoravimus, ex quibus Lector ea ſupplebit, quæ hic deficiunt.

Tractatus ſeu Codex *Schekalim*, de quo Vol. II. p. 912. huc non pertinet. Illa enim ejus editio ex *Talmude Hieroſolymitano* facta eſt, non *Francoſ. ad Mœnum*, ſed *Amſtelodami* 1710. fol. de qua diximus ſatis in eodem Volumine p. 892.

Codicibus Talmudicis Hebraicis MSS. de quibus p. 913. adde ſequentes. Inter Codices MSS. *Eduardi Bernardi* in Biblioth. Bodlejana, exſtant chartacei *Bava Bathra*, *Sanhedrin*, *Maccoth*, *Schevuoth*, & *Avoda Sara*, ſinguli cum commentario *Alphesi* in fol. Accedit Maimonidæ commentarius in *Horajoth* Arabice, literis Hebraicis, ſcriptus anno Aeræ Alexandri 1649. quod me docuit Cl. *Jo. Gagnerius*.

Ejusdem indicio intellexi, apud Reverendiſſ. *Robertum Claveringium*, Epiſcopum Landavienſem, & Hebr. L. Profeſſorem Regium Oxonienſem, exſtare *Toſephoth* MSS. ad Codicem *Schabbath* in 4. membranac. foliorum 84. deſinere autem codicem in fine capitis V. cum duobus foliis capitis VI. ſequentis, & paſſim ſcholia habere in margine, hoc ſcriptionis compendio נ׳ ſignata. Idem *Claveringius* poſſidet *Toſephoth* ad Codicem *Beza* in 8. membranac. foliorum 31, item ad Codicem *Bava Kama* 4. membran. fol. 36. quod ad cap. I. & II. ſcholiis in margine per נ׳ ſignatis nec non ad Codicem *Bava Mezia* 4. membranac. quod ad cap. I. fo-

liorum 16. cum scholiis in margine. In fine librarii nomen *Isaac Jacob f. Jehuda* legitur. Denique ad *Bava Bathra* in 4. membranac. quod ad caput I. foliorum 20, quod ad II. fol. 19. in quibus desinit codex mutilus.

Qui Tractatus Talmudici MSS. olim *Uffenbachiani* fuerunt, eos apud me nunc exstare, norit Lector.

CAPUT IV.

DE FATIS TALMUDIS INTER JUDÆOS.

Scriptoribus de *Academiis* & *Synagogis* Judæorum veteribus, de quibus p. 924. sq. adde *Dominicum Aulisium*, JCtum, Lectorem primarium Neapolitanum, in libris duobus posthumis, Italice editis, *delle Scuole Sacre*, i. e. de Scholis Sacris, Neapoli 1723. 4. ubi differitur etiam de Scholis Sacris Judæorum.

Jos. Simonium Assemanum in Prologo de Scriptoribus Syris, Tomo I. Bibliothecæ Orientalis præmisso, §. 2. ubi de Academiis *Sora*, *Nehardea*, *Pumbeditha*, *Naresch*, *Machusa* & *Peruz Schabur*.

Christian. Bornitium in Exercitatt. tribus de veteribus Synagogis, Witteb. 1650.

Franc. Burmannum in Disputatt. de Synagogis, quæ recusæ sunt Parte II. Exercitationum ejus Academicarum p. 1—94.

Dav. Clodium in diss. de Synagogis, quam à *Wittenio* laudatam memini.

Sam. Maresium in diss. de Synagogis in Sylloge Disputatt. Selectarum Parte II. Groningæ 1663. 4.

Jo. Frider. Miegium, cujus disputationes de hoc argumento ex aliorum indicio testatur exstare *Jac. Rhenferdius* in Investigatione Præfectorum & Ministrorum Synagogæ p. 7.

Jo. Henric. Otthonem in Lexico Rabbinico-Philolog.

Jo. Saubertum in Palæstra Disputationum p. 378. sq.

Campeg. Vitringæ libros III. de Synagoga vetere, cura M. *Christoph. Wolle* cum hujus dissertatione de usu & abusu Synagogæ veteris in interpretatione Novi Fœderi, & in comparatione disciplinæ Ecclesiast. Jesu Christi & Apostolicæ in Nov. Test. propositæ cum cerimoniis Synagogicis Lemopetræ an. 1726. 4. recusos esse constat.

Caput

CAPUT V.

DE FATIS TALMUDIS INTER CHRISTIANOS.

Memorabilem locum de Talmude huc cum maxime pertinentem lege in Conradi Mutiani Rufi epiſtolis, à Tenzelio editis, ep. 83. pag. 70.

De originibus Typographiarum Judaicarum diximus pag. 942. Indicem librorum Hebraicorum antiquiſſimorum, à Judæis editorum, ſuppeditat Vener. *Val. Erneſtus Læſcherus* in Stromatibus p. 281. ſecundum annorum ſeriem diſpoſitum. Inter hos primum locum occupat *Mibchar* (ita enim pro *Minchar*, quod vitio operarum ibi exſtat, legendum eſt) *Happeninim*, qui liber *Soncini* an. 244. C. 1484. prodiit. Atque hunc ipſum *Læſcherus* p. 272. primum omnium hebraice excuſum eſſe cenſet. Sunt vero in manibus meis *Choſchen Miſchpath* & *Even Eſer*, duo ordines τῶν *Arba Turim*, Plebiſacii an. 238. C. 1478. adeoque ſex annis ante excuſi, de quibus dixi Vol. III. p. 444. ſq. Ibidem p. 446. aliam ejusdem Operis *Turim* editionem Soncinatenſem 241. C. 1481. attuli. At initia Judæorum typographica altius provehenda forent, ſi vera eſſent, aut credi poſſent, quæ *Joſ. Scaliger* ex fide Judæi affert in Confutatione fabulæ Burdonum pag. 108. qualis in Opuſculis ejus variis Francofurti 1612. 8. editis exſtat. Accipe verba: *Omnium vetuſtiſſimum* (librum) *cujus tamen nomen reticetur, Venetiis excuſum profert* R. Joſeph Sacerdos, *in Chronico ſuo, anno Judaico* 5188. *Chriſtiano* MCCCCXXVIII. *quod nemo hactenus animadvertit, certe nemo indicavit. Unde ille Judæus colligit, artem imprimendi ab eo libro incepiſſe.* Chronicon illud *Joſephi Cohen* i. e. Sacerdotis, inſcribitur דברי הימים de quo Vol. III. p. 401. diximus. Inſpicere locum adhuc non licuit, unde nec liqvet, utrum de Hebraico, an alius linguæ, libro auctor loquatur. Id certum eſt, vel deceptum fuiſſe Judæum ab aliis, vel alios fallere voluiſſe. Ex hoc etiam loco natam puto illam libri *Arba Turim* editionem *Venetam*, quam *Boxhornius* & *de la Caille* factam aiunt an. 1428. Vide Vol. III. p. 446.

Primum librum in Germania Hebraice impreſſum, illum Pſalmorum Pœnitentialium *Tubingæ* 1522. editum exiſtimat Cl. *Klemmius* in diſſertat. de Profeſſoribus L. Hebr. Tubingenſibus. Is vero non an

an. 1522, ſed 1512. prodiit. Vide Vol. II. pag. 408. Confer Erläutertes Würtenberg Parte I. p. 120.

Commemoravi ſupra pag. 943. *Michlol* ſive Grammaticam *Kimchii* à Gerſone Soncinate CPoli an. 1530. fol. editam, & Vol. III. p. 293. quædam ex frontiſpicio ſeu titulo attuli, cujus reliqua, ibi promiſſa, nunc accipe: נדפס עם הפסוקים מנוקדים· והמורה מקום· עם הפרשיות בסדר האירי· גם הגהתי בלשון המחבר להיישירו אל מכוונו מרה שעותו המעתיקים שקדמוני ובהרבה מקומות אשתמושי אשתמיטו והניחו לי מקום לקבל שכר על יגיע כפי וזה יבחן וידון מי שחננו יי׳ יתברך המדע והשכל· והוא יתברך יאצל מהוד יפעתו על המחבה ומקוה לחסדו וידריכני באמתו וילמדני· כאשר מימי עלומי מחיל אל חיל הוליכני יגעתי ומצאתי ספרים היו סתומים וחתומים מאז והוצאתים לעין השמש הזאת ויזהירו כזוהר הרקיע כמו התוספות מטוך של ר״י ורבנו תם הלכתי עד צרפת וקמברי וזיניברה אל חדרי הורתם למען זכות בהם ארת הרבים כי בספרד ובאיטליא ובכל הארצות לא שמענו רק משאנץ של ר׳ פרץ ור׳ שמשון וחבריהם· ודפסתי ספרים עד אין קץ בתורתנו הקדושה זולתי עשרים ושלש מסכתות והנהוגות בישיבות עם פי׳ רשי והתוספות והנה מדפיסי וויניציאה העתיקו מהדפוס שלי ובזולתם שמו מאשר מצאו· דחה דחוני לנפול רי עד כה עזרני· ואף כי ירט הזמן בוגד נגדי כל עוד רוחי בקרבי לא אחדל לתקן ספרים להקל הטורח למעיינים בהם ולהגירה חשכם ביד יי׳ הטובה עלי אף כי יומי רד מאד ובאתי לארץ נכריה אלי נמשלתי כבהמות נדמו· יי׳ יתעלה יהיה עוזר לי ויכלכל את שיבתי ויזכור לי לטובה משכלכלתי לאנוסי ספרד ובפרט פורטוגאל ובכל מאודי העירותי עד למורת נפשי למען הצילם מיד שוסיהם ולהדריכם לחסורת בצל שדי ותחרת אברתו להתלונן כיום הזה· אליו יתברך הקותי כל היום וברוך שמו המחלל לעולם:

De editione *Ortonenſi* a ... quiſſima Grammaticæ Hebr. *Moſis Kimchii*, de qua p. 944. diximus, quantum ſatis eſt, in Vol. III. p. 812. Hic notes velim, operarum vitio accidiſſe, ut p. 944. annus Chriſti 1646. anno ſecundo Caroli VIII., Regis Galliæ, reſpondere diceretur in verbis *Chevillerii* Latine converſis, qui tamen annum illum per 1496. exprimit. At nec hoc recte dici videtur. Conſtat enim ex hiſtoriarum monimentis, Carolum illum Patre anno 1483. defuncto, anno 1484. ætatis ſuæ

14

14. die 30. Maji Remis ſolenniter inauguratum fuiſſe. Hoc poſito annus imperii ejus ſecundus incideret in A. C. 1486. quem fortaſſe *Chevillerius* expreſſerat, ab operis deinde depravatum.

Origines Typographiæ Hebraicæ in *Italia*, Judæis primum, deinde Chriſtianis obſtetricantibus, ſummatim exponit Cl. *Michael Maittaire* in Annalibus Typographicis Tom. II. Parte I. p. 139. ſq. his verbis: Italiæ *merito gratulandum eſt, quod illic primum & Græca & Hebræa, uti ortum habuit* (vide Annalium Tom. I. p. 83. 182.) *ita deinceps maxime inclaruerit Typographia.* Soncinum, *Mediolanenſis Ducatus oppidulum, ſui nominis obſcuritatem Artis ibi excultæ celebritate dispulit. Ibi enim Judæi ſua præla inſtituere, & Typographiam exercere cœperant, inde per totam ſe paulatim ſparſerant Italiam. At Chriſtiani*, Judæis *licet in typis* Hebraicis *tractandis tempore ceſſerint, labore tamen & induſtria cedere noluerunt.*

Inter Chriſtianos primus Hebraicos *characteres tentavit* ALDVS (vide Vol. I. p. 239.) *& ea lingua Opus ingens, quod nunquam ipſi licuit eniti, animo diu conceperat.* Pariſiis *poſtea*, FRANCISCO TISSARDO duce, GORMONTIVS Hebraicam *dedit Grammaticam*; Pſalterium *deinde* Genuæ PETRVS PORRVS, & Coloniæ JOANNES POTKENIVS; *Biblia* Compluti ARNALDVS GVILIELMVS DE BROCARIO. *De his antea prolixe egimus. Pſalterium Hebræum* Baſileæ *an.* 1516. *n.* 24. CONRADI PELLICANI & SEBASTIANI MVNSTERI *cura emiſit* JOANNES FROBENIVS, & *anno* 1518. *inter* D. HIERONYMI *Opera* AMERBACHIVS. *Anno etiam* 1518. *quinto decimo Calendas Martias ſumma cum diligentia impreſſum eſt in fol.* PETRI GALATINI *Opus de arcanis Catholicæ veritatis ex Judaicis Codicibus excerptum;* Orthonæ Maris *per* HIERONYMVM SVNCINVM. *Ad calcem adjiciuntur correctiones dictionum perperam impreſſarum tribus paginis comprehenſæ. Lectorem etiam Author ibidem monuit;* mendoſe ſcripta Impreſſoribus imputentur. Solent enim ſæpenumero hujus generis viri cuncta fere congruenter ſcripta usque adeo pervertere, vitiare, corrumpere, ut vix eorum mendæ caſtigari queant.

Hactenus apud cum Judæos *tum Chriſtianos* Hebraica *feliciter* proceſſerat *Typographia; in qua excolenda omnes facile ſuperavit, nomenque ſuum omnium ſeculorum memoriæ ſempiternæ conſecravit* DANIEL BOMBERGVS, *Antverpianus, multis Hebræorum Rabbinicorumque Voluminum editionibus, earundem accurata correctione, eleganti typorum forma, nitore ſolidæ chartæ puriſſimo, per annorum fere quadraginta ſpatium, omnium iis temporibus artificum princeps; nec minus fama in Hebraicis, quam* ALDVS *in Græcis, conſecutus.* Hactenus Cl. *Maittairius.*

Hæc Viri doctissimi observata illustrare, vel, si mavis, emendare nonnihil conabimur. Videtur is beneficium Typographiæ Hebraicæ *Soncino*, Mediolanensis ducatus opidulo, acceptum ferre. Id vero quoad adhuc constat, debetur potius *Plebisacio*, vico, Patavinæ ditionis. Hic enim *Arba Turim* anno 1478. primum impressum esse Vol. III. p. 444. evicimus. Confer p. 445. *Albrizzii* verba.

Deinde nec dici potest, in Italia *primum* Hebraicam Typographiam ortum habuisse. Verum hoc foret, si extra dubium esset positum, quod *LeLongius* in Bibliotheca Sacra edit. II. in fol. Tom. I. p. 62. ex *Ottii* Adversariis tradidit, Codicem Hebræum Venetiis an. 226. C. 1466. formis esse exscriptum. Hoc vero, si non penitus falsum, saltem incertissimum esse, ex iis apparebit, quæ supra in hoc Volumine Sect. V. de Bibliorum Hebraicorum editionibus annotavimus.

Mihi quidem ut inventæ Typographiæ origines *Germaniæ* nostræ, in universum, ita *Hebraicæ* speciatim deberi videntur. Nam ipsi illi Judæi *Soncinates*, qui vel primi vel primis proximi, in Italia periculum typographiæ Hebraicæ fecerunt, genus suum ad Judæum Germanum, *Mosen* scilicet *Spirensem*, referunt, & in editione codicis *Berachoth* Soncinatensi A. C. 1484. curata, appellatur *Gabriel b. Aaron* שטרשבורג (*Strasburg*) i. e. *Argentoratensis*. Vide Vol. II. p. 941. & 957. Itaque veri simile omnino est, Judæos, ortu Germanos, artis hujus rationes & usum in Hebraicis libris exscribendis secum ex Germania in Italiam asportasse. Accedit, in Germania libros esse excusos, Hebraicarum literarum formas referentes, ante illam ætatem, qua in Italia Hebraicos libros impressos esse modo intelleximus. Habeo enim in manibus *Petri Nigri* tractatum contra perfidos Judæos, Eslingæ 1475. 4. majori editum, in quo nonnulla Hebraicis formis descripta legi Vol. II. p. 1115. ostendimus. Jam vero nullus hactenus allatus est liber Hebraicus, in Italia impressus, qui A. C. 1475. antecedat. Quæ enim de libro *Obadiæ Sphorno*, *Or Ammim*, tanquam Bononiæ A. C. 1471. excuso, à *Beughemio* traduntur, (vide Vol. II. p. 944.) ea non magis certa sunt, quam quæ de editione Codicis Hebraici Veneta A. C. 1466. afferri modo intelleximus.

CPoli hodienum Judæos in extrudendis ex prelo libris diligentius, quam in ipsa Italia, versari, ex literis Judæorum accepi, & vidi tales, qui superiore anno lucem ibi adspexerunt. Hoc velim notari ad p. 948. Vol. II.

Guilielmi Postelli, in Gallia Orientis literas sua ætate inprimis ornantis, *Alphabeta linguarum duodecim*, *Introductionem & legendi modum*, de

quo

quo libro supra pag. 953., prolixius describit Cl. *Maittaire* in Annalibus Typographicis Tomo III. pag. 293. Confer nos supra in Indice Grammaticorum Hebraicorum p. 298. & in Observationibus ad Linguam Hebræam pertinentibus p. 318.

Indici Typographiarum Hebraic. pag. 959. sqq. exhibito hæc addantur:

Altonaviæ, urbe *Hamburgo* vicina, libros Hebraicos exscribere cœpit an. 1726. Judæus *Sanvel Popert*.

Augustæ Vindelicorum an. 1514. 4. ex officina Erhardi Oeglin prodiit *Jo. Bæschensteinii* Elementale Introductorium in Hebr. literas cum Dedicatione ad Jo. Reuchlinum, quæ ita finit: *dabam ex officina nostra Hebraica*. Vide supra plura in Indice Grammaticorum Hebraic. p. 277.

Ibidem an. 294. C. 1534. 4. Raschii commentar. in Pentateuchum & V. Megilloth lucem vidit per typographum חיים בר דויד *Chajim bar David*, cujus nomen instar symboli numerici, ad annum editionis indicandum, adhibetur. B. *Ungerus* in literis, ad præstantissimum *Lacrosium* datis, requirit librum epistolarum 62 Hebraicarum, in eadem urbe eodem anno per *Chajim* Typographum in 8. sine titulo editarum, quem τὸν μακαρίτην postea nactum esse, patebit ex Supplementis Abbreviaturarum Hebraicarum supra exhibitis, in quibus idem ille libellus aliquoties citatur.

Basileæ Jo. Buxtorfium Patrem typographiam Hebraicam instruxisse, & per aliquot annos aluisse constat. De ea ipse an. 1627. ita ad Pet. Cunæum p. 153. epistolarum ab ipso & ad ipsum datarum, quas pertinaci & eruditæ Celeb. *Petri Burmanni* curæ debemus, hæc perscribit: *Nostra typographia Hebraica sopita est, quam tamen resuscitare typographus ad æstatem cogitat. Sed sine meo consilio, & opera nihil potest. Indies ipse de meis laboribus & sudoribus lucrum habet, & ego indies summam ab ipso ingratitudinem malitiosam experior.*

Belvedere, i. e. Calloscopii.

Bernæ in Helvetia prodiit מדרש אלדד אזכרה de quo Vol. III. n. 334. b. inter *Anonymos*.

Constantiæ in Svevia.

Constantinopoli hodie in excudendis libris sedulus est *Jona f. Jacob*, qui Amstelodamum aliquando excurrit, ibique edidit R. Bezalel אסיפת זקנים.

Cothenis in Ducatu Anhaltino superioribus aliquot annis libri Hebraici exscribi cœperunt.

Damasci.

Dyrenfurti. De Typographia Dyrenfurtensi confer, quæ scripsi Vol. III. sub nomine יששכר בן נתן.

Francofurti ad Mœnum hoc tempore nulla est officina typographica Hebræa: ideo Judæi *Offenbaci*, vico Francofurto vicino, quæ volunt, exscribi faciunt.

Fraunitz (פראוניץ) teste Catalogo Bibl. Oppenheimer. MS.

Genevæ, & *Genuæ.*

Hamburgi nulla nunc est Typographia Judæis, qui *Altonaviæ* vel *Wandesbeccæ* scripta sua curant.

Hanoviæ eadem hodie est ratio.

Ichenhusium, ubi Pentateuchus prodiit. Vide Vol. II. p. 395.

Jessenitium in Ducatu Anhaltino ab aliquot annis prelo Judaico claruit.

Koregismi (קוריגישמי) suburbio CPoleos.

Monopoli (מאנופולי) teste Catalogo Bibl. Oppenheimer. MS.

Oelsnæ quomodo typographia Judaica A. C. 1530. quo Pentateuchus lucem ibi adspexit, vigere potuerit, cum anno 1505. urbe illa & toto Ducatu Olsnensi infausta gens in perpetuum interdicta fuerit, ignorare se profitetur Cl. M. *Jo. Georg. Pagendarm* in Dissertat. de Codice Judæorum Olsnensium Ebræo, p. 7. in notis. Conf. quæ supra de variis Bibliorum & Pentateuchi speciatim editionibus scripsimus p. 123.

Orta Kaiwai (אורטא קיואי) juxta CPolin, in suburbio.

Ortona Maris. Vid. Vol. II. p. 944. & hic in Supplementis ad illum locum paulo ante; item Vol. III. p. 925.

Plebisacium, ditionis *Patavinæ*, ubi Arba Turim A. C. 1478. excusum esse ostendimus Vol. III. pag. 444. B. *Vngerus* in literis ad B. *Jo. Jac. Schudtium* an. 1715. 23. Sept. datis ita: *Scire velim, an unquam oculis usurparis libros vetustos Hebraicos ante annum* 1480. Plebisacci (Pievia di Sacco *municipium est Patavinæ ditionis) impressos, quorum unum & alterum Bourguetus indicabit.*

Prostitium in Moravia. De hoc *Wagenseilius* in Supplementis MSS. ad Buxtorfii Bibliothecam Rabbinic. pag. 392. ita: *Nec in Austria, nec in finibus* Moraviæ *sita est urbs* Prostitz, *seu potius* Prostnitz, *verum in posterioris regionis meditullio, unde vulgo Moraviæ umbilicum vocant.*

Romæ.

Ropboling (ראפולינג), teste Catal. MS. Biblioth. Oppenheimer.

Saphetæ in Palæstina libros unquam impressos esse præceps negavi p. 962. In contrarium lege, quæ scripsi Vol. I. sub R. Schemuel Are-

Arepol ad librum שר שלום & sub R. *Jom Tov Schalon*, ad librum לקח טוב item Vol. III. n. 1319. p. 634.

Solicovia Russorum (*Zolkiew*, Hebr. זאלקווי) qvatuor milliaribus Leopoli distat, & ad Principem Constantinum Sobieskium pertinet. Ita B. *Vngerus* in literis ad B. Schudtium an. 1716. datis.

Thessalonica, Judæis *Salonec*, vel *Salneck*. Ita Thessalonica in versione Syriaca epistolæ ad Thessalonicensis vocatur *ad Saluec*.

Tiguri.

Venetiis. Accipe *Buxtorfii* verba in epist. ad Cunæum, qvæ inter epistolas Petri Cuaæi legitur, Basil. 1627. data, p. 154. *Typographiæ Venetæ idem*, inqvit, *fatum accidit, qvod multis aliis. Flos pristinus emarcuit, & sine succo jacet. In manibus mercatorum qvorundam Christianorum est, qvi inter album & nigrum non norunt discernere, ut celebris Rabbi Venetus ad me perscripsit.*

Wandesbeccæ, vico Hamburgo vicino, ubi an. 1726. R. *Mosche Chagis* לקח הקמח prodiit, &c.

Wekelsdorfii (ועקלשדורף) teste Catalogo Biblioth. Oppenheimer. MS.

Witteberga.

CAPVT VI.
VARIA DE TALMVDE JVDICIA EXHIBENS.

Ad eos, qvi ex studio Talmudico vel nullum vel exiguum fructum exspectari posse censuerunt, pertinet *Herm. Conringius*. *Ex adverso*, inqvit, *arbitror ego, boni perqvam pusillum capi inde (ex Mischna) posse, & nunqvam fere cum justa securitate.* Lege hæc in epistola ejus ad *Wagenseilium*, qvam *Jo. Fabricius* Parte V. Biblioth. Fabricianæ exhibet, p. 352. argumentis nonnullis adstructa.

Vsum *Exegeticum* Talmudis, præter supra citatos p. 970. ostenderunt B *Balth. Scheidius* in Præteritis Præteritorum, sive Horis Talmudicis MSS. super utramqve epistolam ad Corinthios, Galatas, Ephesios & Philippenses, qvarum specimen habes in Bibliotheca Lubecensi Tomo II. p. 181 sqq. Similem operam Rev. *Henricum Scharbau*, V. D. Ministrum Lubecensem solertissimum, olim destinasse patet ex ejus verbis ibidem, p. 216. legendis. Optandum præterea erat, ut exstarent *Jo. Andreæ Danzii*, τοῦ μακαρίτου, commentarii in Matthæum, epistolam ad Romanos, & Petrinam priorem, in qvibus antiqvitatum Hebraicarum ratio præcipue habita fuit. Illi manu exarati laudantur in Programmate ejus funebri an. 1728. fol. edito, & cum Funebribus Viri doctissimi recuso. Cl. *Christianus Schoetgenius*, Rector hodie Scholæ Dresdensis Crucianæ meritissimus, pridem prelo paratas habet *Horas Hebræo-Talmudicas* in N. T.

integrum, instar Spicilegii *Horis Lightfootianis* succenturiandas, qvæ facilem Bibliopolam forte frustra, pro more horum hominum & sæculi nostratis indole, exspectant. Specimen earum egregium habes in Novis Literariis Lipsiensibus Latinis an. 1719. p. 72.

Th. Hayne in præfat. ad dissert. de Lingvarum Cognatione, qvam *Thomas Crenius* in Analectis suis Philologico-Critico-Historicis recudi fecit, p. 15. *Memini, me*, inqvit, *audivisse à D. D. BURLY, olim Rectore Eccles. S. Bened. apud Londinenses, viro lingvarum peritissimo, multos locos difficiles N. T. lucem majorem ex Talmudicis qvibusdam commatibus capere, qvam ex Latinis multorum commentariis, qvi in rebus facilioribus sunt copiosi, plus satis, in arduis silent.* Affine huic effatum est B. *Esdræ Edzardi*, qvod sua manu in limine Talmudis Hierosolymitani scripsit: *Acriores hostes, qvam Talmudicos, non habet doctrina Evangelica: & tamen planiores, qvam istos, non habet textus Evangelii.* Ex Anglis non ita pridem *Rob. Ellisius*, Auctor Fortuitorum Sacrorum *ἀνωνύμως* editorum p. 54 sqq. allatis exemplis aliqvot demonstrat, *Mischnam*, tanqvam qvæ traditiones & ceremonias, Christi ætate receptas, integra fide referat, ad interpretandas sacras literas permultum facere. Adde his nonnullos ex illis scriptores, qvos pro studiis Rabbinicis scripsisse supra p. 267. monuimus. Omiseram fere, qvod *Hugo Brougthonus* in Operibus suis passim, v. c. Tom. III. p. 709. urget, N. T. ex Scriptoribus Talmudicis illustrandum esse, si verum ejus sensum adseqvi, & Judæos inprimis ad veritatem agnoscendam perducere velimus. Confer, qvæ de hoc *Broughtoni* consilio supra dixi, de versione Hebraica N. T.

Elencticum Talmudis usum multi eorum in luce collocarunt, qvi Judæos sibi sumserunt oppugnandos. Eorum itaqve Indicem, Vol. II. p. 1013. suppeditatum, una cum Supplementis, paulo post exhibendis, consules. *Josuæ Arndii* diatriba de mysterio SS. Trinitatis ex scriptis Rabbinorum veterum recusa exstat in Fasce V. Exercitationum Philologico-Theologicarum Creniano, num. V.

CAPVT VII.

DE MOMENTIS QVIBVSDAM AD TALMVD PERTINENTIBVS.

Qvod ad *fabulas Talmudicas*, de qvibus p. 973., attinet, earum nonnullas recitat præstantissimus *David Millius* in præfatione ad Catalecta Rabbinica, addita earum expositione morali, ex auctore libri

עללות

[illegible] עוללות אפרים petita. Pertinet huc ejusdem Oratio *de Fabulis Orientalium, & qvo consilio ac fructu hoc loqvendi scribendiqve genus invaluerit*, Trajecti ad Rhenum 1726. dicta & edita. In ea vir doctissimus, omnes vel saltem præcipuas Orientis gentes persecutus, singulas earum apologis, parabolis & fabulis in scriptis æqve ac sermonibus delectatas fuisse ostendit, *inventionem* vero *earum Israelitis sapientissimis tribuendam videri* p. 25. contendit, *saltem extra controversiam dubitationemqve* ait *esse positum, Apologorum, quotqvot sunt, quotqvot fuerunt, antiqvissimum in ipsis sanctissimis Voluminibus, Dei impulsu instinctuque scriptis, occurrere cum Jothanus pessimum eligendi Abimelechi consilium Sichemitis exprobrarit Jud. IX.* Idem p. 29. sq. caussam instituti hujus *ingenti Sapientiæ venerationi* tribuendam judicat, *ut scilicet illa profanis qvibuscunqve non nuda objiceretur, sed tanto majus ei statueretur pretium, qvo difficilior ad eam patuisset aditus, eademqve opera animi Auditorum explorarentur, an satis firmi essent constantesqve, non modo ad recipiendam sapientiam, verum etiam tenendam tuendamqve idonei & accommodati.* Idem speciatim accommodat ad fabulas Judaicas p. 32. & in seqventibus commonstrat, qvid reconditi sensus sententiæqve sub involucris his lateat, allatis in medium exemplis luculentis. Deniqve vero p. 53. insignem fabularum copiam, qvæ Talmudi exprobrari a plerisqve præter rem solet, his verbis amolitur: *In universa Mischna, magno illo traditionum Judaicarum opere, paucissimæ aut potius nullæ fabulæ occurrunt. Gemara qvidem fabulis non abstinet, freqventer tamen antiqvo illo sale & sapientia conditis. Maximi nominis Rabbini,* Maimonides, Aben Ezra, Abarbanel & Kimchi *à fabulis plane vacant, atqve stilo tam eleganti, & accuratissimo judicio, varia eruditione ornato, utuntur; ut cum Græcis & Romanis comparari & componi mereantur.* Hæc *Millius* erudite: ex qvibus, ni fallor, constabit, fabularum usum freqventiorem Gemaræ Talmudicæ fraudi apud cordatos esse non debere. Lege in eandem sententiam M. *Sebastiani Jac. Jungendres* Specimen Philologicum de veterum Gentilium & Judæorum Theologia Mythica, Norimberg. 1728. 4. cujus summam habes in Sammlung von Alten und Neuen Theologischen Sachen an. 1728. p. 1124 sq.

Scriptoribus, qvi de Talmude diligentius commentati sunt, supra p. 987. laudatis, adde *Adamantium* Florentinum, A. C. 1581. vel 1582. defunctum. Hic enim à Gregorio XIII. Romam ad recognoscendum & corrigendum Talmud vocatus, *glossas & interpretationes* in Talmud confecit qvas MSS. commemorat *Julius Negri* in Historia Scriptorum Florentinorum p. 2. b. *Jo. Petri Busbagrium*, Svecum eruditum, *Theologiam Talmudicam* ad finem penitus perductam & manu exaratam reliqvisse testatur

Perin-

Peringerus in Historia Lingvæ & eruditionis Arabum p. 184. Præter eos *Pet. Gvarinus*, Benedictinus ex Congregat. S. Mauri, historiam Talmudis succincte tradit Tomo II. Grammat. Hebr. p. 414 sqq.

Theologiæ Talmudicæ Specimen Hackspanianum, supra p. 992. obiter laudatum, tribus absolvitur capitibus, qvorum I. de Judæorum sectis, Talmudistarum principio disputandi, præceptoribus, discipulis, generalibus fidei capitibus, canonibus &c. II. de Deo, creatione, & providentia divina. III. de Messia: qvid sentiant Judæi de dictis, qvæ Christiani de Messia interpretantur; tum, qvæ ipsi Judæi de eodem accipiant, exponit. Excerpta sunt ex Talmud seu Gemara Babylon. Maimonide item, Jalkut &c. mere Rabbinica sine versione, cujus tamen fragmentum à M. *Jo. Christophoro*, Hackspanii filio, adornatum possidet hodie Rev. M. *Michael Geckius*, seu *Goechæus*, Pastor hodie Eudenbergensium juxta Altorfium. Tota opera constat plagulis 19. nitide in officina *Georg. Haagen*, typis Academicis, sine anni indicio impressis in 4. Vide Rev. *G. G. Zeltneri* Vitas Theologorum Altorfinorum p. 323.

Dolendum est, Cl. *Bashuysenii* Clavem Talmudicam maximam de qva p. 992. tot operarum mendis depravatam esse, qvemadmodum & textus libelli Hebraici: סגגיות התלמוד ibidem passim abit ab editione ejus Solicoviensi an. 1698. 8. curata.

Persica Talmudis vocabula exposuit *Adrian. Relandus* in Parte II. Dissertatt. Miscellanearum, qva insuper de Samaritanis & reliqviis veteris Lingvæ Persicæ commentatur. Vltrajecti 1707. 8.

B. *Jo. Heimreichius*, Professor qvondam & Medicus Coburgensis, observationes qvasdam de Vegetabilibus, speciatim aphrodisiacis, in Talmude, commemoratis inseruit Novis Literariis Franconicis Part. II. p. 100 sq. easdemqve continuavit in Actis eruditis Franconicis Tomo I. p. 46. 147. 314. & 457. sqq.

LIBER QVINTVS.

SECT. I.

SCRIPTORES ANTIJVDAICI GRÆCI ET LATINI ÆVI VETERIS.

Scriptores hujus generis, secundum ætatis seriem dispositos, repetita & propria sibi industria congessit præstantissimus *Jo. Albertus Fabricius*

cius in Delectu argumentorum & Syllabo Scriptorum, qvi veritatem religionis Christianæ lucubrationibus suis asseruerunt, p. 571 sq. Nos spicilegium pristinæ collectionis alphabeticæ, qvam vocant, instituemus.

Anonymi Opus ἀκέφαλον Anti-Judaicum Græce folio n. 373. in Biblioth. Coisliniana p. 286.

Anon. Liber qvidam Thalmoth Judæorum MS. in 4. Capita agunt de Trinitate, Prædestinatione, Virginis conceptione, Dei incarnatione, circumcisione, baptismo, adventu Messiæ, adventu Christi ad passionem, resurrectione Christi, de lege, de dignitate fidei. Sub finem hæc leguntur. *Expliciunt doctrina & vita Salomo, qvem Judæi interpretantur pro doctore in Lege.* Scriptus an. MCCCLXXXIII. manu Johan. Bussen, plebani. Vide Cl. *Tob. Eckhardi* Catalogum Codicum MSS. Qvedlinburg. p. 17. Conf. infra *Theobaldus de Saxonia*, & *Pet. de Pennis*, ubi libri ejusdem fere tituli recitantur, ab hoc nostro, si qvid video, distincti.

Anonymi Notabilia contra Judæos ex libro Talmud MSS. in 4. paginarum novem, anno 1464. exstant in Bibliotheca Heilsbronnensi, teste catalogo ejus à Rev. *Jo. Ludov. Hockero* confecto fol. 100. In Indice Codd. MSS. chartaceorum ibidem ita legis: *Talmud* (R. Fibro) *notabilia contra Judæos.* Fortasse non distincta scriptio est ab altera simili *Theobaldi de Saxonia*, de qva paulo post dicemus.

Anonymi, Seculo XIV. clari, Ordinis Prædicatorum, opusculum insigne & luculentum, qvod *Gundisalvus Garsias*, *à S. Maria*, Cæsaraugustanus, sub titulo *Dialogi Ecclesiæ & Synagogæ*, sine loci, temporisve indicio, in forma qvarti ordinis edidit. De eo primus, qvem sciam, commentatus est *Nicol. Antonius* Biblioth. Vet. Hispan. Tom. II. p. 261. diligentius autem, *Jac. Qvetif* in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum Tom. I. p. 732. sq. Initium libri est: *Incipit pharetra fidei contra Judæos super Talmuth. Acuite sagittas, implete pharetras ad prosternendas vulpeculas, quæ demoliuntur vineas nostras* &c. Duabus partibus totus dialogus absolvitur. Priori capitibus tredecim errores ab Ex Judæo e Talmude excerpti afferuntur; posteriori capitibus octo & viginti præcipua doctrinæ Christianæ capita proponuntur. Capitum singulornm indicem habes apud *Qvetifium.* De alia *fidei pharetra* eodem instituto adornata lege infra ad p. 1013.

Anonymi Altercatio Synagogæ & Ecclesiæ, de qva *Fabricius* l. c. p. 578.

Anonymi Tractatus adversus Judæos Sec. XII. legitur Tomo V.

Thesauri Anecdotorum novi Marteniani & Durandiani p. 1507 - 1569. Auctor ipse scriptionis tempus n. 34. his verbis designat, *Millesimus centesimus sexagesimus, meis dico temporibus, jam annus evolvitur, ex qvo Filius virginatis effulsit in mundo.* Confer n. 48.

Anonymi Collectanea adversus Judæos Sec. IX. ex Doctoribus Græcis, *Gregorio Nysseno, Eusebio, Theodorito*, &c. & è Latinis, *Tertulliano* maximam partem excerpta leguntur etiam in Lectionibus Canisianis ex edit. Jac. Basnagii Tomo II. Parte III. p. 41 sq.

Alphonsus Bonushomo Ordinis Prædicat., Sec. XIV. fere medio, *Samuelis Maroccani*, de qvo paulo post inter Ex Judæos, epistolam de adventu Messiæ ex Arab. Latine convertit.

Anastasii Abbatis, Sec. IX. liber contra Judæos ibidem p. 12.

Anastasius Sinaita suum in Judæos librum commemorat lib. VI. in Hexaëmeron p. 884.

Andronici Comneni dialogus contra Judæos, Latine tantum editus, Græce MS. in Biblioth. Vindobonensi, & Romæ qvoqve olim apud Cardinalem Sirletum, postea apud Ascanium Columnam exstare dicitur à *Jo. Molano* in Catalogo Scriptorum contra Judæos.

Christoduli, i. e. *Joannis Cantacuzeni*, Imperatoris olim CPolitani, deinde Monachi, Seculo XIV. medio Sermones VIII Judæis oppositi, qvos cum versione sua Latina & notis in lucem proferre parat eruditissimus *Franc. Dionys. Camusatus*, cujus literis me hoc omne edoceri memini.

Cyrilli Alexandrini nonnulla huc pertinentia laudat Celeb. *Fabricius* in Delectu argumentorum pro veritate Relig. Christ. p. 170.

Cyrilli Lucaris, Scriptoris Sec. XVII. liber adversus Hebræos laudatur ab *Allatio* contra Hottingerum p. 100.

Ebrardus sive *Eberhardus Bethuniensis*, Sec. XII. clarus, in libro contra Waldenses cap. XXVII. contra Judæos disputat. Vide Biblioth. Patrum Lugdunensem Tom. XXIV. p. 1578 sqq.

Epiphanium de Hæresibus huc referendum esse, per se qvisqve intelligit.

Evagrii Altercatio Simonis Judæi & Theophili Christiani, de qva dixi plura Vol. III. hujus Bibliothecæ p. 1141.

Eusebii Emeseni Sec. IV. libros adversus Judæos & Gentes laudat *Hieronymus* cap. XCI. de Scriptoribus Ecclesiasticis.

Gennadii.

Gennadii, i. e. *Georgii Scholarii*, Patriarchæ olim C Politani, deinde Monachi, dialogus inter Christianum & Judæum sub titulo Ἔλεγχος τῆς Ἰουδαϊκῆς πλάνης bis MS. exstat inter Codices Biblioth. Reg. Paris. Eum descripsit & laudat *Eusebius Renaudotus* ad Gennadii homilias p. 83. in lucem vero cum Latina versione daturum promisit Rev. nobisqve amicissimus *Magnus Crusius* in Dissertat. Epistolica de scriptis qvibusdam integris fragmentisqve hactenus ineditis, qvæ luci parat, p. 25.

Gillieberti, vel *Gilberti* Disputatio Ecclesiæ & Synagogæ exstat in Thesauro novo Anecdotorum Marteniano & Durandiano Tomo V. p. 1497. qva qvidem occasione editores disqvirunt, qvis ille sit *Gilbertus*; at rem non conficiunt. Descripta est illa disputatio ex Codice, Seculi XII ætatem referente. Ab ea distinctus est *Dialogus* inter Christianum & Judæum, *Gilberti Westmonasteriensis*, qvem inter *Anselmi* opera hodie legi Vol. II. sub *Gilberto* isto monuimus p. 997.

Joannes Cantacuzenus. Vide supra *Christoduli* nomen.

Isidorus Hispalensis. Inspice eruditissimi *Fabricii* nostri Delectum argumentorum p. 258.

Lauterius de Batineis, qvi ab Antonio Senensi, & aliis vocatur *Laurentius* vel *Lauterius de Valdinis*, seu *de Vbaldinis*, Florentinus, Ord. Prædicatorum, Seculo XIV ineunte clarus. Illius *Capistrum Judæorum* ex MS. Cod. Paris. in fol., foliolis 82. constante, enarratur diligentissime à *Jac. Quetif* in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum Tom. I. p. 589. Institutum Auctoris est, adventum Messiæ jam factum argumentis adstruere, & ad exceptiones, fieri in contrarium solitas, respondere. Ex locis qvibusdam à *Quetifio* allatis, conjectura recte nascitur, Scriptorem A. C. 1335 vixisse. Ceterum exemplum illud mancum esse, ex defectu responsionum ad objecta qvædam intelligitur.

Leontii Cyprii fragmentum contra Judæos exstat in Lectionibus Canisianis Tomo II. edit. Basnagianæ p. 793.

Nicetas Choniates Tomo I. Thesauri orthodoxæ fidei.

Nicolai Hydruntini Dialogum cum Judæo, Græce scriptum, luci parat Latina versione & notis instruendum V. C. *Franc. Dionysius Camusatus* in Tomo I. Collectionis Anecdotorum variorum Græcorum & Latinorum, qvem publico se daturum per literas mihi testatus est.

Petrus, Archidiaconus & Canonicus Londinensis, Sec. XIII. ineunte, libros tres de adventu Messiæ adversus Judæos scripsit. Confer *Fabricii* Delectum argumentorum p. 268.

Petri Blasensis liber contra perfidiam Judæorum non exstat in Operibus ejus Paris. 1519. fol. sed in *Paralipomenis Opusculorum* ejus, Mogunt. 1605. in 8. editis, hinc vero in Biblioth. PP. Lugdunensi Tomo XXIV. p. 1189. Conf. Celeb. *Fabricium* l. c. p. 266. qvi & ibidem de *Petri Damiani* Antilogo contra Judæos & Dialogo inter Judæum reqvirentem & Christianum respondentem disserit.

Petri de Janua, Dominicani, Liguris à patria & professione nuncupati, Sec. XIII. inclinante, *Raymundi Martini* strenui in convertendis Judæis adjutoris, *Opus adversus Judæorum errores accuratum* laudat *Rovetta* ad an. 1264. & ex ejus fide *Jac. Qvetif* in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum Tomo I. p. 398.

Petri Magistri, circa A. C. 790. clari, *disputationem* cum Judæo, *Julio* nomine, in Papia civitate habitam, memorat *Alcuinus* epist. XV. ad Carolum M. p. 1511. Operum, observante *Fabricio* l. c. p. 572.

Petri Mauricii, Abbatis *Cluniacensis*, Sec. XII. inclinante, *Tractatus adversus Judæorum inveteratam duritiem* aliqvoties recusus exstat, indice eodem *Fabricio* p. 264.

Petri de Pennis, Aprutini, à patria vernacule *Penne* appellati, Sec. XIV. medio, *liber contra Judæos, nomine Thalamoth* in 15 capita divisus ex Codice MS. enarratur à *Jac. Qvetif*, in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum, Tom. I. p. 569. In calce hæc leguntur: *Explicit liber contra Judæos nomine Thalamoth* (i. e. Talmud) *vel nuncupatur, Pharetra Judæorum à Fratre Petro de Pennis, Ordinis Fratrum Prædicatorum.* Idem p. 570. laudat ejusdem Tractatum de notitia verbi incarnati, capitibus XXV. Confer supra inter Anonymos, & mox *Theobaldum de Saxonia.*

Philippi Sidetæ, Sec. V. *Acta Disputationis de Christo, in Perside, inter Christianos, Gentiles & Judæos habitæ*, ex libris ejus XXXVI. *Historiæ Christianæ* titulo inscriptis, excerpta Vindobonæ Græce exstare testis est *Lambecius* lib. V. de Biblioth. Vindobonensi p. 137.

Philippi Gvalteri de Castellione, Insulani, Sec. XII. exeunte, *libros tres dialogorum adversus Judæos*, *Casimirus Oudinus* inter Opuscula veterum aliqvot Galliæ & Belgii Scriptorum edidit Lugd. Bat. 1692. 8.

Theobaldi de Saxonia, Superioris Ordinis Prædicatorum, *Thalmut sive Objectiones in dicta Thalmut, seductoris Judæorum.* Exigui illius scripti partem sub interpolato *Therebaldi* nomine ex MS. exhibui Tomo III. hujus Bibliothecæ p. 1164. sq. integrum autem infra inter scripta Judaica rariora ex exemplo, Sæc. XV. excuso, exhibebo.

Theo-

Theophanis, Nicæni Archiepiscopi, Sec. XIV. inclinante, Operis adversus Judæos luculenti argumenta ex *Possevino* exhibet *Casimirus Oudinus* Tom. III. de Scriptor. Ecclesiasticis, inde vero doctissimus *Fabricius* noster repetit in Delectu argumentorum p. 125. sqq.

II. SCRIPTORES ANTI JUDAICI, EX JUDÆI, VETERES ET RECENTIORES.

Alphonsi Burgensis, sive Vallisoletani, Responsio ad librum *Josephi Kimchii*, *Bella Domini* inscriptum, de qua dixi Volum. I. pag. 192. & 1126.

Altona (Christiani) vid. *Christianus Altona* Vol. II. p. 1005.

Aquilini (Raphaëlis) *Trattato pio* &c. Pisauri 1571. 4. de quo fusius Vol. III. p. 992. sqq.

Augusti Conradi scriptio vernacula, Hamburgi 1721. 4.

Bernardi (Christoph. Davidis) de quo Vol. III. p. 974.

Bernhardi (Rudolphi) Sendschreiben an die so genannten Juden zur Ueberzeugung ihres blinden Glaubens. Bernæ 1705. 8.

Blin (Abrahami) & *Jochanan Buechel*, Ex-Judæorum, Oeffentlicher Widerruf, seu publica revocatio, Bambergæ 1577. 8. facta & edita, qua præter septem conversionis eorum causas brevis Catechismus Christianus exhibetur. Prior eorum in sacro lavacro *Viti Johannis*, posterior *Viti Abrahæ* nomen accepit. Vide B. *Jo. Fabricii* Bibliothecam Fabricianam Parte VI. p. 385.

Bononia (Hieron. de) Ex-Judæi Opusculum contra Judæos, Ital. Venet. 1515. 8.

Borg (Ernesti Maximiliani) das auf Mosen und die Propheten gegründete Christenthum. Hamburgi 1722. 4. Confer Sammlung von Alten und Neuen Theologischen Sachen an. 1723. p. 651.

Burgensis (Pauli) Scrutinium Scripturarum recognitum & restitutum Burgis non anno 1596. sed 1591. fol. prodiit. Est mihi in manibus vetustissima Operis illius editio in fol. sine loci aut anni judicio curata. Constat paginis 432. quas industria manus adscripsit.

Christiani (Maurit. Wilhelmi) Vide Vol. III. p. 665.

Eliæ (Joh. Baptistæ) Vide Vol. I. p. 471.

Fundam (Jac.) gente Hispani, *Vorst Messias opgespoert uit de Rolle der Propheten.* Amstelod. 1726. 8. pp. 189.

Gersonis (Christiani) Talmud Judaicum *Goslariæ* primum 1607. 8. prodiit.

Guilielmi Fortunati, teste Celeb. *Fabricio* in Delectu Argumentorum &c. p. 633.

Hermanni Djalogus Lignis 1481. editus non videtur distinctus a Colloquio ejus, quod cum Ruperto, Abbate Tuitiensi, habuit, Pugioni Fidei Martiniano à B. Carpzovio Lips. 1687. fol. insertum.

Held (Christiani) Beweiß aus der Schrifft Kilon. 1681. 4. & *Victoria Christiana*, Giessæ 1684. 4. edita eandem commentationem vernaculam exhibent, quæ & sub novo titulo: Beste Mittel zur Bekehrung der Juden sine auctoris nomine tanquam Kilonii 1685. 4. excusa exstat. Confer Vol. II. pag. 1047. sub nomine *Wasmuthi*, quem illius vel Scriptorem vel ἐργοδιώκτην fuisse intelligetur.

Hessi (Ernesti Ferdinandi) Jüden-Geissel Lipsiæ 1703. 8. cum animadversionibus M. P. M. A. V. M. N. recusa exstat.

Johannis Baptistæ Confutatio Sectæ Hebraicæ *Argentorati* 1500. 4. qui annus in calce legitur expressus, lucem vidit. Hic notes, locum, quem Vol. II. p. 1007. ex libro hoc attuli, non legi in Dedicat. ad Caravagalem Cardinalem, sed in epistola auctoris ad Judæos, quæ illam proxime excipit. Confer Vol. III. p. 355. & quæ infra hic de scriptis rarioribus Anti-Judaicis afferam.

Johannis Baptistæ de Este, V. Vol. I & III. n. 810.

Johannis Baptistæ Renati, Vide Vol. III. n. 811. d.

Johannis Baptistæ Romani. Vid. Vol. I. n. 811.

Isaaci, sive *Isatis*, quo nomine a Pithoeo *Fides* ejus inscripta prodiit ad calcem Codicis Canonum veteris Ecclesiæ, Paris. 1687. fol. pag. 362—365. Vide Vol. III. p. 534. & Cl. *Fabricii* Delectum argumentorum p. 1008.

Mandel (Christoph. Vide Vol. III. p. 974.

Meieri (Christiani) ס׳ תולדות עמנואל, *Vera Immanuelis generatio*, Amstelod. 1722. 4. lucem adspexit.

Meieri (Salom.) fil. Mosche: V. Vol. I. p. 1073. & II. p. 1011. sub nomine *Salomo*.

Misarac-

Misuracchi (Jul. Cæsar.) Ragionamenti della venuta del Messia contro la durezza & ostinazione Ebraica, Orvieto 1629. 4. Parum abest, quin existimem, illud *Misurachi* nomen ex Hebraico מזרחי i. e. *Orientalis*, natum esse. Hoc enim cognomen Judæis familiare est. Sic *Eliæ Misrachi* nomen claret inter Judæos. Confer Vol. III. p. 365.

Morosini (Julii) sive *Mauroceni*, Via della fede: Vide Vol. III. n. 2140. sub *Schemuel Nachmias*.

Pauli Jesaiæ, librum Anglicanum sub titulo: *the Messias of the Christians and the Jews*, Lond. 1655. 8. in Catalogo Bibliothecæ Antonii Collins, Lond. 1731. 8. edito, Parte I. p. 32. commemorari memini.

Pauli Israëlitæ, Ex-Judæi, ut suspicor, in Bibliotheca Colbertina Tom. II. p. 349. num. 4986. video laudari 1) de 613. Mosaicæ sanctionis edictis. Papiæ 1510. 4. 2) Disputationem Philosophic. Talmudisticam pro veritate Christiana tuenda: ibid. 1511. 4. 3) Isagogen in Cabbalistarum, sive allegorisantium eruditionem, ibid. 1510. 4) de novem doctrinarum ordinibus, & totius Peripatetici dogmatis nexu: ibid. 1510. 4.

Reich (Frider. Wilhelm.) von Jüdischen Fabeln und Aberglauben. Gothæ 1719. 8.

Theobaldi, quem quidam Ex-Judæum faciunt, alii mendose *Therebaldum* vocant. Vide paulo ante in superiore Indice sub *Theobaldo*.

Victoris (Georg. Conradi) Höre Mutter, schaue drauf, tanquam Nordlingæ 1675. editum affertur in Catalog. Bibliothecæ Serpilianæ pag. 313.

Wolfii (Philippi) Juden-Spiegel ex edit. Gedanensi anni 1655. 4. commemorat præstantissimus *Fabricius* in Delectu argumentorum p. 632.

III. SCRIPTORES CHRISTIANI ANTI-JVDAICI RECENTIORES.

Anonymi librum Sapientiæ divinæ MS. Hebraice adversus Judæos in assertionem veritatis Christianæ invenio in Catalogo Bibliothecæ Scorialensis VI. A. 17. quem manu habeo exaratum.

Anon. Disputatio contra Judæos MS. in 4. in Bibliotheca Uffenbachiana MS. compendiaria p. 563. n. 5.

Anon.

Anon. Theologischer Tractat, darinnen auch wieder die Juden gehandelt wird, Norimberg. 1474. per Frideric. Greusner. Vide B. *Sauberti* Histor. Biblioth. Noribergens. p. 124.

Anon. *Pharetra Catholicæ fidei*, sive idonea disputatio inter Christianos & Judæos, in qua perpulchra tanguntur media & rationes, quibus quivis Christi fidelis, tam ex Prophetis suis propriis, quam ex nostris eorum erroribus faciliter poterit obviare. Impress. Landshut anno Incarnationis Domini 1514. die X. Marcii per Venerab. Johannem Weyssenberger in 4. novem foliis. Hic libellus ita inscriptus exstat in Bibliotheca Heilbronnensi, in qua illum se vidisse Rev. *Engererus*, Pastor Schwobacensis, per literas mihi significavit. Diversus itaque hic est ab altero ejusdem tituli, de quo supra Sect. I. inter Anonymos Anti-Judaicos Scriptores. Non dubito autem, eundem esse cum altero illo, qui sub tit. *Pharetra fidei Catholicæ* prodiit Lipsiæ 1499. 4. duabus & dimidia plagulis. Vid. Nov-antiqua Theolog. an. 1730. p. 1051.

Anon. Vies des Prophetes, qui temoignent l'advenement de Jesus Christ plus de mille ans devant la signification des 4 Evangelistes, pour quoi, ils sont transfigures à soutenir la Deité & les quatre Prophetes qui sont avec eux. MS. in fol. memoratur in Catalogo Biblioth. exquisitissimæ, Hagæ Comitum an. 1732. per Adrian Mœtjens sub hasta venditæ, p. 6. n. 100.

Anon. Judæorum excitabulum &c. Auctor est *Jo. Bethison*, quod nomen vide infra suo loco.

Anon. amica disputatio adversus Judæos &c. eadem est cum *Danielis Brenii* illa, de qua paulo post suo loco.

Anon. librum Anti-Judaicum literis, seculo Monastico receptis, impressum afferri video in Catalogo Bibliothecæ *Jo. Meyeri*, Professoris quondam Harderoviceni, p. 164. n. 84.

Anon. Demonstratio contra Judæos, Jesum esse verum Messiam, German. an. 1467. scripta, manu exarata exstat Ulmæ in Bibliotheca Kraftiana. Vide Amœnitates Literarias Cl. *Schellhornii* Tom. III. p. 56.

Anon. Anima Judaismi ingulata, oder völlig überzeugte Judenschafft, daß JEsus von Nazareth der wahre Messias, und GOtt und Mensch sey. Tubingæ 1722. 8. Idem est liber *Jo. Philip. Storrii*, sub tit. Evangelische Glaubens-Kraft editi, de quo infra suo loco.

Anon.

Anon. Demasquirtes Judenthum, oder kurtze und gründliche Vorstellung des Jüdischen Glaubens und dessen Geheimnisse in Lehr und Leben, nach dem Innhalt des Talmuds, bey der Reise der Jüden von Prage in alle Welt, von einem ehrlichen Rabbiner zum Andencken hinterlassen. Pragæ 1714. 4. pagg. 44. Libellus, per quæstiones & responsiones dispositus, non *Pragæ*, sed *Hamburgi* editus mihi videtur, auctore, ni fallor, Lutherano, vel Pontificio. Inter cetera p. 17. quæritur: quid Judæi de Luthero statuant, iidemque ab eo interpretationem nonnullorum Scripturæ S. librorum vernaculam didicisse dicuntur.

Anon. Licht vor die Christen und Gericht vor die Jüden. 1706. 12. Vide Rev. *Jac. Frid. Reimmanni* Bibliothecam Part. I. p. 935.

Anon. אוֹר לְעֵת עֶרֶב *lux tempore vesperæ*, ex *Zachar.* XIV. 7. i. e. Dialogus lingva Judæo-Germanica scriptus, in qvo R. Menachem fil. Jeschaja R. Samuelem fil. Josephi de reductione per Messiam & vera ad Christum conversione ex Scriptura instruit. In titulo tractatus hic dicitur inventus inter scripta R. *Jochanan Kimchi.* Prodiit Halæ 488. C. 1728. 8. pagg. 49. iterumque ibidem 1731. 12. Ex Cl. *Jo. Henr. Callenbergii*, cujus cura lucem vidit, narratione vernacula de conatu gentem Judaicam ad cognitionem veritatis perducendi Halæ 1728. 8. edita, pag. 4. patet, auctorem ejus esse quendam Verbi Divini ministrum, jam fatis functum, cujus alia scripta similia prostent, quique nomen suum taceri voluerit. Adde ejusdem *Callenbergii* continuationem secundam illius narrationis pag. 3. sq. Scilicet scripti illius auctor fuit B. *Jo. Mullerus*, V. D. Minister Gothanus; hujus enim nomen Hebraico illi *Jochanan Kimchi*, quod latine *Farinaceum*, seu *Molitorem* i. e. *Mullerum*, dixeris, optime respondet, & cujus præterea scripta ejusdem argumenti Vol. II. p. 1064. recitavi. Summa libelli hujus capita & scopum exponit laudatus *Callenbergius* in præfat. ad Continuat. III. narrationis suæ de convertendis Judæis pag. 7. sq. Adde Collectionem Nov-antiquorum Theologic. an. 1730. pag. 1145. sq.

Ejusdem epistola Judæo-Germanica ad Judæos hinc inde dispersos Halæ 1730. 4. plagula dimidia. Confer Continuationem primam narrationis modo laudatæ p. 81. sq.

Anon. Introduttione alla fede, nella quale per intelligenza de' Sacri Profeti & de' Dottori Ebrei si risolvono i dubbii, che sogliono far gli Ebrei contro la verita della nostra Santa fede. Romæ 1628. 4. Notitiam libri habeo ex Catalogo Duboisiano, Parte II. p. 8.

Anon. literis J. P. designati, Reflexions sur l' histoire des Juifs, Genevæ 1721. 8.

Anon. Differt. de Messiæ divinitate contra Judæos, Arianos, Muhamedanos, Socinianos &c. Romæ 1719. in qua caput I. epistolæ ad Hebræos fuse expositum omnium illorum erroribus opponitur. Vide Memorias Trivoltienses anni 1721. p. 990. sq.

Æmilius (Paulus) Vide mox *Emilius*.

Æsculanus (Gratiadei) Ord. Prædicatorum, Sec. XIV. medio clarus, contra Judæos scripsisse fertur in Indice Materiarum ad Jac. Quetif & Jac. Echardi Scriptores Ordinis Prædicatorum, Tom. II. pag. 957. nescio qua fide, cum in Bibliotheca illa ipsa Tom. I. p. 603. ubi de scriptis ejus agitur, nihil hujusmodi commemoratum inveniam.

Airoli (Jac. Mariæ) Theses contra Judæos de LXX. hebdomadibus. Rom. 1720. 4. Vide *Giornale de' Letterati di Venetia* Tom. XXXIII. Parte II. p. 505. sq.

Alcobacensis (Franc.) sive *Alcobatiensis*, quo nomine appellatur à Chrysostomo Henriquez in Phœnice redivivo; sive de Scriptoribus Cisterciensibus p. 343. ubi, laudato hoc ejus scripto, ait eum an. 1597. floruisse.

Antonini, Archiepiscopi Florentini, Ord. Prædicatorum, Dialogus discipulorum Emaunticorum cum peregrino. Florent. 1480. 4.

Bastide (Ludov.) Incredulité des Deistes confondue, Paris. 1706. 12. ubi potissimum de veritate Prophetiarum in Christo impletarum differitur.

Benetelli (Ludov. Mariæ) Vicentini, Ordinis Minorum, *Saette di Gionata*, scagliate à favor degli Ebrei, Rom. 1704. apud Anton. Bortoli. Ibi partibus tribus veritas religionis Catholicæ contra Judæos adstruitur.

Ejusdem *Dardi Rabbinici infratti*, quo libro respondetur ad 47. argumenta, priori illi à Judæis opposita. Vide *Galleria di Minerva* Tom. V. p. 222. col. b.

Beneti (Cypriani) Dominicani, Aculeus contra Judæos, una cum Tract. de non mutando Paschate, Romæ 1515. 4. Vide *Jac. Quetif* Bibliothec. Ord. Prædicatorum, Tom. II. p. 49.

Bentleji (Richardi) concio quædam *de ratione & revelatione Messiæ* valde laudatur in Miscellaneis Leibnitianis, à Fellero editis p. 112.

Bethison

Bethison (Joh.) *Judæorum excitabulum matutinum*, quo fiunt certiores, ortam esse auroram præsignis diei Domini, præstitutum ipsis tempus repetendæ in sæcula patriæ Canaan, & convertendæ Gentis universæ ad Christum, jamjam suo pacis & gloriæ regno potiturum, ut novos cœlos novamque terram creet, perpetuum justitiæ domicilium. Magni gaudii prænuntia & novissimæ diei mysteria propalans Parænesis. Gallicus authoris anagrammatismus loco Nominis esto: *Habite en Sion.* Ebroduni 1663. 8. Anagramma illud repræsentat nomen auctoris *Jean Bethison*, quod a *Gerh. Mastrichtio* edoctus tradit B. *Jo. Fabricius* in Bibliothecæ suæ Part. VI. pag. 438. ubi plura de hoc libro leges. Est vir eruditus, qui, ad eundem Fabricium provocans, auctorem appellat *Andream Rall.* Ad eum vero non hic liber, sed alius, *Halcyonia Ecclesiarum Evangelicarum* inscriptus, & ibidem pag. 436. proxime ante nostrum hunc enarratus spectat.

Bogdani (Pet.) *Infallibile verità della Cattolica fede*, lingvis Italica & Epirotica, sibi invicem oppositis, scripta, in calce exhibet *Cuneum Prophetarum de Christo Salvatore mundi*, i. e. vaticinia V. T. varia, inter quæ vaticinium Danielis de LXX. hebdomadibus solum octo linguis Lat. Gr. Armen. Syriac. Hebr. Arab. Italic. & Epirotica legitur. Vidi librum rarissimum, *Venet.* 1691. fol. editum, apud eruditissimum mihique amicissimum *M. V. la Croze*, Berolini, imo literarum decus. Idem liber *Patavii* 1715. 2 tomis & uno Vol. recusus nunciatur in *Catal. Biblioth. exquisitissimæ* Hag. Comitum 1732. sub hasta per Adrian. Mœtjens venditæ, pag. 5. num. 89.

Bondenus (Vincent.) in Colluctationibus, Venet. 1665. & 1685. fol. teste Alphonso Lasor à Varea in Universo terrarum orbe Tom. II. pag. 54.

Brenii (Danielis) Amica disputatio contra Judæos, continens examen scripti cujusdam Judaici e Lusitanico in Latinum versi, & responsionem ad quæstiones, inibi Christianis propositas. Prodiit primum seorsim 1644. 4. pagg. 152. sine mentione loci, hinc *Belgice* Roterodami 1664. 4. tum denique cum commentario ejusdem *Brenii* in Scripturam Sacram, Amstelod. 1664. fol. p. 65—96. Contra idem hoc scriptum *Coccejus* disputavit, de quo mox dicemus, idemque omnia plenius & accuratius *Brenio* est persecutus.

Brougthoni (Hugonis) *Familia Domini nostri, & alia capita contra R. DAVID FARAR, Judæorum Magistrum, aperta*, anglice exstat in Operibus ejus

ejus, Lond. 1662. fol. editis, Tom. II. p. 342. sqq. Hinc pag. 367—375. summa capita disputationis cum Rabbino Amstelodamensi *David Farar* ibidem publice habitæ. Eadem brevius repetuntur ibidem p. 617-620. Hinc sequitur pag. 621—625. summa disputationis cum Hanoviensibus Judæis institutæ. Porro responsiones ad exceptiones R. *Isaac f. Arama* de descensu Christi ad inferos. Denique compendium disceptationis cum *Elia*, Magistro Judæorum, *Basileæ* habitæ, p. 629—649. De aliis ejus scriptis Anti-Judaicis dictum est Vol. III. sub nomine ejus, & plura in Supplementis ad illud in calce hujus Voluminis dicentur.

Bruti (Pet.) Nobilis Veneti & Catharensis Episcopi Victoria contra Judæos, opus Anti-Judaicum, Vicent. 1488. fol. teste Catalogo Bibliothecæ Hulsianæ Tomo I. pag. 27. num. 507. & *Biblioth. exquisitissima*, Hagæ 1732. per Adrian. Mœtjens sub hasta vendita pag. 12. n. 242. Laudat hunc librum, eoque se usum esse fatetur *Adrian. Finus* in prooemio ad suum in *Judæos flagellum*, Lege locum Vol. II. p. 1130. Adde Vener. *Valent. Ernesti Læscheri* Stromateum pag. 248. ubi titulus effertur: *Victoria pro Christianis*, annus autem 1489. memoratur, qui illi etiam tribuitur ab Alphonso Lasor à Varea in Vniverso terrarum Orbe Tom. II. p. 54.

Bucconii (Victoriani) liber adversus Judæos memoratur ab Alphonso Lasor à Varea in Vniverso Terrarum Orbe Tom. II. p. 56.

Busti (Bernardini) Consilium contra Judæos. Idem à *Varea* l. c. p. 57. ita hæc ei tribuit: de Judæorum Sectæ reprobatione Sermo XIV. & Consilium contra Judæos exstant in ejus Quad. Feria VI. post Domin. I.

Calmeti (Augustini) Benedictini, Dissertatio de characteribus Messiæ secundum Judæos, in limine commentarii in Jeremiam, quæ inter Prolegomena & Dissertatt. ejus Biblicas exstat Tom. I. pag. 557. sqq. versionis Latinæ. Omitto alias ejusdem similes, quæ non minus huc pertinent.

Calvini (Joan.) Responsa ad XXIII. objectiones Judæi cujusdam *Latine* in epistolis ejus, ep. 358. & *Germanice* in calce Synagogæ Judaic. Buxtorfii Patris, *Basil.* 1603. 8. editionis Germanicæ, & *Latine* in edit. Latina ejusdem Synagogae, à Buxtorfio filio curatae, cujus & responsa XIV. ad priora illa XXIII. accedunt.

Calværii (Casparis) Gloria Christi, lingva Judæo-Germanica, & Germanica pura descripta, Lipſ. 1710. 4. Laudat operam hanc Cl. *Callenbergius* in Continuat. III. Narrationis suæ de Judæis convertendis p. 11. præ-

præfationis & ejus compendium, lingva Judæo vernacula, illa, qva auctor usus est, convenientiore, editurum se pollicetur.

Campanella (Thom.) Examen religionis Judaicæ in Atheismo Triumphato P. I. cap. 11.

Carboni (Francisci) Civis Veneti, *Piaghe dell' Hebraismo*, Venet. 1674. 8. qui jam in manibus versatur, duobus constat libris, quorum I. pp. 343. II. pp. 93. absolvitur. In præfatione auctor profitetur, se hunc librum Italice ideo scripsisse, ut in plurium cederet utilitatem, & nonnulla eorum, qvæ in *Flagello* suo *Judæorum*, *Latine* exarato, de qvo Vol. II. p. 1019 diximus, cum auxisse, tum illustrasse. Interim *Italica* hæc commentatio a *Latina* illa prorsus est distincta, qvod constabit illi, qvi posterioris illius argumenta, ab *Imbonato* recitata, cum capitibus *Italicæ* comparaverit. Hujus scilicet liber I. in XV. capita distinctus, in proœmio de Creatione, Redemtione & Libero Arbitrio, cap. I. de rebus, in qvibus Christianis cum Judæis convenit: cap. II. de Messia, vero Dei, & Virginis filio: cap. III. de ejusdem ex Virgine nativitate. cap. IV. de vaticinio tempore Abrahami facto, fore, ut Reges Orientis ad adorandum Messiam, eundemqve auro, thure & myrrha donandum accederent, &c. cap. XV. deniqve de infelicissimo Judæorum statu, causisqve & exilii & pervicaciæ eorum exponit. Liber II. totus Talmudi opponitur, & cap. I. speciatim ostenditur, in eo contineri, qvæ charitati, humanitati & Legi naturali adversentur: cap. II. qvæ pugnent cum cultu Dei ejusqve perfectione: cap. III. qvæ repugnent Legi Mosaicæ & Prophetis: cap. IV. qvæ vana sint, ridicula & impiissima: cap. V. qvæ in Fidem Catholicam & Jesum Christum sint injuria. Caput VI. deniqve recitat damna & incommoda, qvibus obnoxium se faciat Christianus homo, cui cum Judæo commercium intercedat. Subjungitur his Admonitio ad Judæos fraterna, qva inprimis commonstratur, cur ad Christum convertere se debeant, sine facta facultatum paternarum jactura.

Carpzovii (Jo. Bened.) dissertationes variæ junctim editæ ex parte huc spectant, qvas diligenter recenset doctissimus *Fabricius* noster in Delectu argumentorum pro veritate religionis Christianæ p. 618 sq.

Caron (Raymundi) Hiberni, Franciscani, Controversiæ generales fidei contra infideles omnes Judæos, Mahometanos, Paganos & cujuscunqve sectæ hæreticos, Paris. 1681. 8. Parte V. p. 475-491. Judæos oppugnant.

Castrii (Leonis) Apologeticus, qvo Rabbinos, & eos, qvi se Rabbinis addicunt, perstringit, Salmantic. 1570. & 1586.

Catharini (Ambrosii) liber de pueris Judæorum recipiendis, ad baptismum sponte venientibus, memorat *Jo. Molanus* in Catalogo scriptorum contra Judæos.

Cellarii (Christoph.) varia *Fabricius* appendit l. c. p. 604.

Christiani (Pauli) Disputatio cum Judæis, de qva Vol. I. & III. n. 1814.

Ciantes (Josephi Mariæ) Nobilis Romani, primum Ecclesiastæ & doctoris Judæorum Romani, hinc Episcopi Marsicensis, deniqve, Episcopatu hoc sponte misso, ad eandem operam, Judæis cum fructu instituendis navandam, reversi scripta, huc pertinentia, diligenter enumerant *Jac. Qvetif* & *Jac. Echard* in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum Tom. II. p. 634 sqq. Lege præterea *Vghelli* Italiam Sacram Tom. VII. p. 522. edit. recentissimæ, *Fontanam* in Theatro p. 227. & *Fabricium* l. c. p. 603.

Cliverii (Bernh.) Vide infra *Oliverium*.

Cocceji (Joan.) Consideratio Responsionis Judaicæ ad XXIII. Qvæstiones, & Qvæstionum repositarum. Vide hic supra *Dan. Brenium*.

Compagnus (Gregor.) idem est cum *Gregorio Boncompagno*, de qvo supra.

Contardi (Jnghetti) Mercatoris Januensis, Disputationem cum Judæis & reliqva ejus commemorat *Vbertus Folieta* in Elogiis Clarorum Ligurum, qvæ in Thesauro Italiæ & Siciliæ recusa exstant Tom. I. f. 869.

Danzii (Jo. Andr.) Professoris qvondam Jenensis, disputationes plures huc spectantes laudat *Zeumerus* in Vitis Theologorum Jenensium p. 283. sq. Easdem disputationes, observationibus τοῦ μακαρίτου manu exaratis auctas, junctim recudi faciet Cl. *Tympe*, Facultatis Philos. Jenensis Adjunctus, apud qvem eas videre me memini. Vidi etiam *Herm. Hardtii* ad *Danzium* epistolam αὐτόγραφον, in qva verba: *ne metuas rogos*, ab ipso Danzio in *Sinceritate S. Scripturæ* ita allata, sic inveni expressa: *ne metuas rugas*; qvæ phrasis alteri illi omnino est præferenda.

Donati (Francisci) Poma aurea Opusculo III. varia documenta doctrinæ & pietatis Christianæ exhibent. Vide Vol. III. p. 952.

Edzardi (Esdræ) scripta & merita amplius perseqvitur doctissimus *Fabricius* noster in Delectu argumentorum p. 598.

Eisenmengeri (Jo. Andreæ) Prof. LL. Oriental. Heidelbergensis, Entdecktes Judenthum, *Regiomonti* vel potius *Berolini* 1711. 2. voll. 4. recusum est.

est, de qvo lege, si placet, Bibliothecam Reimmannianam Tom. I. p. 901. Afferam hic, qvæ B. *Christianus Theophilus Vngerus* in literis ad *Schudtium* τὸν μακαρίτην an. 1715. 17. April. in hanc sententiam scripsit: *Eisenmengerus apud Judæos Francofurtenses apostasiam à sanctissimæ religionis Christianæ institutis aliqvando simulasse vir qvidam doctus è Palatinatu, qvi familiariter ipsum norat, nuper amicis meis adfirmavit.* Qvicqvid hujus erit, id certum est, Judæos, ex qvo opus Eisenmengerianum in lucem prodiit, admodum sibi cavere à suorum scriptis cum Christianis hominibus communicandis.

Emilii (Pauli) Romani, Wiederlegung und Ableinung etlicher fürnehmster Articul und Ursachen, darum die Jüden ihren rechten Messiam, JEsum Christum, nicht annehmen. Ingolstadii 1548. 4. Vidi librum apud *Godofredum Thomasium*, Noribergæ imo Germaniæ literatæ decus.

Engereri (Jo. Helvici) Archidiaconi Schwobacensis, Ansprache an die sämtliche Judenschaft, ubi ad objectiones Judæorum respondetur, & idonea argumenta iisdem obvertuntur, Schwobaci 1732. 4. plagulis 6 in 8. Ejusdem *Confessio fidei* ab adolescente Judæo, Christi sacris initiando, an. 1729 edita & german. in lucem secundum producta, Schwobaci 1729 8. plagula una.

Episcopii (Simonis) Conciones duæ de causis incredulitatis Judæorum Tom. I. Opp. p. 431. sqq. item Institutiones Theologiæ lib. I. & lib. III. Sect. 4.

de Fabri (Carlo) da Mandolfo, J. V. Doctoris, *Scudo de Christo, overo di David*, in tre libri distinto, in Bracciano, 1621. 4. Possidet laudatus modo *Godofredus Thomasius*.

Fayol (Casparis) non *Fagol* Sec. XV. exeunte librum MS. contra Judæos & Muhamedanos ex Altamura laudat *Jac. Qvetif* in Bibliotheca scriptorum Ordinis Prædicator. Tom. I. p. 875.

Ferrini (Lucæ) Ord. Servorum, qvi claruit 1583. Clypeus Christianorum adversus Judæos recentiores laudatur ab Alphonso Lasor à Varea in Vniverso terrarum orbe T. II. p. 57. Idem l. c. testatur.

Ferrini (Vincentium) in *Lima universale di tutti i vitii*, contra Judæos disserere p. 189 sqq.

Fineti (Aloysii) Apologia della Fede contro l' ostinatione Hebraica. Venet. 1627. 4.

de la Fons (Petri) qvem supra *de Fonte* appellavi, Epitre aux Juifs, qve

qve Jesus est le Christ, Prince & Pasteur eternel de l' Eglise de Dieu, & qve bientôt il doit venir destruire ses adversaius: Charenton 1648. 8.

Frischmuthi (Jo.) Professoris Jenensis, plures dissertationes, huc pertinentes, recitat Celeb. *J. A. Fabricius* in Delectu argumentorum p. 612.

Gagvini (Roberti) librum de passione S. Richardi huc refert *Jo. Molanus* in Catalogo Scriptorum contra Judæos, nescio, qvam recte.

de S. Georgio (P. Adolphi) Tract. Hebraicus contra Judæos, Vindobon. 1708. qvi deinde ab ipso Auctore Latine conversus an. 1709. prodiit sub titulo: *Testis & Doctor.* Vide *Giornale de' Letterati di Venetia*, Tom. XXXV. p. 312.

Gerasimi Cretensis, Patriarchæ Alexandrini, commentatio contra Judæos inedita memoratur à *Demetrio Procopio* in Bibliotheca Græca Celeb. *Fabricii* Tomo XI. p. 773.

Gesselii (Timanni) Historia rerum memorabilium p. 35 sqq. demonstrationem adventus Messiæ sistit.

Gizida, (Innocent.) Archimandritæ, *Messiasz prawdziwy Jesus Christus* syn bozy od pœzatha swiata prezez wsfystkie wicki lud Ziom od Boga objecany y od Judziew oczekiwany &c. Kiow 1672. 4. foliis 321. cum privilegio Alexii Michalowitz, Czarii Moscovitarum. Continentur illo libro dialogi inter Judæum & Christianum, qvibus Christianus argumenta Judaica pro virili infringit. Didici hoc ex B. *Vngeri* literis ad doctissimum *M. V. La Croze* 1716. 1 Dec. datis.

Glæseneri (Justi Martini) Specimen Anti-Judaicum de genuino Judæorum Messia in Biblioth. Bremensi Class. VIII. Fascic. V. p. 810 sqq. ubi inprimis in origines commenti de duplici Messia inqviritur. Adde animadversiones *Theodori Hasæi* illi oppositas p. 842 sqq.

Hackspanii (Theodorici) Professoris Altorfini, alia hujus argumenti præter illa, qvæ suo loco laudavi, habes apud Rev. *G. G. Zeltnerum* in Vitis Theologorum Altorfinorum p. 323 sq.

Hasæi (Theodor.) *διάσκεψις* qva fundamentum traditionis Judaicæ de Messia, Josephi filio, investigatur, in Bibl. Bremensi Class. VIII. p. 842 sqq.

Havemanni (Mich.) Wegeleuchte *Belgice* Amstelod. 1654. 12. etiam prodiit, de qvo libro leges Bibliothecam Reimmannianam Tom. I. p. 911.

Hausen (Christiani Augusti) V. D. Ministri Dresdensis, Religions-Prüfung

Prüfung Dresdæ 1729. 4. ed. lib. V. toto de Judaiſmo agit, deqve Judæorum erroribus, modo convincendi, toleratione, converſione, hujusqve mediis diſſerit.

Hosmanni (Sigismundi) ſchwer zu bekehrendes Juden-Hertz tertia vice cum acceſſionibus, ſi titulo fides eſt, Cellis & Lipſ. 1725. 4 prodiit.

Hottingeri (Jo. Jacobi) Profeſſoris Tigurini, Pentas Diſſertationum Biblico Chronologicarum &c. Vltrajecti 1723. 8. Vide Nova Literaria Lipſienſia an. 1723. Sept. p. 740 ſq. & Sammlung von Alten und Neuen Theologiſchen Sachen an. 1723. p. 1045.

Langii (Joachimi) Theologi Halenſis, Cauſa Dei & religionis adverſus Judæos, nec non Evangelicæ adverſus Pontificios & Socinianos, Halæ 1727. 8.

Laureti (Chriſtophori) Agendicenſis, & ibidem Conſiliarii Regii, qvem alicubi *Laurentium* minus recte appellari memini, *Hazoar*, ſive illuſtratio Prophetarum de plenitudine temporis Meſſiæ, Pariſ. 1610. 8. pp. 213. Auctor, Cabbaliſtico *Notarikon* adhibito, argumentum hoc ita obſcure perſeqvitur, ut vix intelligas, qvid ſibi velit. Accipe exemplum ex libri p. 17 ſqq. Ibi recitatis Moſis verbis אלה תולדות השמים והארץ בהבראם ita pergit: *Deprehendi myſterium in dictione* בהבראם *ſeparando per viam tertiam intelligentiarum, vel ædificando duas partes* בְ ה & בְּרָאם *quia ſenſus poteſt eſſe in* ה he, *creatio eorum, idqve per viam primam & ſecundam intelligentiarum. Et ideo, qvando duorum ſeculorum mentio fit in ſecretiori Theologia, litera* ה he *ſeculum præſens,* Jod *vero ſeculum futurum notat. Et pater* Abraham *in libro formationis docuit,* ב Beth *eſſe literam Solis,* ה He *literam ſigni arietis. Unde hæc elicio verba ex hac dictione: Sol aries creator eorum, & ex iſtis dictionibus hanc ordino orationem: Qvando creavit Deus cælum & terram, poſuit Solem in ariete.* &c. Ex ungve hoc leonem judicabis.

Lenfant (Jac.) Vide infra *Martianæum.*

Leonis (Jo.) Relatio motivorum, qvibus ben *Joſeph* Judaicam abjuraverit perfidiam. Piſis 1700. 8. Vide Bibliothec. Duboiſianam Parte III. p. 12.

Leydeckeri (Melchioris) Theologi Vltrajectini, commentationes hujus generis enarrat *Fabricius* l. c. p. 619.

Lopez (Joan.) Dominicani, an. 1464 opus eruditum contra ſuperſtitiones Judæorum i. e. Sermones Anti-Judaicos MSS. in Biblioth. Cathe-

drali Salmanticensi laudat *Jac. Qvetif* in Scriptoribus Ord. Prædicatorum Tom. I. p. 826.

Lucaris (Cyrillus) Confer supra Sect. I. sub *Cyrillo*.

Lucii (Emonis) Dissertatio de Schilo, Judæ illustri germine. Trajecti 1722. 8.

Ludolph (Henr. Wilhelm.) Secretarius qvondam *Georgii*, Annæ, Reginæ M. Britanniæ, Conjugis, una plagula, Amstelod. 1697. fol. edita, doctrinam Christianam de SS. Trinitate, in Judæorum, ut videtur, gratiam exposuit. Vide Cl. *Callenbergii* Continuationem secundam narrationis de conatibus Judæos convertendi, p. 5 sq.

Lutheri (Mart.) Scripta hujus generis amplius percensent B. *Henr. Georg. Gœtzius* in commentatione de Pietate Selnecceri B. Luthero declarata p. 13. & doctissimus *Fabricius* noster in Delectu argumentorum pro veritate religionis Christianæ p. 578. & 581. item in Centifolio Lutherano p. 224. ubi de epistolis ejus ad Judæum & Ex-Judæum scriptis sicut p. 741. de aliis ejusdem commentationibus Anti Judaicis exponit. Adde, qvæ de *Selneccero* dixi Vol. II. p. 1042. Memini Rev. *Jo. Helvicum Engererum*, V. D. Ministrum Schwobacensem, per literas mihi testari, parare se editionem hujusmodi scriptorum Lutheri.

Maji (Jo. Henr.) Theologi Giessensis, commentationes hujus generis recitat doctissimus *Fabricius* l. c. p. 618. Hic tantum moneo, Dom *Augustin. Calmetum* in supplemento Bibliothecæ Sacræ in calce Tomi IV. Dictionarii Biblici p. 192. Synopsin Theologiæ Judaicæ falso J. H. *Majo* filio, tribuere, qvam in Bibliotheca ipsa recte adscripserat Patri.

F. Evangelistæ Marcellini Sermones XV. Italici, ad Hebræos Romanos habiti, prodierunt Florentiæ 1583. 8. teste Bibliotheca Hulsiana Tom. III. p. 83. n. 1500.

Marraccium (Ludovicum) Opusculum aliqvod contra Judæos scribere *Jo. Pastritius* in literis ad *Gabr. Groddeckium* Roma 1698. datis, qvæ hodie sunt apud Celeb. *Mascovium*, Senatorem & JCtum Lipsiensem, testatur, qvod nescio an unqvam perfectum fuerit, vel lucem viderit.

Mattos (Vincent. da Costa) qvem Vol. II. p. 1034. *Matos* mendose vocavi. Habeo nunc in manibus scriptum ejus Lusitanicum supra l. c. recitatum, cujus hæc est inscriptio. Honras Christaas nas afrontas de Jesu Christo, e segunda parte do primeiro discurso contro a heretica perfidia do Judaismo, continuada nos presentes Apostatas de nossa S. Fe, com

com a conveniencia da expulsaon dos sobreditos hereges em ordem, a o servigo de Deos, nosso Senhor, e à proveito particular deste Regno: em Lisboa 1625. 4. Hinc conficio, Auctorem hoc scriptum, tanqvam alteram prioris, qvod *Breve discurso* inscripsit, an. 1622. 4. editum, partem primum seorsim Vlyssipone 1625. edidisse, utrumqve vero junctim ibid. an. 1634. lucem adspexisse.

Medem (Anna von) Geistlicher Jüdischer Wunder-Balsam. De hoc libello ita B. *Jo. Christoph. Wagenseilius* in Supplementis ad Buxtorfii Bibliothecam Rabbinicum MSS. ita: *Anna von Medem nobis anno* 1646. *librum dedit, inscriptum:* Geistlicher Jüdischer Wunder-Balsam, *in qva supernas quasdam revelationes jactat, nobisque, etsi sub verborum qvibusdam involucris, persvadere nititur, sese anum, parituram puerum, qvi evasurus sit vir divinus, & qvi Judæos omnes ad religionem Christianam sit perducturus. Morabatur ante hos paucos annos in Borussia Electorali, ejusqve filiam, qvæ Medicinæ Doctori (cui nomen Polemann) nupsit, vidi Londini in Anglia.*

Medici (Pauli) Promtuarium Biblicorum textuum ad Catholicam fidem confirmandam & Judæorum infirmandam perfidiam. Florentiæ 1707. 8. Vide Catalogum Bibliothec. Duboisianæ Parte III. p. 9.

Medices (Sixtus) Venetus, 1551. natus, Dominicanus, cujus libros tres *de Fœnore Judæorum* inter cetera ejus scripta appellat *Jac. Qvetif* in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum. Tomo II. p. 179.

Medici (Vitalis) Vide infra *Vitalis*.

Meyerus (Joan.) cui, *Vertoog, dat Jesus de waare Messias is,* Amstelod. 1695. 8. Vol. II. p. 1035. tribui, non erat ibidem distingvendus a *Jo. Meyero*, Theologo qvondam Harderoviceno, cujus dissertationem Theologicam de mysterio SS. Trinitatis, Harderovici 1712. 4. editam eodem loco laudavi. Miror tamen, in Indice scriptorum *Meyeri*, qvi exstat in Museo Bremensi Vol. I. Part. II. p. 307 sqq. illius libri Belgici mentionem non fieri. Nec magis capio, qvæ ibidem traduntur de dissertatione illa de mysterio SS. Trinitatis, qvod scilicet eam *Belgice* loqventem fecerit *Jo. Heeserus* & ediderit sub titulo: *Twee pylaaren der Waarheyt*, Amstelod. 1695. 8. & deinde, sub alia inscriptione. *De waarheyt der Christelycke Gereformeerde Godsdienst bewezen uyt het Oude en Nieuwe Testament tegens de Joden, Socinianen en anderen* ibidem 1714. 8. expositam, in qva oraculum Jacobi *Genes.* XLIX. 10. contra Judæos de Messia explicetur, qvemadmodum libro II. contra eosdem doctrina de SS. Trinitate adseratur. Meyeri enim dissertatio de mysterio Trinitatis an. 1712. lucem vidit, atqve adeo an. 1695. belgice converti non potuit.

Micrælii (Joan.) Judas, ſive Ethnophronii (Stetini 1647. 4. editi) continuatio contra Judaicas cœleſtis veritatis depravationes, libris V. Stetini 1651. & 1674. 4.

Mornæi (Philip.) Vide *Fabricium* in Delectu argumentorum p. 584.

Mulleri (Joan.) Judaiſmus detectus, de qvo præclara variorum judicia leges in *Thomæ Crenii* Exercitat. V. de libris Scriptorum optimis p. 8. ſq.

Mulleri (Joan.) V. D. Miniſtri Gothani, jam defuncti, unvergreiflicher Entwurf, wie mit den Juden freundlich umzugehen, und von wahrer Hertzens Bekehrung zu reden seyn möchte in einem Gespräch vorgestellet, Leipz. 1720. 4. pp. 36. In titulo hæc editio ſecunda eaqve auctior vocatur, reſpectu ſcilicet habito ad editionem Gieſſenſem anni 1716. Video, Virum qvendam doctiſſimum hanc commentationem tribuere B. *Jo. Mullero*, Paſtori qvondam Hamburgenſi, cujus Judaiſmum detectum modo laudavimus. At ipſe dialogi hujus titulus auctorem V. D. Miniſtrum Gothanum appellat. Eundem hunc *Mullerum* ſcripti duplicis Judæo-Germanici Anti-Judæi, ἀνωνύμως ſub tit. אור לעת ערב editi, auctorem eſſe ſupra Sect. III. inter Anonymos oſtendi ubi plura leges.

Nevi (Alexandri) vel de *Neto* Conſilium contra fœnerantes Judæos memorat *Jo. Molanus* in Catalogo Scriptorum contra Judæos. Prodiit illud *Norimbergæ* 1479. teſte Jo. Sauberto in Hiſtoria Biblioth. Norimberg. p. 136. Aliam editionem circa an. 1485. 4. memorat *Bibliotheca Anonymiana* Part. II. p. 5. n. 69. In *Bibliotheca Exqviſitiſſima* Hagæ 1732. vendita p. 162. n. 592. auctor mendoſe, ut puto, vocatur *Alex. de Nero*. Editio appellatur *vetus & rara*; annus non additur.

Nigri (Pet.) *Stella Meſſiæ*, liber Germanice ſcriptus, infra inter Scriptores Anti-Judaicos rariores fuſius a me enarrabitur.

Oliverii (Bernhard.) Auguſtiniani, liber contra perfidiam Judæorum. Eum ſupra, *Hoornbeckium* propere ſecutus, *Cliverium* dixi.

Oweni (Jo.) qvæ ex commentario ampliſſimo in epiſtolam ad Hebræos huc pertinent, a *Fabricio* l. c. p. 604. diligenter recitantur.

Palontrotti (Melchioris) *Diſputa* del Chriſtiano con l' Hebreo, item, *Sferza* contro l' oſtinatione de gl' Hebrei laudat *Jo. Cinelli* in Bibliotheca Volante Seanzia IX. p. 84 & 85.

Pariſii (Sigismundi) Mantuani, Ordinis Minorum, *dell' iniquita & malitia degli Hebrei*, Mantuæ 1620.

Pennis

Pennis (Petrum de) supra Sect. I. ubi de Scriptoribus Anti-Judaicis antiquioribus actum est, suo loco laudavi.

Persico (Joh. de) Augustinianus, contra Judæos Cremonæ MS. apud Augustinianos, teste Alphonso Lasor à Varea in Universo terrarum Orbe Tom. II. p. 63.

Petavius (Dionys.) ex S. J. in Dogmatibus Theologicis libro XVI. de Incarnatione Verbi contra Judæos disputat.

Petrobelli (Oratio) *Specchio di verita*, comprobato con la Sacra Scrittura, con l' autorità degli Rabbini, & con ragione efficacissime di Oratio Petrobelli, nel quale chiaramente si vede 1) che gli Hebrei hanno perso la vera intelligenza della S. Scrittura 2) che Dio è trino in persone, & uno in essenza. 3) che 'l Messia è Dio & huomo insieme. 4) Ch' egli venir voleva per patire e morire in redimer l' humana natura. 5) ch' egli è venuto. 6) che quello è stato e il Sig. nostro Giesu Christo. 7) che la legge vecchia quanto alli precetti cerimoniali & giudiciali è in tutto cessato. 8) Et che la legge di Giesù Christo è la legge nuova, che dal Messia instituita esser doveva. In Venetia M.DC.XXVI. appresso Ghirardo & Iseppo Imberti. 4. pp. 331.

Cave existimes, librum hunc diversum esse ab ejusdem *Ebreo convinto*, cioè breve raccolto d' efficacissime raggioni, fondate nella Sacra Scrittura & autorità de' Rabbini, con le quali si prova il poca intendimento, che hanno gl' Ebrei della Scrittura. L' unita dell' essenza con la Trinità delle persone. La Divinità, Humanità, Morte, e Venuta del Messia, il qual è Christo adorato da Christiani. Il cessamento de precetti cerimoniali & giudiciali dell' antica Legge. Et che l' Evangelo, è la nova Legge del Messia, già promessa. Di Oratio Petrobelli. In Venetia 1642. 4. per li Turrini. Idem omnino uterque liber est, eadem editio, adeo, ut & paginarum numerus, idem etiam index erratorum ac rerum observetur. Id tantum adest discriminis, quod alius sit prioris titulus, alia item Dedicatio, quæ anno 1626. 28. Januar. data nomen præfert Serenissimi Principis Jo. Cornari, Ducis Veneti. Nam posterior (*l' Hebreo convinto*) a Jo. Maria Turino inscribitur Hieronymo Rossi.

Denique monendus es, eundem librum *l' Hebreo convinto* sub eodem, quem attuli, titulo, recusum esse *Romæ* apud Francisc Cavalli 1648. 12. pp. 318. & inscriptum Josepho Avilæ, concionatori Judæorum Romano.

Pichii (Petri) Vmbri, patria Trebiatis, Ord. Prædicatorum, & concionatoris Judæorum, Romæ, circa annum 1637. in patria, in quam reversus erat, defuncti, quatuor sequentes Tractatus Anti-Judaicos commemorat *Jac. Quetif* in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum Tom. II. pag. 496. 1) de partu Virginis Deiparæ adversus Judæos libros tres, Romæ, Steph. Paulini 1621. 8. pp. 261. 2) Epistola à gli Hebrei d'Italia, nella quale si dimostra la vanita della loro penitenza & aspettatione del Messia, Romæ, Guil. Faciotti, 1622. 4. 3) Trattato della passione del Messia contro gli Ebrei, Romæ 1618. 4. 4) Stolte dottrine de gli Ebrei con la loro confutazione, ibid. 1625. & iterum ibidem 1640. 8. Idem *Quetifius* videri de nostro vult *Fontanam* in Theatro, & *Jacobillum* in Bibl. Vmbr.

Pistorii (Materni) Narratio de Conrado puero, à Judæis interfecto, citatur à Jo. Molano in Catalogo Scriptorum contra Judæos.

Placæi (Josuæ) Disputationes XXXVII. &c. recensentur a doctissimo Fabricio in Delectu argumentorum &c. pag. 595. Frustra illæ in Tomo I. Operum ejus Franeqv. 1699. 4. sine subsecutis duobus ceteris edito, quæruntur.

Porter (Franc.) de erroribus Talmud, in suo Systemate Decretorum Dogmaticorum Sec. XIII. cap. 3. ubi etiam exstat cohortatio ad Regem Gall. de Talmude cremando, teste Alph. Lasor à Varea in Vniverso terrarum orbe T. II. p. 63.

Regii (Vrbani) Dialogus von der Predigt, die Christus seinen Jüngern auf dem Wege gen Emaus gehalten, ab auctore primum Germanice scriptus & editus, hinc vero à Jo. Fredero Latina civitate donatus & *Francof.* 1542. anno Regii emortuali in folii forma sub titulo: *Prophetiæ V. T. de Christo*, publicatus, atque hinc Operibus ejusdem insertus. Rev. Reimannus in Biblioth. Reimmanniana Tom. I. p. 448. recte appellat *Opus Vrbanum & Regium, ex omnibus scriptis auctoris spississimum & ultimum, & si B.* Lutherum, Jo. Frederum, *&* Luc. Bacmeisterum, *hunc in Oratione de Luca Lossio 1581. Rostochii habita, illum & istum in præfationibus Edit. Latinæ præmissis, audias, ex omnibus etiam Vrbani scriptis optimum & absolutissimum.* De epistola ejusdem ad Synagogam Judæorum & dialogo illo lege etiam B. *Rehtmeieri* Braunschweigische Kirchen-Historie Parte III. p. 93.

Reinhardi (Mich. Henrici) Concionatoris quondam aulici Leucopetræi, nunc μακαρίτυ, dialogus cum Rabbino quodam Sondershusano,

ſano, poſt baptiſato, habitus exſtat in der Sammlung von Theologiſchen Sachen an. 1723. p. 629. ſq.

Reinhardi (Laurent.) Conrectoris Vinarienſis, Ueberzeugender Beweiß daß JEſus von Nazareth der wahre Meſſias ſey. Altorf. 1731. 8.

Relationes Innoxiæ de rebus Theologicis antiquis & novis paſſim obſervationes huc pertinentes exhibent v. c. an. 1720. pag. 730. ſq. ubi argumentum à Tekuphis deſumtum contra eos urgetur item an. 1714. p. 1064. tum an. 1723. p. 629. ſq.

Renoult (J. B.) Incredulité Judaique confondue, Lond. 1701. 12.

Reuchlini (Joan.) nonnulla huc ſpectant, indicata à *Fabricio* l. c. pag. 577. Adde, quæ infra ad pag. 1100. de cauſis exilii Judæorum diuturni ſcribentur.

Rombout (Rumolth) *Schriftuurlyke Verklaaring* &c. ſupra laudata prodiit Lugd. Bat. 1692. 4. qui & ibid. 1689. 4. ediderat *Verklaring en betrachting over Chriſti wonderwerken.*

Roſellus (Hannibal in Pœmandrum Hermetis Triſmegiſti lib. IV. commentar. IX.

Roſenroht (Chriſtiani Knorr, Baronis de) commentationes nonnullas refert *Fabricius* l. c. p. 615.

Roſſelus (Pet.) de puero Judæo, quem pater in fornacem, igne ardentem, ob ſumtam Euchariſtiam conjecit, & de converſione Judæi per S. Antonium Paduanum, cum eqvus hoſtiam adoraret, indice *Jo. Molano* in Catalogo Scriptorum contra Judæos.

le Roy (Daniel) V. D. Miniſtri Roterodam. Joodſche Oudheeden, ten opzichte van hunne Mondwet, en Talmud, als eerſte Grondbeginſelen van hunne Gelove en Godsdienſt uit de eige Schriften hunne vermaardſte Rabbinen betoogt, en door verſcheide aanmerkingen van beroemde Joodſche Oudheidkenners nader geheldert. Roterodami 1720. 8. plag. 37.

Sadoletus (Jacob) in Judæorum avaritiam & fraudes pro Chriſtianis Carpentoractenſibus, laudatur à *Jo. Molano* in Catalogo Scriptorum contra Judæos.

Saxonia (Theobaldus de) vide ſupra in Indice II. voc. *Theobaldus.*

Schickardi (Wilhelmi) Triumphator vapulans, ſive refutatio blaſphemi & maledicentiſſimi cujusdam libri Hebraici, Sectio I. Tubing

bing. 1623. 4. Pertinet procul dubio ad confutationem *Nizzachon* Lipmanni, vel aliud ſimile.

Schœtgenii (Chriſtiani) Rectoris apud Dresdenſes Scholæ Crucianæ meritiſſimi Jüdiſches Zeugniß von der Warheit des allbereit gekommenen Meſſiæ, Stargard. 1726. 4. Exhibetur ibi cap. XI. Codicis *Sanhedrin*, *Cheleck* appellari ſolitum, quod ipſum notis illuſtratur.

Serry (Jac. Hyacinthi) Executiones Hiſtorico-Criticæ Polemicæ de Chriſto, ejusque Virgine Matre, quibus Judæorum errores de promiſſo ſibi liberatore nova methodo refelluntur, Chriſtianæ religionis myſteria ad certam hiſtoriæ fidem exiguntur, explicantur, defenduntur. *Venet.* 1719. 4. pagg. 472. & *Mediolani* 1719. 4. Vide Giornale de' Letterati di Venetia, Tom. XXXIII. Parte II. p. 413. ſqq.

Sibersma (Heronis) V. D. Miniſtri Amſtelodam. *Merkteekens van de Meſſias*, verhandelt in een Samenſpraeck tuſſchen 2 Rabbinen, Nicodemus en Gamaliel. Amſterd. 1724. 8.

Simancas (Jac.) Hiſpanus, contra Judæorum perfidiam citatur à *Jo. Molano* in Catalogo Scriptorum contra Judæos.

Spanhemii (Friderici) Filii, eſt oratio de cauſis incredulitatis Judæorum, & de mediis converſionis, quæ etiam in Elencho ejus controverſiarum recuſa exſtat.

Stabili (Antoninus) in S. Angeli Caſtro ad Fazanellam in regno Neapolitano ortus, atque hinc à patria *Antoninus de S. Angelo* appellatus, Ordinis Prædicatorum, reliquit *il faſciculo delle vanità Judaiche, diviſe in giornate ſedici.* Anconæ 1583. 8. Vide *Toppii* Bibliothec. Neapolitanam, & *Jac. Quetif* Scriptores Ordinis Prædicatorum Tom. II. p. 266.

Storre (Jo. Philippi) Evangeliſche Glaubens-Kraft ſub novo titulo *Anima Judaiſmi jugulata*, ſive völlig überzeugte Judenſchaft, Tubingæ 1721. 8. proſtare cœpit. Conf. Sammlung von Alten und Neuen Theologiſchen Sachen an. 1721. p. 613.

Surenhuſii (Gvil.) Βίβλον καταλλαγῆς Dom *Auguſt. Calmetus* prave in Supplemento ad Biblioth. ſuam Sacram in calce Tomi IV. Dictionarii p. 175. ed. Pariſ. fol. refert inter eos, qui de legibus & religione Judæorum expoſuerint, auctorem etiam pro *Germano Lutherano* minus recte habet. Titulus libri ſupra allatus alia omnia docet.

de Suſanis (Marquardi) JCti Vtinenſis, Tractatus de Judaeis & aliis infidelibus, & de inimicis crucis Chriſti, tam viſibilibus, quam invi-

invisibilibus, cui, ultra alias editiones multa ab eodem authore addita sunt. Venet. 1568. 4. foliorum 210. Ita habet inscriptio editionis hujus quam in manibus habeo. Reliquas suo loco adduxi.

Theatinus (Jo. Baptista) à patria, vernacule *Chieti*, Aprutii civitate, sic appellatus, Ord. Prædicatorum, cujus exstat *in Opus Andronicum Conciocinia Hebraicis Chaldaicisque sententiis referta*, Anconæ 1520. pp. 280. charactere Gothico. Totius operis capita describit *Jac. Quetif* in Scriptoribus Ord. Prædicatorum Tom. II. pag. 43. sq. Inter ea capita tria sunt Anti-Judaica, nempe X. de redemtione humani generis. XI. de adventu Messiæ & XII. de passione Jesu Messiæ. Post hæc fol. 126. b. legitur ejusdem Sermo magnus de Trinitate & cognitione Dei contra Philosophos & Judæos. Confer præterea *Toppii* Bibliothec. Neapolit.

Theobaldus, quem alias *Therebaldum* mendose vocant, *de Saxonia*. Vide supra in Indice II. Ex-Judæorum, qui Judæos oppugnarunt.

Thomæ Aquinatis epistola ad Comitissam Flandriæ in fol. 3. foliis edita, qua illi ad quæstiones VIII. ad Judæos pertinentes, respondet, sine loco & anno impressionis exstat in Bibliotheca Templi Swobacensis, libro cuidam juncta, qui an. 1473. est impressus. Apographum illius benevole ad me misit Rev. *Jo. Helvicus Engerer*, Archidiaconus hodie Schwobacensis, monuitque eadem opera, exstare eandem inter LXXII. Opuscula Thomæ, Venetiis 1490. 4. edita n. XXI. quæ tamen ab apographo illo nonnihil recedit. Allegatur eadem à *Joh. Eckio* in der Verlegung eines Jüden-Büchleins cap. 24. Verba ab *Eckio* allata, quæ & in MS. illo leguntur, ita habent: *Melius esset, ut Judæos laborare compellerent, ad proprium victum lucrandum, ut in partibus Italiæ faciunt; quam quod otiose viventes de solis usuris ditentur, & sic eorum Domini reditibus defraudentur.*

Thomasii (Michaelis) Disputationes contra Judæos, Muhamedanos & Saracenos, laudantur à *Jo. Molano* in Catalogo Scriptorum contra Judæos.

Valentia (Jacobi) Episcopi Christopolitani, *opusculum contra Judæos* usui sibi maxime fuisse, testatur *Finus* in Prooemio ad Flagellum Judæorum. Vide locum Vol. II. p. 1130. hujus Bibliothecæ.

Varenii (Augusti) alia huc referenda commemorat doctissimus *Fabricius* noster l. c. p. 1044.

Veracruce (Jo. Baptistæ de) Philosophi & Medici, Confutatio Sectæ Judaicæ tanquam edita laudatur à *Floravanto Martinello*, in Roma

ex Ethnica Sacra, atque hinc à *Prospero Mandosio*, in Bibliotheca Romana, Centur. VI. p. 70. Obiit auctor an. 1510.

Victoris (Jeremiæ) Ecclesiastæ quondam Giessensis, Conciones duæ vernaculæ de Messia promisso, quibus ostenditur contra Judæos, Jesum Nazarenum, Mariæ Virginis filium, promissum Messiam esse.

Vitalis, Medici, homiliæ ad Hebræos supra Vol. II. pag. 1045. ex *Lancellotto* à me allatæ in Biblioth. Hulsiana Tomo II. Part. I. p. 119. num. 2061. ita appellantur: *Omelie fatte alli Ebrei di Firenze, e altri Sermoni de Vitale Medici*, Florent. 1585. 4. Hinc suspicor, *Medici* nomen non artis, sed auctoris proprium fuisse, sicut supra *Paulus* & *Sixtus Medices* occurrunt.

Vngerus (Christian. Theophilus) commentationem Hebraicam de veritate Religionis Christianae in Judaeorum gratiam edere suis sumtibus instituerat, quod ex epistola ejus, ad præstantissimum *M. V. la Croze* an. 1713. 20. Mart. data, mihi constat. Sed illa quidem cum egregiis aliis Viri doctissimi conatibus morte præmatura intercidit.

Voisinii (Josephi) alia hujus loci leges apud *Fabricium* loc. cit. pag. 1046. Confer *August. Calmeti* Supplementum Bibliothec. Sac. in calce Tomi IV. Dictionar. Biblici p. 192.

Weileri (Jo. Joelis) Ueberzeugung der Jüden, Gespräch-weise, anno 1724. 8. sine indicio loci.

Wicelii (Georg.) Judæorum in Christianis concertatio coram Imperatore Constantino, affertur ab Alphonso Lasor à Varea in Vniverso terrarum orbe Tom. II. p. 66.

Woolston (Thomæ) Old Apology for the truth of the Christian Religion against the Jews and Gentils reviv'd. Londini 1705. 8. Vide History of the works of the learned pag. 618. Constat, infelicissimum hominem ingenio & otio suo postea ita abusum esse, ut non vereretur, veritatem religionis Christianæ sex dissertationibus de Miraculis Christi, Domini nostri, ipsis Judæis, non suspectam solum, sed vel ridendam propinare.

Ximenez (Ferdinandi) de Aragon, Doctrina Catholica para instruçaon e confermeçaon dos Fieis e Extinçaon des Seitas supersticiosas e em particular de Judaismo. Olissipone, 1625. 4. teste Alph. Lasor à Varea in Vniverso terrarum orbe Tom. II. p. 67.

Zamora (Alphonsus de) in Epistola ad infideles Judæos urbis Ro-

Romæ, Introductioni Artis Grammaticæ Hebr. Compluti 1526. 4. inserta, quam diligentissimus alioquin *Jac. le Long* in Bibliotheca Sacra pag. 146. falso pro epistola ad Hebræos Paulina habuit, notatus ideo a Cl. *Michaele Maittaire* in Annalibus Typographicis Tom. II. Parte II. pag. 682.

Enarratoribus Scriptorum Anti-Judaicorum supra pag. 1048. nominatis, addes *Jo. Molanum*, qui an. 1587. obiit, in Catalogo Scriptorum contra Judæos, tum veterum, tum recentiorum, Græcorum & Latinorum, manco illo quidem, nec fide semper digno, qui ex Bibliotheca ejus Theologica desumtus exstat in Lectionibus Canisianis, edit. Basnagianæ, Tom. IV. pag. 816. sqq. Ceteris omnibus præferendus est index eorum, a *Fabricio* nostro, τῷ χαλκεντέρῳ, secundum seriem ætatis Scriptorum repetita industria digestus, & egregiæ commentationi de Delectu argumentorum & Syllabo Scriptorum pro veritate religionis Christianæ insertus, quo & nos in hac opera usos esse grati profitemur.

IV. SYLLABUS JUDAICORUM SCRIPTORUM qui Religionem Christianam oppugnare ausi sunt.

Ad hos pertinent omnes illi, quos Vol. II. inter *Anonymos* sub voce ויכוח p. 1291. sqq. & sub כלימה attuli.

Cum *Jo. Christoph. Wagenseilii* Tela ignea Satanæ præstantiores vel acerbiores potius complectantur Scriptores, legere juverit, quæ de illa collectione consignata reliquit B. *Jo. Fabricius* in Bibliotheca sua Parte V. pag. 1048.

Anonymi Objecta in Matthæum, quæ cum Matthæi Evangelio Hebraico, per Tilium cum versione Merceri Paris. 1555. edito, prodierunt. De his lege, quæ supra ad versiones Nov. Test. Hebraicas attuli.

Anon. Disputatio contra Anastasium, quam Paschalis de Roma ad honorem Vener. Patriarchæ Grandensis transtulit A. D. 1158. MS. in Bibliotheca Uffenbachiana compendiaria MS. pag. 563. num. VI. (11.)

Anon. Scriptum, quo probare conatur, Evangelia sibi invicem contradicere, opusculum 32. foliorum in 4. MS. apud Rev. *Dan. Ernest.*

 Jablonski,

Jablonski, Concionatorem aulicum Regis Boruſſiæ, exſtat in Collectione ſingulari, quam apud ipſum his oculis vidi, & jam amplius enarrabo. Titulus Hebraicus ita habet : ראה זה חדש אשר כבר לא
היה לעולמים והעתקתי אותו מספר כתיבת יד ישן יפה עד
מאד· ויכוח נגד הנוצרים ליודע מה שתשיב לאפיקורוס שנת
תנ״ה ישועות:

Tractatus I. ita incipit : בבירת שני בימי טיבריאנוס קיסר
הורודוס השני מלך ישראל אשר הרשיע לעשות ביום
בימים ההם נמצא איש מזרע דוד ושמו יוסף בן פנרפיה והיה לו אשה
ושמה מריא והאיש ההוא ירא את יהוה והוא תלמיד מר׳ שמעון
בן ששרת והיה שפכו של יוסף הנזכר פשע אחד ושמו יונתן וכ׳
Conſtat is foliis 21. in 4. In fine hæc legis : מעשה ישו והילני המלכה
ואותם שקוראין אפוסטולי· וה׳ שזיכני להשלים זה כן יזכני להשלים
השאר אכי״ר: שאול מררי יצ״ו:

Tractatus II. ita orditur : אונקלוס נכדו של טיטוס הרשע
והיה רוצה לילך בסחורה אל טיטוס לעולם תקח סחורה שבתחילה
היא יקרה ולאחר : וכ׳ Procedit continua ſerie usque ad pag. 55. ejusdem Voluminis. In calce hæc leguntur : אלה דברי האוואנגיליון אשר
דבריו מכחישין זה את זה וגם הקושיות שאנו מקשים. על דבריו
בקושיות חזקות ודע כי המקשה מקשה בבח׳ ותהי השלמתו כ״א סיון
שנת תנ״ה לפ״ק שאול מררי:

Tract. III. ſequuntur voces quædam Chriſtianis receptæ, & prave in alienum & ridiculum ſenſum detortæ, pagina una. Illarum ſpecimen dedi Vol. II. p. 1294.

Tract. IV. a novo folio incipit, totusque abſolvitur foliis 52.
כומרי גמרא דיהודאי טב· יהודי· גמרא ושתא דארוני טב· כומר·
אנה תלך היום לגזול הגוי· יהודי· אין אני מבין אותך:

Poſt folium illud 52. hæc leguntur : איש אחד שמו צטרוצי
צינוניא טיאוליגו דוטר מלומד חבר ספר א׳ בעמוד כ״ח על הייחוד
הוא מביא לאטאנציו ציצירוני אומרים שאין יש כ״א א׳ בעמוד י״ד אומר
אין מרקוריאו טריסמיגיסטרו הוא אבי כל הפילוסופים היה מורה שאין
יש

יש אלא א׳ פִּיטַאגִיר סאמיין שהיה כומר והיה מודה בא׳ וכן פילוֹדָאו תלמידו אמר כן וכן אריסטוֹטֶלִי וכ׳

Et ſic pergitur usque ad pag. 55. Poſt hæc ſequitur Index, & haec in calce leguntur : ויכוח יפה עשוי בין המחבר ובין הכומר דון סילואנו צֵירֵר והוא יפה עד מאד וכתבתי כל זה כדי לקיים ודע מה שתשיב לאפיקורוס ותהי השלמתו יט׳ תמוז שנת תנ״ו לפ״ק

Sequuntur XXX Reſponſa contra Chriſtianos. Initium hoc eſt : אלו שלשים תשובות מצאתי כתוב נגד הנוצרים א׳ עם אדם ניקנס במיתת הנפש בעד עוונו למה נקנסו נפשות בניו : וכ׳

Conſtant foliis ſex. Colophonem haec denique imponunt : מה שנמצא נגד הנוצרים מהנבואות ופירושים שהם מפרשים על עסק ישו הנוצרי.

Initium eſt תשובה ששלח האפיפיור למלך וכ׳ Abſolvitur folio uno.

Ex hac enarratione ea ſupplebis, quae de eadem collectione ſcripſi Vol. II. pag. 1050. 1052. & inprimis inter Anonymos ibid. p. 1293. ſq. Accepit eam Rev. *Jablonskius* a Cl. *Ludov. Burgveto*, Nemauſenſi, à *Jablonskio* autem, parario praeſtantiſſimo *M. V. la Croze*, B. *Chriſtianus Theophilus Vngerus*, qui illam manu ſua deſcripſit, prout nunc quidem poſt fata viri Optimi Lipſiae exſtat in Bibliotheca Senatoria in fol. inter MSS. Hebraica. Eam ibi ipſe vidi hoc titulo inſcriptam: *Scriptum* Anti-Chriſtianum Hebraicum de anno 1695. a *Ludov. Bourgveto*, *Jablonskio* donatum an. 1707. Opuscula ipſa ita recenſentur: 1) Maaſe, i. e. *hiſtoria* Jeſu, Helenae & Apoſtolorum Chriſti, foliis 22. 2) videtur oppoſitus Evangeliſtis & Apoſtolis usque ad fol. 55. 3) folio primo habet alluſiones ad voces Chriſtianorum ſacras, ſenſu Judaico blaspheme detortas. Deinde incipit diſputatio inter יהודי *Judæum*, & כומר *Sacerdotem Chriſtianum*, ſubjecto indice in fine. Nova hic pagina, liberque conſtat foliis 52. Sequuntur teſtimonia de unitate Dei. In fine librarius monet, ſe in apographo iſthoc ſuo expreſſiſſe archetypum à pagina ad paginam. 4) XXX Reſponſa contra Chriſtianos. V. Quod invenitur contra Chriſtianos ex Prophetis & commentatoribus ipſorummet Chriſtianorum ſuper Prophetas.

Accipe, qvæ B. *Vngerus*, ad laudatum La Croze in literis an. 1726. 26. April. datis gallice de hac collectione perſcripſit, Latine à me converſa:

versa : *MS. liber Jablonskii manum Itali recentioris refert.* Librarii *nomen est* Saul Merari. *Superstes adhuc erat* an. 455. C. 1695. *& hic ipse est, qui librum ex Codice MS. antiquo descripserat, ceu ipse in titulo profitetur. At tertius voluminis hujus tractatus non nisi post annum* 1624. *compositus fuit, quippe quem fol.* 43. *appellatum invenio ex occasione epistolæ Domini nostri ad Abgarum, cujus versionem impressam Venetiis an.* 1624. *viderat. Hinc apparet, Auctorem æqualem fuisse Leonis Mutinensis, celebris inter Judæos Venetos inde ab an.* 1620. *ad an.* 1659. *Doctoris. Tractatus II. ab eodem auctore mihi videtur profectus. Saltem scriptus est Seculo superiore. Ibi enim S. Joannes Baptista tricies & amplius, item S. Carolus, appellatur ex quo conjecturam facio, auctorem illarum objectionum contra veritatem librorum N. T. post Cardinalem Borromæum Archiepisc. Mediolanensem, in Sanctorum numerum relatum vixisse. Qvicqvid hujus erit, Judæus certe virulentissimus fuit, qui tamen ipse varia hic congessit, quæ ipsius religioni dedecori sunt, atque ita comparata, ut in ruborem Judæos eorumque calumnias dare possint. Tractatu II fol.* 42. *meminit libri, Venetiis, Italice sub titulo* Fior di Bibia פיור דע ביבייא *editi, ubi dicatur, Dominum nostrum, Jesum Christum, puerum, cum pueris aliis ludentem, radio Solis, instar equi, insedisse, qui per foramen aliqvod in conclave, qvod pueros illos tenebat, deciderit, nec pedibus suis attigerit pavimentum. Tractatu III fol.* 8. *affert librum Sacerdotis alicujus, nomine* Don Sylvano Ratzi, הכומר דון שִׁלְוָאנו ראצי *de miraculis S. Virginis ducentis, & amplius. Fol.* 53 *& seqq. ejusdem tractatus excerpta affert ex libro eruditi Doctoris Theologi, nomine* Strozzi *vel* Struzzi, איש אחד שמו צטרוצי ציגונייא טיאוליגו דוטור מלומד מאד חבר ספר אחר, *Hic liber complectitur complura testimonia veterum Philosophorum de unitate Dei. Et fol.* 55. *Judæus testatur, eundem Strozzi p.* 181. *operis sui diserte scripsisse, Christianos falso sibi persvadere, qvod Judæi in exilio ideo nunc versentur, qvod Jesum Christum, Dominum nostrum, in crucem egerint, cum vera rei causa in eo sit posita, qvod majores ipsorum occiderint Prophetas. Qvod si tres illos libros unqvam videris, aut si in Bibliotheca Regia exstent, gratissimum mihi fuerit, ampliore eorum notitia instrui, qui nec* Don Sylvanum Ratz, *nec D.* Struzzi Ciconia *cognitum habeam. Posterior ille fortean fuerit* Cyriacus Strozzi, *Nobilis Florentinus, Philosophus & Professor Pisanus, an.* 1565. *ibidem defunctus. Præter versionem Clementis Alexandrini dedit commentarium in Aristotelem.* Hactenus B. *Vngerus.* Idem hujus farraginis pestilentissimæ meminit in literis ad B. *Jo. Jac. Schudtium* an. 1716. 1. Mart. scriptis, qvas apud Illustrem *Vffenbachium* Francofurti ad Mœnum vidi, in hanc sententiam : *Jablonskius mecum communicavit MS. blasphemum Hebraicum, in quo describendo jam sum occupatus.* Et in aliis d. 24. Aprilis ejusdem anni de primo tractatu ita scribit : *Patet inde blasphemias impudentissimas, in hoc libello nefando, figmentis prorsus aliis, quam in* Toldos

dos *Wagenseiliano & Huldriciano proferri. Constat paginis* 21. *& ejus apographum, ad verbum descriptum, ad te mittam, si tuum* Toldos, *qvod MS. asservas, commodo tuo mecum communicare possis. Stygius ille fœtus agnoscere videtur auctorem Italum Judæum recentiorem. Certe disputatio Judæi cum Christiano virulentissima, codice eodem comprehensa, nonnisi post annum* 1624. *conscripta fuit. Præmittitur huic disputationi scriptum adversus libros N. T. directum, qvorum veritatem sophismatibus, cavillis, mendaciis, blasphemiis innumeris labefactare tentat. Ejusdem est furfuris cum MS. Lusitanico* Menasse ben Israel, *& Latino* Jac. Aben Amram, *qvorum utrumqve* Rich. Kidderus *idiomate Anglicano solide confutavit.* Idem in epist. an. 1717. 10. Sept. ad eundem : *Nunc ad te revertitur libellus blasphemus, in cujus apographo B. Bleibtreu nonnunqvam lapsus mihi videtur. In plerisqve deprehendi convenire cum fabula* Toldos *Wagenseiliana.*

Anonymi liber Hispanicus MS. aliqvot in plagulis inter meos exstat sub titulo : *Dos Dialogos compuestos en Maroeccos. Son interlocutores del primer dialogo, Andres Antonio, Obadia, Israel y Simha su mugver.* Auctor partim confirmare conatur religionem Judaicam, partim oppugnare Christianam. De illis paulo post plura dicemus.

Anon. Judæi responsio ad qvæstiones XXIII. Christiani, & qvæstiones 46. ad Christianum, de qvarum confutatione supra Indice III. sub *Dan. Brenio & Jo. Coccejo* dixi.

Anon. Fuente clara, i. e. *Fons clarus*, defensio religionis Judaicæ adversus Christianos, in 4. memoratur in Catalogo Bibliothecæ Colbertinæ Parte II. n. 5029.

Anon. Carascon, liber Hispan. pro religione Judaica adversus Catholicos. Nodriza, 1633. 12. Producuntur plagulæ usqve ad literam S. Vidi Amstelodami apud Fundam, Bibliopolam Judaicum Hispanum.

Anon. תולדות ישו MS. habuit B. *Jo. Jac. Schudtius*, cum Wagenseiliano illo fere conveniens, qvod ex epistolis B. *Vngeri* ad ipsum modo commemoratis intelligitur.

Anon. Lusitani scriptum Lusitanicum Doctori Pontificio oppositum apud V. C. *M. V. La Croze*, de qvo Vol. I. p. 742. & III. p. 663. Illud nunc qvidem ipse ex ejusdem dono possideo. Exstat etiam ex apographo B. Vngeri Lipsiæ in Bibliotheca Senatoria, qvi illud in lucem cum confutatione aliqvando se daturum profitetur in literis ad Cl. *La Croze* an. 1713. 6. Mart. datis. Versio *Latina* ab eodem relicta memoratur in Unschuldigen Nachrichten, an. 1722. Part. II. p. 308. Exstat qvoqve apud Illustrem *Uffenbachium*, & laudatur à *L. M. Artemonio*, i. e. *Sam. Crellio* in

in Initio Evangelii S. Joannis restituto p. 309. *Lacrosius* acceperat illud ab *Isaaco Jaqveloto*, cujus exstant dissertationes Anti-Judaicæ gallicæ de Messia. Id intellexi ex B. *Vngeri* literis, ad Rev. *Alphonsum des Vignoles*, Ministrum V. D. inter Gallos Berolinensem, ætate & meritis in literas gravem. Accipe hic ejusdem *Vignolii* literas ad *Lacrosium* an. 1710. 18. Januar. datas, & à me in communiorem usum Latine conversas. *Sane*, ita scribit, *Rabbinus tuus non est admodum stupidus, nec Maimonides unus est, inter Judæos, qvi delirare desiit. Si seqventia initiis respondent, dubito, Judæos nihil in defensionem sui contra Christianos attulisse. Scriptio hæc elaboratior est, qvam ut unum tantum ejus exemplum exstare debeat. Cumqve Synagoga Judæorum Lusitanica Amstelodami exstet, conjectura mihi fit, ex ea exemplum ad nos pervenisse, nec eadem de causa dubito, ibi inter Judæos alia exstare, qvæ Christianos sedulo celent, qvibusqve procul dubio ad ridenda inter se invicem argumenta nostra abutantur. Itaqve consultum puto, a Te in publicam lucem proferri, his tamen adhibitis cautionibus. Primum phrases duriores, vel potius blasphemiæ, aut illis proximæ, omittendæ fuerint, cujusmodi in aversa hac epistola annotabo, ita tamen, ut Judæi de infirmatis Magistri sui argumentis jure qverendi nullam causam inveniant. Deinde in præfatione præmissa testandum fuerit, negotia tua alia, vel, si mavis, modestiam tuam confutationem scripti Tibi non permittere, eadem vero opera Theologi, & speciatim nostri ad illam diligenter & valide suscipiendam cohortandi. Saltem te obtestor, ut versionem ejus vel in gratiam amicorum Tuorum perficere ne graveris.* Hactenus *Vignolius*.

Ex his intelligitur, Cl. *Lacrosium* initium scripti virulentissimi *Vignolio* legendum misisse. Imo ipse in limine exemplaris, qvod pro suo in me amore meum esse voluit, hæc manu sua scripsit: *Hoc opusculum*, (qvod idem *impium qvidem, attamen eruditum*, appellat) *ferme integrum in lingvam Latinam olim transtuleram: sed postea saniore consilio, ob innumerabiles, qvæ eo continentur, blasphemias, absolutam propemodum versionem abolevi.*

Qvæ illa blasphema Judæorum scripta sint, in qvibus vel conferendis vel describendis per integrum semestre spatium versatum se esse B. *Vngerus* testatur (ceu Vol. II. p. 1051 monui) ex iis, qvæ hactenus docui, apparet. Atqve eadem sunt, qvibus instructus Tela Ignea Wagenseiliana altero tanto auctiora daturum fuisse, si per fata licuisset, reverendi auctores Relationum Innoxiarum de rebus Theologicis tradunt an. 1722. Parte II. p. 308.

In Dedicatione *Seb. Munsteri* ad Evangelium Matthæi Hebraicum de qva Vol. II. p. 1051. non solum scripta illa Anti-Christiana varia citantur,

tur, ſed & ex iisdem in Notis *Munſteri* ad idem Evangelium nonnulla illorum objecta afferuntur & diſpelluntur.

Ad Scriptores Anti-Chriſtianos, nominibus ſuis appellatos, referes etiam ſeqventes:

Abraham Roman, de qvo Vol. III. n. 153. & hic paulo poſt pluribus.

Albonis, *Kimchii* & *Anon*. objecta à *Genebrardo* confutata. Vide Vol. II. p. 1027. ſub *Genebrardo*.

R. Feithel & *R. Senderlein* Diſcurs, wie die Chriſten zu verderben, ſine pleniore titulo, tanqvam liber editus commemoratur in Catalogo Biblioth. Vockerodtianæ, Part. I. p. 247. n. 35.

Joſeph Naſi בן פורת יוסף Vid. Vol. I. num. 936.

Iſaac Jacob f. Schaul Abraham, Ex-Chriſtiani, Buch der Verzeichnung, de qvo Vol. III. n. 1207. b. Confer Unſchuldige Nachrichten, an. 1723. p. 541.

Iſaac Nach Vid. Vol. III. n. 1245. c.

Iſaac Orobio. Conf. id. num. 1155.

Saul Levi Mortera confutatio Chriſtianorum, qvam una cum *Iſaaci Orobio* ſcriptis & verſ. Hiſpanica libri *Chiſſuck Emuna* pro validiſſima in Chriſtianos venditat *Anton. Collins* venditat, in *Diſcours of the Grounds of Chriſtianity*, p. 82.

V. APOLOGIÆ JUDÆORUM PRO GENTE ET RELIGIONE SUA.

Leo Karmi, de qvo p. 1054. videtur eſſe Jehuda כרמי, qvi, ſub titulo Rabbini Synagogæ Luſitanicæ Judæorum Hamburgenſis, cenſura ſua munivit verſionem Luſitanicam libri *Chobath Hallevavoth* Hamburgi 4to. C. 1670. editam. Fortaſſe igitur hic librum illum de charitate à Chriſtianis in Judæos probanda à *Menaſſe ben Iſrael* poſt obitum ejus acceperat. Confer plura de eodem Vol. II. p. 1131.

Simeon Luzzato in libro Italico de Statu Judæorum, de qvo Vol. I. n. 2183.

Jo. Paſtritius in literis, ad B. *Gabr. Groddeckium* Roma an. 1698. 11. Aprilis datis, commemorat apologiam ejusmodi, pro Judæis ſcriptam, his omnino verbis: *Si haberem aliud exemplar præter unicum, mitterem ſcri-*

ptum Vindiciarum. Sed eo, mihi pernecessario, carere non possum. Primum caput est, quod Hebræi non docent, licere Hebræo Christianorum bona usurpare, & famam lædere, imo peccatum esse, eos decipere. Alterum caput est, quod Rabbini non docent, duas animas die Sabbati esse in Judæo, eo quod dicant, tunc esse יתרה *Vox enim illa non significat alteram animam à numero, sed excellentiam habere, ut cum in Scriptura oratur, ut detur aliud cor, Spiritus Domini recessisse à Saul, & Spiritus malus venisse, nempe qualitatem hypochondriorum, vel lætitiæ significare. In hoc sensu explicatur* נשמה יתרה *à* Raschi *in Jom Tov cap. II. & refertur in En Israel. Similiter alii plures, qui ibi citantur. Sed tempus elapsum cogit me differre cetera. Non enim pauca sunt, sed multa capita.* Ex eadem epistola apparet, *Groddeckium* Professorem qvondam LL. Oriental. Gedanensem, olim Judæos à nonnullis, qvæ ipsis falso impinguntur, liberare scripto voluisse. Ita enim is scribit: *Eodem, Vir Clarissime, tu quoque consilio uti videris in Judæos, quos vindicare meditaris à calumniosis erroribus, ut sic pertrahas ad Christi fidem facilius. Timendum tamen, ne, si titulus operis inscribatur:* Apologia pro Judæis, *multi ex Christianis offendantur, ipsi vero Judæi neqvaqvam meliores evadant. Ego ipse hic locorum, cum veniunt ad communicandas doctrinas, libros confero, ac rectas sententias approbo. Me Apellæ isti suum Protectorem vocant, suaque religionis assertorem.*

Jo. Tolandum Judæorum hyperaspisten egisse infra Sect. XIV. ostendemus.

VI. OBSERVATIONES MISCELLANÆ DE JUDÆIS.

Impedimenta conversionis Judæorum edisserit *Christoph. David Bernard*, Ex Judæus, in præfat. ad Grammaticam suam Hebraicam, Hütte Davids inscriptam, & Tubingæ 1722. 4. editam.

Exemplum trium infantum Judaicorum, qvi ad Christianismum duci vehementer expetierunt, vide im beschäfftigten Secretario Expeditione XXVIII. p. 298. sq. ubi deinde p. 308. sqq. exempla Judæorum, singulari modo conversorum, afferuntur. Infantes illi Berolini baptisati sunt. Vide l. c. p. 706.

Num liberi Ex Judæis parentibus sint subtrahendi? disqviritur in Unschuldigen Nachrichten an. 1724. p. 491. sq. Confer beschäfftigten Secretarium l. c. p. 303.

Ex Judæus qvidam ad confirmandam Religionis Christianæ veritatem

tatem in gratiam Judæi cujusdam per novem dies & noctes salvus ipse jejunavit. Lege Unschuldige Nachrichten an. 1723. p. 653.

B. *Esdræ Edzardi*, nunqvam sine laude memorandi, allocutionem ad eos, qvi de symbolis, ad negotium Judæos convertendi & sustentandi pertinentibus, Hamburgi ab ipso sollicitati sunt, habes in *Jo. Justi von Einem* dissertat. de Clerici audacia hypercritica, in calce, p. 38. Virum Optimum aliqvot Judæorum centurias Christo, Domino nostro, lucratum esse, vere testatur Cl. *Christianus Reineccius* in præfatione ad *Frider. Albr. Christiani* Jüden Glaube p. 5. Ex tot vero conversis vix qvadragesimam partem ad pristina rediisse traditur in Vita ejus, qvam leges in Ausführlichen Bericht von Neuen Büchern p. 127. Conf. Cl. *Jo. Adami Bernhard* Curieuse Historia der Gelehrten p. 532.

Furthi, vico Norimbergensi amplissimo, B. *Carolum Frider. Lochnerum*, loci Pastorem, ducentos & amplius Judæos & Pontificios, ad Evangelicam religionem perduxisse, testatur frater ejus B. *Jac. Hieron. Lochnerus* in Memoria ipsius, operi ejus posthumo, *Nathanaël* inscripto, addita. Conf. *Christiani Hirsch* Ministerium Norimbergense jubilans p. 8.

Hugo Brougthonus, Cambro-Britannus, in Germania, *Francofurti, Hanoviæ, Basileæ, Tiguri* & alibi commoratus variorum Judæorum animos ad Christum perduxit, qvos ipse commemorat in Operibus Tom. III. p. 617. qvemadmodum, in eodem Tomo ut & Tomo II. variæ ejus epistolæ leguntur, qvibus Reginam Elisabetham æqve ac Angliæ Proceres excitare conatus est, ut de promovenda Judæorum institutione, per N. T. Hebraice conversum, aliosqve libros Hebraice scribendos soliciti essent, & sua qvoqve in hanc rem opera uterentur.

Judæorum *conversorum* indicem habes in *Jo. Christophori Olearii* Coronide historica Judæorum conversorum, qvam is Parentis sui *Godofredi Olearii* concioni, super Judæo baptisato habitæ, & Lipsiæ 1678. excusæ, addidit. Ad illam coronidem lege qvæ B. *Wagenseilius* observavit in Spe liberationis Israëlis p. 131. sq. Alios enumerant B. *Jo. Jac. Schudtius* in Historia Judaica lib. II. c. 12. & *Jo. Adamus Bernhard* l. c. p. 530. sq. Sic & B. *Jo. Anton. Strubberg*, præmature an. 1731. fatis functus, in epistola de *Victore à Carben* Jenæ 1721. 4. edita, exhibet Semicenturiam Judæorum eruditorum, ad Christi sacra perductorum, eorumqve justam historiam pollicetur. Vide Unschuldige Nachrichten an. 1725. p. 261.

Inter Judæos constantes præ ceteris laudatur *Ernestus Ludovicus Darmstadter* ibidem an. 1723. p. 651 sq.

Judæorum *relapsorum* exempla leges apud *Bernhardum* l. c. p. 535 sq. Nescio, qvis sit ille Ex Judæus, ad suos postliminio reversus, de qvo *Costar* in *Memoire des gens de lettres celebres en France*, (qvod scriptum exstat in *Continuation des Memoires de literature de Mr. Salengre*, Tomo II. Parte II. p. 349.) ita scribit: *Cohen, qvi de Juif s' etoit fait Chretien, & de Chretien s' est fait Juif, natif de Constantinople, fils d' un Portugois Juif, Medecin de Constantinople. Il sçait miraculeusement l' Hebreu, il n' est pas ignorant du Grec, du Latin, du François, de l' Italien, ni d' Espagnol. Il entend la Bible mieux, qu' aucun Juif. C' est un des plus beaux genies, qui se voye. Il est à cette heure à Amsterdam.*

Non ita pridem Judæus quidam *Isaac Joseph Leib*, Paderbornensis, Wittebergæ an. 1730. sacris Christianis solenniter initiatus, & nomine *Christian. Leib* dictus, (quod Actus baptismalis, de qvo mox, testatur) paulo post Amstelodamum profectus ad Judæos se recepit, ab iisdem facinoris, quod interpretabantur, causa, variis pœnis publice in Synagoga adfectus. Idem vero vel pœnitudine iterum ductus, vel odio in suos incensus, non multo post Schwobacum, ditionis Anspacensis urbem, adiit, dissimulatisque, quæ acta erant, omnibus, & institui ad cognitionem doctrinæ salutaris, & sacris nostri initiari voluit. Traditus hoc consilio est in disciplinam Rev. *Jo. Helvici Engereri*, Archidiaconi Schwobacensis, qui ex eadem, quam dixi, Relatione Abichtiana, cum sermonibus hominis vaferrimi, quos de se nomine Parentibusque suis &c. faciebat, comparata, sapienter in conjecturam venit, rem sibi esse cum illo, qui Wittebergæ Christi nomen & doctrinam professus erat. Nec ipse impostor rem tandem negare potuit, imperitiam suam in salutari doctrina causatus, deinde vero relapsum ad Judæos suum confessus est. Carceri itaque duriori mancipatus, & amplius institutus, hanc pœnam luit, ut publice in templo Schwobacensi facinoris pœnitentiam testatus ex urbe & ditione ejiceretur. Lege in hanc rem laudati *Engereri* concionem vernaculam in *Luc.* II. 41—52. Dom. I. post Epiphan. qua homo nefarius pœnitentiam publice testari debebat, habitam & sub titulo: die verlohrnen Kinder Schwobach 1732. 4. editam. Hoc facto tolerari se in urbe supplex petiit. Quæ res dum deliberatur, homo subdolus clam se proripit. Hæc ex literis Rev. *Engereri* an. 1732. ineunte ad me scriptis vel ideo enarranda hic putavi, ut cavere sibi ab eo possint, quibus idem nebulo inposterum imponere fortasse ausus fuerit. Idem *Engererus* postea scripto vernaculo singulari, sub titulo: Tauf-Betrug Schwobaci 1732. 8. edito, imposturæ hujus historiam tradidit, additis septem *cautelis*, quibus similis fraus caveri possit, & subjecto consilio, huc itidem spectante, una cum dia-

disquisitione, num impostor ejusmodi baptisari iterum debeat, id quod recte negatur. Equidem, fateor, non multum fidei tribuo Judæis, qui provecta jam ætate emendationem in doctrina profitentur, majorem vero eorum liberis, quos utplurimum secum una adducunt. Pluribus enim exemplis mihi constat, eos in doctrina & vita ac moribus tales se præstare solere, quales se Parentes frequentissime mentiuntur. Et vel horum liberorum causa Judæis emendandis operam omnem præstandam esse existimo. En tibi aliud exemplum, quod ex catalogo Biblioth. Serpilianæ p. 370. didici. Ibi enim referuntur Acta Inquisitionis MSS. wider einen gebohrnen Juden Jacob Abraham, der zu dreyen mahlen 1) zu Costantz. 2) zu Regenspurg und 3) Hof im Voigtlande sich tauffen lassen, ergangen vor der Stadt-Voigtey Amthof an. 1709. Aliud leges in Jo. Jodoci Beckii Tract. de Juribus Judæorum p. 334. sqq.

VII. INDEX CONCIONUM IN JUDÆOS Conversos & baptisandos habitarum, aut Narrationum de iisdem institutarum.

Lege huc *Bidembachii* Consilia Dec. IV. num. X. *Duntii* Casus Conscient. p. 617. *Disenbachi* Judæum Conversum p. 5. sqq. & *Dedekenni* Consilia Vol. I. p. 423. sq. & 443. sqq.

Oeffentlicher Widerruf 2 Jüden *Jochanan Buchel*, und *Abraham Blin*, Bambergæ 1577. 8. ubi simul septem causæ conversionis eorum redduntur, addito brevi Catechismo. Vide Bibliothecam Fabricianam Parte VI. pag. 385.

Anon. Anleitung zur Christlichen Religion bey einer Jüden-Tauffe. Ratisbonæ 1712. 8. Vide Catalogum Biblioth. Serpilianæ p. 199.

Anon. Historie von einem zu Weissenstein gerichteten und bekehrten Juden. Tubing. 1560. 8.

Anon. Höchst-wunderbahre Erzehlung von Bekehrung 3 Juden-Mägdlein in Berlin. Unschuldige Nachrichten an. 1715. p. 832. Confer, quæ paulo ante de iisdem attuli ex *Secretario negotioso*, p. 490.

Anon. Tauff-Actus, welcher an. 1581. 25. Jan. an einem bekehrten Juden, Nahmens Wolf Paulus, verrichtet, ex MS. exstat in *Gottlobii* Manuali Casuistico p. 556. sq.

Abicht (Jo. Georg.) Professoris Theologi & Superintend. Wittebergensis, Tauff-Actus bey einem Juden, Isaac Joseph, nunmehr Christian Leib,

Leib, Witteberg. 1730. 4. Exstant ibi quæstiones Judæo publice propositæ cum responsionibus. Præmittitur *Abichtii* præfatio.

Adami (Jo. Samuel.) Spaar und Neben-Stunden bestehend in Türcken, Jüden, Tauf- und Hochzeit-Predigten. Dresdæ 1710. 8.

Freylinghausenii (Jo. Anastasii) Oratio de filiis genuinis Abrahami habita, cum Judæus Christianis sacris initiaretur, quam in idioma Judæo-German. converti curavit & edidit Cl. *Jo. Henr. Callenberg*; Hal. 1731. 12. sub tit. לב בנים על אבותם Subjiciuntur quæstiones & responsiones Judæo baptisando propositæ.

Gerdes (Joh.) Stargardische Juden-Taufe, Stargardiæ 1693. 3 plag. 12.

Goltz (Henr.) Tauf-Predigt, in *Hos.* XIII. 9. Elbingæ 1699. 4.

Hennemanni Predigt bey Bekehrung eines Juden. 8.

Kindervater (Jo. Henr.) V. D. Ministri Nordhusani, Führung des Ertz-Vaters Jacob, widerholet an Jacob ben Salomo, einem bekehrten Juden, der zu Nordhausen an. 1726. getauft, und Fridrich Ernst genannt, nebst einem Bericht von der noch zu hoffenden Bekehrung und vielen Eigenheiten der Juden. Nordhusæ 1724. 8. Accedit ipsius Ex-Judæi confessio fidei sub baptismum edita. Confer Unschuldige Nachrichten 1726. p. 677.

Ejusd. Gestalt eines rechten Israeliten, bey öffentlicher Beerdigung desselben, nachdem er 20 Wochen nach seiner Bekehrung seelig verstorben. ibid. 1727. 8.

Kirchner. Vid. *Mecheler*.

Mecheler (Ægid.) & M. *Sigism. Kirchneri* Unterricht und Verhör eines Jüdischen Catechumeni (*Jochanan Daunawer*) welcher sich zum Christenthum begeben, und getauft ist zu Erfurth 1539. 8.

Petersen (Jo. Wilhelmi) Glaubens-Bekäntniß eines Juden &c. seorsim prodiit. Plœnæ 1688. 4.

Raberti (Leonhard.) Superintend. Gœderingensis, concio in baptismum Ex-Judæi *Christiani Christoph. Heyse*, olim Isaaci f. Levi, una cum confessione ejus, & narratione narratioum, quæ eum ad deserendum Judaismum perpulerunt, Hildes. 1732. 8.

Schulenburg (Jo. Ernst von der) Superintend. Quedlinburgensis, JEsus der Weg zur Seeligkeit, zu welchen in der Hoff- und Stifts-Kirche S. Servatii ein Jude angewiesen ist. Quedlinburgi 1717. 8. Conf. Unschuldige Nachrichten an. 1723. p. 740. sq.

Terellii

Terellii (Joh.) ita ſcribendum eſt p. 1062. pro *Ferellii*, quod vel ex ordine literarum, qui ibi obſervatur, intelligi poteſt.

Vlichii (Jo. Eliæ) Acta baptismalia bey der Tauf eines bekehrten Juden. Dresdæ 1706. 4. Conſtant illa examine Judæi baptismali, & concione in *Act.* II. 37. 38. habita. Vide Unſchuld. Nachrichten 1723. p. 739.

Winshemii (Valentini) Paſtoris Tenſtadienſis, Bericht Chriſtlicher Verhör, Bekäntniß und Ordnung der Heil. Taufe einer gebohrnen Jüdinn, mit Nahmen Chriſtina, und auch ihres Sohns, welcher genannt iſt Johannes, 1556. Vide Unſchuldige Nachrichten 1711. p. 603. ſqq. Notandum inprimis eſt, baptismum illum utriusque per immerſionem peractum fuiſſe.

Feci paulo ante mentionem concionis à *Kindervatero* in funere Ex-Judæi habitæ. Huic jungam nunc M. *Caſp Hornig* concionem funebrem in *Erneſtum Ludovic. Darmſtädinum*, Ex-Judæum, habitam, & Vratislaviæ 1722. editam ſub titulo: Geſtillete Sehnſucht eines wahren Iſraeliten nach dem Himmliſchen Jeruſalem, ſuper Pſalm. XVII. 15.

VIII. CATALOGUS EORUM, QUI DE optima ratione & via Judæos convincendi egerunt.

Entwurff eines C. Reformirten Synodi von der Juden Bekehrung, wie ſolche am beſten zu beſodern, exſtat in Unſchuldigen Nachrichten an. 1724. pag. 382. ſq.

Anon. Vorſchlag zu gröſſerer Beſoderung des Heyls der Jüden, Francof. ad Mœn. 1718. p. 1056.

Balthaſaris (Jo Henrici) Theologi Gryphici, diſputatio de officiis Chriſtianorum erga Judæos, baptismum ambientes. Gryphiswald. 1726. 4. ubi de ratione illos recte inſtituendi &c. commentatur.

Baumbach (Jo. Balthaſ.) de modo diſputandi cum Judæis. Norimberg. 1609. 4.

Beſſer (Jo. Polycarpi) Ex-Judæi, Mittel, wie auch die Hinderniſſe der heutigen Juden-Bekehrung. Lipſ. 1728.

Broughtonus (Hugo) Cambro Britannus, in Tomo III. Operum ſuorum Anglice Lond. 1662. editorum, paſſim urget ſtudium Judæos convertendi, ad quod provehendum inprimis opus eſſe ait Novo Inſtrumento in L. Hebr, Biblicam convertendo, Vide v. c, Tom. III. p. 617.

Callen-

Callenbergii (Jo. Henr.) Professoris Philosophiæ Halensis meritissimi, Bericht von einem Versuch das Jüdische Volck zur Erkenntniß der Christlichen Warheit anzuleiten. Halæ 1728. 8. iterumque 1730. 8. 1½ plagulis. item Fortsetzung des Berichts 1729. 8. Andere Fortsetzung des Berichts ibid. 1731. 8. plagulis 14. ac dritte Fortsetzung ibid. 1732. 8. pp. 124. Ejusdem Nachricht, betreffend einige Fürsorge für diejenigen Juden, welche die Christliche Religion angenommen haben, ibid. 1730. 4. Consilii illius hæc summa est, ut scripta, ad instruendos in doctrina salutari Judæos facientia, lingua Judæo-Germanica composita, in lucem edantur, cum spes sit, fore, ut illorum lectione capiantur Judæi felicius, qvam alias fieri consvevit. Illius itaqve perficiendi initium facturus Cl. *Callenbergius*, conqvisitis hominum piorum symbolis, eo rem deduxit, ut instructo typographeo Judæo Germanico primum in lucem proferret commentationem dialecto Judæo Germanica exaratam, sub titulo: אור לעת ערב qvam supra Indice II. inter *ἀνώνυμα* scripta laudavi. Eam secuta est epistola Judæo Germanica ad Judæos ibidem commemorata & an. 1730 secundum edita; tum Domini nostri concio montana de beatitatibus & epistola *Johannis* prima, nec non *Lucæ* Evangelium eodem anno. Hæc omnia, dialecto eadem procusa, inter Judæos copiose dispersa fuisse, ipsa illa, qvam dixi, Narratio testatum facit. Nec crediderim ego, convenientiorem institutum hoc cum fructu urgendi rationem commendari posse, & rogandus est Vir Optimus, ut, qvam ingressus est viam, eam alacriter calcare pergat, & Divini Numinis benedictionem exspectet.

Falsteri (Christiani) Rectoris Athenæi Ripensis meritissimi, consilium de cogendo Concilio Christiano-Judæo, ex quo doctores Judæi & Christiani, hebraice docti, disputando inter se committerentur, ad provehendam doctrinam Christianam, exstat in Amœnitatibus ejus Philolog. Volum. I. p. 85. sqq.

Hosmanni (Sigismundi) Vorbereitungs-Mittel zu der Juden Bekehrung in libro ejus, quem inscripsit das schwer zu bekehrende Juden-Hertz.

Jesu (Thomas à) Carmelita in opere de conversione omnium gentium procuranda librum IX. ad Judæos spectare voluit.

Kahmanni (Henrici) Sendschreiben von Bekehrung der Juden exstat im beschäfftigten Secretario, Expeditione XXXII. p. 706.

D. L. Vorschlag von Bekehrung der Juden ibidem Expeditione XVII. p. 433. sqq. & p. 1008.

Millar (Robert.) Anglus, libro ſuo, qvem inſcripſit *History of the Church under the Old Teſtament* &c. Londini 1730. fol. edito, ſubjungit *a diſcourſe* to promote the converſion of the Jewes to Chriſtianity.

Mulleri (Joh.) V.D. Miniſtri Gothani liber אור לעת ערב, & alia, de qvibus ſupra in Indice II. inter Anonymos.

Opfergeldt (Friderici) Methodus colloqvendi cum Judæis, qvæ inſerta eſt ejusdem Nachricht von den Jüdischen Lehrern, Halæ 1730. 8. editæ, p. 181 - 211.

Peyrerius (Iſaacus) in *Rappel des Juifs* libro V. toto conſilia huc ſpectantia ſuppeditat, ſicut lib. III. Chriſtianos, ut huic operi incumbant, excitat. Vide qvæ paulo poſt Indice X. afferentur.

Poſſevinus (Anton.) libro IX. Bibliothecæ Selectæ de Judæis, Muhamedanis & aliis gentibus juvandis commentatur.

Spener (Philip. Jac.) in Conſiliis Theologicis Germanicis poſtremis p. 286 - 295. atqve hinc in *Gottholdii* Manuali Caſuiſtico p. 735.

à T. (C. M.) Mittel das blinde und halsstarrige Juden-Volck auf den Weg der Erkäntniß zu bringen, Hamburgi 1706. 8.

IX. SCRIPTORES CATECHISMORVM PRO JVDÆIS Germanice, aut pro Chriſtianis & Judæis Hebraice exaratorum.

Jablonsky (Dan. Erneſt.) Kleiner Juden-Catechismus vor einfältige Anfänger 1708. 8. ſine loci indicio, plagulis qvatuor. Catechiſmus ille, in proſelytorum rudiorum gratiam compoſitus, conceptus eſt lingva Germanica pura, literis noſtratibus, & ex adverſo latere Judaicis expreſſa. Confer Bibliothecæ Fabricianæ Partem VI. p. 502.

Catechiſmum *Hebraicum*, dialogi methodo conſcriptum, dedit *Franciſc. Donatus* in Pomis Aureis Hebr. & Rom. 1718. 4. p. 189. ſqq. Opuſculo Tertio, ubi exſtat תלמוד המשיחי, *Doctrina Chriſtiana*, usqve ad p. 204. Hinc ſeqvitur 1) Symbolum Apoſtolorum, 2) Oratio Dominica. 3) Symbolum S. Athanaſii. 4) hymnus: Veni Creator Spiritus. 5) Salutatio Angelica. 6) Cantiaum B. Virginis Mariæ. 7) Antiphona, Salve Regina. 8) hymnus: Ave maris ſtella. 9) hymnus: Memento ſalutis auctor. 10) Antiphona: ſub tuum præſidium. 11) Canticum

Zachariæ. 12) Canticum Simeonis. 13) Canticum Angelorum. 14) Canticum trium puerorum. 15) Canticum Judith. 16) Oratio Venerab. Bedæ, Presbyt. ad D. N. Jesum Christum. 17) Oratio ad Mariam Virginem. 18) Oratio S. Gregorii Papæ ad D. N. Jesum Christum. (19) Oratio Regis Manasse, dum captus teneretur in Babylone. Omnia Hebraice & literis qvadratis expressa usqve ad p. 214.

Claji (Jo.) Catechesis minor Lutheri Hebraice non prodiit Wittebergæ 1599. 8. qvod ex *Draudio* supra retuli. Illa enim versio est *Conr. Neandri* non tam Rabbinica, qvalis est *Claji*, qvam Biblica dictione expressa, qvæ in Catechesi minore Lutheri qvadrilingvi, loco & anno citatis edita exstat.

Carol. Gottlieb Willich, Ex Judæi, wahre Erleuchtung der gesegneten Kindschaft Abrahams, und wahrer Weg zur Seeligkeit. Hal. 1729. 8. 2. plagulis constat 50. qvæstionibus Catecheticis in gratiam Judæorum conformatis. Auctor sperare jubet tractatum hujusmodi ampliorem sub tit. *Gloria Christi*.

X. SCRIPTORES DE CONVERSIONE JUDÆORUM aut universali, aut notabiliori, inposterum speranda, vel non speranda.

Vide, qvos pro spe illa *Phil. Jac. Spenerus* in Piis Desideriis p. 345. & in Evangelischer Glaubens-Lehre p. 44. item Glaubens Trost Tom. II. p. 438. nec non in geistlichen Schriften Tom. II. p. 329. sq. attulit. Adde Interpretes ad *Rom.* XI. 25. & qvos ibi ipse ego citavi in Vol. II. Curarum Philologico-Criticarum, ut & variorum disputationes & tractatus a M. *Wilderhausenio* in Bibliotheca Disputationum & *Schwindelio* in Bibliotheca Pastorali ad illum locum allatos.

Judæorum excitabulum matutinum, sive Judæus redux, auctorem habet *Jean Bethison*, qvod supra Indice II. inter Anonymos ostendi.

Rappel des Juifs, Revocatio Judæorum, auctorem agnoscit *Isaacum Peyrerium*, teste *Rich. Simone* in Lettres Choisies Tom. II. p. 29 sqq. ubi de hoc libro commentatur, speciatimqve refert, se eum MS. & ab auctore secum communicatum, legisse. Addit eundem lectum qvoqve esse à *Feronio*, Doctore Sorbonico, qvi auctori qvasdam suas animadversiones tradiderit: interim Censorem, à Cancellario constitutum, approbationem

tionem illi suam denegasse. Hinc factum esse, ut, cum vereretur, ne Presbyteri Oratorii librum post fata sua igni traderent, manu sua descriptum in Bibliotheca Principis reposuerit, in qva adhuc inveniri suspicetur. Ipse itaqve nunqvam putat prodiisse: neqve tamen dubium est, librum hunc anno 1643. 8. pp. 375. sine loci indicio editum, eundem esse, de qvo *Simonius* disserit. Ut enim titulum, qvi idem est, taceam, cetera qvoqve, qvæ idem affert, cum nostro hoc consentiunt. Versatur ille in manibus meis, alioqvin raro obvius. Distingvitur autem in libros V. qvorum I. ostendit, Judæos *spiritualiter revocatum* h. e. ad cognitionem Evangelii perductum iri, ex qvorum salute & revocatione etiam illa Gentilium pendeat. II. eosdem temporali beatitate instructum & ex omnibus terræ partibus in Terram Sanctam auspiciis cujusdam Galliæ Regis deductum iri. III. excitat Christianos, ut Judæis convertendis incumbant. IV. Messiam Judæis proponit, ut talem, qvi, sicut in carnem venit Gentilium causa, ita Spiritu sit venturus ad Judæos. V. media Judæos ad Christum perducendi commendat. In calce libri auctor p. 373. testatur, tractatum hunc synopsin exhibere operis, qvod moliatur, majoris, edendi aliqvando sub titulo: *Synopsis Doctrinæ Christianæ ad usum Judæorum & Gentium.*

Anon. Conjectanea de Hebræorum ad Christum Salvatorem nostrum conversione 1620. 4. sine loci indicio.

Anon. Prodromus Reconversionis Judæorum, oder Vortrab der erwünschten Wiederbekehrung der Juden, darinn erwiesen wird, wie die Juden für den lieben jüngsten Tag sich zu GOtt bekehren, und den Christlichen Glauben in ansehnlicher Menge annehmen werden, darneben auch Mittel gezeiget werden, wie man schleunig dazu gelangen möge, durch Curæ Jhesu Sanor. Francof. ad Mœn. 1634. 4.

Anonymi Israelita revertens armatus, verus ne an fictus, sive Bericht von den 10 Stämmen Israel, ob sie das Israelitische Reich wieder anrichten können. 1666. 4.

Anon. Regles pour l'intelligence &c. Illæ auctorem habent Abbatem *d'Asfeld* (non *d'Harsfeld*) qvi statuit, Judæos non solum ad Christum aliqvando conversum iri, sed & per sat longum tempus in mundo tranqville victuros esse. Conf. paulo post *Athanasius.*

Allix. (Pet) in præfatione ad suam Psalmorum Paraphrasin, qvo judice pleriqve Psalmi Davidici de futura Judæorum conversione vaticinantur.

P. *Athanasii*, Pœnitentis Ordinis S. Francisci, difficultez sur le sentiment

timent de Ms. l' Abbé d' Asfeld, exſtant in Memoires de Trevoux an. 1717. p. 1051. ſq. qvi Judæos non niſi cum adventu Meſſiæ ultimo converſum iri arbitratur.

Basbuyſen (Henr. Jac. van) Concio ſuper Zachar. XIII. 3. Serveſtæ 1723, edita, pro ſpe converſionis Judæorum. Contra eam nonnulla afferuntur in Sammlung von Alten und Neuen Theologiſchen Sachen an. 1723. p. 299.

Brandneri (Pet. Andreæ) Juris Candidati, Fata Numinis & vota hominis expleta. Ratisbonæ 1723. fol. in qvo tractatu, vaſtiſſimi operis Irenici univerſalis prodromo, Judæos præclara qvæqve ſperare jubet. Vide Sammlung l. c. p. 1071. ubi parare dicitur librum de celebritate & præſtantia gentis Judaicæ præ ceteris omnibus; item, de hodierna Judæorum calamitate & miſeria, nec non de conſenſu V. & N. Teſtamenti, & Novi auctoritate; qvi ad provehendam Judæorum converſionem inprimis ſit comparatus.

Buddeus (Jo. Franc.) in Inſtitutionibus Theologiæ Dogmaticæ p. 672.

Burneti (Thomæ) Appendix de futura Judæorum reſtauratione, qvæ exſtat in calce libri ejus de Statu mortuorum & reſurgentium. *Londini* 1727. 8. Vide *Monthly Catalogue* an. 1727. Vol. III. p. 110.

Calvör (Caſp.) Appendix ad Gloriam Chriſti &c. Confer Unſchuldige Nachrichten 1710. p. 218. & 1707. p. 404.

Colberg (Ehregott Daniel) in Chriſtianiſmo Platonico-Hermetico, Part. II. p. 595.

Corvini (J. F.) der Juden langwieriges zwiefaches Elend in ihrer letzten Zerſtreuung, und ihre endliche Erlöſung, aus Hoſeæ III. 4. 5. an. 1729. 4.

Durer (Hieron.) Hofnung Iſraels, oder Beweiß, daß noch vor dem jüngſten Tage die Fülle der übrigen Heyden in die Kirche eingehen, und auch das Groß des Jüdiſchen Volcks zu Chriſto ſolle bekehret werden. Hanov. 1698. 12.

Frölichia (Eva Margaretha) Bewys wegens der Joden hare Gnadenverkieſing, Amſtelod. 1682. 12. Vide Unſchuldige Nachrichten. an. 1715. p. 1112. ſq.

Gebhardi (Brandani Henr.) Theologi Gryphici, præfatio ad *Habacucum enucleatum*, Lipſ. 1724. 4. qva oſtendere inſtituit, converſionem Judæorum à Paulo prædictam, non inſtantaneam, ſed ſucceſſivam eſſe. Idem in *Obadia Enucleato*, Gryphiswaldiæ 1723. 4. ed. rejicit univerſalem Judæo-

Judæorum conversionem p. 88. Confer. ejusdem præfat. ad introduct. in Prophetiam Joelis, Rostoch. 1724. 4.

Gerberus (Christianus) pro Judæorum conversione futura passim pugnat. Vide Unschuldige Nachrichten an. 1707. p. 423.

Jesse (Henr.) Angli, Ministri V. D. de Heerlickheydt en Heyl van Jehuda en Israel, beleden ende betuygt aen allen overgeblevene ende onder allen Volckeren verstroyde Israel, die door de verlossinge, die door den Messia, haren Koninck, voorhanden is, met hertelyck verlangen, geduerigh zyn suchtende; liber ex Anglico in gratiam Judæorum Belgice per P. S. translatus, & Amstelod. anno ab O. C. 5602. (ita titulus mendose habet) editus in 8. pp. 167. Inscriptus is est Judæis, nominatim Amstelodamensibus, ad qvos idem auctor antea literas manu scripserat, & pertinet tum ad veritatem doctrinæ Christianæ de Messia stabiliendam, confutandasqve exceptiones, tum ad confirmandam spem conversionis Judæorum.

Kempe (Andreæ) Israels erfreuliche Botschaft. Hamburg 1688. 12. Vide B. *Schudtii* Memorabilia Judaica Parte I. lib. V. c. 16. p. 536. Confutatur ab Anonymo in warhaftiger Nachricht von dem, was Andr. Kempe in seinem Buche, Israels &c. für irrige puncta enthalten. an. 1688. 12.

Kindervater. Vide supra inter Scriptores concionum super Judæis baptisandis habitarum, p.

Kohlreif (L. Godofred.) in commentatione de hostium veritatis Evangelicæ in judicio extremo contra se ipsos testimonis ex *Jes.* XLV. 23. 24. Bibliothecæ Lubecensis Volumini I. num. 1. inserta, non qvidem *universalem* sed *notabilem* Judæorum conversionem ex Hoseæ III. exspectari debere asseverat. Conf. Sammlung von Alten und Neuen Theologischen Sachen an. 1726. p. 641.

Krackevitz (Albert. Joach. de) Theologi Gryphici disput. ad *Hos.* III. 4. 5. Gryphiswald. 1702.

Langius (Joach.) Theologus Halensis, eandem spem tum alias in commentariis suis, tum in Antibarbaro Parte II. p. 646. firmare conatur.

Maria (Jo. à S.) Galli Aqvitani, Arcana S. Scripturæ de futura duplici Judæorum conversione, libris XII. an. 1659. scriptis, sed non editis, laudat *Jac. Qvetif* in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum Tom. II. p. 596. una cum ejusdem Disputatione Ms. de futura legalium apud Judæos observantia, post eorum ad Christi fidem conversionem.

Medem (Anna von) Vide supra Indicem III. Scriptorum Anti-Judaic. recentiorum.

Megerlin (Dav. Friederici) Rectoris Montisbelligardensis, Tract. promissus de Christognosia Antiquaria, sperandam Judæorum conversionem promotura, in quo inter cetera conversionis illius probabilitatem & facilitatem ex parte Dei promittentis, sed & eandem per media commoda adjuvandi necessitatem sibi sumet ostendendam. Auctor illius spem fecit in Catalogo edendorum XX. Scriptorum Philologico-Critico-Theologicorum, qui recusus est in Relationibus Tubingesibus von gelehrten Neuigkeiten Parte V. p. 186.

Mosemanni (Herman. Fabronii) Bekehrung der Juden, und von Verwüstung der Stadt Jerusalem. Erfurti 1623. 4.

Muhlius (Henricus) Theologus Kiloniensis, eandem spem adstruit tum in Schediasmatibus Sacris, Kilon. 1716. editis, p. 149. sqq. tum alias. Confer Unschuldige Nachrichten an. 1708. p. 422. sq.

F. F. Otrokocsi Restitutio Israelis futura. Viennæ 1712. 8.

Petersen (Jo. Wilhelm) frequentissimum spei hujus patronum se præstitit. Vide Unschuldige Nachrichten 1708. p. 288. & 1709. p. 477.

Rœmeling (Christian. Anton.) iisdem vestigiis insistit, in der Zerstöhrung Babels von Mitternacht 1710. 8. Vide ibid. 1710. p. 372.

Rumetschi (Jo. Christ.) Schediasma de conjecturis ultimi temporis, ubi de Judæorum tum conversione, tum reductione in terram Canaan, tanquam non speranda, agitur. Francof. 1681. 8. Confer Unschuldige Nachrichten 1728. p. 531.

Rusmeier (Michael Christ.) Theologus Gryphicus, in Freywilligen Heb-Opfer XIV. Beytrag p. 279. sq. in affirmantium partes concedit.

Schulenburg (Jo. Christ.) in Unvorgreiflichem Vorschlag zur Vereinigung der Fest-Zeit auf alle Ostern künftiger Zeiten gerichtet pag. 147. & 160. spem notabilis Judæorum conversionis, brevi eventuræ, stabilire conatur. Prodiit liber Francofurti, vel potius Norimbergæ 1724. 4.

Schnabelius (Hieron. Gvil.) Theologus quondam Bremensis, in Oratione Inaugurali, Amœnitatibus Theolog. Emblematicæ & Typicæ pag. 312. sqq. inserta, insignem Judæorum conversionem exspectandam ominatur.

Tarizali (Paulus) Hungarus, de vocatione Gentium & conversione Judæorum, Oxon. 1672. 8.

Thielen

Thielen (Jo. Frideric.) Hofnung Israelis, oder zukünftige Bekehrung der Juden, aus der Heil. Schrifft, und Theologorum Zeugniß. Prentzlaviæ 1714. 4.

Venema (Herman.) Theologus hodie Franequeranus lib. I. dissertatt. Sacrarum capitibus II. postremis pro universali Judæorum conversione pugnat.

Zimmermann (Jo. Jac.) in der Muhtmaßlichen Zeit-bestimmung, quam sub *Ambrosii Sehmanni* nomine an. 1684. 8. edidit, pag. 29. 30. eandem adstruere annititur. Vide Unschuldige Nachrichten an. 1701. pag. 425. vel pag. 397. edit. repetitæ.

XI. HISTORICI DE REBUS JUDAICIS Hebræi tam Universales, quam Speciales.

De Historicis Judæorum disserit *Humfredus Prideaux* in præfatione ad Volumen II. libri Anglicani, the Old and New Testament connected in the History of the Jews and neighbouring Nations. Confer Bibliotheque Angloise Tom. III. p. 488. sqq.

Notitiam Scriptorum *Gentilium*, vel *Christianorum*, de rebus Judæorum, sed deperditorum, præstantissimus *Jo. Albertus Fabricius* in Biblioth. Græca lib. IV. pag. 254. dedit, quæ ejusdem opera locupletata exstat in editione Josephi recentissima Havercampiana Tom. II. p. 70. sq. post ipsa Josephi scripta.

XII. HISTORICI DE REBUS JUDAICIS Christiani recentiores.

Anonymi Tractatus de origine Hebræorum, eorumque regimine, itemque declarationes dubiorum, quæ circa Sacram V. T. historiam versantur: Venet. 1588. 4.

Anonymi Maximi fructus monitum quoad nuperas vehementiores in cohortem Judæorum factas grassationes. Furthi 1699. 4.

Anon. Present State of the Jewish nation, Londini 1658. 4. Vide Bibliothecam Anton. Collins Parte I. p. 82. Videri hic liber idem poterat cum seqvente.

Addison (Lancellot) Present State of the Jews in Barbaria vidi ex editione Londinensi anni 1675. 8. pp. 249. Interpretem libri hujus Germanicum *Joh. Frideric. Behaimb* zu Schwartzburg, Patricium Norimbergensem, appellat B. *Schudt* in Memorabilibus Judaicis Part. IV. Contin. I. p. 47.

Basnage (Jac.) Histoire & la religion des Juifs, Amstelodami primum 1707. 12. quinque Voluminibus edita, & deinde aliquoties, etiam locupletior recusa, de qua vide doctissimi *Jo. Alberti Fabricii* nostri Delectum argumentorum & Syllabum Scriptorum pro veritate religionis Christianæ pag. 623. Nonnullas ejus hallucinationes notavit *Jo. Buxtorfius*, abnepos, in Dissertationibus varii argumenti, pag. 110. sqq. Lege quoque Bibliothecam Reimmannianam Tom. I. pag. 927. Notari hic velim, Basnagii *Antiquitates Judaicas* Vol. II. pag. 1075. commemoratas, operarum vitio, nomini *Bertrami* subjectas esse.

Benzelii (Erici) Theologi quondam Vpsaliensis, jam Episcopi Lincopiensis, Notitia Literaria, Sect. I. Parte I. II. & III. Vpsaliæ 1716. & sequentibus annis edita, de rebus Judæorum exponit.

Berruyer (Isaac Joseph) ex S. J. Histoire du peuple de Dieu, depuis son origine jusqu' à la naissance du Messie, tirée des seuls livres Saints, ou le texte sacré des livres de l'ancien Testament, reduit en un corps d'histoire. Paris. 1728. 4. voll. 7. Vide Nova Literaria Lipsiensia Germanica an. 1729. p. 445. sq. & *Journal Literaire* Tom. XIII. Parte II. pag. 333. sq. Illi Operi opposita est *Instruction Pastorale de l'Eveque de Montpellier*, Vltrajecti 1732. 8. recusa, in qua enarrantur varii in doctrina & moribus errores Jesuitici, hinc inde respersi.

Calmeti (Augustini) Conspectus historiæ profanæ orientalis à Salomone ad captivitatem Babylonicam ad illustrandam historiam Hebraicam in Prophetis expressam, exstat in Dissertationibus & Prolegomenis ejus Biblicis Tomo I. pag. 523. sq. versionis Latinæ. Ejusd. de Statu religionis in ditionibus Juda & Israel post factam utrinque secessionem ibidem p. 619. sqq. Ejusd. de præstantia historiæ Hebræorum, ibid.

Crullii (J.) Jewish History, &c. Vid. Memoires de Trevoux an. 1710. p. 361. sq.

Draudii (Georg.) Judaicus favor nimium suspectus, idemque bene prolixus, in Tomo III. dierum Canicularium *Simonis Majoli*, Colloq. I.

W. H.

W. H. History of the Jews, whilst here in England, from their admission by William the Conqueror, to their banishment. Londin. 1656. 4. video afferri in Catalogo Bibliothecæ *Anton. Collins*, Part. I. pag. 82.

Hertii (Jo. Nicolai) commentatio de Republica Judaica MS. ex autographo Auctoris descripta. Vid. Bibliothecam Vffenbachian. MS. compendiariam p. 458. n. 25.

Hombergii (Joh.) Politia Judaica Neostadii 1617. 4. una cum Anton. Margaritæ tractatu vernaculo de hodiernorum Judæorum religione & ritibus.

Huseri (Conrad.) de quo p. 1077. Vide infra p. 509.

Jameson (Gvilielm.) in Spicilegiis Antiquitatum Ægypti cap. VIII-XI. historiam Judæorum antiquam a paganorum Scriptorum erroribus & commentis liberat. Vide quæ infra Sect. XV. dicentur.

Olivier (Claudii Matthiæ) Massiliensis, Advocati in curia Paris. dissertat. super Criticam Platonis, qua probare instituit, historiam insulæ Atlanticæ, quæ ibi traditur, spectare ad res Judæorum describendas, exstat in continuatione Memoriarum Literariarum a *Sallengrio* olim editarum, Tomo I. Parte I. p. 19—45.

Ostermanni (Jo. Erici) Miscellanea Judaica, Vitembergæ 1670. 4.

Prideaux (Humfredi) Angli connexion of the history of the Old and New Testament, ab *Augusto Tittelio* Germanice conversa lucem vidit Dresdæ 1721. 4. De versione ejusdem operis *Gallica*, sed mutilata illa, Paris. 1716. 12. voluminibus VII. lege *Bibliotheque Françoise* an. 1726. mense Majo, p. 145. sqq.

Schuckford (Samuel) itidem Anglus, opus Prideauxianum eadem methodo suppleturus, paulo post edidit *Harmoniam Sacrorum & profanorum Scriptorum* in rebus mundi, inde ab origine ejus usque ad interitum Monarchiæ Assyriacæ, a quo *Prideauxius* telam suam erat exorsus. Prodiit liber Germanice conversus. Berolini 1731. 4.

Verbrugge (Othonis) Theologi Groningani, Oratio de Statu Judæorum tempore exilii Babylonici, subjuncta ejus Observationibus Philologicis de Nominum Hebræorum numero plurali, Groning. 1730. 8. num. III.

Vignolles (Alphons. des) V. D. Minister inter Gallos Berolinenses Reformatus, paratam prelo habet Chronologiam Judaicam, teste

auctore (*Jordano*) du Recueil de Literature p. 8. Ibi enim literis M. D. V. *Vignolius* designatur.

XIII. SCRIPTORES HEBRÆI DE ANTIQVITATIBVS Judæorum, moribus item & ritibus hodiernis.

R. *Abraham ben David Arje* librum præstantissimum, שלטי גבורים Latina civitate donandum suscepit Celeber. *Conradus Ikenius*, Professor LL. Oriental. Bremensis meritissimus, cui tam facilem Bibliopolam adprecor, quam idoneum habeo operi illi perficiendo.

Leonis Mutinensis Historia rituum gentis Judaicæ una cum *Rich. Simonii* dissertat. gall. iterum recusa est in Ceremonies & Coutumes religieuses de tous les peuples du monde, Amstelod. 1723. fol. Tom. I. in limine. Additur illis dissertatio nova de cerimoniis hodiernorum Judæorum, cujus pars prior conditionem illorum inter Christianos & Muhamedanos, opiniones item varias, posterior autem cremonias, earumque apud Lusitanos & Germanos diversitatem edisserit. Confer Neue Zeitungen von gelehrten Sachen an. 1723. p. 228. & Sammlung von Alten und Neuen Theologischen Sachen 1725. p. 1061. sqq.

Morosini (Julius) de quo vide Vol. III. hujus Bibliothecæ sub *Schemuel Nachmias*.

Kirchneri (Pauli Christiani) Jüdisches Ceremoniel auctius cum multis & elegantibus figuris, notis item *Sebast. Jac. Jungendres* prodiit, Norimbergæ 1724. 4. pp. 226.

Lebb (Christianus Pet.) Ex-Judæus, in Suecia diu versatus, an. 1731. paravit *Speculum* religionis Judaicæ lingua Svecana, quo capitibus 48 ritus Judæorum hodie receptos explicabit. Argumenta singulorum capitum leges in Nieder-Sächsischen Nachrichten von Büchern anno 1731. pag. 666. sqq. item Neue Zeitungen von gelehrten Sachen. Leipzig 1731. pag. 884. sqq.

XIV. SCRIPTORES CHRISTIANI DE Antiquitatibus Hebræis, ut & de moribus ac ritibus Judæo-

Judæorum hodiernis, & an illi in Republica Christiana sint tolerandi?

Anonymi de usu & necessitate notitiæ Antiquitatum Hebraicarum dissertationem Germanicam lege in Zürichschen Alten und Neuen der gelehrten Welt, Parte XI. p. 798. sqq.

Anon. Judæorum Morologia, sive Jüdisches Affen-Spiel, das ist, der Jüdischen Gemeine zu Prag possirlicher und lächerlicher Aufzug bey celebrirung der Geburt des Römischen Kayserlichen Printzens Josephi. Lipſ. 1678. 4.

Anon. Demasquirtes Judenthum, de quo supra Indice III. inter *Anonymos*.

Anon. Juden-Spiegel, in welchem kurtz, wahr, und klärlich der Juden Herkommen, jetziger Stand, Glaube, ärgerlicher Handel, und Wandel rc. fürgestellet wird. Cölln 1714. 12. Auctor in præfatione profitetur, se tum aliis hujusmodi scriptis, tum inprimis *Eisenmengeri*, (qui mendose *Reisenmengerus* vocatur) Judaismo detecto usum esse. Constat libellus 8½ plagulis.

Anon. liber Anglicanus, Ceremonies of the present Jews, to wich are added the XIII. Articles of their faith and an Account of their severall Sects. Lond. 1728. 8.

Arndii (Josuæ) Clavis, seu Lexicon Antiquitatum Judaicarum à *Carolo Arndio* promissum, ut editum commemoratur in Memoires de Trevoux an. 1720. p. 1469. sq. At cave, credas, illud lucem unquam vidisse, vel visurum esse, postquam & *Carolus Arndius* diem suum obiit.

Basbuysenii (Henr. Jac.) Sciagraphiam Antiquitatum commemorans *August. Calmetus* in Supplemento ad Biblioth. suam Sacram in calce Dictionar. Biblici p. 174. mendose eum *Joannem*, tum *Lutheranum Hanoveranum* appellat, ipsum vero librum *Hanoveræ* ait impressum. *Hanoviensem* scilicet & Reformatum doctorem dicere debebat, sicut & *Hanoviæ* Sciagraphiam illam in lucem protulit.

Buceri (Mart.) Rahtschlag von den Juden, wie die unter Christen zu halten sind. Argentor. 1539. 4. Vid. Collectionem Nov-antiquorum Theolog. an. 1730. p. 915.

Buxtorfii (Joan.) Patris Synagoga Judaica *Germanice* Francofurti 1729. 8. recusa est. *Belgice* cum figuris tertium prodiit Roterod. 1731. 8. ubi & in calce dialogus inter Judæum & Christianum accedit.

Buxtorfius (Joan.) abnepos tum in Catalectis Theologico-Philologicis, tum in Dissertatt. varii argumenti, Basil. 1725. 8. varia affert, ad antiquitatas & ritus Judæorum spectantia. In posteriori libro speciatim Diss. IV. pag. 56. sq. de nonnullis Justini Martyris circa res Judaicas hallucinationibus commentatur.

Calmeti (Augustini) Dissertationes variæ primum commentariis ejus Biblicis insertæ, hinc seorsim & junctim aliquot voluminibus recusæ, ut & Dictionarium Historico-Criticum &c. huc spectant. De utroque opere lege Neue Zeitungen von gelehrten Sachen an. 1722. p. 932. & an. 1729. p. 410. sqq.

Crull (Jo.) Vide supra Sect. XII. suo loco.

Danielis (Fidelis) de Republica Judaica agit in opere Italico, quod inscripsit *Trattato della divina Providenza*, teste Alphonso Lasor à Varea in Vniverso Terrarum orbe, Scriptorum calamo delineato, Tom. II. p. 56.

Dassovii (Theodori) Dissertationes editas, & commentationes varias MSS. in publicum edi optat Venerab. *Ericus Benzelius* in Notitia Literaria Sect. I. Part. III. de rebus Judæorum pag. 56. & Antiquitates ejus Hebraicas, *Laur. Normanni* manu descriptas, in Bibliotheca Vpsaliensi publica exstare testatur.

Danzii (Jo. Andr.) observationes MSS. in *Pfeiferi* Criticam Sacram & *Goodwini* Mosen & Aaronem laudantur in Programmate ejus funebri, an. 1728. edito, quas utinam voto meo in publicum protrahere possem.

Eisenmengeri (Jo. Andr.) Judaismus detectus. Confer supra *Anonymi* Jüden-Spiegel.

l'Enfant (Jac.) in Prolegomenis ad N. T. Gallicum, quod ipsi & Cl. *Beausobrio* debemus, inter cetera compendium Antiquitatum Judaicarum exhibet. Confer Bibliothecam Bremensem Class. II. p. 947.

Fragosus (Baptista) in Regimine Christianæ Reipubl. Tomo I. Disput. II. differit de Judæis exstirpandis.

Grys (D.) Zeeden der Israëliten ten voorbeelde eener vollmaekten Republick, Amstelod. 1702. 8.

Goodwini (Thomæ) Moses & Aaron *Bremæ* 1722. 8. sextum prodiit cum novis *Jo. Henr. Reitzii* animadversionibus, & *Herm. Witsii* dissert. duplici

duplici de Theocratia Israëlitica & Rechabitis. Cum iisdem *Reitzii* & *Jo. Henr. Hottingeri*, Lugd. Batav. 1724. 8. præmissa Taconis Hajonis van den Honert commendatione. Suarum in eundem notarum meminit Cl. *Jo. Henr. Majus* in Observatt. Sacris Parte IV. p. 69. B. *Jo. Andr. Danzii* observationes in illum librum MSS. modo laudavimus. B. *Jo. Nicolai*, Professoris qvondam Antiqvitatum Tubingensis, notas in eum amplissimas MSS. commemorat Celeb. Pfaffius Tom. I. Historiæ Theolog. Literar. p. 89. Nova ejusdem editio, novis animadversionibus ornata à Vener. *Jo. Gottlob Carpzovio*, Antistite Lubecensis Ministerii meritissimo, exspectari jubetur in Neuen Zeitungen von gelehrten Sachen, an. 1729. p. 652. De libro ipso lege judicantem Rev. *Reimmannum* in Biblioth. Reimmanniana Tom. I. p. 917. *Germanice* etiam Tiguri 1687. 8. prodiisse testatur *August. Calmetus* in supplementis Bibliothec. suæ Sacræ ad calcem Tomi IV. Dictionarii Biblici p. 173. vereor ut recte.

Hammius (Jo.) Prof. Duisburgensis, an. 1719. paravit Compendium Antiqvitatum Hebraicar., Relandinum illud suppleturus. Vide Biblioth. Bremensem Class. III. p. 367.

Hardtii (Herman.) Antiqvarium Judaicum pro illustrando Veteri & Novi Testamento una plagula in 4. sine anni indicio editum recensum supellectilis antiqvariæ Judaicæ continet, qvam in Museo suo servat, v. c. *Arba Canpot*, *Zizith*, *Tephillin* &c.

Hæpfneri (Paul. Christoph.) Hierosolyma antiqva, sive, Fragen von profan-Gebräuchen der Jüden. Halle 1715. 12.

Huseri (Conradi) Tigurini Tractatus de imposturis & ceremoniis Judæorum nostri temporis, antea qvidem ab authore Germanice editus, nunc vero in gratiam Reipublicæ Christianæ Latine (ab Husero) redditus. Basileæ 1575. In Dedicatione Huserus, interpres, ita: *Hæc ita cum se habeant, commode se obtulit liber de ceremoniis & imposturis Judaicis, falso Mauro Lombardo inscriptus, Germanice à viro, non indocto illo qvidem & de Republica Christiana optime merito editus, qvem ego ex consilio amicorum Latine reddendum non ægre suscepi.* Vidi ego exemplar Germanicum Norimbergæ apud Celeberr. *Godofredum Thomasium*, ita inscriptum: Gründlicher Bericht und Erklärung von der Juden Handlung und Ceremonien. Basel 1573. 4. Latinum autem, pagg. 66. comprehensum, in manibus meis versatur.

Ikenius (Conrad) Professor Theolog. & Ant. Bremensis, præter varias dissertationes huc pertinentes jam pridem Compendium Antiqvitatum Judaicarum in Prælectionum publicarum usum, plagulis pluribus, formis

exſcribi curavit, qvod felicibus auſpiciis Bremæ prodiit an. 1732. Titulus hic eſt: *Antiqvitates Hebraicæ ſecundum triplicem Judæorum Statum, Eccleſiaſticum, Politicum & Oeconomicum, breviter delineatæ.* In præfatione rectiſſime monetur, in Inſtitutionibus ejusmodi, qvæ adhuc exſtant, ipſa qvoqve *Relandina* Antiqvitates tantum ſacras tractari. Ipſe itaqve cetera, non minus huc pertinentia, perſecuturus in *Statu Eccleſiaſtico* non minus *doctrinam* Hebræorum, qvam *cultum*, atqve adeo *loca, perſonas & tempora ſacra*, tum vero utriusqve, doctrinæ nempe & cultus, depravationem, hinc per *Sectas & errores*, hinc per *idololatriam & hypocriſin*, exponit. In Statu *Politico* Judæorum rem *civilem* & *militarem* tradit. In *Oeconomico* deniqve de matrimonio, liberis, ſervis, tectis, amictu, victu, vita privata, mutuis in ea officiis, ſtudiis, mercatura, opificiis, agricultura, re pecuaria, ludis, morte & ſepultura commentatur. Lege plura in Hamburgiſchen Berichten von gelahrten Sachen an. 1732. p. 409.

de S. Joſepho (Cherubin) Carmelita, in Apparatu Biblico, in tres libros diſtincto, varia Antiqvitatum Hebraicarum capita illuſtrat. Lovanii 1704. fol. Confer *Memoires de Trevoux* an. 1711. p. 1338. ſq.

Jungendres (M. Sebaſt. Jac.) Norimbergenſis, tractatum ſuum Ms. de ritibus Judaicis citat, & in lucem edendum promittit in Specimine Philolog. de veterum Gentilium & Judæorum Theologia Mythica p. 91. Vide ſupra Sect. XIII. ſub *Kirchnero*.

Lakemacher (Jo. Gothofred.) Profeſſor Helmſtadienſ. in Obſervationibus Philologicis Parte I. num. II. de ritibus qvibusdam Bacchicis, à Græcis ad Judæos recentiores derivatis, & num III. de ritu Judaico cornua victimarum inaurandi eademqve coronandi diſſerit.

Lamy (Bernhardi) Congregationis Oratorii Presbyteri, de Tabernaculo fœderis de S. Civitate Jeruſalem, & de Templo ejus libri VII. Pariſ. 1721. fol. col. 1359. Vide Memoires de Trevoux 1721. p. 1209. ſq. ubi antea p. 152 ſqq. Proſpectus libri ejusdem erat præmiſſus. Lib. I. agitur de menſuris, ponderibus, nummis, qvorum in Scripturis fit mentio, eorumqve certa æſtimatione. II. de origine & principiis Artium, præſertim Architectura; de arcæ Noæ fabrica, veriſimilioriqve diſpoſitione, deqve turri Babel. III. de Tabernaculo fœderis, de ſupellectili, miniſtris & miniſterio ejus, de origine ſacrificiorum, & ritibus in his ſervari ſolitis. IV. de Sancta civitate Jeruſalem. V. de Templo & primum de ſeptis ejus exterioribus. VI. de tertio ſepto Templi, aede ſacra, altaribus, mari æneo, lateribus, columnis æreis, candelabris, ceterisqve,

terisqve, qvæ hoc septo continebantur. VII. de religione Judæorum erga templum, de ministris & vasis sacris, de Kalendario & festis Hebræorum, de ministerio Templi. Vastissimo huic Operi triginta omnino annos auctorem insudasse ipse hic conspectus testatur.

Langii (Joach.) Theologi Halensis, Mysterium Christi ac Christianismi in fasciis typicis Antiqvitatum Biblicarum V. T. qvo ritus Hebræorum Ecclesiastici circa loca, personas, tempora & actiones explicantur. Halæ 1717. 4.

Lewis (Jo.) Origines Hebrææ, Londini 1724. 8. libris qvatuor, & duobus Voluminibus, qvorum I. constat pp. 349. II. pp. 625. Liber I. de rebus Judæorum civilibus. II. de rebus Ecclesiasticis. III. de Templo & Synagogis & IV. de ritibus sacris præcipit. Enarratur opus in Bibliotheqve Angloise Tom. XIV. Part. I. p. 273. sqq. & in Actis Eruditorum Lipsiensibus Latinis.

Lombardus (Marcus) Videatur supra *Conr. Huserus.*

Lundii (Jo.) Jüdische Heiligthümer ex Germanico Belgice conversæ per *Jac. le Long* & duobus majoris formæ tomis cum formis æneis edendæ nunciantur in Biblioth. Bremens. Class. VII. p. 749.

Mezger (Pauli) Ord. S. Benedicti, sacra historia de Gentis Hebr. ortu, progressu, rebus bene & male gestis, variisqve fatis sub Patriarchis, Judicibus, & Regibus post Abrahamum usqve ad captivitatem Babylon. Augustæ Vindelicorum an. 1700. fol. Vid. *Memoires de Trevoux* an. 1702. Majo p. 371. edit. Amstelod.

Millii (Dav.) Prof. Theol. Vltrajectini, Oratio de variis Virorum doctorum in Antiqvitatibus Sacris, & Orientalibus erroribus. Vltrajecti 1727. 4.

Millar (Roberti) History of the Church under the Old Testament from the creation of the world, wherein also the affairs and learning of Heathen nations before the birth of Christ, and the State of the Jews from the Babylonish Captivity tho the present time are particularly considerd, to which is subjoind a discourse to promote the conversion of the Jews to Christianity. Lond. 1730. fol.

Miri (Adami Erdmanni) commentatio de Judaismo hodierno & Talmude MS. commemoratur in Collectione Nov-antiqvorum Theologicorum vernacula an. 1730. p. 157.

Ockley (Simonis) Professoris qvondam Arabicæ L. Cantabrigiensis,

sis, History of the present Jews troughout the World, being an ample, tho succinct, Account of the customs, ceremonies and manner of living at this time. Lond. 1711. 12.

Ottonis (Jo. Henrici) Adversaria circa veterum Hebræorum dogmata, ritus & statuta, ordine alphabetico MSS. nunciantur in Bibliothec. Bremensi Class. VI. p. 297.

Palatii (Joh.) in Monarchia Occidentali lib. V. cap. 3. 4 & 5. de Hebræorum origine, regimine & legibus, disserit, & cap. 6. Judæos a solo Christiano vult depelli.

de Saint Philippe (Don Vincent Bacallar y Sanna, Marqvis) Legati qvondam Regis Hispaniæ ad Belgii Ordines, Monarchie des Hebreux ex Hispanico Gallice conversa per M. A. de Beaumarchais, Hag. 1728. 4 tomis & 2 voll. in 8. Incipit historia à Judicibus populi Israelitici & desinit cum interitu Monarchiæ Judaicæ. Illustrantur ibi narrationes sacræ ex variis Interpretibus, & porismatibus tum Politicis tum moralibus distinguuntur.

Relandi (Adriani) Antiqvitates Sacræ veterum Hebræorum tertia vice auctiores Trajecti ad Rhenum 1717. 8. *Jo. Hammium* supplementa earum publico destinasse paulo ante monuimus. *Jeremiæ Friderici* in easdem notæ promittuntur in Novis Literariis Lipsiensibus vernaculis anni 1731. p. 343. Lege de illis Reimmanni judicium in Biblioth. Reimmanniana Tom. I. p. 917.

Ejusdem Oratio de usu Antiqvitatum Sacrarum, Trajecti 1715.

le Roy (Daniel) huc potius pertinet, de qvo supra Sect. III. diximus.

Schræteri (Henr.) Weissenburgensis, Deliciæ Judaicæ primũ prodierunt sub titulo: Etliche unwiedersprechliche Ertzbubenstücke von den Gottsverblendeten Jüden ingemein, wie sie uns Christen alle Sabbaths-Tage in ihren Synagogen greulich verfluchen, auch sonst uns an Leib und Gut zu beschädigen und auszusaugen, ihnen selbst kein Gewissen machen. Prodiit an. 1596. in 8. plagulis duabus sine indicio loci, qvem Weissenburgum, in calce Dedicationis commemoratum, esse suspicor.

Senckenbergii (Henr. Christiani) J. V. D. & Comiti Daunensi à consiliis dissert. inauguralis de Juribus ac privilegiis dotium illatorumqve in concursu creditorum, tum in genere, tum in specie qvoad mulieres Judæas Giessæ 1729. 4. in cujus capite II. de Juribus Judæorum disseritur, de qvibus justum se moliri tractatum per literas mihi significat ipse, vir ætate ingenio & doctrina florentissimus.

Serpilius

Serpilius (Georg.) Descriptio Synagogæ Serpilianæ luculenta, cura *Wilhelmi Mauritii Christiani*, Ex Judæi, prodiit Ratisbonæ 1723. 8. 5 plagulis & *Bremæ* 1732. 8. recusa est. Synagoga illa una cum Bibliotheca Serpiliana ab heredibus vendita est Pet. Conrado Monathio, Bibliopolæ Norimbergensi, apud qvem an. 1730. illam vidi, referentem, consilia de eadem Vindobonam transferenda & vendenda, qvæ olim agitata fuerint, interrupta fuisse.

Sessa (Josephi) J. V. C. Civis Taurinensis, & Vice-Conservatoris Generalis Vniversitatis Hebræorum, Tractatus de Judæis, eorum privilegiis, observantia & recto intellectu, continens pignora, usuras, testimonia, testamenta, juramenta, successiones, immunitates, matrimonia, repudia, Jus Gazagæ, & de ejus effectibus, latrocinia, & eorum receptatores, delicta carnis Judæi cum Christiana, vel Christiani cum Judæa, & de condigna pœna, blasphemias, salvos conductus & securitates, mancipia & nutrices Christianas, potestatem Rabbinorum, Judæorum lauda, baptisatos invitis Parentibus, vel ipsis offerentibus, Neophytos sive ad fidem sincere conversos, & jura eis debita in bonis Parentum, baptismum simulantes, aut redeuntes ad Judaismum, cum pluribus aliis qvæstionibus ad materiam pertinentibus, usu freqventioribus, Practico-legalibus, Canonicis & Moralibus, qvæ solide ac perspicue resolvuntur. Augustæ Taurinorum 1717. in fol. Opus luculentum est & eruditum. Confer Giornale de Letterati di Venetia Tom. XXXII. p. 563 sq.

Spenceri (Jo.) libri qvatuor de Legibus ritualibus Hebræorum, curante *Leonardo Chappelow*, Cantabrig. 1727. in fol. prodierunt, ubi non solum tres libri jam ante editi aliqvot capitibus aucti sunt, sed & integer liber IV. adhuc ἀνέκδοτος recens comparuit. In illis capitibus, & libro IV. fere toto ritus & instituta Judæorum Mosaica considerantur, ita qvidem, ut Auctor, more suo, ad gentium mores respectum habitum fuisse minus verisimiliter contendat. Hæc scilicet est illa commentatio de ritibus Judaicis, qvam in Bibliotheca Archiepiscopi Cantuariensis MS. exstare Vol. II. p. 1090. observavi. In calce libri exstat qvoqve dissertatio de origine & natura phylacteriorum Judaicorum. Confer Bibliothecam Theologic. selectam Parte XXXIV. p. 850 sqq. In afferendis libris *Spenceri* tribus de Legibus Hebr. ritualibus hallucinatum video Dom *Augustinum Calmetum* in Supplemento ad Biblioth. suam sacram in calce Tomi IV. Dictionarii, qvando p. 175. ait, prodiisse Latine Cantabrig. 1685. Hag. 1686. 4. & in fol. 2. voll. aliam etiam editionem anni 1684.

multum auctam addit. Res ita habet. Tres libri prodierunt primum *Cantabrig* 1685. fol. hinc recusi sunt *Hagæ Comit.* 1686. 4. tum eadem ratione Lipſ. 1705. deniqve *qvatuor libri Cantabrig.* 1727. fol. 2. voll. qvi nunc, Vener. C. M. *Pfaffii* præfatione de vita ſcriptisqve &c. Spenceri muniti, lucem viderunt Tubingæ 1732. fol. Rev. *Joach. Langius* commentario ſuo in Pentateuchum vernaculo, qvem Moſaiſches Licht und Recht inſcripſit, Examen Syſtematis Spenceriani adjecit.

Tolandi (Jo.) Reaſons for naturalizing the Jews in Great Britain and Ireland, on the ſame foot with all other nations. Containing alſo a defence of the Jews againſt all vulgar preiudices in all countries. Londin. 1714. 8. Compara Vitam Tolandi Volumini I Collectionis Opuſculorum ejus poſthumorum præmiſſam, p. 69.

Turrettini (Samuelis) Prof. Lingvar. Oriental. Genevenſis, Oratio Inaugural. de Antiqvitatum Hebraicarum utilitate & cautionibus in earum ſtudio adhibendis. Genevæ 1718. 4.

Waldſchmidii (Jo. Wilhelmi) Prof. Juris Marpurgenſis diſſertatio de Jure Judæorum inter Chriſtianos viventium, Marpurg. 1718. 4.

Wildvogelii (Chriſtiani) JCti Jenenſis, diſput. de Judæorum receptione & tolerantia, Jenæ 1700. 4. & alia de Juramentis Judæorum, ibid. 1720. Confer Diarium Salanum 1720. Trimeſtri I. p. 77.

J. W. Jüdiſcher Sprachmeiſter, de qvo ſupra in Indice eorum, qvi de dialecto Judæo-Germanica ſcripſerunt.

Fuerunt, qvi traderent, *Theodorum Haſæum*, eximium qvondam harum literarum decus & lumen, nimis mature exſtinctum, *Theſaurum Antiqvitatum Judaicarum* luci paraſſe. At nihil ejuſmodi is unqvam molitus eſt, niſi eo loco habere velis Theſaurum Diſputationum Philologic. & Antiqvariarum, qvem ipſe una cum eruditisſimo D. *Conrado Ikenio* vivus collegit, atqve huic perficiendum reliqvit, qvi etiam nunc Amſtelodami ann. 1732. fol. formis exſcriptus proſtat.

XV. OBSERVATIONES MISCELLANEÆ DE JUDÆIS IN GENERE.

De X *tribubus Iſraeliticis* comparanda fuerit duplex *Auguſtini Calmeti* diſſertatio, altera de eo, an ex captivitate ſua in terram Iſraelis ſint reverſæ,

ſæ, altera, de regione, in qvam ſint deportatæ, aut in qva adhuc commorentur. Prior præmiſſa eſt commentario in Ezechielem, altera commentario in priorem librum Chronicorum, recuſa Tom. I. Diſſertt. ejus p. 236. verſionis Lat. ſicut prior illa legitur ibid. p. 590 ſqq. Adde Memoires de Trevoux an. 1713. p. 408 ſq. In Lapponiam eas olim commigraſſe *Olaus Rudbeckius* in Lapponia ſua aliqvando ſe oſtenſurum recepit. Vide easdem *Memorias* an. 1704. p. 176. Eas in *Arabia* adhuc degere *Gvil. Whiſtono* ex lib. IV. Esdræ c. XIII. v. 39-47. *Jeſ.* XI. 11. & XLIII. 3. viſum eſt veriſimile, in *the literal accompliſhment of Scripture-prophecy.* Compara Bibliotheqve Angloiſe Tom. XII. Parte I. p. 75. Omitto, qvæ de Judæorum in *America*, aliisqve regionibus disſitis, veſtigiis erudite nuper commentatus eſt *Fabricius* in Luce Evangelii toti Orbis exoriente p. 754. ſqq. De Judæorum & *Lacedæmonum* cognatione lege ſingularem *Calmeti* diſſertationem, Tomo I. Diſſertationum ejus p. 341. ſqq. verſionis Latinæ Manſianæ exſtantem.

De *Sectis* Judæorum ſupra dictum eſt in Catalogo Doctorum Miſchnicorum, ubi de *Antigono* p. 330.

Judæum immortalem, qvi venditatur, præter ceteros p. 1093. laudatos, deſcripſit Anonymus, ipſe pro commentitio habens, in Hiſtoriſcher Nachricht von dem ewigen Juden, welcher von der Zeit der Creutzigung Chriſti noch am Leben. Francof. 1723. 4. 3. plagulis. Præmittitur effigies ipſius, qvalis a Paulo von Eitzen, conſpectus fuiſſe a credulis fertur.

Judæos in *Antiqvitatibus Sacris* enarrandis erroribus & mendaciis obnoxios fuiſſe, oſtendere conatus eſt B. *Jo. Philip. Heinius* in Conlectione nova rariorum Scriptorum Faſciculo I. n. 6. & II. num. 3.

Gentiles Scriptores in rebus eorum enarrandis turpiter interdum hallucinatos eſſe, præter illos, qvos p. 1097. attuli oſtendunt, ſpeciatim qvod ad *Juſtinum*, Jo. Buxtorfius in Diſſertationibus varii argumenti p. 56. ſq. *Pet. Strokierk* in Diſputat. de erroribus Juſtini circa res Judæorum lib. 36. Vpſal 1728. & *Frider. Andr. Hallbauer* in diſput. ſub titulo: Sacra in profanis, Jenæ 1722. edita. Copioſius in eodem argumento verſatus non ita pridem eſt *Gvilielmus Jameſon*, Prælector Hiſtoriarum in Vniverſitate Glasguenſi, in Spicilegiis Antiqvitatum Ægypti atqve ei vicinarum gentium, Glasguæ 1720. 8. Is enim cap. VIII. de origine & rebus Judæorum juxta Exoticos, cap. IX. de imagine Hiſtoriæ Judaicæ juxta eosdem. cap. X. de hiſtoria Judaica utcunqve usqve ad tranſitum maris rubri continuata, cap. XI. de eadem a tranſitu maris rubri ad tempus Chriſti nati. Inde

à p. 53. ad p. 212. commentatus, errores *Diodori Siculi, Strabonis, Plutarchi, Athenæi, Dionis, Taciti, Justini, Flori, Berosi*, in apricum profert. Speciatim recte cap. XI. p. 235. sq. castigat auctorem dissertationis Anglice scriptæ: *An Answer to Dr. Sherlock, qvi ægerrime tulerit, aut malitiam aut oscitantiam Paganis Scriptoribus adscribi. Ast, inqvit, qvi tale proloqvi audet in Historia νήπι@- ψιλὸς est, qvod densa exemplorum nube probari potest.* Junge istis *Emonis Ludov. Vriemoet*, Prof. LL. Oriental. Franeqver. Orat. inauguralem de variis Gentilium ipsorumqve Christianorum qvorundam erroribus ex ignorantia rerum Orientalium maximam partem ortis, Franeqver. 1731. 4. cujus summam habes in *Bibliotheqve Belgiqve* an. 1731. Novembr. p. 567. sqq.

Ad reliqvias *monumentorum Judaicorum* veteris ævi recte forsan retuleris ea, qvæ in Arcu Triumphali Titiano, Romæ adhuc obvio, conspiciuntur. In illo enim præter lychnuchum sacrum, qvi in Sancto Templi Hierosolymitani olim fuit, mensa, cum duabus super ipsam acerris, item duæ tubæ sacræ sunt delineatæ. Edisseruit hæc erudite *Adrianus Relandus* in libro singulari de Spoliis Templi Hierosolymitani in Arcu Titiano conspicuis, in qvo arcum ipsum & spolia templi in eo sculpta tabulæ in æs incisæ exhibent. Trajecti ad Rhenum 1716. 8.

Causam *exilii & calamitatum*, qvibus Judæi adhuc obnoxii sunt, in cæde Domini nostri Jesu Christi, qvi & ipsis in vitam datus erat, qværendam esse ostendit graviter J. P. in *Reflexions sur l' histoire des Juifs*, Tom. I. p. 180 sqq. Eandem *Jo. Reuchlinus* in blasphemiis & conviciis, a majoribus eorum in Christum conjectis, & ab ipsis adhuc continuatis, collocat, qvod patet ex libello ejus vernaculo, sub tit. Teutsche missive, warum die Juden so lange im Elend seyn, Pforzhemii 1505. 4. pp. 8. cum subjecto Thomæ Anshelmi signo edito. Verba ejus in *Anonymi* Tractatu de Imposturis & ceremoniis Judæorum à Conr. Husero Latine converso p. 15. ita concepta lego: *Qvandoqvidem impia hæc & scelerata cohors Jehovæ, ceu mendaci & infirmo, maledixit, tradita est in reprobum sensum, ut peccata peccatis, blasphemias blasphemiis continuaret. Nam simul ac verum & promissum Salvatorem invadunt, Majestatem divinam, qvæ cum Patre ipsi est communis, lacerant, &c.*

Judæos in Barbaria inprimis è Mauris vehementer vexari & misere affligi, auctor est *Lancellot Addison* in the present State of the Jews in Barbary p. 8. sq.

Causas, cur vel sic Judæi, devoratis omnibus illis molestiis, adhuc sint *superstites*, investigat J. P. in egregio libro: *Reflexions sur l'Histoire des Juifs*, Tom. II. pag. 59. sqq. ubi primum generatim de præjudiciis

ciis eorum & animi adfectibus capite III. Artic. I. agit, hinc Artic. II. de Schismate eorum & Sectis, quarum singularum impedimenta, quo minus Christum agnoscerent, exponit. Denique speciales fontes aperit.

Credibile est, eos etiamnum calamitates suas vana illa Messiæ exspectatione solari & levare, quemadmodum constat, spem eorum inde à tempore Messiæ veri, Domini nostri, per venditatos Messias, quos *Pseudo-Messias* appellamus, sæpe delusam esse. Lege huc *Jo. à Lent* Schediasma Historico-Philolog. de Judæorum Pseudo-Messiis Herbornæ primum an. 1683. iterumque ib. 1697. 4. excusum. Vide supra in Indice III. Argumentum hoc excussit etiam *Jo. Christoph Mullerus* im Greuel LXIV. falscher Messien, und LX. unbewegliche Gründe, daß JEsus Christus der rechte Messias ist: qui liber exstat in Pantheo Anabaptistico & Enthusiastico, Halberstadii 1702. fol. ed. Plures affert præstantissimus *Jo. Albertus Fabricius* in Syllabo Scriptorum de veritate Relig. Christianæ pag. 609. in notis. Adde illis collectionem Gallicam sub titulo.: *Ceremonies & coutumes religieuses de tous les peuples*, Amstelod. 1723. fol. editam Tom. I. p. 87. sqq. De homine, qui *Ferraræ* ut Judæorum Messias unctus est an. 1721. lege Sammlung von Alten und Neuen Theologischen Sachen an. 1723. pag. 1095. Fuerunt ex Judæis, qui Messiam an. 1717. exspectandum censuerint. Lege *Jo. Buxtorfii* Dissertationes varii argumenti Diss. VI. n. 9. & hinc in Actis Eruditorum Lipsiensibus Germanicis, Parte CXII. pag. 244.

Immane *Judæorum* in Christianos *odium* exemplis testatum facit *Huserus* in Tractatu de imposturis & ceremoniis Judæorum Latine à se converso, cap. V. pag. 36. sq. Ibidem pag. 1. memoratum invenio *Joani Philosophi* librum, *Ecclesiasticum* inscriptum, quo *exitiale Judæorum in Christicolas odium dialogo* descripserit. Idem hic est, quem *Imbonatus* p. 128. b. Biblioth. Latino-Hebr. excitat. Affert quoque *Huserus* pag. 37. historias an. 1525. *de tyrannide Judaica* editas. Similia exempla recitat *Jo. Stephanus Menochius* in Trattenimenti eruditi Parte I. p. 482. Odium illud inde a nato Domino nostro, excitatis in Christum, doctrinam & asseclas ejus variis *persecutionibus*, prodidisse, ab aliis est annotatum, quos appellatos vide a *Fabricio* in Luce Evangelii toti Orbi exoriente, pag. 122. Causas odii illius in gentes omnes, & maxime in Christianos justo tractatu persequi constituerat *Jo. Buxtorfius*, Pater, quod intelligo ex epistola ejus ad Matthiam Martinium scripta, quæ exstat in Bibliotheca Bremensi Class. IV. pag. 601. Expositurus ibi erat odii illius initium, progressum, conti-

nuationem, blasphemias duras, convicia in Christum, Christianorum Magistratum, Christianos omnes, imprecationes, & illis similia, non quidem ex scriptis Judæorum baptizatorum, sed ex ipsissimis libris circumcisorum Judæorum. Interim exemplum illud, quod ex suspensa litera ע Psalmi LXXX. 14. affert, huc non pertinere existimo, quamvis Judæus recentioris ætatis pro ingenii sui pravitate huc retulerit.

Conviciorum, quibus rem Christianorum sacram, sicut & ipsos, prosequantur, nubem conspicis in *Huseri* tractatu modo laudato, cap. III. pag. 10. sqq. Adde, quæ de *blasphemiis* Judæorum commentatus est *Fabricius* in *Delectu argumentorum* &c. p. 664. sq. & in *Luce Evangelii Orbi ex oriente* pag. 121. sq. Exemplo esse potest scriptio Lusitanica Anonymi, cujus supra, tanquam detestandi carminis, Indice IV. feci mentionem. Ex recentissimis nostratibus Scriptoribus huc pertinent Rev. *Georg. Jerem. Hofmannus*, Pastor & Prof. LL. Oriental. Norimbergensis, in Programmate Inaugurali de Judæorum adversus præcipuos in V. T. Sanctos injuriis, Norimbergæ 1725. fol. edito, & Cl. *Andreas Conradus Wernerus* in diss. de veritate divinæ de Christo doctrinæ, ex Judæorum partim testimoniis, partim criminationibus & calumniis illustrata & confirmata, Stadæ an. 1729. 4.

Quam scurriliter & impie *nomina* rerum nobis sacrarum & personarum quoque, levi facta mutatione, in ignominiam depravare soleant, ex Specimine illo patet, quod Volum. II. pag. 1294. ex scripto Judaico attuli.

Hostiam Sacramentalem speciatim pessime a furciferis habitam frequenter esse, aliquot exemplis docet *Huserus* in Tractatu aliquoties laudato pag. 38. Eo pertinet *Sternbergensis* illa, de qua sigillatim commentatus est *Henr. Ascanius Engelcke* in diss. de hostia Sternbergæ à Judæis confossa & cruentata, Lips. 1699. & *David Francke* in Bericht de eodem facinore, Rostoch. 1721. 8. de quo legatur Sammlung von Alten und Neuen Theologischen Sachen an. 1722. p. 156. sq.

Perfidia in *juramentis* præstandis & observandis sæpe illis exprobrata est. Ex quo factum est, ut B. *Jo. Christoph. Wagenseilius* in der Ankündigung an alle Obrigkeiten wegen der Lästerung, womit die Jüden Christum schmähen, Altorf. in fol. ed. & deinde recusa, formam jurisjurandi à Judæis recitandam ritusque observandos præscripserit, quibus animi ipsorum fortius constringi possint. Ad illam conformata videtur, quæ Mülhusii an. 1721. fol. prodiit sub titulo: Erneuerte instruction und Formular

des

des Juden-Eids der Stadt Mülhausen. Conf. Sammlung von Alten und Neuen Theologischen Sachen an. 1721. p. 620. & an. 1724. pag. 503. ubi, posteriore loco commemoratur *Friderici Wilhelmi Christophori Tausenburgii*, Ex-Judæi, Formula Juramenti Judæorum, Wernigerodæ 1723. fol. 9 plagulis edita.

Fuerunt, qui omnem fidem juramentis Judæorum denegandam simpliciter esse censerent, ideo, quod 1) in Talmudico Corpore & Magistrorum scriptis affirmetur, *Jom Kippur*, sive Festum Expiationis anniversarium peccata omnia, atque adeo & illud perfidiæ, jurando præstitæ, abolere. 2) Judæi eodem festo precatione consueta, cujus initium est, *Col nidre*, se in antecessum exsolvant omnibus juramentis per imminentem annum fortasse præstandis. 3) Magistri eorum statuant, Rabbinum aliquem, vel tres ex vulgo Judæos unumquemque à juramento suo immunem & liberum præstare posse. Has scilicet rationes *Jo. Andr. Eisenmengerus* in Judaismo detecto Parte II. cap. IX. pag. 490—512. recitat, nihil ipse in hac causa definiens, sed eadem tamen opera ostendens, in his argumentis nihil roboris positum esse. Propterea *Christophorus David Bernardus*, Ex-Judæus & Lector Linguar. Orientalium Tubingensis, argumentum hoc erudite & sine partium studio persecutus est in Tractatu vernaculo: Unpartheyische Beurtheilung des Eidschwurs eines Juden gegen einem Christen, Tubing. 1728. 8. pp. 150. In duas is abit partes, quarum prior sex capitibus, doctrinam Judæorum de Juramentis ex scriptis Judæorum diligenter exposita, ostendit, allatas illas tres, iisque similes rationes non efficere, quo minus Judæo alicui à Magistratu Christiano jusjurandum deferri, illique, nisi alia intercesserint, fides haberi possit. Altera pars capitibus V. commonstrat, quo modo formula Juramenti Judaici comparata esse, quibusque ritibus & ceremoniis posci debeat, ut inprimis *reservationes mentales*, Judæis receptissimæ, & alia animi subdoli & vafri momenta, quoad fieri potest, caveantur. Hoc fine cap. V. pag. 142. sq. formula integra Juramenti, à Judæo recitandi, cerimoniis necessariis stipata, præscribitur, vocibus per totum Germanicis, ut Judæo occasio præscindatur, voces Hebraicas in pronunciatione, ceu fieri ab illis consuevit, pervertendi, & in alienum sensum detorquendi. Recte hæc ita & dici & suaderi non dubito. Nunquam enim animum inducere potui, ut crederem, Judæorum Magistros, homines suos, perjurii reos, a juramento, quocunque demum modo in Legem Divinam præstito, absolvere se posse credere, aut re vera absolvendos sumere, cum hac ratione non possit non efficci,

effici, ut ipsis inter se invicem nunquam de fide & integritate mutua constet. Neque tamen inficior, periurii Judaici frequentissima, inprimis in Christianos, exempla exstare, cum eadem inter Christianos ipsos caveri non satis possint. Opera itaque inprimis danda est, ut effugiis omnibus rima præcludatur, certisque ceremoniis, quarum alias gens illa studiosissima est, præscriptis res perficiatur. Venit hic in mentem recordari, quod Rev. *Jo. Helvicus Engererus*, Archidiaconus Swabacensis, ad me an. 1731. de Judæo subdolo, cujus supra Sect. VI. pag. 492. mentionem feci, perscripsit. Is scilicet, Wittebergæ sacris nostris initiatus, Amstelodamum abiit ad suos reversurus. Discessum itaque suum & simul desiderium ad Judaismum revertendi professus, a Magistro Synagogæ Judaicæ interrogatus est sedulo, num sub baptismum susceptum, jurejurando facto, Judaicam religionem solemniter execratus, fidem suam obstrinxerit. Hoc enim si factum sit, fieri non posse, ut in cœtum suum recipiatur. Factum hoc esse cum inficiaretur, receptus est, postquam, more consueto, pœnas ibidem luisset. Hæc graviter & multis verbis testatus est vafer ille & fraudis plenus, quorum proinde fidem non præsto, quamvis non intelligam, quo fine hæc esset professus, siquidem commentis omnia absolverentur.

Pet. Wesselingius, Vir eruditissimus in egregio *Probabilium* libro pag. 234. ita de hac causa pronunciat. *Id observari meretur, gentis ejus defectores sæpius esse criminatos, posse perjurii veniam a doctoribus impetrari, & huc tendere solennes preces, quas à primis earum vocalibus* כל נדרי, Col nidre, *appellare consueverunt. Equidem persuasus sum, iniquam esse criminationem, & eas preces vota, quibus sese obligaverant, respicere: vel sic tamen exploratissimum longo rerum usu est, fluxam multorum in ea gente fidem esse. Quare mirandum non est, multa ad terrorem incutiendum apta jurijurando fuisse adnexa.*

Hunc in finem idem illustrat dirum jurisjurandi carmen, & in exsecrationem capitis, familiæque & stirpis compositum, quod gente Judæus, sed sacris Christianorum initiatus, suis popularibus in Jure Græco-Romano Leunclavii p. 119. defert.

Quo magis *cerimoniis* & institutis *superstitiosis* indulgent Judæi, hoc minus veræ religionis animo circumferre eorum permultos, exemplo *Jonæ Salvador*, Judæi Pinaroliensis, evincit *Richard. Simon* in Lettres Chrisies Tom. II. p. 16. edit. Amstelodam. 1730. *A vous dire*, inter cetera inquit, *la verité, il me paroit, que la plapart des Juifs d' aujourdhui n' ont point de Religion, quoiqu' à l' exterieur ils soient fort attachez à l' observance de leurs ceremonies.*

monies. Tous leurs soins tendent à amasser de l' argent. Il n' y a rien, qu' ils ne fassent pour en gagner.

In Hispania & Lusitania multos Judæorum Christianismum mentiri, & nonnullos in ipso Inqvisitionis Officio ut arbitros locum habuisse, relatum sibi testatur *Lancellot Addison* in *the Present State of the Jews in Barbary* pag. 32. quam causam idem putat, cur pauci ab aliquo tempore Judaismi causa flammis exustulati sint. Imo Judæum quendam in Pontificis Romani solio collocatum fuisse testis est, nescio quo auctore, *Meelführerus* in Disput. de causis Synagogæ errantis p. 20. quemadmodum Judæum quendam CPolitanum Patriarcham Hierosolymitanum egisse tum alibi, (vide Vol. II. pag. 1106.) tum in Sammlung von Alten und Neuen Theologischen Sachen an. 1722. pag. 423. tradi video. At posterius hoc calumnia Lojolitica absolvi, quam *Nectarius* Patriarcha in *Ἀντιῤῥήσει* sua sub libri finem pag. 244. edit. Græcæ invictis argumentis falsi convictam dederit, doctissimus *M. V. La Croze* per literas me monuit.

Judaismi cum *Mohamedismo* consensum in multis ostendit *Adr. Relandus* singulari Exercitat. Vltrajecti 1695. 4. Ceremoniæ quædam eorum à Romanis ortæ videntur Cl. *Lackemachero*, cujus nomen Sect. XIV. una cum illo *Spenceri*, vide.

In *usuris* exercendis artes exposuit deque iis cavendis consilia suggessit *Alexander de Nevo*, de quo supra Sect. III. p. 476.

Judæos medicinam inter Christianos & Mauros crebro fecisse, observat R. *Benjamin Tudelensis*, Scriptor Sec. XII. in Itinerario suo. Compara Cl. *Freindii* Histoire de la Medecine Parte III. p. 6.

De studio Judæorum *Magico*, de quo pag. 1106., infra lib. VII. cap. II. pluribus dicam, ubi de Cabbala Practica agetur.

Christianos a servitio, Judæis die Sabbati præstando, prohibendos esse, jam pridem est admonitum, & an. 1710. cautum fuit singulari mandato Regis Borussiæ, quod una cum Consilio quodam Theologico M. *Dit. Wilhelm Volck*, V. D. Minister Hoerdensis in Comitatu Marckensi, formis exscribi curavit Tremoniæ 1711. 8. 2 plagg. sub titulo: Verlauf der Jüdischen Händel zu Hörda. Confer Unschuldige Nachrichten an. 1711. p. 544. sqq. Adde Anonymi Monathlicher Materien von denen Juden und deren Ordnung I. und II. Præsent 1715. & 1716. 8. ubi in II. pag. 34. sqq. idem argumentum disputatur.

De Judæis, qui Christianos ad superstitionem suam pertrahere ausi sunt, lege, præter supra pag. 1108. citatos, *Hottingerum* in Thesauro Philolog. pag. 18. & *Menassen ben Israel* pag. 54. & 88.

Habes hic supplementa indicis hominum, à Christianis ad Judæos dilapsorum, quorum utinam nullum vel jam, vel inposterum, exstaret exemplum!

Anon. Polonus una cum Nobili Polono, cujus studiis alter ille præfuerat, ad Judæos deficere constituerat. Juvenis, rectiora edoctus a Pontificiis Sacerdotibus, in Poloniam incolumis rediit; alter vero, studiorum ejus moderator, cum mentem mutare nollet, gravi supplicio affectus vitam finiit. Ita nunciatum est *Græcio* an. 1729. 25. Aug. prout relatum legitur in Novis Publicis Schiffbecensibus an. 1729. n. 144.

Anon: puella Amstelodamensis, de qua *Jo. Clericus* in Orat. funebri in Limborchium, quæ exstat inter Orationes Selectas, Lipsiæ editas, pag. 1408. quod doctissimus *Heumannus* in Poecile Tom. I. lib. IV. pag. 513. monuit.

Anon. Juris Doctor *Colimberiensis*, (i. e. Conimbricensis) quem vocat *Jac. Cujacius* in Observationum lib. IX. c. 17. pag. 371. ab eodem pag. 370. καϑάρμα appellatus, *non tam quod Judæus, quam quod ex Christiano Judæus, horrendum ac dictu cunctis mirabile monstrum.* Quis ille sit, à Cl. *Heumanno* l. c. excitatus, frustra adhuc investigare conatus sum. Scripseram ideo ad præstantissimum *Gerhardum Noodt*, quem Amstelodami an. 1724. annis gravem, sed ingenio vegetum, salutare contigerat. Responsum vero exspectanti tristis de obitu ejus nuncius literarum loco ab amicis affertur.

Abraham f. Jacob de quo Vol. III. p. 39. dixi.

Acosta (Vriel) Parentibus Christianis natus, sed ad Judæos primum, deinde Atheos ipsos, digressus huc spectat, de quo Vol. I. & III. nomine אוריאל dixi. Adde Cl. *Jo. Adami Bernhardi* Curieuse Historie der Gelehrten p. 543.

Antonius (Nicol.) Confer quæ scripsi Vol. III. pag. 836. & adde *Jac. Sponii* Histoire de Geneve ex edit. auctiore anni 1730. Tom. I. pag. 496. sqq.

Bodinum (Jo.) Andegavensem JCtum, & cetera eruditum, in horum hominum numerum referri vult Cel. *Heumannus* l. c. Ego mentionem illius omiseram, ideo, quod inter Judaizantes potius, quam Judæos

os habendum censerem. Talis etiam visus est *Hugoni Grotio* in epistola ad Jo. Cordesium, apud *Colomesium* in Gallia Orientali p. 85. scribenti, Bodinum *Hebraicorum nominum & sententiarum satis gnarum fuisse, non ex interiore linguæ illius cognitione, sed ex amicitia, quam coluit cum doctissimis Hebræorum, quæ in illo πληροφορίαν illam, quæ in Christianis requiritur, non parum labefactavit.* Certum quoque est, in *Colloquio* ejus *Heptaplomere* MS. quod B. *Polycarpus Leyserus* olim luci cum animadversionibus suis parabat, Judæum inter disputantes superiores partes semper tueri. Id B. *Jo. Diecmannus* in Schediasmate de Naturalismo Bodini & aliorum, non solum monuit, sed ipse ex lectione ejus perspexi. Imo res confecta penitus foret, si fides habenda *Grelloto*, in literis ad Scaligerum nuncianti, Bodinum sectarium Judæorum fuisse, & ut Judæum obiisse, sine facta Jesu Christi mentione in ultimis verbis, quæ carmine concepta apud se habeat. Anonymus (*Jordanus*) in *Recueil de Literature* Amstelod. an. 1730. edito pag. 32. de Judaismo Bodini non censet dubitandum, eumque se alias evictum daturum esse pollicetur. Simile huic effatum legis in *Histoire de Literaire de la France* an. 1726. Novembr. p. 316. ex *Joh. Capellani* Miscellaneis Literariis, gallice Cl. *Camusati* opera Paris. 1726. 8. editis. Provocat ille ad *Bodini* Colloquium Heptaplomeres, tanquam in quo partes Judæi disputantis semper sint superiores, additque se de occulto & dissimulato Bodini Judaismo ex ejus Methodo legendi historiam convictum fuisse. Idem pag. 174. Conringium de hoc capite certum esse jubet his usus verbis: *Pour sa religion il etoit certainement Juif en l'ame; car en France on n'en souffre point la publique profession, comme on fait en tant de lieux: sa mere lui en avoit inspirée la creance, étant de ces Juives, que leurs biens retiennent dans les Provinces, qui s'y habitent pour suivre leur mari, etrangers principalement, Marchands Portugais, qui s'y viement etablir.* Si itaque Caapellano credimus, matre Judæa ortus est *Bodinus*. Lege interim *Pet. Bælii* Dictionarium Tom. I. pag. 629. sq. edit. an. 1702. in notis, & Rev. *Henric. Scharbau* in Judaismo detecto p. 36.

Coen, ad Judæos relapsus, de quo supra Sect. VI. ubi exempla plura habes eorum, qui ad pristinas Judaismi sordes à Christianis se receperunt.

David Farar, Magister Judæorum Amstelodamensis, cum quo publice disputavit *Hugo Broughtonus*, ipso Broughtono teste in Operibus Tom. II. p. 366. ubi deinde summa illius disputationis capita afferuntur.

Gedelöck (Jens Pedersen) Danus, Curator quondam Hafniensis, ibidem anno 1731. Festo Paschali fatis functus, Judæum per aliquot annos

nos clandestinum, Christi Domini nostri sacris relictis, egit, clam deinde in quodam Christianorum coemeterio sepultus. Re comperta, edicto Regio sancitum est, ut cadaver a Judæis ibi habitantibus effoderetur, & ab iisdem in cœmeterio suorum medio conderetur. Hoc facto Judæi, persoluta centum aureorum summa, effecerunt, ut sibi liceret idem cadaver, ex suo coemeterio erutum in vicino campo terræ iterum mandare. Totius causæ narratio germanico sermone concepta, & formis descripta *Coloniæ* 1732. 8. quatuor plagulis exstat. Confer Bibliothecam Theolog. Selectam germanice editam Parte LXI. p. 83. sq.

Isaac Jacob fil. Schaul, cujus est liber lingua Judæo-Germanica scriptus: Buch der Verzeichnung. Vide Sammlung von Alten und Neuen Theologischen Sachen an. 1723. p. 542.

Lope de Vera y Alarcon. Accipe *Menassis ben Israël* locum ex *Spe Israelis*, Sect. XXVIII. p. 88. edit. Latinæ. *Quæ laudes*, inquit, *æquabunt martyrium Domini Lope de Vera y Alarcon, qui ex nobili & illustri familia oriundus, & in literis Hebraicis ac Latinis doctissimus, nostram amplectebatur religionem, nec sufficere ratus, talem se esse, aliis multis se declaravit. Anno igitur* 1644. *ætatis suæ* 20. *incarceratus Valladolidi multis lucem ostendit in obscuro tum vivens; nec magnus Doctorum numerus, nec major parentum afflictio, aut lacrymis, aut promissis, ab instituto ipsum dimovebant. Se ipsum, ò actum mirabilem, ac omni laude dignum! in carcere circumcidebat, ac se nominabat Judam credentem, ac tandem, ut secundus Isaac, flammis se objecit, contemtor vitæ bonorum atque honorum, quo vitam immortalem, bona non pereuntia consequeretur anno ætatis suæ* 25.

P. *Mena* S. J. de quo confer *Moralem Practicam* Jesuitarum Tomo I. p. 262. & 268. ex Theatro Jesuitarum.

Mica (Joan.) de quo Vol. I. num. 936. Velim autem comparari Volumen III. eodem loco, ubi ostensum est, eum, in Hispania olim versatum, animo semper Judæum, Christianum nomen tantum præ se tulisse, quod Judæis in illa terrarum parte solemne esse constat.

Speeth (Jo. Pet.) Confer *Jo. Adam. Bernhardum* in der Curieusen Historie der Gelehrten p. 542.

Victor (Conrad.) Legatur idem l. c. p. 543.

Judaizantibus illis, qvos B. *Schudtius* in Memorabilibus Judaicis Parte I. lib. V. c. 16. p. 521. sqq. recitat, addendi præ aliis sunt *Isaacus Peyrerius* in libro Gallico, *Rappel des Juifs*, de qvo Sect. X. dictum est, *Martinus Seidelius*, Silesius, *Semi-Judaizans* ab ipsis Socinianis, qvorum partes seqve

ſeqvebatur, appellatus, teſte Rev. *G. G. Zeltnero* in Socinifmo Altorfino p. 335. Homo infelix, ſed eruditus Judaicum virus evomuit in *Origine & fundamentis Religionis Chriſtianæ*, qvem manu exaratum, nec unqvam editum, in ſcriniis habeo. Legit eum & confutavit ex parte ex noſtratibus *Jac. Martinius* in Tractatu de tribus Elohim lib. III. cap. 63. Legerat vero etiam *Jo. Vogelius*, qvod teſtatum verbis ejus, ex αὐτογράφῳ deſcriptis, B. *Nic. Hieron. Gundlingius* in Gundlingianis, Parte I. p. 40. ſqq. fecit. *Seidelii* hujus eſſe fœtum ſtygium patebit illi, qvi commentationem hanc cum ejusdem epiſtolis tribus ad Socinum comparaverit, qvæ una cum Socini reſponſionibus in hujus Miſcellaneis Racov. 1611. 8. editis, p. 14 ſqq. leguntur. Nactus eam ſum Norimbergæ a Theologo illius urbis præſtantisſimo, qvi coram mihi confirmavit, illius exemplum olim in ſuggeſto ædis Sebaldinæ inventum fuiſſe. Lege plura apud *Gundlingium* in Gundlingianis Parte I. p. 40 ſqq. *Jo. Micrælium* in Hiſtoria Eccleſiaſt. p. 821. *Godofred. Arnoldum* in Hæreſiologia Parte II. lib. 17. c. 6. n. 49. eruditisſimum *M. V. la Croze* in *Reflexions ſur le Mahometiſme* p. 153. & noviſſime Rev. *Zeltnerum* in Hiſtoria Socinifmi Altorfini p. 268. ſqq. 335. 463 & 465. Horum agmen auget *Oliger Pauli* & *Henr. Bernhard Coſterus*, qvos variis ſcriptis vanam Judæorum de Meſſia, in commodum ſuum venturo, ſpem foviſſe compertum eſt. Judaizat qvoqve maxime, niſi potius Judæus aut eo peior eſt, *Thomas Woolſton* in diſſertationibus ſex de miraculis Domini noſtri Anglice editis. Eum ideo *larvatum Judæum* appellat Rev. *Rambachius* in Exercitat. ſua Epiſtolica ad Rev. *Gudium* ablegata, p. 18.

APPENDIX.

Rariora qvædam ſcripta Anti-Judaica enarrans.

Petri Nigri (Germanice Schwartz) Tractatum *contra perfidos Judæos de conditionibus veri Meſſiæ* diligenter, excerptis etiam nonnullis, enarrat *Jac. Qvetif* in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum Tom. I. p. 861. ſqq. Deſcribam ego hic, qvæ de Vita ejus in compendio affert. *F. Petrus Niger*, inqvit, *nomine qvidem ita nuncupatus, candidis vir omnino moribus fuit, ob idqve & præclaras animi dotes Regibus etiam & Principibus acceptisſimus, ſuoqve ævo celeberrimus. Natione fuiſſe Germanum omnes aſſerunt, ſed cujus ille patriæ, qvave Teutonum ortus regione & civitate, vel cujus etiam provinciæ conventusqve profeſſus fuerit & alumnus, adhuc aperuit nullus. Fuit ille certe omni ferme genere diſciplinarum inſtructiſſimus, nec Philoſophiæ tantum aut Theologiæ peritia ſingularis habebatur, ſed dicendi gratia & facundia lingvarumqve cognitione rarus. Varias ille luſtravit & illuſtravit*

variarumqve gentium Academias, Montispessulanam in Gallis, Salmanticensem apud Iberos, Friburgensem in Brisgoja, & Ingolstadiensem in Bavaria, sacræ ibidem Theologiæ Baccalaureus, ut ajunt, formatus, ubiqve semper discendi avidus, laborisqve patientissimus. Hebraicam sibi lingvam in Hispaniis cum parvulis Judæorum in latibulis degens, & Rabbinos audiens comparavit, Judæorumqve legem & libros tam sedulus excussit, & evolvit, ut ex ipsis eos palam & publice, justaqve cum illis indicta concertatione publica, Ratisponæ post Pascha per conciones disputationesve septem, qvamlibet horarum trium spatio, Talmudicaqve illorum deliria confuderit, & Christianam asseruerit veritatem. Idem p. 862. a. monet, à *Matthia Corvino*, Hungarorum Rege, Herbipoli tunc versantem nostrum Budam ad instaurandam literarum Academiam evocatum, *Clypeum Thomistarum* adversus omnes doctrinæ doctoris Angelici obtrectatores Venetiis 1481. fol. edi curasse, an. 1504. ibidem recusum. Addit deniqve p. 863. plura eum procul dubio in lucem dedisse, qvorum tamen nullum affert, præter *Stellam Messiæ*, qvem librum *Conradus Pellicanus* apud Melch. Adamum in Vitis Germanorum Theologorum p. 267. se vidisse testetur. Qvi liber an cum altero illo *de conditionibus veri Messiæ* idem sit, scire se negat. Conferri præterea de nostro vult *Lusitanum*, Altamuram ad an. 1472. *Sigismundum Ferrarium* de Provinc. Hungariæ p. 449 sq. *Simlerum*, *Possevinum*, *Caveum* ad 1475 *Olearium*. Evolvi ex his *Altamuram*, qvi Centuria III. Biblioth. Dominican. f. 196. de *Nigro* pauca nihilqve, qvod *Qvetifius* non attulerit, habet, videriqve jubet *Plodium* in Appendice & Vallum in Compendio p. 2. qvemadmodum in Appendice f. 520. librum de conditionibus veri Messiæ ex *Possevini* Apparatu Sacro laudat. Ceterum tractatum eundem Parisiis MS. exstare in Bibliotheca Colbertina n. 2128. *Qvetifius* auctor est p. 862. eundemqve *Norimbergæ* an. 1477. Latine, Germanice autem *Eslingæ* eodem anno prodiisse ex *Beughemio* de Incunabulis Typographiæ tradit. Idem & alii ex *Beughemio* commemorarunt. *Beughemius* accepisse videtur ex *Jo. Sauberti* Historia Bibliothecæ Norimbergensis p. 132. ubi *Pet. Nigri tractatus contra Judæos & alia* Norib. 1477. & Bruder Peters Prediger Ordens Tractat wider die Juden, eadem pagina commemorantur. De repetita illa *Norimbergensi* edit. Latina, est, qvod dubitem. Germanicam vero versionem non dubito accipiendam de alio ejusdem *Petri* libro, qvem, Stern des Messiæ inscriptum, Eslingæ edidit an. 1477. 4. Cumqve in hoc ipso tanqvam rarissimo enarrando multos hallucinatos esse videam, operæ pretium est, de eo plura h. l. commentari.

Habui illum olim beneficio Cl. *Christiani Schætgenii*, nunc Rectoris Athenæi Cruciani apud Dresdenses meritissimi, ex Bibliotheca Stargardensi,

gardensi, jam vero in manibus meis ex dono Celeberr. *Godofredi Thomasii* versatur. Dixi de eo nonnulla Vol. II. p. 1037. qvæ hic repeti velim. Meminerunt ejus, tanqvam sibi visi, Cl. *Schelbornius* in Amœnitatibus Literariis, vere talibus, ex Bibliotheca, qvæ Ulmæ est, Kraftiana, Tom. III. p. 133. sub hoc titulo: Stern Messiæ wider die Juden von Bruder Peter Schwarz, Prediger Ordens, Eslingen 1477. 4. tum Rev. *Jo. Ludovicus Hockerus* in Catalogo Biblioth. Heilbronnensi p. 202. sub hoc titulo: *Stella Messiæ Petri Schwarz* Ord. Prædic. aus dem Alten Testament wider die Juden: Deniqve Rev. *J. F. Reimmannus* in Bibliotheca sua Tomo I. p. 359. qvi *anonymum hoc ait esse opusculum & ἀνεπίγραφον pro more istius ætatis.* Sic nec meum exemplar titulum libri vel nomen auctoris refert, qvamvis vestigium folii unius rescissi appareat. Itaqve nescio an *Schelbornius* & *Hockerus* in suis exemplis titulum ita legerint delineatum, qvalem illi repræsentarunt. Constat liber foliis 322. manu adscriptis. In libro ipso auctor Tract. IV. c. 6. allegat tractatum suum *de divinitate Messiæ*, item p. 173. *glossam* suam in Psalmos editam. In calce p. 311. sq. exstant elementa germanica Grammaticæ Hebraicæ, de qvibus supra inter Grammaticos scripsi, p. 296. Jam excerpta nonnulla ex eodem suppeditabo.

Excerpta ex Petri Nigri
STELLA MESSIÆ.

Initium libri hoc est:

In aller übung der Vernuft ist die czu preysen und czu loben, das eyn Mensch sich übe czu lernen dise Ding, welche czu steen seiner seelen seligkeit, daz er warhaftichklichen erkenn den almechtigen Got on alle Yrrung der Valschheit und das er erkenn seynen Willen, welcher uns erscheindt in seinem Gesecz, das er hat gegeben. Wann aus eyner solicher erkentnuß wird der Mensch erhaben czu eynem bescheulichen Leben, aus welchem wird der Mensch gefordert und geschickt czu der göttlichen lieb. und czu eyner rechten Hofnung. die wir sollen haben gegen dem allmechtigen Got. Und darumb Got der Herr redendt von dem Gesecz gebeut seinenn Dienarn, das sie sollen halten mit Fleiß seine Gepott durch den Propher Moscheh in dem Buch Elle hadbebarim in dem vierten capitel, und spricht also:

und ihr wert sie bewaren	und werd sie wircken	wann das ist ewre weißheit
uschemartem.	vahasitem.	ki hi hochmatchem.
und ewre Kunst	yn den Augen	der Völcker
ubinatechem.	le hene.	hahammim.

H. e.

H. e. *In omni usu rationis id prædicandum & laudandum est, si homo ea discere instituat, quæ ad animæ suæ beatitatem pertinent: ut scilicet omnipotentem Deum, sine ulla erroris mistura, ejusqve voluntatem agnoscat, quæ ex lege, qvam tulit, nobis innotescit. Ejusmodi enim cognitione homo ad vitam contemplativam perducitur, ex qva homo ad amorem Dei rectamqve spem, qvam in Deum omnipotentem collocare oportet, homo provehitur & idoneus redditur. Propterea & Dominus Deus de lege sua loqvens servis suis præcipit, ut diligenter præcepta sua observent, per Prophetam Mosen Deuteron. cap. IV. his verbis: & observabitis* ea & facietis, qvia hæc est sapientia & intelligentia vestra in oculis populorum.

Hoc modo præfatio germanice continuatur per octo folia, ita qvidem, ut simul summa totius tractationis cum præmonitionibus qvibusdam, ad faciliorem libri lectionem pertinentibus, exhibeatur.

Tota scilicet commentatio in undecim abit tractatus, qvorum singuli certis capitibus absolvuntur. Eorum argumenta auctor ipse in calce libri repræsentat, cujus verba ex Germanico Latine conversa ita „habent: Liber, qvi vocatur כוכב המשיח h. e. Stella Messiæ, uncti filii „Patris cœlestis, propterea hoc nomen tulit, qvia in ipso, tanqvam in „stella qvædam natura & dignitas, status item & tota vita Messiæ, uncti „Filii omnipotentis Dei, conspicitur. Compositus ille est ex sola Lege ve„teri ad fidem Christianam tum illustrandam tum confirmandam, nec „non ad Judæos emendandos & convertendos, vel saltem ad vanitatem „religionis eorum confundendam. Absolvitur tractatibus undecim:

„ Tractatus I. exponit *de sacrosancta Trinitate*, complectiturqve ca„pita sex. Caput I. unitatem essentiæ divinæ confirmat, eamqve decem „diversis nominibus Hebraice exprimi ostendit. Cap. II. plures in ea „personas, qvam unam esse evincit. III. affert Scripturæ Sacræ dicta, qvæ „in Psalmis de Filio Patris cœlestis exstant. IV. divinam generationem „Filii ex Patre cœlesti vaticiniis Prophetæ Jesaiæ & Proverbiis Salomonis „demonstrat. V. promit dicta Scripturæ de tertia persona SS Trinitatis, „sive de Spiritu Sancto. VI. cumulat dicta Scripturæ, qvæ nunc clarius „nunc obscurius & mystice de tribus personis agunt, & ineffabile myste„rium SS. Trinitatis cognoscendum præbent.

„ Tractatus II. *de Incarnatione* Filii Dei, tanqvam Messiæ, seu uncti „Christi Domini, sex capitibus disserit. Eorum I. incarnationem illam ex „vaticiniis *Michæ* II. ex *Zachariæ* III. ex *Jesaiæ* capite *IX*. IV. ex ejusdem „vaticinio cap. *XLVIII*. V. ex *Jeremiæ* cap. *XXXIII*. & VI. ex ejusdem „Prophetæ cap. *XIV*. demonstrat. Tractatus III. solide evincit, adventum

„tum Messiæ jam factum esse, capitibus VII. Illorum I. ostendit, Deum „missionem Prophetæ Messiæ promisisse. II. explicat discrimen duplicis „ejus adventus, qvorum alter est humilis & cum paupertate conjunctus; „alter vero gloriosus, qvando ad futurum judicium cum majestate imperatoria venturus est. Caput III evincit ex vaticinio *Jacobi* Messiam jam „ante 1400 annos venisse. IV. idem adstruit ex *Haggæo*. V. ex *Daniele*. „VI. ex *Jesaia*. VII. in eandem rem multa illustria argumenta ex Codice „Sacro & ex ratione profert.

„ Tractatus IV. ad benedictam & illustrem Messiæ ut hominis *nati*-„*vitatem ex virgine* per septem capita refertur.

„ Caput I. Christum docet ex genere Abrahami & Davidis ortum. „II. nativitatem ejus omnium hominum originem & dignitatem superare „debuisse. III. eandem jam ante prædictam, & ita unice comparatam „esse, ut nemo hominum unqvam ita natus sit, nec inposterum nasci „possit aut debeat. IV. nativitatem ex עלמה sive *virgine*, ex *Jesaia* probat. „V. עלמה in tota Scriptura Sacra *virginem*, non autem, qvi Judæorum error „est, vitiatam inferre. VI. illam ex virgine nativitatem variis typis & „figuris commonstrat. VII. errores Judæorum circa hoc vaticinium profert, „illisqve confutatis communem Christianorum interpretationem adstruit.

„ Tractatus V. commonstrat, Messiam Dominum primum in paupertate, non autem cum imperatoria majestate venire debuisse. Hoc „fine caput I. Adamum, inqve illo omnes homines, ex semine ejus natos, „peccasse probat. II. Messiam venire in mundum voluisse, ut in paupertate pœnitentiam ageret ex *Zachar.* IX. III. idem adstruit ex ejusdem Prophetæ c. XIII. IV. idem ac præterea mortem ejus pro hominibus ex Jesaiæ LII & LIII. demonstrat. V. falsam interpretationem Judaicam Jesaiæ confutat. VI. paupertatem Messiæ ex Jes. XXV & XXVI. „confirmat: ac deniqve VII. ex Jeremiæ XIII. allatis simul qvatuor causis, cur Messias sive Christus primum ut pauper venire voluerit.

„ Tract. VI. *de operibus Messiæ*, Christi Domini, vitæqve ejus fine „differit, capitibus octo. Cap. I. docet, Messiam concionando & docendo, non autem bellando & pugnando, mundum ab idololatria convertere „debuisse. II. idem fieri debuisse *miraculis*, ut appareret, Messiam esse „θεάνθρωπον, doctrinamqve ejus divinam. III. Messiam ob peccata mundi pati debuisse. IV. & mori. V. ostendit, Messiam passione sua animas „sanctorum captivas ex atrio inferni (Vorhöll) redimere. VI. eundem „ex mortuis die tertio resurgere debuisse. VII. ascendere in cœlum, ut „humano generi januam beatitatis cœlestis aperiret, & nunc sedere ad

 dextram

„dextram Patris cœlestis. VIII. missionem Spiritus S. ad discipulos Christi „explicat.

„ Tract. VII. undecim capitibus monstrat, Messiam novam legem „dare, veterem autem penitus antiqvare debuisse.

„ Cap. I. Legem a Messia ferri debere probat. II. Legem hanc „debuisse esse aliam, atqve veterem illam antiqvatam. III. vocem ברית ex „cujus interpretatione præcedens caput pendet, Legem omnino denotare „evincit. IV. dictum Christi explicat, qvo affirmat, se non venisse ad „legem solvendam, sed implendam. V. sacrificia V. T. in Novo cessare „debuisse. VI. de præstantissimo sacrificio N. T. qvod est Messias, exponit. „VII. realem transsubstantiationem in Sacramento corporis Christi divina „vi fieri posse ostendit. VIII. errores Judæorum & hæreticorum hac in „parte affert & refellit. IX. circumcisionem V. T. tempore Christi ces- „sare debere probat. X. errores Judæorum de circumcisione enarrat, & „ex Scriptura confutat. XI. non necesse esse evincit, ut, qvamvis Chri- „stus sit circumcisus, & Christiani circumcidantur, cum baptismus circum- „cisionis locum tueatur: qvemadmodum dies Dominica pro Sabbato in- „stituta sit.

„ Tract. VIII. capitibus octo probat, Messiam populum Judaicum „rejicere, debuisse & tempore ejus paucos Judæos salvatum iri.

„ Cap. I. totalem populi Judaici rejectionem probat. II. eundem „iræ Dei esse obnoxium, variis argumentis evincit. III. causas affert, „cur Deus totum populum Israëliticum rejecerit. IV. tradit, tribus Judæ „& Benjamin, non autem ceteras, ex captivitate Babylonica liberatum iri. „V. tribum qvoqve Judæ tandem ob peccata in Messiam perditam esse. „VI. qvinqve producit causas, cur totus populus Judaicus tandem rejectus „sit. VII. paucos ex Judæis tempore Messiæ ad Messiam convertendos „esse. VIII. Judæos omnes hujus ætatis rejectos à Deo esse & profli- „gatos.

„ Tract. IX. tribus capitibus commonstrat, *gentes à Deo electum* & „per Messiam ab idololatria conversum iri. Cap. I. electionem gentium „ex *Jacobi* & *Jesaiæ* vaticiniis II. ex variis Jesaiæ locis. III. ex ejusdem, ut „& *Hoseæ* & *Jeremiæ* vaticiniis comprobat.

„ Tractat. X. adserit qvatuor capitibus, *terram benedictam*, in qvam „Deus omnipotens per Messiam, electos suos ducere promiserit, non „esse terrestrem, sed cœlestem, cujus ignoratione Judæi tantopere deci- „piantur. Itaqve Cap. I. manifestum facit, Deum ante, qvam populum suum

„ſuum liberaturus & in cœleſtem terram benedictum introducturus ſit „mundum univerſum judicare, cœlumqve cum terra, Sole & Luna commo„vere mundumque immutare decreverit. II. poſt judicium extremum „Deum novum cœlum & novam terram, itemqve novam Hieroſolymam „conditurum eſſe probat, ut electi ſui ibi æternum vivant. III. oſtendit, „cœleſtem Hieroſolymam non à Sole terreſtri, ſed lumine divinæ majeſta„tis illuſtratum iri, qvam omnes ſervi Dei, tanqvam fontem beatitatis „hominum ſint conſpecturi IV. deniqve de perfectione hominum, qvi „cœleſtem Hieroſolymam inhabitaturi ſint, & de æterno Meſſiæ in ipſos „regno commentatur.

„ Tractatus XI. exceptiones Judæorum adverſus religionem Chri„ſtianam repellit. Cap. I. reſpondet ad Scripturæ loca, qvibus Judæi „Chriſtianos idololatriæ convincere conantur. II. ſatisfacit locis Jeſaiæ, „qvibus Judæi probare contendunt, Meſſiam nondum veniſſe. III. aliud „argumentu Judaicum adverſus Meſſiæ adventum jam factum refellit. „IV. reſpondet argumento, ex ultimo capite Jeſaiæ deſumto. V. erro„rem Judæorum de templo Ezechielis & Gog & Magog diſpellit. VI. „ψευδερμηνείαν loci Malachiæ, qvo perpetuam antiqvæ Legis durationem „probare conantur Judæi, auctoribus ſuis remittit. VII. vindicat dicta, „qvibus licere ſibi putant, ut Chriſtianos odio & uſuris vexent. VIII de„niqve de Talmude verba facit, qvo Judæi ſe decipi patiuntur, allatis va„riis cauſis, cur Judæi ad fidem Chriſtianam non perducantur.

Huic tractatuum & capitum indici ſubjiciuntur tandem ſeqventia: Das Buch hat gedrückt und volendt Conradus Feyner von Gerhauſen in der Kayſerlichen Stadt Eßling an Sant Thomas Abent, als man czelet von Criſti gepurdt tauſent vier hundert und ſiben und ſibenzig Jar.

Explicit Stella Meſſia.

i. e. *Librum hunc impreſſit & perfecit Conr. Fyner Gerhuſanus, in urbe imperiali ESLINGA, veſpera S. Thomæ, anno Chriſti* 1477.

Proxime ante illum Indicem ſex foliis alphabetum Hebraicum literis Hebraicis una cum præceptis, Hebraica recte legendi, germanice expreſſis, ſed vocibus & phraſibus Hebraicis, per typos itidem Hebræos ſubinde intermiſtis, exhibetur. Illud vero alphabetum proxime antecedunt hæc verba:

Alſo hat ein Ende das Buch, welchs wird genannt der Stern Meſchiah czu Lob und czu eer der Heiligen Dreyer einigkeit und Meſchiah dem Sun Gots

 gemacht

gemacht mit Hilf Gotes von Bruder *Peter* Schwartz, Prediger Ordens, welicher auch ernstlichen bitt aller Drücker Herren, das sich keiner understan diß Buch czu drücken. on einen, der das corrigir in Jüdisch und in deutczsch. Geschöe aber, das eyner yem das Buch velschet und schendet da mit den kristlichen Glauben, und sein Person, den wil er mit recht fürnemen und beklagen als eynen velscher uñ veindt des kristlichen Glaubens. uñ darumb czu einen cZeichen hat er das Signet Gottes darczu gesetzt.

Signum illud erat יהוה

י ה

שדי

ubi inter ה י interjiciebantur puncta ∴ cum semicirculo ⊂ qva ratione olim Judæi in MSS. nomen יהוה expresserunt. Ut intelligatur, qvo modo auctor in tractandis his argumentis versetur, & qvomodo dicta scripturæ sacræ Hebraica convertat, speciminis loca nonnulla ex Tractatu XI. vernaculo sermone, qvo scripta sunt, heic afferemus. Ita vero incipit caput I.

Die treslichste Ursach, weliche die falschen Jüden haben wider die außerwehlten cristen und diener des meschiah ist, das sie sprechen, die cristen treiben abgöterey und da mit betriegen sie velschlichen die armen frawen und die armen kinder der Jüden, weliche yen gentzlichen glauben. Und diser betriegung geben die Jüden eynen glancz, und sprechen also: GOtt der HErr hat verpoten, daß man nicht sol treiben abgöterey und man sol nicht anbeten die abgöter, oder die Menschen oder die Bilder, und man sol auch kein Pild machen, nach ein gleichnoß einer creaturen. welches die cristen nicht halten wann sie machen Pilder yrem Got und beten an einen gecreuzigten menschen den Jesum, und machen Pilder anderen menschen dem Peter und Paul, und dem Johannes und den andern Menschen, und beten sie an, und damit treyben sie abgöterey. und wircken wider das Gepot des almechtigen, der da gepeut, das man yen alleyn sol anbeten. Und daß das verpeut Got, das beweeren sie durch die heilige schrift manigfuldiglichen. Zum ersten aus dem ersten Gepot under den zehen Gepoten, welche Gepot steen geschriben yn dem Buch elleh schemoth yn dem XX. capitel und yn dem Buch, elle Haddebarim yn dem fünften capitel, in wellichem und nemlich yn dem ersten Buch staet also geschrieben: **und geredt hat Got alle rede dise sprechend: ich der HErr deyn Got, welicher hat ausgeführt dich von dem Land Egipten, von dem Hauß der Knechte: nicht solen sein dir götter frembde vor meinem anzlait, nicht solst du machen dir eyn Pild und alle gleichnuß der Dinger, weliche yn dem Himel sindt, oben auf, und weliche yn dem**

Ertrich

Ertrich unden, und welich yn dem Wasser, under der erden, nicht solt du anbeten sie und nicht solst du dienen yen. Zum andern redet tresfichen der almechtig Got wider die Menschen, welche yen schniczczen oder molen, und yen beczeichen, in andern pilden, und spricht also in der prophecei Jesohahjah im XL. capitel:

ctum conſiderans. Ego enim per ipſum gloriam meam non quæro, ſed ejus, qui me ad ſe vocavit, Jeſu Chriſti, Domini noſtri, quo ex tenebris conſurrexi. Et ut illius in me vocationem impleam, cujus gratia & pax usque ad ſeculorum conſummationem nobiscum ſit. Vale.

Epiſtola ad Judæos.

Johannes Baptiſta gratia Dei, à Deo Patre & Domino noſtro, Jeſu Chriſto, Rege Regum, & Domino dominantium, de lacu miſeriæ & de luto fæcis ad æternam ſalutem vocatus, Judæis omnibus converſionem, & ſenioris conſilii Spiritum.

Cum cauſas non ſperatæ apud vos converſionis meæ amicorum plerique à me perquirerent, quoniam earum, quæ ſæpius, & his præcipue temporibus Judæos ad Chriſti fidem ducunt, nullam in me reperirent. Non enim vis, non bonorum fortunæ ante converſionem indigentia; non divitiarum poſt converſionem cupiditas; non gloriæ vanitas; nec veſtræ diſciplinæ, ſeu rerum ignorantiæ, ad Chriſti fidem me traxit. Idcirco per has meas vigilias lucubrationesque eas vobis aperire & demonſtrare propoſui. Scitis enim cum Vetus Teſtamentum, Hebraicasque ſuper eo expoſitiones ac Thalmuthaicam doctrinam apud vos didiciſſem, inter Religioſos poſtea Ordinis Prædicatorum Fratres Sanctæ Mariæ apud Minervam in urbe me diu verſatum fuiſſe, ipſorumque prædicationes ac expoſitiones ſuper prophetiis, de Meſſia loquentibus ſæpius audiviſſe, quas cum ab expoſitoribus veſtris variare perciperem, quia a teneris annis Hebraicis imbutus eram: illas à vero prophetiarum ſenſu alienas putavi; unde & fidem vanam quoque cenſebam. Sed cum Judæis adeſſem, audiremque ſæpius, ambiguus hærere cœpi, ſciensque id in bona ſeu mala Scripturarum interpretatione conſiſtere (principia enim ambobus communia ſunt) decrevi diligenter, quoad poſſem perquirere & inveſtigare, quid hinc inde ſuper Prophetiis de Meſſia loquentibus diceretur, exponereturque, & eas, eorumque fidem qui verius illas exponerent, ſectari. In quibus cum verſarer, veſtrorumque Rabi pravitatem detexi, Chriſtianas expoſitiones veriores agnovi, veritatemque in eorum fide ineſſe perſpexi. Quam Chriſto Jeſu duce amplexus prævium me vobis præbui. Et ut eam & vos pro ſalute veſtrarum animarum amplecti poſſitis, errores, pravitates ac obſtantia, quæ à veſtris Rabi vobis interponuntur explicabo. Prophetias enim, Meſſiæ

Messiæ adventum prædicentes, cum his, quæ post bellum Gog i.e. Anti-Christi, vestram salutem pollicentur, æquivocationes, eodem tempore consummandas esse ajunt. Ex quo Messiam nondum venisse, sed adhuc venturum esse prave affirmant. Dicunt enim, quod, cum de novissimis diebus Scriptura loquitur, ad dies Messiæ se refert. Nec non prophetias particulariter exponendo se ipsos sæpe numero implicare percepi. Omnem præterea S. Scripturam esse figuris plenam absque exceptione fatentur. Quamobrem Thalmuth & Chabala composuere: quibus non modo Sacræ Scripturæ discursus, imo dictiones, syllabas, atque litteras figurant. Eas vero, quæ falso eorum supposito contradicunt, repellere non erubescunt. Hieronymi quoque translationem plerisque in locis falso condemnant. Dicunt enim, ipsum plures Sacræ Scripturæ partes dolo corrupisse. Verba insuper Psalterii tanquam Prophetica non approbant. Denique, quicquid ab errore vestro vos removere posset, & ad Christi fidem ducere, à facie vestra omni industria amoverunt. Quorum falsitas ex veritate oppositi fundamenti eorum & inconvenientia prophetiarum ad invicem mihi aperta fuit. Animadverti enim, Prophetias, de Messiæ adventu loquentes, nullam de novissimis diebus mentionem facere. Et deinde reperi, eas, etsi omnes ad vos diriguntur, dissipationemque vestram, quæ consummatis mysteriis, quorum vos futuri ministri esse debebatis sequenda erat prædicere. Ostendunt namque, incarnationis mysterium, per ipsas prædicatum, debere à majoribus vestris perverti, Messiæque divinitatem negari. Esaia c. XLV. dicente: Væ, qui dicit patri: quid generas? & mulieri, quid parturis? Et Hierem. c. V. Negaverunt Dominum, & dixerunt: non est ipse. Nec non & ejus passionem per vos perpetrandam prædicunt: & tandem gentium vocationem. Quæ omnia in Christo Jesu, Nazareno, adimpleta sunt. Præterea quibusdam harum prophetiarum cunctis prædictis mysteriis explicatis redemtionis vestræ novissimis diebus fiendæ mentio fit. Ex quo id cum aliis mysteriis consummandum non esse clarius ostendunt. In prophetiis autem mysterium Gog prædicentibus de novissimis diebus Prophetas memoriam facere fere omnes reperi, nec non redemtionem vestram à captivatione præsenti, collectionemque à quatuor plagis terræ in eis prædictam inveni: ibique de reversione decem tribuum memoria habetur, & non in aliis. Nec non in residuis vestris duntaxat, quæ post bellum illud remanebunt ex Dei gratia, propter promissionem antiquis Patribus factam, erit salvatio; neque de Messia in eis aliquid dicitur nisi in quantum ostendunt,

dunt, præsentem captivationem in pœnam peccati ejus in triginta argenteos venditionis, aliorumque peccatorum vobis datam fuisse. Vosque tunc verum Messiam Christum Jesum cognoscere, & in suam divinitatem perfecte credere. Quibus mysteriis consummatis habetur per Prophetas, quod erit unus pastor, & unum ovile, quoniam repleta erit tota terra scientia Domini, Doctores autem vestri tantam mysteriorum diversitatem prospicientes infinita mendacia super Messiæ mysteria in Thalmut scripsere; concedunt quandoque, Messiam gentes ad salutem vocare, aliquando vero negant. Pari quoque modo Judæos infinita naufragia in Messiæ adventu passuros esse nunc affirmant, nunc vero salvationem & felicitatem, duos quoque Messias, sive Messiam, filium Joseph, & Messiam filium David venturos esse ajunt. Ipsorum autem super particularibus prophetiis expositionum implicationem ex earum serie reperi, censuique, si literali sensu, &, ut hebraica sonat litera, prophetiæ declarentur, ipsas vestrorum pravitatem melius ostendere: Christumque Jesum clarius demonstrare. Contra id vero, quod de Psalterii verbis dicunt, quamvis probationibus multis contrarium concludentibus obstare daretur. Sunt enim prophetica verba ac Christi mysterii tuba. Cum tamen principiorum error hic esse videatur, ne per multitudinem rerum confundamini, nullam de Psalmis in præsentiarum mentionem facere decrevi. Jesum Christum igitur, qui veritas est, & in quo sperans compendium hoc aggressus vobis direxi, invocans, oro, lumen suum debili meo ingenio infundat, quo dubia quæ super prophetiis de Messiæ adventu ex dictis vestrorum Rabi oriuntur, vobis facile aperiam, ipsarumque proprium ac verum intellectum recte explicem, eos quoque in Christo Jesu Nazareno verificatas esse perfecte ostendam. Prophetiarum deinde Anti-Christi mysterium prophetantium, quibus vestrarum reliquiarum post hanc constitutam vestram desolationem salus continetur, sufficientem notitiam tradere possim: quæ non per Hieronymi, quam redarguitis, translationem, nec per Christianæ auctoritates, seu Catholicas declarationes, sed ut hebraica sonat litera, per Mosaycasque autoritates, ac etiam vestrorum doctorum expositiones, quos in multis tanquam a veritate coacti Christi mysterium concludere videbitis, nec non literali duntaxat sensu aperientur. Hisque expletis quædam Sacræ Scripturæ partes explicabuntur, quæ licet Christi mysterium in figura prædicere videantur, adeo tamen aperte loquuntur, quod inter prophetias, id clare expromentes, quodammodo enumerari possunt. Ibique causæ vos a receptione

one baptismi detinentes cum ſuis medicaminibus memorabuntur. Has autem habentes promiſſiones mundatis vos ab omni inquinamento Spiritus, & cupientes pro ſalute veſtra veritatem attingere, eas, omni paſſione ſemota, accipite. Non enim malitia cordis hæc loquor, ſeu quærens ab hominibus gloriam, ſed deſiderans animas veſtras cum Chriſto Jeſu ab æterna damnatione eripere, non ambulans in aſtutia, neque adulterans verba Dei, quæ ſi ea fide, qua vobis proferuntur, accipitis, non dubito cum Chriſti gratia multis veſtrum viam ſalutis, etiam meo exemplo, oſtenſurum. *Hæc ille.*

Argumentum ſuum Auctor ita perſequitur, ut primo quidem vaticinia Veteris Teſtamenti, inſtituto ſuo inſervientia, Hebraice, ſed literis Latinis, cum ſubjecta verſione Latina literali, repræſentet, porro Catholicam expoſitionem addat, eamque ab exceptionibus & calumnia Interpretum vindicet. Horum præcipui, & fere ſoli ſunt R. *David Kimchi*, R. *Salomon Iſaacides*, R. *Moſes Gerundenſis*, & R. *Moſes Maimonides.* Notatu inprimis digna eſt Partis III. Sectio ſecunda, fol. 127. ſqq. qua afferuntur impedimenta potiora, a quibus ſibi cavere debeant, tanquam à dæmonibus, Judæi, niſi ſuam ipſi converſionem impedire velint. Sunt illa *hypocriſis ambitione fundata, craſſa credulitas fundata imperfidia avaritia & ſuperbia.* Sequitur deinde allocutio ad Ex-Judæos de conſtantia probanda, & vita, Evangelio digna, agenda, ac denique cohortatio ad Judæos ad librum hunc cum cura, & ſine præjudicio legendum.

Ex Dedicatione ad Cardinalem *Caravagalem* apparet, Auctorem librum ſuum Hebraice etiam in gratiam Judæorum ſcripſiſſe, & edere, ſi ita aliis viſum fuerit, conſtituiſſe, modo S. Pontificis edicto ad lectionem ejus ingrediendam adigantur Judæi.

Clauſulá libri hæc eſt fol. 133. verſo: *Liber de Confutatione Hebraicæ Sectæ finit feliciter. Ex officina providi viri, Martini Flach, civis Argentinenſis. In vigilia Matthæi Apoſtoli & Evangeliſtæ. Anno milleſimo quingenteſimo.*

Addam his *Theobaldi de Saxonia*, quem alii *Therebaldum* mendoſe vocant, *Thalmut*, ſive *Objectiones in dicta Thalmut, ſeductoris Judæorum*, cujus partem aliquam Vol. III. pag. 1164. ex MS. *Stargardenſi* mutilo, a Cl. *Chriſtiano Schœtgenio*, jam Rectore Athenæi Cruciani Dresdenſis meritiſſimo, olim mecum benevole communicatam exhibui, qui idem ſcriptum ex exemplo typis Longobardicis & Seculi XV. ætatem referentibus, in forma quarti ordinis foliis octo ſine anni, loci aut typographi indicio expreſſo, poſtea mihi transmiſit. Ejusdem ſunt obſervationes

 ad

ad marginem, quibus meas nonnunquam adjeci. In primo folio duo capita duorum Judæorum barbatorum expressa sunt, sicut in calce itidem duo capita conspiciuntur, quorum alterum Principis, alterum Monachi esse videtur. Vix dubito, idem esse scriptum, quod in Biblioth. Heilsbronnensi manu exaratum in 4. paginis novem anni 1464. exstare testatur Rev. *Jo. Ludovicus Hockerus* in Catalogo illius Bibliothecæ fol. 100. sub titulo: *Ex libro Talmud notabilia contra Judæos.* Nescio tamen, cur in Indice Codicum MSS. chartaceorum, illi Catalogo subjuncto, R. *Fibro* nomen additum legatur: *Talmud* (R. Fibro) *notabilia contra Judæos.* Diversus à nostro est codex MS. sub titulo *Thalmoth Judæorum* a Cl. *Tobia Eckhardo* in Catalogo Codicum MSS. Quedlinburgens. pag. 17. laudatus, quod vel argumenta capitum quorundam ibidem commemorata evincunt.

Non miraberis, Scriptorem hic quatuor tantum corporis Talmudici Ordines numerare, quorum sex exstare compertum sit. Rariores enim ea ætate erant codices Talmudici, iique nonnunqvam mutili. Ita ipse *R. Abraham Zacutus* in *Juchasin* fol. 22. verso testatur, sibi ad manus quatuor tantum Ordines, nempe *Moed*, *Jeschuoth*, *Naschim*, & *Kodaschim* fuisse. Accipe nunc libellum ipsum.

fol. 2. a. Thalmut est doctrina. Et dividitur in qvatuor libros, qvorum qvilibet eorum appellatur Cefer 1. in genere. Et nos omnes libros Moysi vocamus Bibliam. habet tamen qvilibet liber nomen speciale.

Primus vocatur Johes, 2. id est terminus. Secundus vocatur Naasim, 3. id est mulieres. Tertius vocatur Mirissaim, 4. id est sanctuaria. 5. Qvartus vocatur Nessubor, id est salvator. 6. Hunc librum thalmut præferunt Judæi libris Moysi & prophetis, & ad magis credendum thalmut fabulis addunt fabulas, dicentes, qvod Deus sedeat & studeat in libro thalmut. Contra si Deus studet in thalmut, ergo non habet plenitudinem scientiæ, qvod est hæresis. Legitur in Cefer extes 7. i. in primo, 8. qvod rabbi Elezer qvandoqve infirmus fuerit, & discipuli ad eum intrantes dixerunt: Magister doce nos vias vitæ, qvibus nos lucremur vias 10. futuri seculi. Et respondet eis, & dixit: Estote veloces in obedientia sapientum Thalmut & scriptorum ejus, & prohibete filios vestros a studio bibliæ: alicit enim & trahit in aliam doctrinam.

Qvid sit opus Dei, & qvid faciat, vel qvid operetur XXIIII. horas, Hoc determinant. Rabbi Moyses dicit in Cefer naasim, 1. id est, in secun-

1. Lege, *Seder*, vel *Sepher*.
2. l. *Moëd*.
3. l. *Naschim*
4. l *Seraim*.
5. l. *semina*.
6. l. *Nesikin* i.e. damna. vel potius, *Jeschuoth*, hinc in Stargard. MS. *nesabihoyt*.
7. leg. *Seder moëd*.
8. Cod. Starg. *in primo talmoth*.
10. Starg melius, *vitam*.
1. leg. *seder naschim*.

cundo: 2. Cum homo dicit: Doleo vel infirmus sum, in illa hora dicit Deus in cœlo: Doleo; scilicet caput, vel brachium, vel aliud membrum. Et subdit: Si ita ait in sangvine 3. iniqvorum, & dolore Deus dolet, qvanto magis super dolore justorum & 4. sapientum thalmut. Contra, Qvottidie boni & mali & justi dolent, ergo Deus semper dolet: ergo non est beatus: qvod est hæresis manifesta. Nam ipse per Esa. dicit: Ego Dominus, & non mutor. Item 5. in Ezech. VI. legitur, qvod cum Pharao perseqveretur Israël usqve ad mare rubrum: ibi dicit rabbi Saul: Illa hora canite laudes Domino more solito. Sed Isanian ait i. Deus: Vos me lætificabitis & ideo laudes canitis, & opera manuum mearum sunt in periculo, & in mari submerguntur. Item qværit rabbi Auen 6. rabbi Judam, qvid sit opus Dei? Respondit Judas: Horæ diei sunt XII. Tribus primis horis sedet Deus & studet in lege 7. thalmut. Item aliis tribus horis sedet Deus in duabus sedibus, & judicat totum mundum. Et cum videt mundum condemnatum, surgit a sede justitiæ & sede in sede * misericordiæ. Item tertiis horis tribus sedet Deus & pascet 8. mundum a renoceronte 9. usqve ad pulicem. Item qvartis tribus horis sedet Deus & ludit cum leviathan. Sicut Psalmus dicit: Draco iste, qvem formasti ad illudendum ei, rc. Contra. Pauper esset Deus, si ista ad delectationem faceret, qvod cum Dracone luderet. Sed si ipsi volunt ad litteram intelligere, tunc expone sic: Draco iste, qvem formasti ad illudendum ei, id est, per incantatores. Item si qværit Judæus, qvid faciat Deus in nocte? Responde, idem qvod in die. Nam dicunt, qvod eqvitet super cherubin, & circuit & transit per XXIIII. secula seculorum: ut legitur in Psalm. Currus decem milibus multiplex milia milium &c. 10. Qvo eqvitat, qvi ubiqve est? Et qvare debilis est, si non potest per se, nisi sedeat super cherubin, circumvolare. Item dixit Rabbi Saul Naaman: Scito, qvod non fuit risus coram Deo desertionis 1. a tempore templi. Vnde Esa. XXXII. Vocabit Dominus in die illa ad fletum & planctum, & ad calvicium, & ad cingulum sacci. Deinde subdit Rabbi Naaman: Et sic tristabitur usqve 2. iherusalem & templum instaurabitur. Item interrogat Rabbi Isaac rabbi Judam dicens: Qvid facit Dominus in cœlo, ne tristetur? Respondit: Sedet & docet thalmud eos qvi moriuntur parvuli & docti. 3. Vnde Esa. XXVIII. Qvem docebit scientiam, & qvem intelligere facit audit? 4. Ablactantes 5. a lacte & avulsos ab uberibus. Item ante desertionem templi qvando Dominus lusit cum leviathan, qvis tunc docebat parvulos? dixit mutatio id est, summus angelus. Contra primum objice sic. Si non fuit risus

2. Cod. Starg. *in secundo talmuth.*
3. Melius Starg. *in languore.*
4. Starg. *i.* id est.
5. Hæc usq; ad seqvens *Item* desunt in Codex Starg.
6. Starg. *Anclym*
7. Vox *lege* abest a Starg.
* Fol. 2. b.
8. Melius Starg. *pascit.*
9. lege *rhinocerote.*
10. Starg. melius: *Contra hoc. Qvomodo eqvitet, qvi ubiqve præsens est? Debilis etiam est, si per se non potest circumvolare, nisi &c.*
1. Starg. *discretionis.*
2. Melius Starg. *qvousqve.*
3. Starg. *indocti.*
4. *auditum.*
5. Ablactatos

risus coram Deo ante sed tristitia, ergo miseria coram Deo est, & non beatitudo, qvod est hæresis. Qvid autem dicit: † Vocabit dominus ad fletum, id est, inducit comminationem Judæis. Illis tamen ad fletum vocat pro peccatis suis, ut patet ibidem. Qvi 1. autem paulo ante dicit: Recede a me, flebo 2.; vox est Esaiæ, non Dei. Ad secundum, qvod dixit Esa. Docebit scientiam 3. ablactantes a lacte: expone sic: a lacte voluptatis 4. & crapulæ. Vnde Salomon in proverb. Si te lactaverunt 5. peccatores, non acqviescas. 6. Et avulsos ab uberibus, id est, mundanæ delectationes. 7. Vnde ante dixerat: Sacerdotes & prophetæ nescierunt, qvando ebetati & absorpti sunt a vino.

* Asserunt Judæi, Dominum in multis peccasse, sicut legitur in Cefer therisasim 8. in tertio, super hoc verbo Genesi. Fecit Deus duo luminaria magna, i. solem & lunam. Ibi dicit rabbi anaxa 9.: Dixit luna coram Deo. 10. Est possibile duobus regibus uti una corona? i. mihi & soli uti una gloria. Respondit Deus: Vade, & minora te ipsam. Dixit Luna: Domine Deus meus, nunqvid, qvia dixi hoc verbum, minorabo me? Dixit Deus: Vade & præsis nocti. Respondit Luna: Qvid valent candelæ in meridie? Dixit Deus: Vade, & conputa dies & menses & annos israhel vite. Videns ergo Deus, qvod non acqviesceret animus Lunæ dixit: Afferte super me pœnitentiam, qvia ego minoravi Lunam. Item ubi legitur in Psalm. Qvibus juravi in ira mea rc. Juravi dicit de subversione iherusalem, & pœnitet me. ergo dixit: ergo afferte super me pœnitentiam & absolutionem veniam, & qvis absolvat me? Contra. Si Deus eget absolutione & venia, ergo peccatum cadit in Deum. Et hæc est blasphemia. Propterea secundum legem Moysi lapidandi sunt, qvi dicunt & credunt. Item super illo verbo duodecimo: Dereliqvi domum meam, divisi hæreditatem meam rc. Dixit Rabbi Johel: Tres sunt custodiæ angelorum, & super tertiam custodiam Dominus est, qvi sedens & clamans sicut leo, & flens dicit: Væ michi, & maledictus ego, qvia templum & Judæos dissipavi. Divisi domum meam, combussi palacium meum, & captivavi filios meos, Judæos scilicet, inter gentes seculi. Contra. Si Deus flet, & se ipsum maledicit, miser est, ergo & impotens est, se ipsum & alios non posse juvare: Et est hæresis vera. Item Rabbi Johel dicit: A tempore, qvo Deus templum deseruit, locus qvatuor cubitorum inter ruinas ei remansit, ubi sedet & studet in thalmut, & custodiam exercet studium docendo pueros, qvi parvuli moriuntur, non imbuti tali scientia, ut legitur in Cefer nessubor. Contra. Si Deum continet locus qvatuor cubitorum, parvus est: Si studet in thalmut,

1. *Qvod* ex Starg.
† Starg. addit Ysa.
1 Starg. *Qvod*
2. Starg. addit, *amare.*
3. *ablactatos.*
4. Starg. addit *mendacii*
5. Starg. *lactaverint.*
6. Starg. addit, *eis*
7. Starg. *delectationis.*
* Fol. 3. a.
8. Starg. *in tertio talmu th.*
9. Starg. *Vbi dicit Samuel:*
10. Starg. addit, *stans.*

mut, ignarus eſt. Item Rabbi Johel dicit: In tempore, in qvo intrant Judæi domum orationis & domum ſcolarum, dicunt: Sit nomen ejus benedictum. Reſpondit Deus, id eſt in loco Dei unus de ſapientibus: Beatus rex, qvem ita laudant in domo ſua. Tunc omnes una voce qvaſi cum blaſphemia reſpondent: Væ patri, qvi captivavit filios ſuos. * Væ & ipſis filiis, qvi ſicut captivati ſunt, ut eis, qvi carent menſa patris ſui. Et dicunt omnes Amen. Contra. Moyſes etiam dixit. Qvi maledixerit patri ſuo, morte moriatur. Sed ipſi maledicunt æterno patri, ergo morte æterna morientur, corpore ſcilicet & anima. Fol. 3. b.

Legitur in Cefer naaſim, id eſt, in ſecundo, qvod Dominus maxima tormenta patiatur in inferno. Qvæ ego ſcribendo ſpecificare nolui, ne aures fidelium chriſtianorum abhoreſcant. Pro eo dicunt eum torqveri, qvod decidit verba ſapientum thalmut. Et in multis aliis accuſant eum, qvæ veræ trufæ ſunt. Item in Cefer mohes, id eſt in primo, Qvod Deus ter in die lachrymatur pro adverſitatibus Judæorum, in majorem damnationem chriſtianorum. Item rabbi Symeon dicit: Optimum chriſtianorum occidere vel interficere melius eſt, & minus eſt, qvam caput ſerpentis conterere. Et infra: Optimum chriſtianorum poteſt qvalibet arte vel ingenio ſine peccato decipere, ut in Cefer ieſſubor legitur, id eſt, in qvarto. Ex his patet, qvid Judæi chriſtianis facerent, ſi prævalerent, & qvam incautum ſic eos fovere & multiplicare eos in civitatibus. l. ſit

Legitur in Cefer ieſſubor, id eſt, in qvarto, qvod qvælibet verba polluta in peccatum reputantur, præter illa, qvæ in contemtum eccleſiæ fieri dinoſcuntur. Item in eodem: Omnis blaſphemia vetata eſt Judæis, præter blaſphemiam eccleſiæ. Vnde ab omnibus habetur in uſu, qvod beatæ virgini maledicunt, & euchariſtiam & ſacrificium pollutum vocant. Et cum audierint campanam vel nolam cum corpore Chriſti portare, peſſime blaſphemant. Item legitur in Cefer Theriſaſim, id eſt, in tertio, qvod ſtatutum inter eos ab omnibus communiter ſapientibus, qvod tibi ſingulis diebus in oratione magna, qvam aliis orationibus majorem efficaciam habere aſſerunt. Maledicunt enim miniſtris eccleſiæ, regibus, doctoribus, ſacerdotibus & omnibus Judæis inimicantibus. Hæc autem oratio continetur in thalmut, & debet dici ſtando, junctis pedibus, neqve ullo modo loqvi debet de * aliqva re alia, qvamdiu dicit; etiamſi ſerpens in collo ejus morderet, non debet hanc orationem interrumpere. Hanc orationem viri dicunt & mulieres, Fol. 4. a.

viri

viri in hebræo, mulieres in alia lingva, qvam sciunt, & sub silentio utriqve adimus ter qvotidie dicunt. Sacerdos solus indutus ephot dicit eam alta voce bis. Et alii respondent, Amen. Verba autem orationis sic sonant: O Domine, pater noster, spes nostra non est conversa, & omnes inimici nostri, christiani scilicet, repente dispergantur, & in numerum parum numerentur, & amplius non resurgant. Et omnes inimici gentis israhel destruantur, & regnum neqvitiæ christianorum eradicetur, & constringatur, & destruatur. Fac, Domine, fac, comple petimus, in diebus nostris velociter, qvia tu es Deus noster benedictus, frangens inimicos & destruens impios. Hæc maledictio super christianos vocatur naamin, & est scripta in Thalmut therisasim, id est, in tertio. Item dicit rabbi Eliezer, qvod post alias XVIII. benedictiones, qvas faciunt pro se, hæc a sapientibus communiter instituta est contra hæresim Jesu nazareni, qvi docuit subvertere verba Dei vivi. Cum autem qvotidie sic orando clamant, & cum non exaudiuntur, qvia regnum Christianorum proficit, ipsi autem minime proficiunt, ergo iniqve orant, & oratio eorum erit execrabilis, & vertitur in peccatum. Vnde Dominus per Esa. ait: Cum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos a vobis, & cum multiplicaveritis preces vestras, non exaudiam vos: manus enim vestræ sangvine plenæ sunt. Ex hoc patet, qvod Dominus eos omnino abjecit, qvia, cum qvondam essent servi Dei, semper liberavit eos per Moysen, ut habetur in Exodo. Poscenti & deprecanti Gedeon liberavit eos de manu madian. Per mardocheum & per preces Hester liberati sunt a sententia mortis, qvam princeps impetraverat a rege Assuero. Item Sampson liberavit eos de manu philistinorum, Judith de manu holofernis. Per orationem Danielis liberati sunt de captivitate babylonis, in Antiocho liberati sunt. 1. Nunc autem omnino projecit eos Deus, qvod patet ex hoc, qvod plus qvam mille annis clamaverunt ad dominum, neqve liberavit eos de manibus christianorum.

lege, *minim*. ברכת המינים.

1. Hic qvædā omissa sunt: forte verba: *per Maccabæos*.

Fol. 4. b.

Ponunt etiam quædam detestabilia, quæ turpe est audire. Sed tamen ut plenius sciantur errores libri Thalmut, quem ipsi sic autenticant, scribere indicavi. Vbi legitur in Genesi, quod Adam dixit: Hoc nunc os ex ossibus meis rc. ibi dixit Rabbi Saul in Johes, quod Adam coivit cum omnibus brutis animalibus & jumentis, & inde geniti sint homines monstruosi. Concludo ergo, quod asina & simea & canes sint novercæ Judæorum, & non aliorum hominum, quia Judæi hoc affirmant, & alii non. Item dicit Rabbi Salomon, quod ante creationem Evæ Adam habuit uxorem nomine Lillis. Fuit autem Adam pro ligno vetito

vetito a Deo excœcatus CXXX. annis, in quibus ex uxore sua Lillis genuit tantum dæmones illis temporibus. Conclude igitur & dic, quod dæmones fratres sunt Judæorum, non Christianorum, quia ipsi affirmant. Idcirco, quia nusquam Judæus aliquis reperitur obsessus cum diabolo, quia frater ejus est. Idem dicit Rabbi Esaia, quod serpens, qui decepit Evam, coivit cum ea. Dic ergo, quod serpens est vitricus Judæorum. Ideo adhuc imitantur morem serpentum, unde Psalm. Furor illis secundum similitudinem serpentis, rc. Obduraverunt aures suas, ne audirent doctrinam Christi. Item Psalm. Acuerunt lingvas suas, sicut serpentes, Christum accusando: venenum aspidum sub labiis eorum, ecclesiam blasphemando. Item dicit Rabbi Auctim super illud Genesi. Masculum & fœminam creavit eos; qvod Adam ex una parte fuerit masculus, & ex altera parte fœmina, sed Deus videns deformitatem ejus dividit in duas partes; qvæ trufæ sunt. Item idem dicit super illo verbo Deutro. XIIII, qvod Moyses misit duodecim exploratores in terram promissionis, & qvædam filia cujusdam gigantis ex stirpe Ennachim captivavit eos, & eos patris sui faucibus addevorandos imposuit, illi autem adjutorio Dei liberati sunt. Et cum vidisset uxor ejus, & hæc retinere volens, nec potuit, statim post eos in tantum urinavit, qvod pene submerserat fugientes. Item Rabbi abelim dicit super illo verbo Deutro. Monstratus est lectus ejus ferreus, qvi est in Rebath filiorum Amon IX. cubitos habens longitudinis & qvatuor cubitos latitudinis. Item cum Moyses ipsum Og eundem gigantem occidere vellet, prædictus rex Basan habuit securim cum hastili decem * cubitorum. Percutiens ergo Moyses gigantem Og decem cubitis saltavit in altum, & vix tetigit vulnus circa tales, qvi mortuus est. Idem eodem gigante, scil. Og rege basan asserunt Judæi, qvod qvando idem rex vidit exercitum israhel venientem, habentem novem millia & qvingentos viros, exceptis mulieribus & parvulis, Tulit molem inauditæ magnitudinis, & imposuit capiti suo, ut exercitum israhel sterneret universum. Tunc vppupa avis qvædam parvula supersedit illi moli, & rostro suo tantum foramen fodit per molem, ut transiens per caput ejus in collo ejus dependeret. Et mordentes ejus in tantum creverunt, ut impedirent eum, ne molem de ymo collo sublevaret. Qvem cernens Moyses occidit, tam ingens & magnus fuerit, qvod qvidam venator insecutus fuit cervam, jam putruisset, & ossa ejus arefacta fuissent, per tybiam ipsius og una die agitasset: qvod manifeste est contra textum. Moyses enim dicit in Deutro. qvod lectus ejus ferreus habuit decem cubitos: ergo solent

* Fol. 5. a.

l. talos, qvo

Judæi dicere, qvod lectus iste fuerit cuna ejus, qvod est falsum: qvia intentio Moysi fuit scribere magnitudinem ipsius, & ideo non descripsit eum penes qvantitatem infantilem...

In festo mardochei, qvi sapientia & precibus suis liberavit eos a sententia mortis, qvam Aman impetraverat a rege Asvero, ut in Hester legitur qvod adhuc celebrant per singulos annos XV. Kal. Marcii, & qvociens in Sinagoga eorum nomen Aman nominatur, conterunt oleas, qvas secum ante illud detulerant, dicentes: Sicut contritus est aman in patibulo, sic omnes inimici nostri, & regnum neqvitiæ Christianorum, velociter destruatur.

De angelis dicunt sic, qvod Dominus qvottidie spirat ex ore suo plura milia angelorum ignitorum, secundum Psalm. Qvi facit angelos suos spiritus rc. Et dicunt, qvod sint LXXX. milia legionum angelorum. Item dicunt, dæmones habere corpora, & eos comedere & bibere, & generare ac generari, & unus dæmonum vocatur malchamauid, qvi interficit morientes. Dicunt etiam, qvod in ecclesiis sit habitatio dæmonum, sed qvando volunt, assumunt sibi formam hominis & animalium qvorumcunqve, & qvod habeant in pedibus eorum calcaria, ut gallus, & pedes ursinos transversos. Et dicunt omnes animas ab initio creatas.

I. Malach hammaveth.

Fol. 5. b. I. Sadducæorum.

* Ex errore seductorum habent, qvod dicunt omnes animas ab initio creatas, & qvod omnes sint in qvodam receptaculo, & qvod in præcisione umbilici pueri anima infundatur, & qvod ante infusionem animæ omnia videbat anima, postea obscuretur. Contra prædictos errores multa possunt objici. Contra primum, qvod dicunt, Dominum spirare angelos, hoc objice sic: Si Deus spirat angelos, qvære, an illi Spiritus sint de substantia Dei vel alia. Si est de substantia, deitas & illa substantia vel natura postea dividitur in multos angelos: ergo Deus per partes est divisibilis & corruptibilis, qvia omne divisibile per partes est corruptibile. Si Judæus dicit, qvod ignis dividitur sine suo detrimento, dic, qvod falsum sit, qvia ignis non dividitur, sed alia materia ab igne inflammatur. Si vero dicit, qvod ille spiritus sit de alia substantia, qvam divina, tunc qvære de illa substantia, si sit aërea vel ignea. Si dixerit de una istarum, tunc dic: Qvid Dominus indigeret, qvod natura ejus vel substantia igne vel aëre sustentaretur? sicut nos indigemus attractione aëris per pulmonem, ut recentiorem aërem hauriamus. Si sic esset, ideo Deus esset imperfectus: & unde spirasset, anteqvam

ignem

ignem & aërem creasset. Qvot ante Psalm. Qvi facit angelos suos spiritus; expone sic: Qvi facit angelos suos spiritus, id est, qvi ex natura sunt Spiritus, facit angelos i. nuncios ex officio, cum eos in nullum mittit ministerium, sicut beatus Grego. exponit. Contra illud qvod dicunt, qvod sint LXXX. milia legiones angelorum, dico, qvod ex sua sententia ipsi vincuntur, qvia tanqvam fatui loqvuntur. Dicunt enim, qvod Deus qvotidie ex ore suo spirat plura milia angelorum. Si heri fuerunt XXX. milia legiones angelorum, hodie Deus spirat plura milia, & cras simul multa milia, ergo patet, qvod qvotidie augentur secundum opiniones eorum, & ideo male loqvuntur, qvod ipsos sub detrimento numero computant: unde scriptum est: Num qvid numerus est militum ejus? id est, nobis non est numerus deputatus. Si stellas, qvas vident, neqviunt numeraro, angelos, qvos non vident, qvomodo numerantur? Contra tertium, qvod dicunt, dæmones habere corpora & generare, dico. Si generant, * habent corpora solida, & qvomodo possunt tunc intrare corpora hominum, qvos vexant, & ex eis loqvuntur? Sicut est possibile, qvod unus digitus intraret in alterum, sic & hoc. Vnde Philosophus dicit IIII. phisicorum, qvod impossibile, duo esse corpora in eodem loco. Item si habent corpora solida, qvare ergo non videntur? cum omne solidum non glorificatum sit visibile. Contra qvartum, qvod dicit, omnes animas ab initio esse creatas, sic objiciendum est: Qværo te, Judæe, ubi fuerit anima tua ante infusionem in corpus? utrum fuerit in cœlo empireo, vel aëreo, vel sydereo, vel paradiso? Si dicit, qvod in cœlo empireo, qvære, an ibi sint novem chori angeloram fac eos tibi ordinem numerare. Et qvære qvos sanctos ibi viderit? & de officiis angelorum. Si autem dicit, qvod in cœlo sydereo, qvære eum de septem planetis, & de virtute eorum, & de magnitudine stellarum, & qvare sol & luna patiantur eclipsim? Si dicit, qvod in paradiso fuerit, qvære, utrum Adam & Eva ibi sint? hoc enim Judæi affirmant: & utrum Enoch & Helya ibi sint? qvia hoc negant, & dicunt, qvod sint in cœlo supremo. Cum ad istas interrogationes Judæus neqveat respondere, conclude: Ergo te ibi fuisse mentiris. Si dicit, qvod anima propter infusionem in corpus obscuratur & obliviscitur, dic qvod falsum est, qvia homo sapiens, licet in tenebroso carcere includatur, & visus omnino obscuretur, propter hoc non perdit sapientiam, sed præteritorum omnium bene recordatur. Si dicit ratione dicit Salomon: Corpus, qvod corrumpitur aggravat animam, terrena habitatio sensum multa cogitantem, tunc qvære ab ipso de aliqvibus factis, qvæ con-

f. Qvod autem ad Psalmum.

f. fuit *urum, nostrum*

l. *similiter.*

l. *determinato.*

l. *numerabunt.*

* Fol. 6. a.

f. *dicunt.*

Hic qvædam omissa videntur.

contigerunt ante plures annos, utrum memor sit illorum? Si dicit: Sic; tunc dic: Ergo peccata multa commisisti, & tamen illa peccata non possunt obscurare animam tuam, qvin memor sis illorum. Ergo *ita.* neqve in infusione in corpus omnino anima obscurari potuit, cum prius tamen per originale peccatum esset obscurum. Qvod autem dicit Salomon: Corpus qvod corrumpitur, i. per peccatum, aggravat animam, ne possit cœlestem sapientiam investigare. Eadem opinio repro- *Fol. 6. b. batur per verbum, qvod Dominus dixit ad beatum Job. XXXVIII. Vbi eras, qvando ponebam fundamenta terræ? rc. * Qvando me laudarent astra matutina, i. angeli, qvasi diceret: Tunc nusqvam eras: & seqvitur: Nunqvid sciebas tunc, qvando esses nasciturus? & numerum dierum tuorum noveras? Hoc est contra hoc, qvod dicunt, qvod anima ante in corpus sciat omnia, qvod falsum est.

In prima parte Judæorum doctrinæ, quæ dicuntur benedictiones, super illo verbo in Exodo: Videbis posteriora mea, faciem autem meam non videre poteris; scribunt Judæi, Dominum in Cesarie sua pixidem gestare corrigia ligatam, & ipsi corrigiæ nodum a posteriori parte capitis sub cerebro firmatam, in qua pixide dicunt esse cartulas Judæorum laudes continentes. In summo autem sinistri brachii dicunt eum portare aliam pixidem simili corrigia ligatam, cartamque ibi esse continentem omnes laudes, quæ in prædictis esse dicuntur. Et hoc intelligunt de autoritate Esaiæ, ubi dicit: Intravit Deus in dextra sua, & in brachio fortitudinis suæ, i. in sinistra sua. Et dicunt moysen vidisse pileum super corrigiæ illius modum, id est coronæ, quem dicunt angeli *f. Dei.* nomine suo mutato singulis diebus capiti diei imponere. Lex autem de his non dicit. Contra. Nunquid aliter non posset nominare Judæos laudes, nisi scripsisset in cartulis? neque posset servare nisi in pixide? neque pixidem alibi quam in capite corrigia ligatam? neque illam cor- *l. ligare.* rigiam aliquis ligari posset, nisi angelus ligaret? unde frivola sunt hæc. Objice ergo sic. Quære, utrum illa pixis, & cartulæ, & corrigiæ sint *ita.* cum eadem divina persona? quomodo ergo separantur ab eo, ut ei sursum angelus necessaria imponet & liget? Si autem sunt de alia mate- *ita.* ria ad ornatum suum, ergo de se est insufficiens. Quod autem dicunt, quod quatuor cartulæ contineant laudes Judæorum, damnum potius & *ita.* vituperationes contineant. In una parte continetur scelerum suorum *Lectum fuit* exprobratione: unde ait dominus ad moysen: Cerno, quod populus *In ÿ. h. e. In* iste duræ cervicis sit, dimitte me, & irascar super eos. *Ibi* continetur *secunda.* eorum reprobatio: unde Dominus ad Hieremiam: Si steterit moyses &

& ſamuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum. Item in Oſee i. ca. *Non addam ultra miſereri domui iſrahel, ſed oblivione obliviſcar eorum. In tertia continetur Judaicorum ſacrificiorum reprobatio, & omnium orationum, canonicorum, feſtorum & jejuniorum: unde Eſa. i. ait Dominus: * Ne offertis ultra ſacrificium fruſtra, incenſum abominatio eſt mihi: neomenias & ſabatum & feſtivitates alias non feram. Et cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam vos. In quarta continetur ſuper ipſos Dei comminatio: unde in Deutro. Diſperdet te Deus per omnia regna terræ, & in omnes populos, neque ibi habebis requiem. Comminatus eſt eis etiam pœnam æternam: unde Eſa. ulti. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: in Ps. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo. &c.

f. canticorū. Fol. 7. a.

Dicunt etiam Dominum ſemper ſimul ſuper Judæos plorare, & ab ejus oculis ſemper duas lachrymas procedentes, & iſtas lachrymas fulgorem illum affirmant eſſe, qui tempore noctis de ſtillis cadere videtur. Contra. Si Deus plorat, eſt miſer. Si lachrimas diffundendo diſſolvit, eſt corruptibilis, quia omnes reſolubile eſt corruptibile. Item ſi Deus reſolvitur in aquas lachrimarum, ſequitur, quod elementum ſit materia Dei, ſcilicet aqua. Et cum materia per intellectum prior ſit materiato, ſequeretur, quod aqua prior eſſet Deo: quod eſt hæreſis. Item dicunt, eum vagire ſicut leonem, & cœlum pulſare pedibus more calcantium, & movere caput, & dicere: Heu, heu mihi, ut domum meam in deſertum redegi, & populum meum in gentes transtuli: Et heu filiis, qvi de miſericordia patris ſunt translati: & orat quotidie pro eis. Contra. Si Deus dolet deſolutionem Judæorum, & non poteſt retractare, eſt miſer & inpotens. Si autem poteſt retractare, & non vult, conſtat, quod non dolet. Item quod orat pro eis: Si Deus aliquem potentiorem orat, ipſe conſtat, quod non eſt Deus perfectus in ſua potentia. Si orat in potentia, eſt ſtultitia. Si Judæus dicit, quod ſimilia inveniuntur in libris moyſi & prophetis, ſicut in Geneſi Dominus ait: Pœnitet me feciſſe hominem: & in vij. ca. Pœnituit eum, quod hominem fecerat, & tactus dolore cordis intrinſecus ait: Doleo in quem hominem, quem creavi a facie terræ. Reſponſio, quod talia neceſſe eſt figurative intelligi, ſcilicet per figuram Antipoſtatos, id eſt, humana paſſio: ſicut homo pœnitet de aliquo, & id nititur retractare, vel factum deſtruere: ſicut Dominus dicit eum pœnitere de homine creato, quod illum delevit in diluvio. * Sed nullo

l. ſtellis. l. deſolationem. ita. l. antropopathia. l. ſit. * Fol. 7. b.

lo modo pœnitet eum de Judæorum captivitate, neque dolet, quia illam non retractat, cum bene possit. Vnde si vult & non potest, est miser & impotens.

Præterea dicunt, moysen ascendisse cœlum, & cum angelis de lege altricatum fuisse, quod magis credendum & necessarium, quod cum hominibus, quam cum angelis hoc factum sit. Et de victoria moysi Dominum valde risisse. Contra. Si Deus plorat & ridet, ergo est mutabilis; sed ipse per Isaiam contrarium dicit: Ego Dominus, & non mutor. Et in libro Nume. xxiiij. Balaam ait: Non est Deus, ut homo, ut mutetur. Vnde Psalm. Velut amictum mutabis eos, & mutabuntur: Tu autem idem ipse es &c.

deest *ar.* Referunt autem, angelum mortis cuidam filio Levi nomine apparuisse, dicentem ei: Ad hoc ego veni, moriaris, & animam tuam suscipiam. Qui ait. Nequaquam, nisi prius ostendas mihi paradisum. Quem angelus suscipiens in alis suis duxit ad locum, ubi paradisum videre posset. Ille autem videns pulchritudinem in paradiso, cecidit ab alis angeli in paradisum: quem angelus cogens exire, sed non prævaluit. Cumque de ipso coram Deo querimoniam poneret angelus, & jussu Dei cogeretur exire, juravit ille, ut non exiret, & dedit super se ipsum sententiam, ut si aliquando inveniretur Dominum perjurasse in diebus suis, tunc maneret in paradiso. Et inventum est, Dominum nunquam perjurasse, & sic mansit in paradiso. Hic plura possunt objici. Primo quærendum est de alis angeli, de qua materia sint, quod totiens transvolant cœlum igneum i. speram ignis, i. ignitum aërem, & non comburuntur. Respondit Judæus: Hoc angelus præcavet ex potentia sibi data; tunc dicas: Nunquid simili modo poterat præcavere, quod Judæus non liberaretur de alis ejus, eo inimico? Item cum dicitur, quod jussu Dei cogeretur exire, juraret, ut non exiret. Contra. Potestati divinæ nemo resistere potest: unde Job: Quis resistit tibi, & pacem habuit? Item extra hoc, quod adhuc vivat, quære, si sit moriturus, an non? si dicit, quod nunquam: contra Psalm. Quis est homo qui vivit, & non videbit mortem? quasi diceret, nullus, quia omnes moriuntur. Et Salomon Eccl. ix. Nemo est, qui semper vivat rc.

Fol. 8. a. Dicunt Judæi, quod, quicunque deridet verba Thalmut, pœna turpissima puniatur. Contra. Quare ergo Rex Franciæ, quando eos ab omni regno suo expulit, non fuit punitus ex hoc? quia non solum eos derisit, sed & omnes libros eorum & libros thalmut in toto regno suo

ſuo fecit comburi. Et quare non ſunt puniti fratres prædicatores, qui hanc exuſtionem procuraverunt? Ex his omnibus patet, quam nefandam doctrjnam continet liber thalmut. Continet enim plaſphemias in Deum, cum dicit, quod Deus fleat, & quod poſſit peccare, & ipſum f. pænitere. punire, & quod petat abſolutionem, & ſe ipſum maledicant, & quod l. maledicat. ipſi Judæi quotidie maledicunt Deo per verba: Vere qui captivavit fili- f. Va patri. os ſuos rc. Et alias multas plaſphemias, ut patet in præmiſſis. Item contra primum hominem ut Adam & Evam infamant de crimine peſſimo cum omnibus jumentis & etiam cum ſerpente coire, ut dictum eſt. Item habentur in eodem libro multa incredibilia. Sicut uppupa avis qvædam perforavit montem lapideum cum roſtro ſuo, quem og rex baſan portavit in humeris, ut ſterneret filios iſrahel. Et quod idem og tam ingens & magnus fuerit, quod venator in oſſe tibiæ ejus cervum unum una die agitaſſet. Item continet liber thalmut fabulas yſonicas. Sicut quod uxor illius gigantis ſcil. og in tantum vrinavit, quod pene ſubmerſerat fugientes, ſcil. xij. exploratores: & quod filia ejusdem gigantis eosdem gutturi patris ſui ad devorandos impoſuit. Item continet, quod helyas in die judicii cum ſonitu aut cum cornu omnes Judæos excitet & reviviſicet, & tunc omnes tranſibunt mare per aſinum usque iheruſalem, & ſunt ibi devoraturi thaurum ingentis magnitudinis & pinguedinis. Et quodidem thaurus tam magnus ſit, quod omne fœnum & omnia alia virentia ultra CC. miliaria poſſet devorare. Et alia multa incredibilia in eodem libro continentur, quæ auribus hominum non licent nec decent revelare. Item dicunt, quod Jeſus fuerit filius Joſeph, & quod eſſet ſpurius, & quia fuiſſet ſuper omnes magiſtros eorum, ergo dicebant, quod ſcientiam illam haberet a diabolo, & quod fuerit ſuperbiſſimus: & dicunt eum ſolem & lunam & in aëre volaſſe cum avibus, & omnium ſcientiæ nigromantiæ præditum fuiſſe. Item dicunt, eum conjuraſſe omnia genera metallorum, lapidum, lignorum, herbarum, & omnia flumina & ignem, & omnia, * quæ in mun- * Fol. 8. b. do ſunt, ita, quod nullus in his poſſet eum peremere. Sed unum eſt, quod tradidit oblivioni, quod non conjuravit, & cum illo eum peremerunt. Hoc dicunt eſſe caules, & quod tunc temporis tantæ magnitudinis eſſent, quaſi pene arbores: & de maguderi unius caulis feciſſent ſibi patibulum, in quem ſuſpenderunt: quodeſt hæreſis manifeſta. &c. Plura de eodem dicunt, & ſunt ſcripta in libro thalmut, quæ vere non licent loqvi. Sed de erroribus Judæorum hæc ſufficiant.

Qualiter

Qualiter civitas iherusalem propter necem Domini vastata sit per Titum & Vespasianum, dicit Josephus Judæus, xiiij. sic; Sub Tito captivati sunt Judæorum CCxv. milia. Item quinquaginta & xxx. milia vendita sunt. Item xxxv. milia se mutuo occiderunt. Item murus iherusalem ascendi non poterat congestione cadaverum, & erat civitas plena cadaveribus, ita quod viæ civitatis clauderentur cadaveribus, & super cadavera irentur. Item in Jordane flumine plurima multitudo submersa fuerat. Item plurimi Judæorum ventres excoriati & aperti sunt, propter aurum, qvod deglutiaverunt. Item per totam civitatem erat sangvis tantus, ut etiam in domibus ignem extingveret, &
ita. omnes rivuli & fontes plene essent sangvine. Item fames tam crudelis erat, ut plures & infiniti proprios pueros comederunt. Item Josephus Jacobus frater Jesu fuit tantæ sanctitatis, ut destructo iherusalem &
ita. calamitates quos passi fuerant Judæi per Titum, eis acciderit propter necem Jesu & Jacobi. Cum ergo Judæi saepissime peccata grandia & maxima commiserint per idolatriam & cætera multa, & tamen nunquam tam acriter passi sunt, ergo patet, quod grande peccatum commiserunt, qvod Christum verum regem occiderunt. &c.

Feci supra Vol. II. p. 1104. mentionem *Propugnaculi Fidei Christianæ, à Victore à Carben* exarati. Illius ampliorem notitiam mihi suppeditavit Rev. *Jo. Helvicus Engererus*, V. D. Minister Schwobacensis, qvam vel ideo hic communicandam statuo, qvod in illo describendo multos errasse videam. Titulus hic est:

Propugnaculum fidei Christianæ Victoris de Carben, primum Judæi Rabi & legis periti, nunc Christiani Sacerdotis, instar dialogi, Christianum & Judæum disputatores introducens, in qvo qvod Jesus verus Messias, verus Deus & homo totiusqve humani generis Salvator sit, qvodqve ejusdem super benedicta Mater Maria omnium fidelium auxiliatrix virgo immaculata & perpetua permanserit: ex Lege & Prophetis luculenter ostenditur, & comprobatur. Totam volumen absolvitur foliis 171. in 4.

Nec in titulo nec in calce annus editionis expressus est in exemplo, qvo Rev. *Engererus* usus est, *Thomasiano*, idem vero manu antiqva per 1518 est designatus, qvem & alii afferunt. In aversa tituli pagina, Hebraicis literis expressa, hæc leguntur:

Ave Maria gratia plena: Dominus tecum &c. tum vero titulus Christi patientis: יהשע נזר מלך היהודים porro Alphabeti Hebr. literæ qvadratæ majores, & rotundiores cursoriæ, una cum nomine Scriptoris: ויקטור זאצערדוס אולים יודעאוס i, e. *Victor Sacerdos, olim Judæus.*

In

In altero folio seqvitur Prooemium in laudem SS. Trinitatis & immaculatæ Virginis Mariæ, qvo præterea *Victor* testatur, se ostensurum, *Jesum esse verum Messiam* &c. ceu in titulo ipse exponitur, tandemqve dialogistica ratione usum ait esse, ut scriptioni huic perspicuitas concilietur. Seqvuntur hinc capita XIV. in qvibus Christianus qværit, Judæus autem respondet, præter qvos capite IV. VI. VII. & XIII. Victor ipse suam sententiam dicit.

Caput I. ostendit Mariam à Christianis invocari, non adorari.

II. Deum è cœlis in terram descendisse, & vere ex Maria natum esse.

III. Mariam mulierem appellari, & qvo id sensu fiat.

IV. Qvoomodo Christus secundum Judæorum mendacia miracula ediderit.

V. Multa per Mariam miracula inter Judæos facta esse.

VI. omnipotentiam Dei, & integram Mariæ castitatem permansisse.

VII. implacabilem Judæorum furorem.

VIII. Mariæ in nos pietatem.

IX. Præclaram Virginis Mariæ nativitatem.

X. Improbitatem filiorum Judæorum.

XI. Mirabilem nativitatem Mariæ Virginis.

XII. Qvomodo Maria in templo oblata sit, & post partum non ob necessariam purgationem templo filium intulerit.

XIII. Qvem dolorem Maria sub cruce habuerit.

XIV. Christianus tantum loqvitur, ostensurus ex dictis Biblicis, Judæos frustra præstolari gratiam divinam.

Afferam nonnulla Speciminis loco ex Cap. I. Auctoris verbis: *Christianus loqvitur Judæo.* Invocamus Virginem Mariam, sicut vos invocatis honestissimam mulierem Hester, qvæ omnes Judæos a maxima indignatione & morte, eis intentata, liberavit, ut legitur Esther cap. XV. Et tu invoca Dominum, & loqvere Regi pro nobis, & libera nos de morte. Et qvemadmodum vestri majores olim Abraam, Isaac, Jacob, Eliam & ceteros sine adoratione invocarunt.

Judæus loqvitur: Dicis, te non credere in Virginem Mariam, eamqve à te non adorari. Cæterum hoc relinqvo. Primum dicas, velim, qvomodo Deus filium habeat omnipotentem, & qvomodo Maria

adhuc Virgo à vobis esse credatur qvæ duo naturæ repugnare videntur. Incredibile enim videtur, Deum propter homines salvandos cœlos reliqvisse, & matrem sibi in terra elegisse mortalem; imo & in cruce mortuum ac sepultum. Scribitur namqve 2 Paralip. VI. Ergo ne credibile est, ut habitet Deus cum hominibus super terram. Danielis cap. II. & Esræ cap. IV. V. Non est diis cum hominibus convèrsatio. 2 Paralipom. II. Si enim cœlum & cœli cœlorum capere eum neqveunt. Ideo ego, qvi Judæus sum, tibi non credam, & Deum nostrum observo, nec fidem abnego meam.

Cap. II. *Christianus.* Jactitas admirabile imo incredibile qviddam, audisse te, qvod scilicet Deus filium habeat. Certe Daniel majorem cepit admirationem, cum ait cap. VII. VIII. & IX. Jeremias qvoqve admiratus est cap. XIIII. Esaias etiam miratus cap. LXIII. Qvis est, qvi venit de Edom? Credis, contra naturam esse: admitto id qvidem supra naturam esse; fateor tamen, mirabilia esse opera Omnipotentis Dei, qvæ & copiosiora sunt, qvam arena maris, Psalmo CXXXVIII. Non est admirandum, è cœlis Deum ad nos venisse, cum id sæpe prædictum legamus. Psalm XVII. Inclinavit cœlos, & descendit. Et Psalm. LXXXIV. Veritas de terra orta est, & justitia de cœlo prospexit.

Judæus: Hoc ex te qværo, qvomodo Mariam Virginem esse affirmatis, cum tamen vester Messias mulierem eam appellaverit, & hoc in nuptiis, ubi vina deerant, dicens: *qvid mihi & tibi est mulier?* Item in cruce pendens ait: *Mulier, ecce filius tuus!* Si modo Maria virgo esset; neqvaqvam eam Filius mulierem appellasset. Aut si Virgo erat; & hoc Messiam vestrum latebat; qvomodo eum Deum affirmatis? Nostro autem Deo incognitum est nihil, nec ipsæ qvidem cogitationes hominum. Non tamen Messiam & Salvatorem vestrum confitemur Deum propter sua miracula, qvæ nos Judæi satis cognita habemus.

Cap. III. *Christianus:* Qværis, qvomodo Maria mulier à filio suo dicta sit, & a nobis etiam hoc nomine appelletur? Miror, & Scripturæ tuæ te ignarum convinco hoc dicentis. Legitur enim, qvod Eva pura virgo à Deo creata, seu ædificata fuit, qvam tamen Deus ipsemet mulierem nominavit, Genes. III. *Et ædificavit Dominus Deus costam, qvam tulerat de Adam in mulierem.* Similiter eam, cum adhuc virgo esset, matrem nuncupavit, Genes. III. Præterea legitur, qvod filia Laban, Rebecca, qvæ virgo pura erat, attamen *mulier* nominatur, Genes. XXIV. *Ipsa est mulier, qvam* &c. O igitur hominem rudem & agrestem, qvi Messiæ

nostri,

noſtri, (qvi verus Deus & verus homo eſt) verba ſtudes invertere. Conſulo itaqve, ineptum tuum relinqvas ſermonem, qvi prorſus omni ratione caret, & in ſe nihil veritatis habet.

Cap. IV. *Victor loqvitur.*

Recitant Judæi, qvomodo Chriſtus miracula ſua fecerit? Nam ipſi in ſuis ſcriptis habent: adoleſcentiam noſtri Meſſiæ licet mendaciter dicunt etiam perverſiſſime, & ſine omni ratione, qvod Virgo Maria illum puerum ad ſcholas poſuerit cum reliqvis ejusdem ætatis, & hoc in Templo Sanctæ civitatis *Jeruſalem*, ut Scripturarum ſcientiam caperet. Qvod cum factum eſſet, vidit Chriſtus in teſtudine Templi lapidem pretioſum, in qvo ſcriptum erat magnum Dei nomen, qvod Tetragrammaton appellatur. Erat autem hoc nomen hebraice dictum *Schem ham foras*, in Latino magnum & ſingulare nomen, ita forte, (ut Judæi fabulantur) tantæqve virtutis, ut qvi illud nomen conſeqvi pro ſe potuiſſet, nullius rei ignarus haberetur.

Omitto cetera, cum fabula hæc Judaica ſatis ſit nota. Atqve hæc qvidem de toto opuſculo, non magni illo qvidem momenti, ſufficiant. Confer jam, ſi placet, qvæ de eodem infra in Supplementis ad Vol. III. ſub nomine *Victoris à Carben* afferemus.

Targum in *Ruth*, *Jo. Merceri* cura Paris. 1564. 4. apud Robert. Stephanum pp. 31. sub titulo: *Syriaca Paraphrasis libelli Ruth à mendis repurgata, & punctis, juxta analogiam Grammaticam notata, cum Latina interpretatione, pene ad verbum in eorum gratiam, qvi Syrorum lingvam cum Hebræa conjungere & conferre cupiunt: item conjectura de locorum aliqvot suspectorum emendatione. Adjecta sunt ad calcem annotata qvædam de Noemi socru Ruth & de Booz, atqve aliis, tum ex Hebræis, tum ex nostris, & qvid in re tam dubia seqvendum videatur, ejusdem Merceri judicium.* Hic Chaldaica primum, deinde versio seorsim, ac deniqve scholia leguntur. *Merceri* versionem *Sam. Clericus* in editione Polyglottorum Londinens. emendatam, emendatiorem vero *J. B. Carpzovius* in Collegio suo Rabbinico super librum *Ruth* dederunt.

Targum I. & II. in *Esther*, dialecto Judæo-German. per R. *Aaron b. Morde-*

Mordechai, Francof. ad Mœn 1718. 4. Vid. Vol. III. hujus Biblioth. n. 191, b.

Targum II. ſuper *Eſther* dialecto eadem exſtat in *Zeena ureena* edit. Francof. ad Mœn. 486. C. 1726. fol.

Targum I. in *Eſther* in Codice Biblico *Dresdenſi* MS. longe copioſius legitur, qvam hodie in editis exſtat. Vide hic ſupra p. 87.

Targum in *libros Chronicorum* à *Samuele Clerico* manu deſcriptum & latinitate donatum, *αὐτόγραφον* exſtat in Biblioth. Bodlejana. In calce operis hæc legis: *Abſoluta eſt verſio hæc Targum librorum Chronicorum, ſive Paralipomenon XV. Novembr. A. D. 1662. ſub nocte.*

Hujus Paraphraſeos verſio latina à *Georg. Gentio* facta, & notis inſtructa in ſchedis ejus MSS. ſupereſt, teſte M. *Auguſto Beyero* in Vita *Gentii* nuper admodum edita p. 111. qvi inter *Gentianum* illud, & *Beckianum* ac *Wilkinſianum* exemplum multum diſcriminis obſervatum à ſe eſſe ibidem profitetur.

Vſus harum Paraphraſium manifeſtior erat futurus, ſi qvidem in lucem aliqvando prodiret *Compendium* illarum, ea tantum loca exhibens, qvæ à textu Hebræo diſcrepant, eive lucem aliqvam affundunt. Id autem à *Samuele Scheurero*, Bernate, & Profeſſore Theologo Bernenſi, prelo parari teſtatur Bibliotheca Bremenſis Claſſe VI. p. 719. ſq.

Qvomodo Paraphraſes illæ Chriſtum indicent, oſtendit *Humphredus Prideaux* in Connexione hiſtoriæ &c. Parte II, p. 667. edit. German.

Scriptoribus, qvi Paraphraſes Chaldaicas enarrarunt, ſupra laudatis p. 1189. ſq. addi velim ſeqventes:

Anonymi diſſert. de Paraphraſibus Chaldaicis in Speciminibus rei literariæ Gallicis an. 1704. menſe Februar, teſte *Jac. le Long* in Biblioth. Sacra p. 1036.

Hugonem Broughtonum in Operibus Anglice 1662. editis, Tom. III. p. 677-683.

Jo. Gottlob Carpzovium in Critica Sacra Part. II. cap. I. p. 430.

Chriſtophor. Helvicum, cujus tractatus de Paraphraſibus primo qvidem 1621. 4. prodiit, deinde in calce commentarii *Ludov. Tenæ* in ep. ad Hebræos Londini 1661. recuſus.

Andream de Leon, Zamorenſem, in epiſtola ad Michaelem le Jay, qva Regia Bibliorum Antwerpienſium editio, qvæ magnam partem exſtat in Bibliis Pariſ. caſtigatur in plurimis locis, & Paraphraſis Chaldaica ad antiqva exemplaria MSS. reformatur in ſpecimen novæ editionis

nis Bibliorum Antwerpiensium correctioris. Exstat illa in Antiqvitatibus Ecclesiæ Orientalis, Londini 1682. 8. editis, p. 131.

Francisc. Lucam, Brugensem, in calce commentarii in IV. Evangelia, ubi legitur Tractatus de Chaldaica S. Scripturæ paraphrasi, qvo & ostenditur, qvis Paraphraseos illius usus, & plurima S. Scripturæ loca enodantur, seu Apologia pro Chaldaico Paraphraste. Antwerp. 1606. 2. voll. in fol.

SUPPLEMENTA AD LIBRUM VII.
DE CABBALA JUDÆORUM.

Cabbalam Judæorum hodiernam novis inventis & somniis ita refertam esse, ut pristinæ & antiqvæ illius faciem vix agnoscas, supra observatum est p. 1204. sq. Pertinet huc ex parte, qvod R. *David Nieto*, Archisynagogus qvondam inter Judæos Lusitanos Londinensis, in præfat. ad librum suum Hispanicum *Fuego legal* p. 5. distingvit inter sectatores Cabbalæ antiqvos & recentiores, atqve adeo duas hodie Cabbalistarum sectas constituit. Ad alteram & judicio ejus præstantiorem refert eos, qvi principia & explicationem R. *Mosis Corduero*, *Isaaci Loria*, & *Menachemi Asariæ de Fano* seqvuntur; ad alteram vero eos, qvi cum *Abrahamo Cardoso* in בוקר אברהם & *Nechemia Chaija Chajon* in עוז לאלהים faciunt, contra qvos, tanqvam hæreticos, in toto illo libello disputat. Constat, duos hos postremos ipso hoc Sæculo vixisse, & multas inter Judæos turbas scriptis movisse, de qvibus Vol. III. dictum est. At hi ipsi nonnullis ex Christianis Judæis aliqvot Cabbalæ antiqvioris capita in lucem revocasse existimantur.

Adscribam hic locum R. *Jac. Chajim Zemach*, (discipuli qvondam R. *Chajim Vitalis*, qvi Cabbalam à R. *Isaaco Loria* didicerat) ex præfatione ad librum suum נגיד ומצוה Amstelodami 472. C. 1712. 8. editum. In eo nomina Scriptorum & librorum qvorundam Cabbalisticorum ita repræsentantur: והנה בענין הספרים שיש על חכמה זו אמר מורי זלה״ה כי ספר הקנה הוא על אמיתות זאת החכמה והוא עמוק מאד ואין לכל אדם שכל להבינו וכן ס׳ שכתב הרמב״ן ז״ל ראוי לסמך עליו כי יש בו סודות הרבה על חכמה זאת והיא קבלה מאליהו זלה״ה ודע כי מהרמב״ן עד היום הזה לא נגלה אליהו ז״ל

ז״ל כי אם למורי זלה״ה· ואמר מורי זלה״ה כי כל הספרים שיש מהרמ״בן
עד עתה אינם בושר על חכמה זאת· ולכן תשמר ותזהר שלא
תקר׳ בהם כי אינם בושר ואינם מכוונים על אמיתה של הקבלה·
גם אמר מי שעשה ס׳ ברית מנוחה היה חכם גדול ונאמן והוא
מזמן קדמון· גם ביאור שעשה הראב״ד ז״ל על ס׳ יצירה והוא בדפוס
אינו מהראב״ד זלה״ה רק מאדם אחד ששמו כך והוא היה חכם
גדול בחכמה זאת· ושלשלת קבלת הראב״ד ז״ל עד הרמב״ן ז״ל כולה
אמיתית מאד כנז׳ וס׳ לבנת הספיר טוב הוא ואמת ויציב ונכון· והנה
ראו עיני אדם כזה הוא מורי זלה״ה שהיה יודע במשנה ובתלמוד
ובהגדות ובמדרשים על כל דבר ודבר כמה פנים פרד״ס והדברים
מוכיחים:

Quod ad libros attinet, qvi ad artem hanc pertinent, Dominus meus (R. Chajim Vital) de iis ita statuit. Liber קנה *rectissime eam exponit, sed ille adeo est abstrusus, ut intelligendo vix qvisquam assequi possit. Huic jungi debet alter R.* Mosis Nachmanidæ, *in quo varia hujus scientiæ capita exponuntur: ipse vero accepit ab Elia. Scias autem, qvod inde à R. Mose Nachmanide usque ad hanc diem Elias nulli nisi Domino meo apparuerit. Idem Dominus meus ait, libros omnes, qvi sub* Nachmanidæ *nomine adhuc exstant, Scientiam hanc non recte exponere. Itaque monitus esto, & caveas ab illis legendis, qvia genuini non sunt, nec in arte Cabbalistica probati. Dicit qvoqve, auctorem libri* ברית מנוחה (de fœdere qvietis) *Sapientem magnum & probum, antiqvissimæ item ætatis esse. Expositio libri* Jezira, *quæ sub nomine R.* Abraham b. Dior *edita exstat, non est illius, sed alterius cujusdam cognominis, cujus magna fuit hujus artis peritia. At ejusdem* Catena traditionis *usque ad R. Mosen Nachmanidem tota germana & verissima est, nec minus liber* לבנת הספיר *egregius, verus & probatæ est fidei, cui inniti possis. Ego qvoqve oculis meis hominem vidi, Domino meo similem, in studio Mischnico & Gemarico versatissimum, qviqve allegoricas commentationes, ad qvæcunqve demum argumenta pertinerent, secundum receptos qvatuor modos, qvos* פרד״ס *vocant, egregie & invicte illustrare callebat.*

Optandum erat, ut exstaret index librorum Hebraicorum & maximam partem Cabbalisticorum, qvi in Bibliotheca Cardinalis *Grimani* fuerunt. In illam enim libros *Jo. Pici Mirandulani* omnes transiisse *Jo. Franc. Picus* testatur in epistola ad Maximilian. Imp., Reuchlini libris de Arte Cabbalistica, in Pistorii Scriptoribus Cabbalisticis præmissa. Confer *Rich. Simonis* Epistolas selectas Tom. I. p. 333. ubi se catalogum illum habere testatur.

De

De ſtudio Judæorum *Cabbaliſtico Magico*, de qvo p. 1213. vide præter *Schudtium* in Memorabilibus Judaicis Parte II. lib. VI. cap. 31. duas M. *Georgii Conradi Petri* diſputationes de ſtudio Judæorum Magico, Wittebergæ 1727. habitas. Adde & doctiſſimi *Jo. Gothofredi Lakemacheri* Obſervationes Philolog. Parte II. p. 126. ſqq. ubi de Magis Judæorum exponens ſpecimina qvædam p. 139. ſq. exhibet. Depromta vero illa ſunt ex MS. qvodam ante trecentos annos condito, & in lingvam Germanicam ex codice Vindobonenſi translato, cujus apographum olim in B. *Gerhardi Molani*, Abbatis qvondam Luccenſis, Bibliotheca adſervatum hodie cum cetera ſupellectile omni in Regiam Electoralem Hanoveræ tranſiit. Ex eodem Cl. *Chriſt. Breithaupt*, Profeſſor Helmſtadienſis, qvædam enotaverat, qvorum nonnulla *Lakemacherus* l. c. affert, addito & illuſtrato p. 144. ſq. amuleto qvodam Judaico. Titulus MS. illius Codicis in Catalogo Bibliothecæ Abbatis Luccenſis, Hanoveræ 1719. 8. editi, p. 789. ita eſt conceptus: Eine geſchriebene teutſche Ueberſetzung eines alten ſehr raren Hebræiſchen Magiſchen Buchs mit denen darinn gemahlten Figuren gleich dem Exemplar, welches in der Kayſerlichen Bibliothec zu Wien anzutreffen, in fol. De ſimili alio R. *Abrahami Wormatienſis* libro infra in Supplementis ad Vol. III. dicetur.

Doctrinam de X. *Sephiroth*, ſive Arbore Cabbaliſtica, illuſtrat *Anonymus* in *Schemate totius Theologiæ Judaicæ*, qvod in Bibliotheca Bodlejana ex indicio Catalogi MSS. n. 2971. exſtat. Exhibet vero illud Arborem Cabbaliſticam pulcherrime delineatam in grandi folio membranaceo, duos pedes lato, & qvatuor pedes longo, inſtar *Megilla* ſeu voluminis, in qvo ab אין סוף, qvod eſt in ſummo margine, per lineas & circulos, minio aliisqve coloribus diſtinctos, nomina divina & X. Sephiroth deſcribuntur, adjectis hinc inde amplis explicationibus, è libris Cabbaliſticis deſumtis. In imo ſchematis depingitur *Gan Eden*. In fine hæc legis: נוצרי כתב כולם והוא שמו יעקב חברון אסכוטי Chriſtianus hæc ſcripſit, cui nomen eſt *Jacob Chebron*, *Scotus*. Crediderim, *Chebronem* illum non tam auctorem qvam deſcriptorem hujus Schematis eſſe habendum. Notitiam hanc debeo Cl. *Jo. Gagnerio*.

Jac. Rhenferdius in diſſertat. de ſtilo Apocalypſeos Cabbaliſtico, primisqve ejus plagulis doctrinam Judaicam de X. *Sephiroth* exponit, cumqve oſtendiſſet, Judæos eas in ſuperiores tres, & inferiores ſeptem dividere, atqve per illas priores eſſentiam Dei unam, per has attributa ſignificare, de ultima, nempe *Schechina*, p. 20. ſtatuit, per eam officium Meſſiæ

Meſſiæ mediatorium innui. Idem §. 6. promittit Specimen Cabbaliſticum, qvo probaturus ſit universam Chriſtianam Theologiam in *Sephiroth* illis latere. Porro p. 32. ſuſpicatur, Apocalypſeos l. 4. 5. 6. integram fere Cabbalam Sephirothicam ſummatim exhibere. At in hoc argumento ſemper puto recogitandum illud: *ne qvid nimis.* Legitur hodie illa diſſertatio in Operibus Philologicis *Rhenferdii* p. 1. ſqq.

Decalogum ex X. *Sephiroth* deducere, neſcio an felicius, conatus eſt Cl. *Franc. Wokenius* in Programmate Inaugurali, qvod in Decade Schediaſmatum ejus eſt recuſum. Confer qvæ de iisdem nuper tradidit Rev. *Nicol. Lütkens* in Luce in tenebris, ſive in Diſſertat. poſteriore de Sohar, cap. VI, p. 118 ſqq.

Ad Scriptores de decem illis *Sephiroth* hæc notari velim.

Evolus (Caſpar) ſic enim, non autem *Ævolus*, in libri titulo appellatur, Neapolitanus, *de Divinis Attributis, quæ Sephiroth ab Hebræis nuncupata, ad Maximilianum II. Imperatorem Romanum*, Pragæ 1571. 4. decem plagulis, apud Georgium Melantrichum ab Aventino. A *Buxtorfio* in Lexico Rabbinico Talmudico video afferri editionem Venetam anni 1573. 8. apud Franc. Zillet. Altera illa in manibus mihi eſt. Auctor *Sephiroth* illas de orbibus cœleſtibus ex Philoſophia Ariſtotelica interpretatur. Exemplum cape ex iis, qvæ p. 11. verſa de Sephira ſeu attributo primo *Chether* ita diſſerit: *Ex qvo dici poteſt, primum attributum eſſe inſtrumentum, qvo Deus officio primæ intelligentiæ ex oriente in occidentem primum mobile, & ex conſeqventi reliqvos orbes deferat. Nam ceteri orbes diurno motu minime per ſe moventur, ſed virtute primi, qui à ſuo attributo in ipſum transfunditur. Idcirco recte dicitur orbes inferiores ex conſeqventi hoc modo evolvi.*

Duos *Cabbalæ Denudatæ* tomos à *Chriſtiano Knorr de Roſenroht* prodiiſſe ſupra oſtenſum eſt p. 1233. Eundem *tertium* Operi huic volumen, qvod *Indicem ſpecialiſſimum & vindicias* complectebatur, deſtinaſſe, ex amicis qvibusdam Noribergenſibus accepiſſe ſe teſtatur Cl. *Pagendarmus* in diſſertat. de Codice Judæorum Olsnenſium Hebraico p. 12.

Cabbala Atheiſmi ſeu Spinoſiſmi ſemina habere multis viſa eſt. Vide, qvæ ſupra de hoc argumento dixi p. 1235. Adde vero doctiſſimum *Fabricium* noſtrum in Delectu argumentorum pro veritate religionis Chriſtianæ p. 620. Junge etiam Cl. *Gottlieb Stollii* obſervationem de eo, utrum Spinoſa ex Carteſio, an ex Cabbaliſtica Philoſophia Atheiſmum hauſerit. Exſtat illa in Academiſchen Neben-Stunden. Part. II. Art. 6. Noviſſime R. *Nechemia Chaija Chajon*, Cabbaliſta recentiſſimus, etiamà ſuis in Atheiſmi

 ſuſpicio-

ſuſpicionem vocatus eſt. Vide qvæ infra in Supplementis ad Vol. III. n. 1689. dicentur.

Vſum Cabbalæ *Hermeneuticum* provehere olim inſtituit *Jo. Mich. Langius* in Compendio Hermeneuticæ Cabbaliſticæ, qvod MS. memorat Rev. G. G. *Zeltnerus* in Vitis Theologorum Altorfinorum p. 488. Deſtinatum illud fuit ſupplemento operæ, à *Menaſſe ben Iſrael* & *Hackſpanio* in hoc argumento collocatæ.

Ad uſum *Dogmaticum* amplificandum *Chriſtophorus Lauretus*, Agendicenſis, Conſiliarius ibidem Regius, librum retulit, qvem inſcripſit: *Hazoar, ſive illuſtratio Prophetarum de plenitudine temporis Meſſiæ* Pariſ. 1610. 8. pp. 213. Vſus ſcilicet ille eſt Cabbala Judæorum artificiali, ſpeciatim *Notaricon*, *Gematria*, *Temura*, aliisqve modis, qvorum rationem p. 6. ſqq. ediſſerit. Cape ex libro rariori hoc ſpecimen. *Primum charagma temporis* conſtituit p. 17. בה i. e. ſeptem, idqve facit *charagma creationis mundi.* Invenit illud in verbis Gen. II. 4. אלה תולדות השמים והארץ בהבראם וג׳ *Et deprehendi* inqvit, *myſterium in dictione* בהבראם *ſeparando per viam tertiam intelligentiarum, vel ædificando duas partes* בה & בָרְאם *quia ſenſus poteſt eſſe in* ה׳ *he, creatio eorum, idqve per viam primam & ſecundam intelligentiarum. Et dixit,* (inſpiratio omnipotentis) *recte cogitas. Hoc enim magiſtri dixerunt. Et ideo qvando duorum ſeculorum mentio fit in ſecretiori Theologia, litera* ה he *ſeculum præſens,* Jod *vero ſeculum futurum notat. Et Pater Abraham in libro formationis docuit,* ב beth *eſſe literam ſolis,* ה he *literam ſigni arietis. Et dixi: horum probe memini. Vnde hæc elicio verba ex hac dictione. Sol aries creator eorum, & ex iſtis dictionibus hanc ordino orationem. Qvando creavit deus cœlum & terram, poſuit Solem in ariete. Et reſpondit: hoc ipſum inſinuat Propheta in hoc ſigillo temporis. Qvare primum tibi charagma temporis eſt* בה *poſitum in hac dictione* בהבראם *Et duæ iſtæ literæ in numeris ſeptem exhibent, pro numero dierum, qvibus myſterium creationis abſolutum eſt. Et his ſeptem primis diebus ſeptem primi gradus ſigni arietis conveniunt in computatione motus Solis ab initio mundi, indeqve anni mundi principium numerationis accipiunt, cum menſibus lunaribus aut alterius generis, qvia menſis Lunæ incipit a Molad, i. e. conjunctione Solis & Lunæ: nec hebdomas dierum, nec menſis, nec annus mutilationem ab initio accipiunt, ſed ſimul & ſemel ortum & principium ſibi vendicant. &c. &c.* Qvi Cabbaliſtarum ſcripta vel obiter inſpexerit, facile viderit, ingenio eorum hæc apprime reſpondere, & meminerit qvoqve, nonnulla horum ex literis בה ab ipſis eſſe derivata. *Charagma temporis ſeptimum* p. 187. ipſi eſt תתכד ג 3824. & qvidem *charagma temporis à principio mundi usqve ad mortem* Moſis.

Non

Non desunt, qvi varia doctrinæ Christianæ capita ex scriptis Cabbalisticis testata facere allaborarunt. Eorum nonnullos supra appellavi p. 1239. qvibus seqventes nunc velim addi.

Ericus Benzelius, Episcopus nunc Lincopensis, vir non ingenio minus & doctrina, qvam dignitate illustris, in Notitia Literaria p. 36. testatur, se anno 1697. ab *Helmontio* accepisse qvinqve Sectiones primas operis *Knorriani* formis expressas, cui titulum fecerit *Historiæ Evangelicæ*, inqve eo Christianum qvendam & Cabbalistam Catechumenum de gravissimis Christianæ religionis mysteriis colloqventes stiterit. Fortasse ille liber Latine illud exhibere debuit, qvod in alio opere, *Messias Puer*, dicto, stilo Rabbinico eum descripsisse supra monui p. 1239.

Jo. Meyeri, Professoris qvondam Harderoviceni, dissertatio Theolog. de mysterio SS. Trinitatis ex solius V. T. libris demonstrato, atqve ex veterum ac recentiorum Rabbinorum, præsertim Cabbalistarum, rarissimis monumentis illustrato, prodiit *Harderovici* 1712. 4. de qva plura leges in *Museo Bremensi* Classe I. p. 307. sq.

Qvæ *Jo. Kemperus*, Ex Judæus, & *Andr. Norrelius*, Svecus, ex libro Sohar ad firmanda vel illustranda veritatis Christianæ capita attulerint, lector ex Vol III. hujus Bibliothecæ p. 1143. intelliget. Ibidem monuimus, Ludovicum Wolterum, Ecclesiasten apud Reformatos Gedanensem, observationes in Scripturam Sac. & religionem Christianam ex Cabbalistis petitas publico destinare. Illarum specimen habes in Bibliotheca Bremensi Classe III. p. 1084 sqq. ubi leguntur *loca* qvædam *Rabbinica selecta è libris* Sohar & Rabboth, *Scripturam Sacram & Fidem Christianam illustrantia.* Idem egit nuper Rev. *Nicol. Lutkens* in dissertat. posteriore de Zohar, qvam *Lucem in Tenebris* inscriptam Hamburgi 1731. 8. edidit, & illis ex *Zohar* locis instruxit, qvæ ad mysterium SS. Trinitatis pertinent. Junge his Cl. *Jo. Gothofredi Lackemachari* observationem in Actis Societatis Conantium anni 1721. mens. Jul. Aug. & Septembr. p. 128. atqve hinc in Semestri II. Amalium Academiæ Juliæ & Celeb. *Henr. Jac. Bashuysenii* Disputatt. duas de Cabbala vera & falsa. Pertinent huc qvoqve varia scripta *Henr. Bernhardi Costeri*, qvi se *Prophetiæ Hebræorum reseratæ Studiosum* appellat. Ex his indicare liceat, qvæ sub titulo: Der Hebræer Schechina, das ist, die Persönliche Einwohnung der Göttlichen Herrlichkeit in dem Messia, Davids Sohn Jehova, unsere Gerechtigkeit, Amstelod. 1701. 8. item: Die aufgeschlossene Prophetie der Hebræer ibid. 1700. ut & die Herrlichkeit der Hebræer Kabbala aufgeschlossen

 ibid.

ratam complectentibus) ex officina R. *Naphthali Hertz f. Asariel* Vilnensis per typographum *Jona ben Jacob.*

Feci supra mentionem *Dialogorum duorum* Hispanice contra Christianos scriptorum, qvos manu exaratos in Belgio a Judæo qvodam redemi, & apud me servo. Constant illi qvadraginta foliis in folii forma exaratis. Initium est: *ANDRES. Verdaderamente no se qve diga ferme en este Maruccos, por buscar mi hermano, Antonio, y certificar me, si es verdad lo, qve del me digvieron, qve es Judio. A tres dias, qve lo ando buscando, he estado, eu la Judieria muchas vezes, y entardiendas de los Judios, ni lo hallo, ni se aqvi in pregunte por el, per qve si pregunto en la aduana a los Christianos, temo qvi sa prenumeran ser su hermano. Pues ya hubo, qvi en dyo me parecia con el y ser me hia de gran afeuta, y de la poca verguensa qve tubo en hazer lo, qve hizo metocaria a my la mayor parte pues determino no eposar hasta, qve lo halle: qviero me hir a alguna botica, y hally me sentare, sin dezir nada anadie, qve no puede ser dexe depasar por ally, y si es verdad, qve ally latiene en essa grande plasa (como me dixieron en Flandes) deve ser esta, qve vebo serrada, por qve des pues, qve por aqvy ando todas, he visto abiertas si no ella, as sy qve por salir desta sos pecha me qviero sentar a qvy hun poco enfrente.*

OBADIA. Sy son verdades las nuevas, qve me dieron dell Manselo, venido en esta Nan de Flandes, juntamente con el alboroso, qve mi coracou siente deve de ser mi hermano, por qve me escrivieron en las ultimas de halla, qve el se aparegava para venir me aver, y por me satisfazer, si es el, he andado à tres dias, buscando lo fuera de my tienda, no me ha qvedado en la aduana mercader a qvi eu no haya perguntado todos me dan del nuevas, deziendo a qvi esta aqva estava, sin poder lo hallar, qve sierta me disgusto, parece, qve todas las cosas muy dereadas amenester para qve mas las estimernos, qve las alcansemos con trabajo. Aora decausado de audar qviero abrir my tienda y sentar me, por qve de los mercaderes nuevamente venidos pasaca alguno, qve del me den nuevas, y diga su nombre: ma a qva esta sentado uno, qve no he visto tal color de panho como esta de su feremeto qviero me pasar delante del y verle la casa, si esto nuevo es en la tierra, y estoy en duda si le hable. no qviero toda via abrir mi tienda sentar me y descansar . . .

ANDRES. Quien es este qve aqva viene, si esto, qve no parese el desta tierra, por qve a qvella blancura ele casa mesclada con oriental pelo . . . no lo produze Africa, si es verdad y el coracon como dizen es a devino, este deve de ser mi hermano. Mas y no lo conosco, qve doze annos ha me dexo ninho y el erra sin pelo de barba, toda via qviero mellegar pues abre la tienda, y con esso luego vere, si lo es ò no.

OBADIA.

OBADIA. Qviero mellevantar, nose me vaya, mas no, pora ca se viene, cierto, que este deve es de ser mi hermano, por que las sennales que me dieron, todas conformaa, si sera ora este, yo no lo conosco, doze annos, à que lo dexe ninno pequenno, empero platicando con el sabre la verdad.

ANDR. Beso las manos de V. . . . . Sennor mio, ...

OBAD. Y yo las de V. . . . mi Sennor, sea muy bien venido, si entese aqvi, che en verdad por las sennales, que en el veo, tres dias à que lo ando buscando, y a ora de muy causado me sente aqvi, siente se por su vida, y deme algunas nuevas de Flandes, si de allà vino.

ANDR. Assentar me he pues me lo manda, y holgarè saber la causa, para que me buscave, qve yo si la vista no me enganna con un no se qve acadentro me tengo en mi, tanbien lo he andado buscando.

OBAD. Verdaderamente seria gran cosa andarmos nos buscando por muchas partes el uno al otro, sin hallar nos, y aora . . . que mas descuidados estamos encontrarmos nos aqvi; muestra nos esto, que na die se deva agartar por ninguna cosa, que . . . , que si de nuestro Sennor fuere, que la aya de alcancar, qvando mas descuidado estubiere, ella le vendra à la mano.

ANDR. Essa ès la pura verdad, mas holgara saber, que es lo que V. de mi qviere saber?

OBAD. Lo primero, Sennor, es su nombre, y de adonde es natural.

ANDR. Primero sabrè yo la causa, para que lo qviere saber.

OBAD. Si essa a deser la causa, plaze me de desir lo, y no tardarè, por que estoy tam dezcoso de saber lo, que cada momento me parece un anno; sabra S. que yo soy natural de una villa llamada Remna, que està en la Ysla de Zelanda, situada en la boca del rio escàlda, que va à Anberes, y alli tengo annoy parientes, de que holgara saber, y por que me dicen, que V. S. es de allà natural, lo he buscado por saber nueva dellos, y si el coracon con sus presagios no me enganna, deve de ser uno de dos hermanos, che alla dexe muchachos Y haze me esta sospecta confirmande tanto en sea verdad, que ya no me queda otra duda, viendo lo hablar y oyendo lo, si no si es Andrè Antonio, o Pedro Antonio.

ANDR. Desse modo V. S. es Bernardo Antonio, mi hermano, que y vine à buscar, y tiene delante si Andres Antonio, su hermano.

OBAD. Loor à nuestro S. todo poderaso, que tanta mercede me ha hecho, que os vieros mis ojos cosa qve tanto desseava, qviera el por su piedad, se apàra su sancto servicio, Hermano, es posible, que os veo, sois este, como està nuestra hermana, dadme por vida vuestra nueva della, y de nuestro hermano Pedro Antonio, mas agvardad, qve serare la tienda, y vamos a cassa, qve holgara muchoami muger de veros, qve en verdad no menas qve yo lo desea. &c.

His

His ita ultro citroqve narratis, *Andreas* ex veſtitu *Obadiæ* & confeſſione ejus intelligit, *Obadiam* eſſe Judæum. Hoc *Andreas* miratus varia deinde contra Judæos diſputat, ad qvæ *Obadias* reſpondere fratremqve ad ſuperſtitionem Judaicam retrahere conatur, eventu utrinqve fruſtratus. Hinc enim vindicias leviter inſtituit, hinc fratrem perpetuo ſibi habet adverſantem. Cognoſce rem ex verbis, qvibus Obadias finem toti diſputationi facit.

Andad, inqvit, *y Zuego a nueſtro S. vos de ſu gracia, para lo conoſer y ſervir quiero hir por aqui paſeando aſta qve torne mi hermano y ſepade lo qve paſſa con el Faile, qve ſi eſto ſegun va enſendido pare ſe tiene fervor de la ley quiera DS. per ſu piedad dar me ſu gracia para le traer a ſu verdadero conoſimiento, para qve ſe meta de bajo del Jugo de ſu Ley, qve ſi eſto ſi con el puedo acabar qve haga la circoncifion, tengo grande razon de alegrar me y temerlo por hijo &c.*

Titulus commentationis hujus, qvem folia ſumma præferunt, eſt, *Fortificacion de la Feé*, i. e. *Fortificatio* ſeu *munimen fidei*, qvem ut cum libro חזוק אמונה, qvem *Wagenſeilius* edidit, communem habet, ita nihil illi commercii cum eodem intercedit, ſi excipias argumenta & reſponſiones ejusmodi, qvibus Judæi alias plerumqve uti conſveverunt. Superiora ſpeciminis loco ideo deſcribenda duxi, ut apparere poſſit, qvomodo illi cum ſimilis furfuris ſcriptionibus Hiſpanicis Anti-Chriſtianis, qvæ circumferuntur, conveniat.

De LIPMANNI NIZZACHON
ab Hackſpanio primum edito.

Eſt nunc in manibus meis exemplum *Nizzachon* Lipmanniani, qvod *Theodoricus Hackſpanius* Noribergæ 1644. 4. primum in lucem dedit. Illud cum Vffenbachianis ceteris ad me pervenit, qvod B. *Jo. Henricus Majus* in Bibliothecæ Vffenbachianæ MStæ Parte I. num. LXVIII. p. 95. ita deſcripſit: *Codex LXVIII. chartaceus eſt in qvarto, conſtans foliis* CXXXIIII. *non connumeratis foliis puris, utpote qvæ nunqvam in cenſum admittimus, niſi diſerte contrarium indicaverimus.* R. Lipmanni *Nizzachon, ab* Hackſpanio *in lucem hanc publicam emiſſum, & potiorem partem Latine à* Sebaldo Snellio *redditum, is continet, diſcrepans nonnihil ab edito, nec tamen in rebus magni momenti. Qvæ in calce ejus de auctore & loco temporeqve, qvo conſignatus eſt liber, vulgo leguntur, in MS. omiſſa ſunt, incertum, caſu an data opera, ne parum laudabilis Scriptor cito innoteſceret.*

In

In limine libri hæc à laudato Majo ſcripta lego: *Non tam eſt* commentarius ſuccinctus Rabbinicus in Scripturam, *qvomodo hicce Codex in catalogo* Bibliothecæ Rhenferdianæ n. 193. *adpellatur, qvam* αὐϑόταϛος *liber* Nizzachon, *ſive* Victoria, *contra Chriſtianos puta, auctore R. Lipmanno. Atqve hujus Lipmanni* Nizzachon *præſenti volumine ſiſti, vel ex calce libri diſcere potuiſſet, qvisqvis catalogum Rhenferdianorum librorum adornavit; ibi enim diſerte nomen ejus profertur.* Contuli partem libri aliqvam cum MS. atqve eas inter utrumqve varietates deprehendi, qvarum Specimen hic dare operæ pretium duxi.

	Editio Hackſpanii.	MS.
	Præfatio & ſumma libri capita	Deſunt.
Pag. 1. l. 14.	והוא האלוה	והוא אל האלוה
— — l. 17.	ואין צורך	ואין צריך
— — —	כפלוסופים	בפילוסופי׳ i. e. בפילוסופית ſicut & editio Amſtelod. an. 471, 16. expreſſit.
— — l. 18.	כלי מנהיג	בלא מנהיג
— — —	מפי אלף אלפים מפי	מפי אלף אלפים שקבלו מפי
— — l. 19.	אפשר לספינה בלא קברניט	delet mendoſe.
Pag. 2. l. 1.	הריסות	הריסת
— — l. 9.	ואמר	ואומר
— — l. 10.	לא כתב	לא כתבת
— — l. 14.	ועשה	ועשייה
— — l. 18.	מהם איש	ממנו איש
— — l. 19.	ראש המאמר	ראש האומר Edit. Amſtelod. habet: שהוא ראש אומות העולם
— — l. 20.	לכן אמר	לכן היה אומר
— — l. 23.	הולדו	היולדו
— — l. 3. à f.	שברוו	שוברו atqve ita edit. Amſtelod.
— — l. ult.	המן	המין
Pag. 3. l. 1.	תקן	תיקן & ſic Amſtelod.
— — l. 3.	אשלים	אשלימו
— — l. 10.	נאמן	המאמין

Pag. 3. l. 17.	רק עצם	רק עצם אחר
— — l. 9. à f.	הסכלין	סכלי הסכילים ed. Amstelod.
— — l. 7. à f.	כדפי'	כרפים כרפיו' ed. Amstel.
— — l. 6. à f.	משכל	משכיל

Hæc qvidem sufficiant, ex qvibus, puto, intelligetur, librum illum, si tanti foret, nec præstaret, æternis eum tenebris sepultum fuisse, ex nostro codice tum suppleri, tum hinc inde emendari, & Grammaticis rationibus rectius accommodari posse. Si cui volupe fuerit, varietates lectionum, qvas Wagenseilius ex duobus Codd. MSS. hujus *Nizzachon* cum Hackspaniana editione comparatis, attulit, inspicere, idem discet, plerasqve nostras cum illis consentire. Me qvidem jam tædium cepit in his hærendi.

SUPPLEMENTA AD LIBRUM VI.
DE TARGUMIM.

Rich. Simonium statuere, Judæos jam in carcere Babylonico Lingvam Hebræam negligenter tractasse, & vulgus Judæorum post illum Hebraica prorsus non intellexisse, supra ostendimus p. 1140. Idem hanc suam sententiam in Observationibus novis super textum & versiones N. T. Parte II. c. 3. p. 157. sq. contra Arnaldum vindicare conatur. Contra eundem lege Vener. *Jo. Gottlob Carpzovium* in Critica Sacra Parte I. cap. V. p. 213.

Babylonicum Jo. Buxtorfii, Patris, seu amplum in Paraphrases Chaldaicas commentarium MS. supra laudavi p. 1154. Eum *Jo. Buxtorfius* in Catalectis Philologico-Theologicis p. 348. ita delineat: *Qvod igitur attinet ad hoc opus, nihil aliud est, qvam commentarius Criticus in universas Bibliorum Paraphrases Chaldaicas, quo non solum infinita menda & depravationes, quæ in editione Veneta occurrunt, ex analogia Grammatica, ipsius lingvæ natura & fundamentis, at & locorum collatione emendantur; sed & variæ lectiones ex diversis editionibus Venetis, ex Bibliis Complutensibus, Bibliis Regiis, Psalterio Nebiensis, & commentariis Rabbinorum conferuntur, & examinantur, jam ante complures annos ad illustrationem Operis Biblici Basiliensis conscriptus, ut ex eo cum eorum, quæ in hoc opere emendata sunt, ratio cognoscatur, tum ea, qvæ adhuc medela indigent, posterorum diligentiæ commendentur.* Ibidem deinde speciminis loco subjicitur commentarius Buxtorfii criticus in Paraphrases Chaldaicas capitis XL. Gene-

Geneseos. Commentarii illius editionem maturari cupiebat *Wilh. Schickardus* in Bechinat happeruschim p. 24.

Ad ea, qvæ p. 1157. de punctatione Paraphrasium Chaldaicarum, a *Buxtorfio* ad certiores rationes revocata, dixi, B. *Jo. Andr. Danzius* in exemplo hujus Bibliothecæ meæ voluminis manu sua scripserat, *Buxtorfii* illud consilium laude dignissimum fuisse, modo recte ubiqve fuisset applicatum; *infinita* vero adhuc emendanda superesse, ad qvæ tollienda codices MSS. qvos *Rich. Simon* hic adhiberi volebat, nullum usum sint præstituri, cum istorum auctores veram lingvæ analogiam ignorarint.

Ipsi Judæi Paraphrasin *Onkelosi* commentando illustrare annisi sunt. Ita ex *Angeli Cantarini*, Judæi Veneti, epistola ad B. *Christian. Theoph. Ungerum* data, intellexi, exstare apud R. *Bassan* commentar. Anonymi antiqvum MS. in Targum illud, in qvo non nisi *Gemara*, *Raschi*, & *Baal hattalmud* citentur, qviqve variantes qvasdam à nostris exemplaribus lectiones habeat, & tales qvidem, qvæ cum exemplaribus editionum Sabionetensium conveniant.

JONATHANIS Targum in *Midrasch Ruth* in *Sohar chadasch* fol. 59. 3. allegari Cl. *Christianus Schoetgenius* per literas me docuit, eademqve opera monuit, ex eo de antiqvitate tum horum fragmentorum, tum ipsius qvoqve *Targum*, conjecturam capi posse.

Versionem hujus Paraphraseos in Prophetas Latinam *Cevallerii* MS. laudat *Jo. Seldenus* de Synedris Hebræorum III. 14. 2.

Chaldæam Jonathæ in VI. Prophetas interpretationem, Micham, Nahumum, Habacucum, Sophoniam, Zachariam & Malachiam latinitate nunc primum donatam & scholiis illustratam dedit *Jo. Mercerus* Parisiis 1559. 4. Ibi versio sine addito contextu procedit usqve ad p. 41. hinc scholia usqve ad p. 84. In Dedicatione præmissa *Mercerus* docet, se sex illos ultimos tantum edidisse, qvia sex priores vel sua vel *Qvinqvarborei* cura Latine jam exstent.

Targum in *Obadiam* cum Græca & Latina versione in Cl. *Herm. Hardtii* Via in Chaldæam Helmstadii 1731. 8. prodiit.

Eadem Paraphrasis Chald. MS. exstat inter codices Laudanos n. 168. membran. fol. sed tantum super libros Josuæ, Judicum, Ruth, & qvatuor libros Regum, præfixis variis lectionibus in Hagiographa, qvæ intercedunt inter filios *Ascher* & filios *Naphthali*; itemqve inter *Occidentales* & *Orientales*.

Mordechai, Francof. ad Mœn 1718. 4. Vid. Vol. III. hujus Biblioth. n. 191. b.

Targum II. ſuper *Eſther* dialecto eadem exſtat in *Zeena ureena* edit. Francof. ad Mœn. 486. C. 1726. fol.

Targum I. in *Eſther* in Codice Biblico *Dresdenſi* MS. longe copioſius legitur, qvam hodie in editis exſtat. Vide hic ſupra p. 87.

Targum in *libros Chronicorum* à *Samuele Clerico* manu deſcriptum & latinitate donatum, αὐτόγραφον exſtat in Biblioth. Bodlejana. In calce operis hæc legis: *Abſoluta eſt verſio hæc Targum librorum Chronicorum, ſive Paralipomenon XV. Novembr. A. D. 1662. ſub nocte.*

Hujus Paraphraſeos verſio latina à *Georg. Gentio* facta, & notis inſtructa in ſchedis ejus MSS. ſupereſt, teſte M. *Auguſto Beyero* in Vita *Gentii* nuper admodum edita p. 111. qvi inter *Gentianum* illud, & *Beckianum* ac *Wilkinſianum* exemplum multum diſcriminis obſervatum à ſe eſſe ibidem profitetur.

Vſus harum Paraphraſium manifeſtior erat futurus, ſi qvidem in lucem aliqvando prodiret *Compendium* illarum, ea tantum loca exhibens, qvæ à textu Hebræo diſcrepant, eive lucem aliqvam affundunt. Id autem à *Samuele Scheurero*, Bernate, & Profeſſore Theologo Bernenſi, prelo parari teſtatur Bibliotheca Bremenſis Claſſe VI. p. 719. ſq.

Qvomodo Paraphraſes illæ Chriſtum indicent, oſtendit *Humphredus Prideaux* in Connexione hiſtoriæ &c. Parte II. p. 667. edit. German.

Scriptoribus, qvi Paraphraſes Chaldaicas enarrarunt, ſupra laudatis p. 1189. ſq. addi velim ſeqventes:

Anonymi diſſert. de Paraphraſibus Chaldaicis in Speciminibus rei literariæ Gallicis an. 1704. menſe Februar. teſte *Jac. le Long* in Biblioth. Sacra p. 1036.

Hugonem Broughtonum in Operibus Anglice 1662. editis, Tom. III. p. 677-683.

Jo. Gottlob Carpzovium in Critica Sacra Part. II. cap. I. p. 430.

Chriſtophor. Helvicum, cujus tractatus de Paraphraſibus primo qvidem 1621. 4. prodiit, deinde in calce commentarii *Ludov. Tenæ* in ep. ad Hebræos Londini 1661. recuſus.

Andream de Leon, Zamorenſem, in epiſtola ad Michaelem le Jay, qva Regia Bibliorum Antwerpienſium editio, qvæ magnam partem exſtat in Bibliis Pariſ. caſtigatur in plurimis locis, & Paraphraſis Chaldaica ad antiqva exemplaria MSS. reformatur in ſpecimen novæ editionis

nis Bibliorum Antwerpiensium correctioris. Exstat illa in Antiqvitatibus Ecclesiæ Orientalis, Londini 1682. 8. editis, p. 131.

Francisc. Lucam, Brugensem, in calce commentarii in IV. Evangelia, ubi legitur Tractatus de Chaldaica S. Scripturæ paraphrasi, qvo & ostenditur, qvis Paraphraseos illius usus, & plurima S. Scripturæ loca enodantur, seu Apologia pro Chaldaico Paraphraste. Antwerp. 1606. 2. voll. in fol.

SUPPLEMENTA AD LIBRUM VII.
DE CABBALA JUDÆORUM.

Cabbalam Judæorum hodiernam novis inventis & somniis ita refertam esse, ut pristinæ & antiqvæ illius faciem vix agnoscas, supra observatum est p. 1204. sq. Pertinet huc ex parte, qvod R. *David Nieto*, Archisynagogus qvondam inter Judæos Lusitanos Londinensis, in præfat. ad librum suum Hispanicum *Fuego legal* p. 5. distingvit inter sectatores Cabbalæ antiqvos & recentiores, atqve adeo duas hodie Cabbalistarum sectas constituit. Ad alteram & judicio ejus præstantiorem refert eos, qvi principia & explicationem R. *Mosis Corduero*, *Isaaci Loria*, & *Menachemi Asariæ de Fano* seqvuntur; ad alteram vero eos, qvi cum *Abrahamo Cardoso* in בוקר אברהם & *Nechemia Chaija Chajon* in עוז לאלהים faciunt, contra qvos, tanqvam hæreticos, in toto illo libello disputat. Constat, duos hos postremos ipso hoc Sæculo vixisse, & multas inter Judæos turbas scriptis movisse, de qvibus Vol. III. dictum est. At hi ipsi nonnullis ex Christianis Judæis aliqvot Cabbalæ antiqvioris capita in lucem revocasse existimantur.

Adscribam hic locum R. *Jac. Chajim Zemach*, (discipuli qvondam R. *Chajim Vitalis*, qvi Cabbalam à R. *Isaaco Loria* didicerat) ex præfatione ad librum suum נגיד ומצוה Amstelodami 472. C. 1712. 8. editum. In eo nomina Scriptorum & librorum qvorundam Cabbalisticorum ita repræsentantur: והנה בענין הספרים שיש על חכמה זו אמר מורי זלה״ה כי ספר הקנה הוא על אמיתות זאת החכמה והוא עמוק מאד ואין לכל אדם שכל להבינו וכן ס׳ שכתב הרמב״ן ז״ל ראוי לסמך עליו כי יש בו סודות הרבה על חכמה זאת והוא קבל מאליהו זלה״ה ודע כי מהרמב״ן עד היום הזה לא נגלה אליהו ז״ל

ז״ל כי אם למורי זלה״ה· ואמר מורי זלה״ה כי כל הספרים שיש מהרמ״בן עד עתה אינם ביושר על חכמה זאת· ולכן תשמר ותזהר שלא תקר׳ בהם כי אינם ביושר ואינם מכוונים על אמיתה של הקבלה· גם אמר מי שעשה ס׳ ברית מנוחה היה חכם גדול ונאמן והוא מזמן קדמון· גם ביאור שעשה הרא״בד ז״ל על ס׳ יצירה והוא בדפוס אינו מהרא״בד זלה״ה רק מאדם אחר ששמו כך והוא היה חכם גדול בחכמה זאת· ושלשלת קבלת הרא״בד ז״ל עד הרמב״ן ז״ל כולה אמיתית מאד כנז׳ וס׳ לבנת הספיר טוב הוא ואמת ויציב ונכון· והנה ראו עיני אדם כזה הוא מורי זלה״ה שהיה יודע במשנה ובתלמוד ובהגדות ובמדרשים על כל דבר ודבר כמה פנים פר״דס והדברים מוכיחים:

Qvod ad libros attinet, qvi ad artem hanc pertinent, Dominus meus (R. Chajim Vital) de iis ita statuit. Liber קנה *rectissime eam exponit, sed ille adeo est abstrusus, ut intelligendo vix qvisqvam assequi possit. Huic jungi debet alter* R. Mosis Nachmanidæ, *in qvo varia hujus scientiæ capita exponuntur: ipse vero accepit ab Elia. Scias autem, qvod inde à R. Mose Nachmanide usqve ad hanc diem Elias nulli nisi Domino meo apparuerit. Idem Dominus meus ait, libros omnes, qvi sub* Nachmanidæ *nomine adhuc exstant, Scientiam hanc non recte exponere. Itaqve monitus esto, & caveas ab illis legendis, qvia genuini non sunt, nec in arte Cabbalistica probati. Dicit qvoqve, auctorem libri* ברית מנוחה (de fœdere qvietis) *Sapientem magnum & probum, antiqvissimæ item ætatis esse. Expositio libri* Jezira, *qvæ sub nomine* R. Abraham b. Dior *edita exstat, non est illius, sed alterius cujusdam cognominis, cujus magna fuit hujus artis peritia. At ejusdem* Catena traditionis *usqve ad R. Mosen Nachmanidem tota germana & verissima est, nec minus liber* לבנת הספיר *egregius, verus & probatæ est fidei, cui inniti possis. Ego qvoqve oculis meis hominem vidi, Domino meo similem, in studio Mischnico & Gemarico versatissimum, qviqve allegoricas commentationes, ad qvæcunqve demum argumenta pertinerent, secundum receptos qvatuor modos, qvos* פרדס *vocant, egregie & invicte illustrare callebat.*

Optandum erat, ut exstaret index librorum Hebraicorum & maximam partem Cabbalisticorum, qvi in Bibliotheca Cardinalis *Grimani* fuerunt. In illam enim libros *Jo. Pici Mirandulani* omnes transiisse *Jo. Franc. Picus* testatur in epistola ad Maximilian. Imp., Reuchlini libris de Arte Cabbalistica, in Pistorii Scriptoribus Cabbalisticis præmissa. Confer *Rich. Simonis* Epistolas selectas Tom. I. p. 333. ubi se catalogum illum habere testatur.

De

De ſtudio Judæorum *Cabbaliſtico Magico*, de qvo p. 1213. vide præter *Schudtium* in Memorabilibus Judaicis Parte II. lib. VI. cap. 31. duas M. *Georgii Conradi Petri* diſputationes de ſtudio Judæorum Magico, Wittebergæ 1717. habitas. Adde & doctisſimi *Jo. Gothofredi Lakemacheri* Obſervationes Philolog. Parte II. p. 126. ſqq. ubi de Magis Judæorum exponens ſpecimina qvædam p. 139. ſq. exhibet. Depromta vero illa ſunt ex MS. qvodam ante trecentos annos condito, & in lingvam Germanicam ex codice Vindobonenſi translato, cujus apographum olim in B. *Gerhardi Molani*, Abbatis qvondam Luccenſis, Bibliotheca adſervatum hodie cum cetera ſupellectile omni in Regiam Electoralem Hanoveræ tranſiit. Ex eodem Cl. *Chriſt. Breithaupt*, Profeſſor Helmſtadienſis, qvædam enotaverat, qvorum nonnulla *Lakemackerus* l. c. affert, addito & illuſtrato p. 144. ſq. amuleto qvodam Judaico. Titulus MS. illius Codicis in Catalogo Bibliothecæ Abbatis Luccenſis, Hanoveræ 1729. 8. editi, p. 789. ita eſt conceptus: Eine geſchriebene teutſche Ueberſetzung eines alten ſehr raren Hebræiſchen Magiſchen Buchs mit denen darinn gemahlten Figuren gleich dem Exemplar, welches in der Kayſerlichen Bibliothec zu Wien anzutreffen, in fol. De ſimili alio R. *Abrahami Wormatienſis* libro infra in Supplementis ad Vol. III. dicetur.

Doctrinam de X. *Sephiroth*, ſive Arbore Cabbaliſtica, illuſtrat *Anonymus* in *Schemate totius Theologiæ Judaicæ*, qvod in Bibliotheca Bodlejana ex indicio Catalogi MSS. n. 2971. exſtat. Exhibet vero illud Arborem Cabbaliſticam pulcherrime delineatam in grandi folio membranaceo, duos pedes lato, & qvatuor pedes longo, inſtar *Megilla* ſeu voluminis, in qvo ab אין סוף, qvod eſt in ſummo margine, per lineas & circulos, minio aliisqve coloribus diſtinctos, nomina divina & X. Sephiroth deſcribuntur, adjectis hinc inde amplis explicationibus, è libris Cabbaliſticis deſumtis. In imo ſchematis depingitur *Gan Eden*. In fine hæc legis: נוצרי כתב כולם והוא שמו יעקב חברון אסכוטי Chriſtianus hæc ſcripſit, cui nomen eſt *Jacob Chebron*, *Scotus*. Crediderim, *Chebronem* illum non tam auctorem qvam deſcriptorem hujus Schematis eſſe habendum. Notitiam hanc debeo Cl. *Jo. Gagnerio*.

Jac. Rhenferdius in diſſertat. de ſtilo Apocalypſeos Cabbaliſtico, primisqve ejus plagulis doctrinam Judaicam de X. *Sephiroth* exponit, cumqve oſtendiſſet, Judæos eas in ſuperiores tres, & inferiores ſeptem dividere, atqve per illas priores eſſentiam Dei unam, per has attributa ſignificare, de ultima, nempe *Schechina*, p. 10. ſtatuit, per eam officium Meſſiæ

Messiæ mediatorium innui. Idem §. 6. promittit Specimen Cabbalisticum, qvo probaturus sit universam Christianam Theologiam in *Sephiroth* illis latere. Porro p. 32. suspicatur, Apocalypseos l. 4. 5. 6. integram fere Cabbalam Sephirothicam summatim exhibere. At in hoc argumento semper puto recogitandum illud: *ne qvid nimis*. Legitur hodie illa dissertatio in Operibus Philologicis *Rhenferdii* p. 1. sqq.

Decalogum ex X. *Sephiroth* deducere, nescio an felicius, conatus est Cl. *Franc. Wokenius* in Programmate Inaugurali, qvod in Decade Schediasmatum ejus est recusum. Confer qvæ de iisdem nuper tradidit Rev. *Nicol. Lütkens* in Luce in tenebris, sive in Dissertat. posteriore de Sohar, cap. VI, p. 118 sqq.

Ad Scriptores de decem illis *Sephiroth* hæc notari velim.

Evolus (Caspar) sic enim, non autem *Ævolus*, in libri titulo appellatur, Neapolitanus, *de Divinis Attributis, quæ Sephiroth ab Hebræis nuncupata, ad Maximilianum II. Imperatorem Romanum*, Pragæ 1571. 4. decem plagulis, apud Georgium Melantrichum ab Aventino. A *Buxtorfio* in Lexico Rabbinico Talmudico video afferri editionem Venetam anni 1573. 8. apud Franc. Zillet. Altera illa in manibus mihi est. Auctor *Sephiroth* illas de orbibus cœlestibus ex Philosophia Aristotelica interpretatur. Exemplum cape ex iis, qvæ p. 11. versa de Sephira seu attributo primo *Chether* ita disserit: *Ex qvo dici potest, primum attributum esse instrumentum, qvo Deus officio primæ intelligentiæ ex oriente in occidentem primum mobile, & ex consequenti reliqvos orbes deferat. Nam ceteri orbes diurno motu minime per se moventur, sed virtute primi, qui à suo attributo in ipsum transfunditur. Idcirco recte dicitur orbes inferiores ex consequenti hoc modo evolvi.*

Duos *Cabbalæ Denudatæ* tomos à *Christiano Knorr de Rosenroht* prodiisse supra ostensum est p. 1133. Eundem *tertium* Operi huic volumen, qvod *Indicem specialissimum & vindicias* complectebatur, destinasse, ex amicis qvibusdam Noribergensibus accepisse se testatur Cl. *Pagendarmus* in dissertat. de Codice Judæorum Olsnensium Hebraico p. 11.

Cabbala Atheismi seu Spinosismi semina habere multis visa est. Vide, qvæ supra de hoc argumento dixi p. 1235. Adde vero doctissimum *Fabricium* nostrum in Delectu argumentorum pro veritate religionis Christianæ p. 620. Junge etiam Cl. *Gottlieb Stollii* observationem de eo, utrum Spinosa ex Cartesio, an ex Cabbalistica Philosophia Atheismum hauserit. Exstat illa in Academischen Neben-Stunden. Part. II. Art. 6. Novissime R. *Nechemia Chaija Chajon*, Cabbalista recentissimus, etiamà suis in Atheismi

ſuſpicionem vocatus eſt. Vide qvæ infra in Supplementis ad Vol. III. n. 1689. dicentur.

Vſum Cabbalæ *Hermeneuticum* provehere olim inſtituit *Jo. Mich. Langius* in Compendio Hermeneuticæ Cabbaliſticæ, qvod MS. memorat Rev. G. G. *Zeltnerus* in Vitis Theologorum Altorfinorum p. 488. Deſtinatum illud fuit ſupplemento operæ, à *Menaſſe ben Iſrael & Hackſpanio* in hoc argumento collocatæ.

Ad uſum *Dogmaticum* amplificandum *Chriſtophorus Lauretus*, Agendicenſis, Conſiliarius ibidem Regius, librum retulit, qvem inſcripſit: *Hazoar, ſive illuſtratio Prophetarum de pœnitudine temporis Meſſiæ* Pariſ. 1610. 8. pp. 213. Vſus ſcilicet ille eſt Cabbala Judæorum artificiali, ſpeciatim *Notaricon, Gematria, Temura*, aliisqve modis, qvorum rationem p. 6. ſqq. ediſſerit. Cape ex libro rariori hoc ſpecimen. *Primum charagma temporis* conſtituit p. 17. בה i. e. ſeptem, idqve facit *charagma creationis mundi.* Invenit illud in verbis Gen. II. 4. אלה תולדות השמים והארץ בהבראם וג׳ *Et deprehendi* inqvit, *myſterium in dictione* בהבראם *ſeparando per viam tertiam intelligentiarum, vel ædificando duas partes* בה & בראם *qvia ſenſus poteſt eſſe in* ה׳ *he, creatio eorum, idqve per viam primam & ſecundam intelligentiarum. Et dixit,* (inſpiratio omnipotentis) *recte cogitas. Hoc enim magiſtri dixerunt. Et ideo qvando duorum ſeculorum mentio fit in ſecretiori Theologia, litera* ה he *ſeculum præſens,* Jod *vero ſeculum futurum notat. Et Pater Abraham in libro formationis docuit,* ב beth *eſſe literam ſolis,* ה he *literam ſigni arietis. Et dixi: horum probe memini. Vnde hæc elicio verba ex hac dictione. Sol aries creator eorum, & ex iſtis dictionibus hanc ordino orationem. Qvando creavit deus cælum & terram, poſuit Solem in ariete. Et reſpondit: hoc ipſum inſinuat Propheta in hoc ſigillo temporis. Qvare primum tibi charagma temporis eſt* בה *poſitum in hac dictione* בהבראם *Et duæ iſtæ literæ in numeris ſeptem exhibent, pro numero dierum, qvibus myſterium creationis abſolutum eſt. Et his ſeptem primis diebus ſeptem primi gradus ſigni arietis conveniunt in computatione motus Solis ab initio mundi, indeqve anni mundi principium numerationis accipiunt, cum menſibus lunaribus aut alterius generis, qvia menſis Lunæ incipit a Molad, i. e. conjunctione Solis & Lunæ: nec hebdomas dierum, nec menſis, nec annus mutilationem ab initio accipiunt, ſed ſimul & ſemel ortum & principium ſibi vendicant. &c. &c.* Qvi Cabbaliſtarum ſcripta vel obiter inſpexerit, facile viderit, ingenio eorum hæc apprime reſpondere, & meminerit qvoqve, nonnulla horum ex literis בה ab ipſis eſſe derivata. *Charagma temporis ſeptimum* p. 187. ipſi eſt ג תתכד 3824. & qvidem *charagma temporis à principio mundi usqve ad mortem* Moſis,

Non

Non desunt, qvi varia doctrinæ Christianæ capita ex scriptis Cabbalisticis testata facere allaborarunt. Eorum nonnullos supra appellavi p. 1239. qvibus seqventes nunc velim addi.

Ericus Benzelius, Episcopus nunc Lincopensis, vir non ingenio minus & doctrina, qvam dignitate illustris, in Notitia Literaria p. 36. testatur, se anno 1697. ab *Helmontio* accepisse qvinqve Sectiones primas operis *Knorriani* formis expressas, cui titulum fecerit *Historiæ Evangelicæ*, inqve eo Christianum qvendam & Cabbalistam Catechumenum de gravissimis Christianæ religionis mysteriis colloqventes stiterit. Fortasse ille liber Latine illud exhibere debuit, qvod in alio opere, *Messias Puer*, dicto, stilo Rabbinico eum descripsisse supra monui p. 1239.

Jo. Meyeri, Professoris qvondam Harderoviceni, dissertatio Theolog. de mysterio SS. Trinitatis ex solius V. T. libris demonstrato, atqve ex veterum ac recentiorum Rabbinorum, præsertim Cabbalistarum, rarissimis monumentis illustrato, prodiit *Harderovici* 1712. 4. de qva plura leges in *Museo Bremensi* Classe I. p. 307. sq.

Qvæ *Jo. Kemperus*, Ex Judæus, & *Andr. Norrelius*, Svecus, ex libro Sohar ad firmanda vel illustranda veritatis Christianæ capita attulerint, lector ex Vol III. hujus Bibliothecæ p. 1143. intelliget. Ibidem monuimus, Ludovicum Wolterum, Ecclesiasten apud Reformatos Gedanensem, observationes in Scripturam Sac. & religionem Christianam ex Cabbalistis petitas publico destinare. Illarum specimen habes in Bibliotheca Bremensi Classe III. p. 1084 sqq. ubi leguntur *loca qvædam Rabbinica selecta è libris* Sohar *&* Rabboth, *Scripturam Sacram & Fidem Christianam illustrantia.* Idem egit nuper Rev. *Nicol. Lutkens* in dissertat. posteriore de Zohar, qvam *Lucem in Tenebris* inscriptam Hamburgi 1731. 8. edidit, & illis ex *Zohar* locis instruxit, qvæ ad mysterium SS. Trinitatis pertinent. Junge his Cl. *Jo. Gothofredi Lackemacheri* observationem in Actis Societatis Conantium anni 1721. mens. Jul. Aug. & Septembr. p. 128. atqve hinc in Semestri II. Amalium Academiæ Juliæ & Celeb. *Henr. Jac. Bashuysenii* Disputatt. duas de Cabbala vera & falsa. Pertinent huc qvoqve varia scripta *Henr. Bernhardi Costeri*, qvi se *Prophetiæ Hebræorum reseratæ Studiosum* appellat. Ex his indicare liceat, qvæ sub titulo: Der Hebræer Schechina, das ist, die Persönliche Einwohnung der Göttlichen Herrlichkeit in dem Messia, Davids Sohn Jehova, unsere Gerechtigkeit, Amstelod. 1701. 8. item: Die aufgeschlossene Prophetie der Hebræer ibid. 1700. ut & die Herrlichkeit der Hebræer Kabbala aufgeschlossen

 ibid.

ibid. 1700. ac deniqve die Monarchie des kommenden Schilo, 1701. ut cetera taceam, edidit. In his scilicet Cabbalistico modo argumenta Christianæ doctrinæ varia perseqvitur. Qvam feliciter autem & qvo instituto ita egerit, ex eo inprimis existimare licet, qvod *Obligeri Pauli* causam potissimum agit, cujus scripta nonnulla huc itidem pertinent, sed ita, ut non lucem ex fumo, sed ex fulgore fumum dare merito dicantur.

Non possum hic omittere, qvæ *Abrahamus Hinckelmannus*, ὁ μακαρίτης, Prædecessor meus, in *Arcanis Theologiæ Judaicæ veteris*, volumine in fol. MS. reliqvit. Complectitur illud loca nonnulla illustriora ex præstantioribus Judæorum & Cabbalistarum inprimis scriptis depromta, qvæ in justum systema, si per fata licuisset, compingere constituerat. Vtramqve ibi paginam faciunt excerpta ex libro פליאה MS. & adhuc ἀνεκδότῳ, de qvo Vol. I. & III. n. 330. sub *Elkana* fil. *Jerucham* fusius sumus commentati. *Arcana* hæc MSS. olim in Rev. *Joach. Morgenwegii* manibus fuerunt, nunc autem ad filiam *Hinckelmannianam*, adhuc superstitem, redierunt.

Memini commode, Rev. *Jo. Benjaminem Martini*, Archidiaconum Ohrdrufiensem, & Consistorii Adsessorem, qva est interiore harum literarum peritia instructus, *Systema Theologiæ Cabbalisticæ* purioris, ad imitationem Theologiæ Gentilis purioris Tobiæ Pfanneri moliri. Nihil obstat, qvo minus *Sciagraphium* operis, ab Auctore olim ad me missam, pace ejus, lectori me h. l. exhibere posse existimem.

Præliminaria sive Introductio ad studium Cabbalisticum V. capitibus absolventur.

Caput I. de origine, antiqvitate, puritate, & auctoritate Kabbalæ hujusqve fatis tam adversis, qvam secundis, incrementis & decrementis exponet.

Cap. II. de studio Cabbalæ legitimo, ejusqve utilitate haud contemnenda ad confirmandam doctrinam Christianam.

Cap. III. de fontibus Cabbalæ genuinis, sive Scriptoribus Cabbalisticis, deqve ætate eorum diversa: ubi simul certa constituentur criteria, qvantum veritatis cuilibet tribuendum, docentia.

Cap. IV. de tractationis ordine & methodo ex natura & indole dogmatum, certa ratione connexorum, desumendis.

Cap. V. de singularibus loqvendi formulis Cabbalisticis, v. c. qvid intelligant per אריך אנפין, זעיר אנפין &c.

Tracta-

Tractatio ipsa tribus constat partibus.

Pars I. de Deo rebusqve divinis expositura.

Capite I. de Deo, & attributis divinis in genere, & de Trinitatis mysterio in specie commentabitur.

Capite II. de Messia, sive Filio Dei incarnato.

Capite III. de Spiritu Sapientiæ, sive Spiritu S.

Hic itaqve occurrent doctrinæ de X. Sephiroth, Or haënsoph, Metatron, Schechina, Adam Kadmon, de XXXII semitis sapientiæ & L. portis prudentiæ.

Pars II. ad Mundum resqve Physicas relata, aget

Cap. I. de Creatione, qvorsum pertinet argumentum de qvatuor mundis Cabbalisticis, seu de manifestatione Dei in regno naturæ; item de emanatione & retractione rerum in essentiam divinam.

Cap. II. de Providentia Dei & operationibus divinis, speciatim de concursu universali, ubi doctrina de Sandalphon, & Spiritu mundi universali.

Cap. III. de natura & operationibus Spirituum tam bonorum, qvam malorum.

Cap. IV. de elementis & corporibus naturalibus, deqve animalibus ceteris terrestribus.

Cap. V. de cœlo corporibusqve cœlestibus & stellis, qvo pertinet doctrina de Alphabeto cœlesti.

Pars III. Hominem & Res morales consideratura, differet

Cap. I. de tribus hominis partibus.

Cap. II. de animarum origine & revolutione.

Cap. III. de corpore ejusqve morte, resurrectione, beatificatione vel damnatione.

Cap. IV. de hominis lapsu & restitutione, ubi doctrina de Peccato, regeneratione, Justificatione &c.

In singulis capitibus id agetur, ut 1) mens veterum Cabbalistarum genuina proponatur. 2) veritatis depravatio a recentioribus facta manifestetur, ac deniqve 3) comparatio inter Cabbalistica & Christiana dogmata instituatur.

Egregiæ hæ sunt lineæ operis amplissimi, ad qvod perficiendum Rev. Auctori, & otium, & valetudinem & patientiam ex animo precor.

Tractationi huic colophonem imponam commemoratione illorum de Cabbala Scriptorum ex Christianis, qvos supra p. 1243. omissos video.

Ægidii de Canapina, Episcopi Viterbiensis, *libellus de literis Sanctis* huc inprimis pertinet, de qvo ita *Pet. Galatinus* in opere de Arcanis Cathol. veritatis p. 22. *Inter nostros, qui de Cabala scripserunt, est* Ægidius *ille* Viterbiensis, *vir utiqve eloqventissimus ac disertissimus, qvi ab initio rem orsus in libello de literis sanctis elegantissimo qvodam stylo mirifico hujusce divinæ sapientiæ fundamenta jecit.* Lege plura in *Pauli Colomesii* Italia Orientali, nuper a me edita, p. 43.

Basbuysen (Henr. Jac. van) Disputatt. tres Hanov. 1713. 4. junctim editæ Cabbalæ nimium videntur tribuere. Vide Neue Bibliothec Parte XXX. p. 956. & Annales Theologicos Decennii II. p. 120.

Berneggerus (Matth.) in Oratione II. earum, qvæ Argentorati 1640. 12. prodierunt.

Berlendi (Francisc.) Clericus Regularis Theatinus, Venetus, in *Cabalomachia h. e.* Artis Cabbalisticæ oppugnatione, seu diatriba exegetica, didascalica, catacritica, duobus distincta capitibus, in qvorum uno agitur de Cabala Hebraica, de Pythagorica in altero. Venet. 1718. 8. pp. 85. Auctor latere voluit sub nomine anagrammatico C. *Berardo Scinfleni*, verum autem detexerunt eruditi auctores *Diarii Literarii* Veneti Tomo XXX. p. 456. sq.

Borrichius (Olaus, Olai) in dissertat. de Cabbala characterali, in qvo primo *κα]ασκευαςικῶς* ostenditur characteribus, verbis, sigillis & imaginibus nullam vim à natura insitam esse, Hafn. 1699. 8. Confer B. *Jo. Franc. Buddei* Introductionem p. 333.

Bureus (Joannes) *Thomæ* filius, Professor Matheseos Vpsaliensis, an. 1568. natus & 1653. 25. Martii defunctus, Cabbalistica nonnulla edidit, v. c. *Hebræorum Philosophiam antiqvissimam*, divinæ potentiæ, sapientiæ & bonitatis revelatricem, à Mose, primo qvasi promo, vulgatam historice, à ceteris Sanctis celebratam symmetrice, signatam typice, novis artificum observationibus illustratam, hic pro captu dispositam synoptice, veri inqvisitoribus destinatam unice, ab antiqvitatis studioso Joanne, Thomæ, Agrivilliensi Bureo, Sveone, die ætatis suæ 296915. Vpsal. 1642. 2. Decembr. charta patente. Idem in *Nerda lunda le onsens Rylande*, i. e. Rugitu leonis Aqvilonaris, ex mensura altaris ænei revelante chronologiam Sacram, Vpsal. 1644. 8. edito, p. 64. ait: *Cabbalæ notitia*

Judæis

Judæis pariter ac Christianis ad hunc usque annum (1614.) *abscondita fuit.* Pertinet huc ejusdem Smaragdina Tabula Chronologiæ Cherubinicæ hactenus sigillatæ. Vpsal. 1639. charta patente. Horum notitiam debeo Reverendiss. *Erico Benzelio*, Episcopo hodie Lincopensi, ex Notitia ejus Literaria pag. 36. sqq. ubi idem qvoqve testatur, in manibus suis esse meditationes qvasdam *Burei* Cabbalisticas, in qvarum tamen limine ipse postea sua manu hæc scripserit: *Contenta hujus libri sunt maximam partem deliria, collecta, anteqvam anno* 1613. *in absconditæ veritatis notitiam pervenirem, qvam nullus alioquin detegere potuit.* Idem *Benzelius* pag. 38. exhibet *Abrah. Franckenbergii* epistolam ad Bureum, in qva vehementer laudatur. Alia de eodem leges in *Andreæ Anton. Stiernmanni* Centuria II. Anonymorum & Pseudonymorum p. 19. sqq.

de Bukentop (Henrici) Ordinis Fratrum Minorum Recollectorum, Tractatus de Sensibus S. Scripturæ & Cabala Judæorum, Lovanii 1704. 8. Tractatus de Cabala absolvitur paginis undecim. Conf. *Memoires de Trevoux* an. 1712. p. 1485.

Burnetius (Thomas) in Archæologiis Philosophic. lib. I. cap. 7.

Calovius (Abrah.) Prolegomeno VIII. in commentarium in Genesin.

Cunæus (Pet.) de Republica Hebræorum lib. III. cap. 8.

Dorschcus (Jo. Georg.) in Semestri Tiburtio-Dionys. Rostochiensi pag. 202.

Guarinus (Pet.) in Tomo II. Grammaticæ Hebraicæ, lib. III. cap. 4. pag. 389. — 403.

Hackspanii (Theodor.) Miscellanea Sacra cum Brevi Expositione Cabbalæ Judaicæ à *Thom. Crenio*, cujus notæ accedunt, recusa sunt Lugduni Bat. 1701. 8. in Thesauro librorum Philolog. & Historicorum Tom. II. pag. 255. sqq. Adde Zeltneri Vitas Theologorum Altorfinorum pag. 324.

Hammereri (M. Philip.) Dissertatio Philosophica, Fanaticismum Philosophorum ex Philosophia Hebræorum illustratum sistens, Jenæ 1726. 4. Ubi historia Cabbalæ Judaicæ traditur, qvæ eadem opera Fanaticismi postulatur. Confer Monahtliche Nachrichten von Jena anno 1726. p. 342. sqq.

Hoochstraten (Jac.) de Cabala an toleranda? contra Reuchlinum; Coloniæ 1519. 4.

de

de S. Josepho (P. Cherubin.) Carmelitæ discalceati, dissertatio XI. qvæ Tomo III. Apparatus ejus Biblici exstat, pag. 209. — 360. de Cabbala commentatur. Confer *Memoires de Trevoux* anno 1711. pag. 2063. sq.

Knorr (Christian.) à Rosenroht, de cujus Cabbala Denudata &c. lege Catalogum Bibliothecæ Reimmannianæ Part. II. pag. 878. & Cl. *Pagendarmii* disp. de Codice Biblico Hebraico Oelsnensi, pag. 12.

Langii (Jo. Mich.) dissert. de charactere primævo Bibliorum Hebr. Altorfii 1685. & commentatio de Genealogiis Judaicis, Norimberg. 1696. itemque in Tomo I. Thesauri Theolog. Philolog. Celeb. *Zeltnerus* in Vitis Theologorum Altorfinorum pag. 481. optat, ut idem Langius, arcanorum Cabbalisticorum ex Rosenrohtii Cabbala Denudata gnarissimus, reliquas suas observationes huc pertinentes in lucem aliqvando proferat. Auctor anonymus dissertationis de vita & scriptis *Jo. Mich. Langii*, qvæ exstat in *Bibliothecæ Germanicæ*, Gallice editæ, Tom. XXIII. p. 236. testatur, se inter MSS. B. *Langii* vidisse tractatum, ad Cabbalam Judæorum illustrandam apprime facientem.

Leusdenius (Johannes) in notis ad *Pirke Avoth* cap. V. Sect. 6.

Menochius (Jo. Stephanus) de Cabbala ejusque variis speciebus in *Trattenimenti Eruditi* Part. I. p. 34. sqq.

Reuchlini (Jo.) libros tres de Arte Cabbalistica ex edit. Hanoviensi an. 1517. in fol. (non in 4.) notulis qvibusdam suis, in margine descriptis, illustraverat B. *Lutherus*, qvas nuper edidit *Jo. Justus von Einem* in *Duobus Lutheri fragmentis Philologico-Exegeticis*, Helmstad. 1730. 4.

Rhodiginus (Coelius) in Antiqvis Lectionibus lib. X. cap. 1.

Scinfleui (Berard) Vid. supra *Berlendi*.

Serarius (Nicol.) commentar. in Josuam Tom. I. lib. I. c. 10.

Sixtus Senensis lib. II. Biblioth. S.

SVPPLE-

SVPPLEMENTA
AD
VOLVMEN III.
BIBLIOTHECÆ HEBRAICÆ.

אבן אחמד אלגזלי ABV ACHMED ALGASALI VI.
כונות הפילוסופים codex MS. in Bibliotheca Senatoria Lipsiensi non est cum *Wagenseilianis* illis emtus, qvod pag. 2. tradidi, sed, ex præda Turcica jam anno 1690. aere comparatus, in eam transiit, qvod in limine codicis ipsius annotatum legi. Descriptus ille est A. C. 1471. à *Jeschua Cohen ben David.* Inter eosdem libros in alio volumine formæ octavæ oblongæ, cujus initium facit fragmentum libri Qvæstionum de Pœnitentia n. 3. exstat Responsio Anonymi ad hunc *Algazalis* librum. Expositio libri hujus *de opinionibus Philosophorum*, à *Mosche ben Josua Narbonensi* facta hebraice, MS. est in Biblioth. Taurinensi A. VI. 11. in 4. foliorum 196. & A. V. 17. Catalogus MS. prave vocat *Josuam Narbonensem*, omisso prænomine *Mosis*, qvo ipsum appellatum fuisse patet ex Vol. I. num. 1564. Catalogus idem hæc libri capita affert. 1) de Logica. 2) de rebus naturalibus. 3) de creaturis cœlestibus. 4) de decem elementis. 5) de anima & ejusdem æternitate. 6) de mortuorum resurrectione. Eandem puto esse *expositionem libri opinionum* de rebus naturalibus, qvam ibidem A. V. 26. ex catalogo MS. exstare didici, foliorum 261. In eodem volumine occurrit Averrois הפלת ההפלה Algazelii libro הפלת הפילוסופים opposita. In eadem Bibliotheca A. 5. 34. in 4. ipse *Algasalis* liber de *opinionibus Philosophorum* exstat ex versione *ben Gudas Nadam*, descriptus an. 5141. C. 1381. teste Catalogo MS. Scias vero, hunc esse *Nathanem Hamathæum ben Gad*, de qvo infra suo loco dicemus.

ס' הגיון *Logica*, qvam pag. 3. in Bibliotheca Bodlejana exstare dixi, MS. hodie ibi occurrit inter MSS. è Museo num. 202. in 4. Codex vero ille ab initio & fine est mutilus. Ab initio qvindecim folia char-

tæ puræ & totidem à fine adjecta sunt, ad supplenda, qvæ libro desunt, qui 35. Foliis absolvitur. Desinit autem in fine capitis III. Debeo hæc Cl. *Joanni Gagnerio.*

Ejusdem ס׳ מַשְׂכִּית הָאוֹרוֹת בְּפַרְדֵּס הַנּוֹצְרִים à R. *Isaac* f. *Joseph* אלפסי ex Arabico Hebraice conversus, in eadem Bibliotheca MS. exstat n. 3137. inter Codd. Seldenianos num. 4. in fol. ubi inde à folio 223. post librum R. *Samuelis Sirsa*, qvi inscribitur מכלל יופי usque ad fol. 231. producitur, in qvo codex mutilus deficit. Debeo hæc ejusdem Viri docti indicio.

XI. אבובכר אלרזי ABVBECHER ALRASI, sive RHASIS. Hujus est Opus Medicum amplum, libris X. comprehensum, & *Almansoris* titulo insignitum, eo qvod ad *Almansorem* scriptum est. Vide qvæ infra ad n. CCCX. scribentur.

Plura de nostro diversisque ejus nominibus & scriptis leges in Celeb. *Jo. Alberti Fabricii* Bibliotheca Græca Vol. XIII. p. 46. sq. & in D. *Jo. Freind* Historia Medicinæ Parte II. p. 69. sq. ubi speciatim p. 77. sqq. auctores Græcos affert, ex qvibus is libros suos decem ad Almansorem descripserit.

XII. אבובכר בן סיג ABVBECHER fil. SAIG, cujus epistolam de avocatione animæ a rebus mundanis ad Deum ex Arabico hebraice conversam & MS. enarravi. Hanc puto esse tractatum moralem, qvem MS. sub nomine *Abubecher fil. Alzaigh* in Biblioth. Taurinensi A. V. 23. exstare ex Catal. MS. didici.

XV. אבולברכד ABHVLBARCAD. De alio hujus nominis lege Vol. III. n. 546. b. sub היבטאלה

XVI. אבו חמד ABV CHAMED idem est cum *Avu Achmed Algasali.* Hinc & in MSS. Hebraicis nunc אבו אחמד, nunc אבו חמד vocatur.

XVI. b. אבולכאיר ABVLCHAIR SALMANA IBN RAHMVN, Judæus, Medicus Ægyptius. Vide *Abulpharajum* pag. 247. Historiæ Dynastiarum.

XVII. b. אבו מוהמד אלקסם ABV MVHAMED ELKASEM HARIRI. Vide infra n. 218. ITIEL HARIRI.

אבונצר

אבונצר אלפרבי ABVNEZER ALPHARABI, XIX. Compendium librorum de Anima MS, in Biblioth. Taurinensi A. V. 9. in fol.

אבו עלי אלחסין אבן סינה ABV ALI XXI. ALCHASIN IBN SINA, vulgo AVICENNA. De nomine ejus ita strictim & convenienter præcipit *Fabricius* noster Vol. XIII. Biblioth. Græcæ pag. 268. *Dicitur* Abu Hali, *quia filius ejus primogenitus* Hali, *nomen & ipsum inter Medicos celebre.* Alhasen *est proprium* Avicennæ *nomen.* Eben Hali *appellatur*, *quia pater ejus* Hali *dictus fuit.* Eben Sina *denique*, *quod avi nomen fuit* Sina, *& pater Avicennæ* Hali, *patrem habuit*, *qui* Sina *est nuncupatus.* Lege plura de eo apud *Jo. Leonem Afrum* de Medicis & Philosophis Arabibus cap. IX, quem *Fabricius* loc. cit. recudi fecit. *Fabricius* autem ipse de eo disserit pag. 96. idemque videri jubet *Hottingerum* in Analectis Parte I. pag. 295. & in Hist. Eccl. Sec. XI. pag. 461. tum vero *Herbelotum* pag. 812. sq. Biblioth. Orientalis. Iis nunc adde *Jo. Jac. Mangeti* Bibliothecam Medicam Tom. I. pag. 187.

Describam hic integram præfationem *Canoni* Avicennæ Hebraice converso, & *Neapoli* A. C. 1492. fol. edito, præmissam. Editio hæc rarius occurrit, præfatio vero ipsa totius operis rationem edisserit.

אמר השר אבועלי אל חסין בן עבד אללה בן סני ישתבח האל שבחות ראוי לו כפי מעלת טבעי והפלגת הטבתו ורחמיו על נביאיו יחד ואחר שבקש ממני קצת סגולת אחי ומי שאני חייב להפיק רצונו במה שתסבול יכולתי שאחבר לו ברפואה ספר מקיף על עקריה הכוללים וחלקיים הקפה שתחובר אל הפי הקצר ואל ההשלמות לרב חוקו מהביאור בדרך קצרה מלאתי רצוני בו וראיתי לדבר תחלה בדברים המקיפים שני חלקי הרפואה רל העיוני והמעשי ואחכ אדבר בכללי ריט כחות התרופות הנפרדות ואחכ׳ בחלקיים מהם ואחכ׳ בחליים הנופלים באפר אפר ואתחיל ראשונה בנתות האבר ההוא ותועלתו׳ אבל נתוח האברים הנפרדים הפשוטים הנה כבר קדם ממני זכרונו בספר הא הכללי וכאשר אכלה נתוח האבר ההוא אתחיל ברוב המקומות להורות על איכות שמירת בריאותו ואחכ׳ אורה במאמ׳ הכולל על כללי חליו וסבותיו ודרכי לקיחת הראיה עליהם ודרכי רפויים במאמר הכולל גכ׳ וכאשר אכלה מתעסקים האלה הכוללי׳ אפנה אל

אל החוליים החלקיים ואורה ראשון כרוכם גכ׳ על הדין הכללי וגדרו וסבותיו וראיותיו אחכ׳ אפנה אל הדינים החלקיים אחכ׳ אתן העיקר הכולל ברפוי אחכ׳ אל הרפויים החלקיים בתרופה תרופת פשוטה או מרכבת ומה שכבר נזכר מהתרופות הנפרדות בלוחות אשר אחשוב עשותם בצבעים כמו שתראה אתה התלמיד כשתגיע אליו לא אשנה כי עם מעט ממנו ומה שהוא מתרופות המורכב המורכבות יותר ראוי שיהיה באקרבדין שלי אשר אחשוב לעשותו אחר זכרון תועלותיו ואיכות ערובו אליו וראיתי שאכלה מזה הספר אל ספר הדברים החלקיים גכ׳ יתיחד בזכרון החליים אשר אינם מיוחדים באבר ידוע ואשים שמה הדברים בקשוט ושאלה בזה הספר גם כן מהלכי בספר החלקי אשר לפניו וכאש׳ יתכן בעה שאכלה מזה הספר אחבר אחריו ספר אקרבדין והספר הזה לא יאות למי שיקרא מאנשי זאת המלאכה ויתוחס אלית שלא יהיה רובו ידו ידוע לו שמור אצלו כי הוא מקיף על הצחות מה שהוא מוכרח לרופא אבל התוספת עליו הוא דבר בלתי נאחז בגדר ואם יאחר הש״י הקץ ותגזור הגזרה אתיצב לזה התיצבות שני אבל עתה אני מחבר הזה ואחלקו לה׳ ספרים על זה המשל ברצון הש״י הספר הא׳ בדברים הכוללים מחכמת הרפואת הספר הב׳ בתרופות הנפרדות הספר הג׳ בחליים החלקיים הנופלים באברי האדם בכף רגל ועד ראש הנראים מהם והנסתרים הספר הד׳ בחלים החלקיים אשר בשיפלו לא יתיחדו באבר א׳ ובקשוטי הספר הה׳ בהרכבת התרופות והוא הנקרא אקרבדין והספר הא׳ הוא ד׳ אופנים האופן הראשון בגדר הרפואה ונשאיו בענין הטבע האופן השני בחלוקת החליים והסבות והמקרים הכללים האופן השלישי בשמירת הבריאות האופן הרביעי בחלוקת אופני הרפואה כפי החליים הכלליים והאופן הראשון שהוא בגדר הרפואה ונשאיו מענין הטבע הוא ששה למודים הראשון בם במונחי הרפואה וגדריה השני ביסודות השלישי במזגי סהרביעי בליחות וחמישי באברים הששי ברוחות והכחות והפעולות ובלמוד הראשון שני פרקים הראשון בגדרי הרפואה השני במונחי הרפואה ובלמוד השני פרק אחד והוא ביסודות ובלימוד השלישי במזגי השניב ובלמוד הרביעי שני פרקים הראשון במהות הליחות וחלקיהן השני בלידת הלוחות ובלמוד החמישי פרק אחד וחמשה כללים והפרק ההוא במהות האברים וחלקיהם
הכלל הראשון בעצמות ובו שלשה פרקים ;

Præ-

Præfationem hanc excipit ſyllabus ſingulorum כללים ſeu Sectionum & capitum earundem.

Contuli ego nonnihil verſionem hanc Hebraicam cum Latina, qvæ ſæpius edita eſt, v. c. *Venet.* 1507. 4. eamque cum hac apprime convenire intellexi. Nec fortaſſe fallitur, qvi in limine exemplaris Hebraici, ex qvo hæc deſcripſi, notaverat, interpretationem hanc ex Latina *Gerhardi Carmonenſis* factam eſſe. Interim deeſt in Latina verſione expoſitio vocum nonnullarum Hebraicarum, ſecundum literarum ſeriem collocatarum, qvibus Interpres Hebraicus uſus eſt. Conſtat illa tribus in folio paginis.

Vol. III. pag. 6. deſcripſi, qvæ in calce libri II. Canonis hujus verſionis Hebraicæ exſtant. Repetam ea hic & correctiora & pleniora: אתן תודה לקוני אשר ברוך אמת הנחני פה נאפולי בית אדוני ר׳ עזריא׳ בר יוסף נע תער חנה עזרני׳ להשלי ספר שני׳ לחכם הרופ אבן סיני׳ על ידי הצעיר אני אשר בהחר׳ הפרץ מינצא מצר׳ האותיות היום ז׳ לירח כסלו רנב׳ לפק׳ Verſionem Latinam ſupra habes, qvam ex his emendabis. Vides hic inter cetera exprimi annum editionis 252. C. 1492. Verbum להשלי impreſſum ita eſt, ut ל pro ר haberi poſſet. Procul dubio autem eſt ל & in fine vocis ם finale ſupplendum eſt, qvamvis defectus τȣ̃ ם per virgulam ſupra ſcriptam, ceu alias fieri ſolet, non ſit indicatus. Ita qvoque vox רופ legenda eſt רופא addito א cujus defectus itidem non innuitur. Totum editionis hujus Volumen qvinqve digitos latum eſt, & literis qvadratis expreſſum.

Codex Laudanus MS. 176. de qvo Vol. I. pag. 9. libros tres priores Canonis tantum complectitur, & hunc præfert titulum: ס׳ הקנון ביאורו׳ ס׳ העקר הכולל׳ אמר נתן המאתי באגר שמו אליעזר..... אמר המעתיק׳ אמר השר אבו עלי אבן סינא:

Hic *Nathan Hamathaus* vocatur Interpres, cujus nomen etiam exprimitur in Parte qvadam ejusdem Canonis MS. Hebr. qvæ in Codi- *Marſchalliano* num. 410. fol. chartaceo exſtat, in fine. Ibi is verſionem hanc dicitur confeciſſe ex Arabico A. M. 5033. In acceptis hæc fero Cl. *Gagnerio*. Idem *Nathan* ſummam operis *Avicennæ* hebraice dedit. Vide qvæ infra ad n. 1724. c. dicentur.

Liber III. Canonis MS., qvi de ſpecialibus & propriis ſingulorum corporis humani membrorum morbis præcipit, qvem Volum. III. pag.

pag. 6. in hac urbe exſtare dixi, inter meos nunc eſt. Video eandem hic legi verſionem, qvæ in editione *Neapolitana* eſt expreſſa.

xxI. d. אבו עלי אבן אלחסין אבן רגל

ABHV ALI IBN ALCHASIN IBN RAGEL Vide Vol. III. n. CCXXX. ALI IBN RAGEL, qvi idem eſt.

xxIV. b. אביגדור AVIGDOR, vel אבגדור, ſicut in Codice MS. mox laudando ſemper exprimitur. Ejus commentationem MS. in Pentateuchum inter Huntingtonianos Codd. in Bodlejana obviam laudavi Vol. III. num. XXIV. b. Vix dubito, eandem eſſe, quæ nunc apud me eſt inter *Vffenbachianos*, quæque in Bibliotheca Vffenbachiana MS. compendiaria p. 54. n. 235. ita deſcribitur: *Codex membranaceus in 4. foliorum* CXCI. *complectitur* R. Abgador *(ſemper enim in hoc* MS. אבגדור *vocatur)* פְּשָׁטִים פְּסָקִים expoſitiones literales & deciſiones *in univerſum Pentateuchum, qvarum index in* 490. *ſectiones diſtributus operi præmittitur. Hiſce adduntur ejusdem Rabbini ſimiles* פשטים *in aliqvot duntaxat Haphtaras, nec non ejusdem commentarius in V.* Megilloth. Fortaſſe tamen Codex ille *Huntingtonianus* excerpta tantum qvædam ex hoc opere exhibet. Confer Vol. III. n. 607. b.

xxxI. אבי יעפר אבן תופיל AVI JAAFAR IBN TOPHAIL Epiſtolæ ejus ad *Ibn Jokdhan* verſio *Belgica* ad *Anglicanam Georg. Keithii* facta eſt. Vide *Jo. Clerici* Bibliothecam Vniverſalem Tom. III. p. 77.

Germanica verſio à J. G. P. (i. e. *Jo. Georgio Pritio* Miniſterii Francofurtenſis qvondam Seniore) *Norimbergæ* 1726. 8. apud Pet. Conradum Monaht edita eſt. Facta vero illa eſt ad *Anglicanam Simonis Ockleji*, & figuris quibusdam ornata. Titulus eſt: Der von ſich ſelbſt gelehrte Weltweiſe. Compara de Auctore *Jo. Leonis Africani* librum de Medicis & Philoſophis Arabibus cap. XVII. & notas ad eum doctiſſimi *Fabricii* noſtri Vol. XIII. Biblioth. Græcæ p. 280.

xxxII. אבן זוהר IBN SOHAR, qvem *Jo. Leo Africanus* cap. XVI. *Ibnu Zohar* vocat. Vide *Fabricium* l. c. pag. 279. In Codice Laudano Bibliothecæ Bodlejanæ L. 8. chartaceo in 4. exſtat inde à f. 33. ad f. 385. liber Hebr. MS. ſub titulo: סגלות בן זוהר זכר הישיש אבו מרואן בן זוהר עבד אל מלך זקן בבורת מדרש וכ׳ Exhibet ille Medicam

dicam qvandam Nostri commentationem. Confer *Herbeloti* Biblioth. Oriental. p. 847. col. 1.

אבן רשד AVEN ROSCHD, vulgo AVERROES. XXXIX.

Epitome *Logicæ*, qvam Vol. I. in Bodlejana n. 2904. exstare dixi, nunc exstat ibi in Archivo Bodlejano D. 60. 4. minori chartaceo. Liber sic incipit: הכוונה בזה המאמר לקיצת המאמרים ההכרחיים ממלאכת ההגיון בהכרת חלקי הציור והאמות הנעשים בכל מלאכת ההגיון In fine hæc leguntur: נשלם הקצור מכל מלאכת ההגיון ת״ל אשר חברו החכם הפילוסוף אבן רשד Interpres ibidem vocatur R. *Jacob f. Machir*, qvi librum dicitur transtulisse mense *Caslev* anni LV. millenarii sexti. Librarius se appellat *Schabtai fil. Mosche*, Cretensem, scriptionemque se aitabsolvisse anno הרים Debeo hanc notitiam industriæ laudatissimi *Jo. Gagnerii*.

Commentar. in *Aristotelis* libros *de rebus naturalibus*, & *de Anima* ex versione Hebr. *Zachariæ fil. Isaaci* in Bibliotheca Taurinensi. Vide infra sub *Secharja f. Isaaci* in I *Opus Philosophicum* secundum expositionem *Ibn Resched* ibidem A. V. 9. in fol. foliorum 591. Eo continentur 1) Documenta Aristotelica de rebus naturalibus cum explanatione *Ben Resched* & consectariis Auctoris. 2) Logica Practica. 3) Rhetorica. 4) Analytica. 5) Tract. Analyticus *ben Resched.* 6) Analytica recta. In fine hæc legis: Deo gratias, qvi dedit mihi Jacobo fil. R. Simsonis ex Antoli vires complendi opus illud in Adar, 2. an. 4992. (i. e. C. 1232.) in urbe Neapolitana, qvod composuit Philosophus Andalusiæ *ben Resched* stylo rhetorico claroqve supra Aristotelis libros, qvos transtuli, qvorum qvatuor sunt *Aristotelis*, alter *Porphyrii*. Benedictus Deus, qvi in corde C. S. M. imperatoris Federici, amatoris scientiarum, qvi omnia subministravit necessaria. 7) Topica. In fine: completa est explanatio Topicæ Aristotelis, translata ex idiomate Turcico in hebraicum à Principe R. *Calonymo* fil. R. Principis Calonymi filii Principis R. *Meir*, anno 5073. C. 1313. 8) Sophistica. In fine: Terminata est hæc explanatio 22. mensis Elul an. 5083. C. 1323. 9) Rhetorica. 10) Poetica. 11) Nicomania (leg. *Nicomachica*) cum suis figuris. 12) de Platonis Republica, cum expositione *ben Resched.* 13) de rerum naturalium mutatione juxta veteres Philosophos cum expositione *ben Resched.* 14) de cœlo & mundo, cum expositione ben *Resched.* In fine: Translatio expositionis hujus finita est. 9. Chesvan 5077. C. 1317. Transtulit *Colonymus* fil. Calonymi f. R. Meir, anno 30. ætatis. 15) de anima, ac veterum opinionibus.

nibus. 16) de Senſibus. 17) de nutrimento. 18) de Animalibus. 19) De rebus extra naturam (i. e. ut puto *Metaphyſica*) In fine: Tranſtulit R. *Moſes* fil. Philoſophi R. *Samuelis Tibbon.* 20) de Animalibus ad Alexandrum. In fine. Scriptum hoc opus 13 Chesvan, 5231. (C. 1471. Hoc ſcilicet anno totum illud Volumen eſt exaratum. *Expoſitio* ejus in *Ariſtotelem de cœlo & mundo*, de qva p. 13. MS. qvoqve exſtat in Biblioth. Senatoria Lipſienſi in 4. majori.

Commentarius in libros VIII. Ἀκροάσεως, qvem ibidem p. 13. monui *Lipſiæ* in Bibliotheca Senatoria inter *Wagenſeilianos* exſtare, jam anno 1690. ex præda Turcica longe ante, qvam *Wagenſeiliani* eo deferrentur, ære comparatus eſt, ceu in limine libri ipſius admonitum eſſe oculis meis vidi. Idem commentarius MS. exſtat in Bibliotheca Bodlejana, inter Codices Hattonianos, n. 17. in fol. chartac. qvamvis Catalogus MSS. Anglicanorum editus *Iſaaco* cuidam tribuat, tanqvam in libros *Ariſtotelis* acroamaticos commentato. Perperam vero id dici ex calce Tractatus I. II. & III. eluceſcit. Ibi enim diſerte traditur, *abſolutum eſſe commentarium* Ibn Roſchd *ſuper* Tractatum I. II. & III. Interpretis Hebraici nomen fruſtra ibi qværitur. Cl. *Gagnerius*, cui hæc debeo, ſuſpicatur, eum eſſe R. *Schelomo ben R. Joſeph Aben Ajub*, qvi tranſtulerit libros ejusdem *Averrois* de cœlo. Ego vero credere malim, Interpretem eſſe R. *Schem Tov* fil. *Iſaac*, de qvo l. c. pag. 13. dixi. Fieri enim poteſt, ut Auctor Catalogi nomen R. *Schem Tov fil. Iſaaci* (Cohen) alicubi conſpexerit, & prænomen omiſerit. Interim facile largior, nihil heic ſine inſpecto Codice ipſo definiri poſſe. Poſt caput X. tractatus Qvarti ſeqvitur מאמר הריקות, i. e. *Tractatus de Vacuo*, cujus ſex qvidem capita ſunt, qvamvis in fine *Qvinti* deſinat codex, qvi proinde pro μειούρῳ eſt habendus.

Commentarius in libros *de Cœlo*, de qvo p. 14. MS. qvoqve eſt inter Codd. Marſchallianos n. 471. fol. chartaceo, una cum Tractatibus aliis.

De libro ejus הַפָּלַת הַהֲפָלָה de qvo p. 16. varia ex variis congeſſit *Thomas Crenius* in præfat. ad Tom. I. Theſauri librorum p. 25. ſqq.

Ad libros ETHICOS pertinet *Sepher Nicomania* ex Averroe hebraice converſus, qvi MS. eſt in Bibliotheca Taurinenſi in 4. foliorum 155. A. II. 12. Facile per ſe qvisqve intelligit, titulum hunc ex Græco Νικομαχικὰ depravatum innuere *Ariſtotelis* libros morales ad *Nicomachum*. Catalogus illius Bibliothecæ MS. teſtatur, ibi exponi de eo, qvod omnia

omnia agant propter finem, item de laude & vituperatione, qvæ conseqvantur hominum actiones, de magnanimitate, de generositate, de actionum differentiis, de electione medii inter duo extrema, de excellentia actionum virtuosarum, de amore virtutis, de signis veri amoris, de lætitia & tristitia. Liber dicitur compositus ab *Ibn Reschad* anno Hegiræ 572. In calce vero apparet nomen *Samuelis* filii Jehudæ, fil. Meschullam, fil. Isaaci, fil. Salomonis Massiliensis, A. C. 5081. C. 1321. Nomen illud vel de Interprete Hebraico, vel de librario, qvod malim, accipi debet. Exstat enim versio illorum Hebr. per *Todros fil. Meschullam*, de qvo suo loco.

Ejusdem liber מאזני עיונים *stateræ subtiles*, de qvo Vol. III p. 16. MS. est in Biblioth. Taurinensi A. II. 26. in Volumine, qvod plura alia complectitur, n. 4. Si Catalogum MS. cui hæc debeo, audis, commentatur ille de divina auctoritate, providentia, & rerum creatarum dependentia.

Ejusdem varia in *Aristotelem* 1) de motibus rerum omnium, & divina immobilitate 2) de corporibus cœlestibus, 3) de signis cœlorum. 4) de rebus naturalibus, v. c. motu cœlorum, & Planetarum, fulgure & ventis, mari & fluminibus, iride, nubibus, metallis, animalibus & hominibus, ibidem exstant A. V. 31. in 4. foliorum 150.

Monendum hic puto, illa *Averrois* MSS. qvæ *Uffenbachiana* olim fuerunt, in meis nunc numerari.

De *Averroe* consulere præterea juverit *Jo. Leonem Africanum* de Medicis & Philosophis Arabibus cap. XX. cum notis *Fabricii*, qvibus illum librum ornatum vides in Biblioth. Græca Vol. XIII. p. 282. sqq. Adde Cl. *Jo. Christiani Clodii* Historiam eruditionis nostræ ætatis vernacule editam Parte I. p. 17 sqq. & nuperrime *Jo. Jacobi Mangeti* Biblioth. Medicam, Parte I. p. 186.

אברהם ABRAHAMUS *Patriarcha*, cui tribui solet liber יצירה Hujus, & simul qvinqve in illos commentariorum, versionem Latinam editurum se receperat *Jo. Crojus* in Specimine conjecturarum suarum & Observationum in qvædam Origenis, Irenæi & Tertulliani loca p. 130. Commentarii hi procul dubio illi sunt, qvos in editione libri *Jezira* Mantuana exstare Vol. I. p. 24. monui. Cave, credas, *Croji* destinata perfecta fuisse. XLIII.

MS. exstat idem liber in B. Bodlejana inter Codd. *Laudanos*, L. 15. in 4. chartac. cum comm. *Mosis Nachmanidæ* foliis 12. indice Cl. *Gagnerio*. Item cum 4 commentariis *Abrah. ben Dior*, R. *Mosis Botril*, R. *Saadia Gaon*, & R. *Eliezeris Wormatiensis*, in Bibliotheca Oratorii Parif. in 4. n. 9. & ibidem in fol. n. 20. cum commentario R. *Jehuda ben Nissim ben Malca*.

אברהם בן אבי עזרי זעליג ABRAHAM fil.

XLV. b. AVI ESRI SELIG, Judæus ex Glogavia majori recentior, qvi enarrationem historicam Judæo-Germanicam, *qvomodo Octavianus Imperator uxores suas in exilium miserit*, illæ vero in Gallia apud Dagobertum Regem mirabiliter iterum convenerint, ex L. Germanica pura in lucem edidit, *Homburgi ad clivum* 490. C. 1730. 8. Titulus est: קייסר אוקטאפיאנוס Tota hæc fabula duodecim plagulis absolvitur.

ר׳ אברהם אביגדור R. ABRAHAM AVIGDOR.

XLVI. Regulæ Medicinales ex libris *Gilberti de Sola* excerptæ, hebr. MSS. exstant in Biblioth. Taurinensi A. I. 30. fol. Conf. Vol. III. n. 455. b.

ר׳ אברהם אבלי R. ABRAHAM ABLI Ejus זית רענן

XLVIII. *Dessaviæ* non anno 444 nec 446. sed 464. C. 1704. lucem vidit. In titulo enim annus exprimitur per כמרת ex *Ezech.* XL. v. 21. i. e. 464. qvem annum ipse qvoqve Vol. I. p. 1130. expressi. Volumen illud, qvod præ manibus habeo, constat foliis, non 61, sed 82. Præmittitur autem שמן ששון foliis novem, qvibus continentur commentationes in Paraschas qvasdam Genefeos. In fine ל״ שמן ששון monetur, Auctorem etiam in totam legem scripsisse.

ר׳ אברהם בן אברהם R. ABRAHAM fil. *Abra-*

XLVIII. c. *ham*, Adrianopolitanus (אינדרינאפל) editor libri ante ἀνεκδότου אורים ותומים, de qvo Vol. II. inter Anonymos p. 1258. dixi, & infra in his Supplementis ad illum locum plura dicam.

ר׳ אברהם אליאגרי R. ABRAHAM ALIAGARI, vel potius, *Aligari*, in libro suo de qvo Vol. I. & III. n. 51. defendit *Maimonidem* contra *Nachmanidem*, & alios, qvi in ipsum animadverterant tum ratione מנין המצוות tum ratione שרשים qvatuordecim. Protulit in lucem auctoris gener *Levi* טיליו ut ex hujus præfamine constat, qvi & in fine ejus optat, ut cetera Auctoris scripta in *Aggadoth*, *Pesakim* & *Halachoth* edere sibi aliqvando liceat.

ר׳ אברהם

ר׳ אברהם אליהו בן נתן R. ABRAHAM ELIAS f. LI b.
Nathan, doctor Synagogæ נאחוט Vicus ille germanice vocatur Nachod, qvem *Mauritius Vogt* im jeztlebenden Königreich Böhmen ita descripsit p. 110. Nachod ist eine Herrnstadt, neben einem sehr hohen Berg-Schloß, liegt im Königgraetzer Kreyß an der Grafschafft Glatz. Locum hunc mihi indicavit Cl. *Christianus Schœtgenius*, Rector Scholæ Crucianæ Dresdensis meritissimus.

אברהם בדרשי ABRAHAM BEDERSENSIS. De carmine qvodam ejus, cujus voces singulæ literam ל continent, dixi Vol. III. sub *Jedaja Happenini* p. 284. LVII.

ר׳ אברהם די בוטין R. ABRAHAM de BOTON. LVIII.
לחם משנה *Venetiis*, secundum librum *Siphte Jeschenim* prodiit an. 366. qvem annum mihi qvoqve observasse in libro ipso, qvi nunc ad manus non est, visus sum. At Rev. *Jo. Benjamin Martini*, Archidiaconus Ohrdrufiensis, per literas me monuit, se in duobus Catalogis Judaicis impressis annum 369. (C. 1609.) indicatum legisse. Pars III & IV. ejusdem libri *Amstelodami* 474. C. 1714. fol. apud Salom. Proops est recusa.

ר׳ אברהם ביבאגו R. ABRAHAM BIBAGO. LIX.
דֶּרֶךְ אֱמוּנָה הַגָּדוֹל de qvo fusius disserit Cl. *Jo. Henricus Wolfius*, Illustris Ruthenei Conrector meritissimus, in Annotationibus ad Titulum & præfationem libri, qvem R. *David Vital* sub tit. מכתם לדויד *Aureolum Davidis* Hebraice edidit, p. 13 sq. Ibi inter cetera p. 14. commode monet, *Abrahamum* nostrum Orat. IV. Porta V. libri hujus, postqvam per majorem ejus partem Philosophicis iisqve intricatis speculationibus indulserat, perspicue satis ac clare, nec minus accurate de XIII. Articulis agere, ac folio ultimo col. 3. diserte prodere, qvo collineent illi Articuli, nempe, ut CHRISTIANORVM DOCTRINÆ è diametro OPPONANTVR, qvod inde ab eo tempore, qvo Buxtorfius Synagogæ Judaicæ cap. III. p. 24. novissimæ editionis primus de hoc monuerit, apud nullum Auctorem investigare sibi licuerit. Videri præterea de hoc libro vult *Pocockium* ad Portam Mosis p. 229. Appendicem libri Cosri ex *Meor Enajim* p. 410. & auctorem libri כפתור ופרח p. 92. col. 1.

ר׳ אברהם ברודא R. ABRAHAM BRODA, vel LX. c.
ברודו BRODO. Vtroqve enim modo nomen ejus effertur, hinc in titulo libri,

libri, hinc in præmissis Magistrorum censuris. Eum Rabbinum *CPoli* egisse ipse libri titulus profitetur. Inter censuras præmissas legitur etiam *Italica Reformatorum Gymnasii Patavini*, hac ratione concepta: *Havendo veduto per le fede di revisione, & approbatione del P. F. Antonio Leoni, Inqvisitore nel libro intitolato, Benedittioni d' Abraham, di Abraham Chialisi, non vi esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per attestato del Segretario nostro niente contro Prencipi, e buoni costumi, concedemo licenza che possi esser stampato, osservando gl' ordini in materia di Stampe, et presentando le solite copie alle publiche Librarie di Venetia, & di Padoua. Data li 14 Ottobre* 1696. Ascanio Giustiniani Cav. Reff. Francesco Cornaro, Proc. Reff. Agostino Gadaldini, Segr.

In Catal. MS. Codd. Hebr. MSS. Biblioth. Taurinensis A. VI. 19. video commemorari librum Chirurgiæ *Magistri Brodt* in 8. foliorum 210. Hunc ex gente hac Judaica, qvæ *Broda* dicitur, oriundum fuisse non dubito.

ix. d. & e. ר׳ אברהם ברודא R. ABRAHAM BRODA fil. *Schaul*, Pragensis patria, Præfectus Synagogæ *Nicolaiburgensis*, hinc *Pragensis*, tum *Metensis*, ac deniqve *Francofurtensis ad Mœnum*, à priore illo distinctus, qvippe qvi illius librum *Bircath Abraham*, cum auctoritate Rabbini seu Præfecti Pragensis an. 456. C. 1696 approbarit, qvod idem officium aliis qvoqve Judæorum libris præstitit. Ex his patet, *Abrahamum Broda*, & *Abrahamum Brodt*, Vol. III. p. 24. commemoratos, unum eundemqve esse. Illius observationes variæ, ex ore ejus exceptæ, exstant in libro אסיפת חכמים *Offenbaci* primum an. 482. C. 1722. edito, & postea bis recuso. Ex ejusdem placitis, ore, ut puto, traditis, varia loca Codicum *Bava Kamma* & *Mezia*, item *Sanhedrin* illustrantur in *Chiddusche Geonim* ab Anonymo Francofurti ad Mœnum 485. C. 1725. 8. editis. Ibi p. 15. b. diserte dicitur fuisse Archisynagogus Francofurtensis.

ix. ee. ר׳ אברהם בן ברוך R. ABRAHAM fil. BARUCH, frater R. *Meier*, filii *Baruch*, cujus est ס׳ סיני, qvem MS. possidet Celeb. *Jo. Georg. Abichtius*, Professor hodie Wittenbergensis, in folio amplo membranaceo, codice manus latitudinem asseqvente. Titulus est: זה ספר ס׳ סיני שייסד הר״ר אברהם אח של הר״ר מאיר הגדול בן הר״ר ברוך : ויען קרא אותו סיני שסיני בגמטר׳ ענוה וליקט אותו מעני עולם ; Scriptus est Codex à librario, filio R. *Davidis* an. 151. C. 1391. die V. mensis *Abb*, feria Vta, Agitur ibi de argumentis, in *Jad Chasaka* Maimonidæ

monidæ obviis, multiqve casus edisseruntur, de qvibus, judice *Abichtio*, Judæi hodie nihil luci essent exposituri. Hæc ex literis ipsius Possessoris accepi. De ætate Nostri judicari poterit ex iis, qvæ de R. *Meier fil. Baruch* Vol, III. p. 669. diximus.

ר׳ אברהם מגרמיזה R. ABRAHAM WORMATIENSIS, fil. *Simonis*, floruit initio Sæculi XV. Hic præceptis Cabbalæ imbutus CPolin, Palæstinam, Ægyptum, Arabiam, aliasqve Orientis regiones peragravit, tandemqve inter *Ægyptios* Judæum qvendam, nomine *Abramelim*, qvem virum summum & prope divinum appellat, invenit, ab eoqve sapientiam, qvam putat, adeptus per *Italiam Galliamqve* salvus ad suos reversus est. His itineribus confectis opus *Cabbalistico*-Magicum Hebraice conscripsit, in qvatuor libros distinctum, qvod ex Hebræo *Germanice* conversum *Pet. Frider. Arpe*, Vir doctissimus, possidet. Lege ejus *Ferias Æstivales* p. 118 sq. Titulus libri ita habet: *Liber, qvi tractat & agit de VERO VETERIS MAGIÆ VSV, qvem ego Abrahamus, filius Simonis, filii Judæ, fil. Simonis, partim proprio studio assecutus sum, partim à Simone Patre, aliisqve Sapientibus viris accepi, & experientia comprobavi, veram esse, eaqve vera miracula patrari. Qvem ipse librum studiose contuli, & calamo consignans, arculæ, tanqvam pretiosissimum thesaurum, in memoriam mei inclusi, in usum Lamechi, filii mei, postremo geniti, ut ipse, cum fratre Josepho, majore natu, (cui doctrinam Sanctissimæ Cabbalæ tradidi) veneretur, & contemplari possit miracula Dei.* Librorum singulorum hæc est summa. I. *de ipsius vitæ doctrinæqve fatis agit.* II. *de mirandis operibus, qvorum ex Sacra Scriptura compos factus sit.* III. *de modo procedendi, & via ad divinam Sapientiam.* IV. *de Artis complemento & verbis mysticis.* Evolvi ego, Possessoris beneficio, hanc commentationem, & inter cetera deprehendi, eum lib. I. filium suum *Lamechum* studiose avocare à vestigiis eorum, qvos *Magiæ Diabolicæ* peritos vocat. Qvo vero loco habendæ sint ejus artes, qvas ipse suas facit, ex seqventi Specimine, qvod ex Lib. I. capite VIII. hic describam, lector intelliget. LXII. c.

Kürtzlich nun, inqvit, dir zu erzehlen etzliche von angeregten operationibus, so werden sich nach meinem Abschiede von dieser Welt in ein Buch bezeichnet finden, das von der Zeit an, als ich diese Kunst habe angefangen zu practiciren, so geschehen im Jahr 1409, bis auf den Tag, da ich durch die Gnade GOttes 79 Jahr meines Alters erreichet, da ich geheilet und gesund gemacht habe in die 45. Personen, so unterschiedliche Kranckheiten und Bresten gehabt, verzaubert und verlähmet gewesen, unter denen so wol Männer als Frauen gewesen, ohne andere unzeh-

unzehliche, so von mir GOtt Lob! gesund worden sind. Dem unüberwindlichen Kayser, unserm gnädigsten Herrn, Sigismundo habe ich nicht allein von meinen Spiritibus familiaribus mitgetheilet, sondern habe auch durch Mittel meiner Kunst zu Wege gebracht, daß er die Kayserinn, seine Gemahlinn, hat gehaben mögen. Graf Friederich habe ich mit 1000 Reutern durch Kunst zugerichtet, vermöge Inhalts des XXIX. Capitels des letzten Theils dieses Buchs, aus den Händen des Leopoldi, Hertzogen von Sachsen, liberiret, so sonsten von ihm gefangen, und seines Amts entsetzet wäre. Dem Bischoff dieser Stadt, unsern natürlichen Herrn, habe ich ein halbes Jahr zuvor entdecket und offenbahret die Verrähterey, so sein Gubernator auf Krauenberg vorhatte, ohne andere viele particulair Sachen, die ich ihm gewiesen, und damit bedienet gewesen bin. Dazumahl entledigte ich deinen Vetter Isaac aus dem Gefängniß zu Speyer. Bin ich mit dem gewesen, der dem Hertzog und Pabst geholffen, daß sie vom Concilio zu Constantz entflohen, sonsten sie beyde von dem Kayser, ihrem Feinde, gefangen worden wären. Beyde Päbste, Johannem den XXIII. und Martinum V. habe ich berufen, daß sie zu mir in meinen geheimen Raht kämen, und habe ihnen daselbst gesaget und gezeiget, was künftig erfolgen werde, da sie dann niemahls einigen Betrug noch Fehler in meiner Antwort befunden. Du weist, daß, als ich letztes mahl gen Regenspurg zum Hertzog von Bayern zog, mir mein Hauß beraubet, und bis in die 3000 Gülden an Geld, Gold und Kleinodien gestohlen worden. So bald ich aber wieder heim kam, ward er gedrungen, daß er mir alles wieder auf einen Ort brachte. Wenn der Griechische Kayser meinen Brief, so ich ihm vor sechs Monaht zugeschrieben, hätte Glauben gegeben, so würden vielleicht seine Sachen nicht einen so bösen Ausschlag gewinnen, wie er in kurtzen Jahren zu vermuhten hat. Alles dieses, und noch viel mehrers, so sich zu schreiben nicht geziemet, habe ich, lieber Sohn, einig und allein durch diese in den beeden letzten Theilen dieses Buchs beschriebene Kunst verrichtet, und half mir GOtt allezeit, daß ich niemahls in einiger meiner Hofnung mit Schand und Spott bestanden wäre. Dannenhero ich auch, so viel mir immer möglich, seinen Geboten gehorsam war, und stracks weges dem Unterricht meines zugeordneten Engels und der vorgeschriebenen Weise Abramelims gefolget habe. Describam adhuc *definitionem veræ Magiæ*, qvam libro III. cap. I. ita suppeditat: Mein Sohn, wer meinest du diese beyde Schwestern zu seyn? kennest du sie auch? Ach, du bist viel zu jung; es ist eine lange Zeit derer nicht gedacht worden. Aber, damit du es wissest, so mercke auf, und höre mit Fleiß zu. Diese zwo Schwestern seyn das Göttliche Geheimniß, und die Göttliche Weisheit. Die eine Cabbala, die andere Magia genannt. Ihr Vater und Schöpfer ist der grosse GOtt, der getreue GOtt, der allmächtige GOtt. Diese beyde sind lange todt,

und für verlohren gehalten worden. Aber jetzo wachen sie wieder auf, und die Weisheit, als die jüngere und schwächere, rufet dem Geheimniß um Hülfe wieder diejenigen, so sich ihres Nahmens bishero fälschlich gebrauchet, und gerühmet haben, und bedarf weiter keine Beschreibung. Schaue sie nur an, du wirst sie an ihren Farben erkennen, den Nahmen hast du allbereit gehöret. Sie heißt die Göttliche Weisheit. Ihre Kleidung hat zweierley Farben. Die eine heißt Gottesfurcht, die andere Gerechtigkeit. Sey also Gottesfürchtig, und befleißige dich der Gerechtigkeit. Wilt du mehr wissen, wer sie sey, so ließ fleißig die heilige Schrift, sonderlich das Buch so von ihr, der Weisheit, so starck schreiet, und ihrentwegen allein vom Könige Salomone geschrieben worden; so wirst du genungsam Bescheid finden. Das ist nun die rechte alte, Göttliche, und heilige Weisheit, die unsere Vor-Eltern vom Anfange der Welt gehabt, und viele lange Zeit gebraucht haben. Diese Warheit hat Noa seinem Sohn hinterlassen, diß ist die Weisheit, so Loth aus Sodom erlöset, die Weisheit, so Moses in der Wüsten aus dem feurigen Busch gelernet, und nachmahls seinen Bruder Aaron gelehret. Diese Weisheit hat Josua, Samuel, David, Salomon, Elias, und alle Propheten und heilige Männer des HErrn zusamt dem heiligen Geheimniß gehabt. Auch JEsus von Nazareth selbsten mit vielen seiner Jünger (deren Vornehmster Johannes und seine Prophecenung, ein köstliches Buch, und annoch vorhanden) haben sich dieser Weisheit zum Theil gebraucht etc.

Video auctorem in hoc ipso capite provocare ad librum suum *de Vero Talmude*; qvemadmodum libro II. cap. 9. allegat opus suum magnum Cabbalisticum, qvod in gratiam *Josephi*, filii sui, conscripserit. Ex ultimis, qvæ attuli verbis, apparet, auctorem favisse Christianis, cum & Dominum nostrum & Apostolos ejus appellet, in eo tamen mirum qvantum falsus, qvod, qvæ ab illis profecta sunt, Magiæ suæ beneficio tribuat. Alibi idem SS. Trinitatis meminit.

Monendus denique lector est, *Abrahamum* hunc eundem esse cum *Abrahamo* filio *Simeonis*, de qvo infra num. CLXIV. c.

ר׳ אברהם בן דוד משער אריה LXIII.

R. ABRAHAM fil. DAVID, *de Porta Leonis.*

Dialogum ejus *de Auro* distinctius enarravi Vol. III. n. CXXXIII. qvod hoc loco fieri debebat.

Libri שלטי גבורים non IX, qvod Vol. I. operarum vitio scriptum est, sed XC. capita sunt, qvæ etiam in *Siphte Jeschenim* numerantur. Memini Celeberr. *Conradum Ikenium*, Professorem Bremensem, versionem Latinam libri hujus præstantissimi parare.

ר׳ אברהם

LXX. ר׳ אברהם בן דיאור R. ABRAHAM ben DIOR. De nonnullis hujus ſcriptionibus Cabbaliſticis, recens editis, infra dicam ad num. CCCLXIII.

Commentarium ejus in librum *Jezira*, ſub titulo ביאור laudat R. *Iſaacus Loria*, in *Schulchan Aruch* fol. 53. a. l. 15. edit. Amſtelodam. 1709. ejusqve Scriptorem ab illo, de qvo num. LXIX. actum eſt, diſtingvit. Adde, qvæ ſupra in Supplementis ad librum VII. de *Cabbala* ex R. *Jacobi ben Chajim Zemach* præfatione ad librum נגיד ומצוה attuli p. 735. Ejusdem אֱמוּנָה רָמָה de qvo Vol. I. p. 44. MS. eſt in Biblioth. Taurinenſi in 4. A. II. 11. in Codice, qvi plura alia complectitur. Catalogus MS. mendoſe nomen auctoris exprimit per *Abraham Lein, fil. Arcotis*.

LXX. b. ר׳ אברהם דשקשלארי R. ABRAHAM DISCASLARI. Hujus ס׳ חֲמַסְעֲדִים liber alimentorum MS. eſt in Bibliotheca Taurinenſi A. I. 37. in 4. foliorum 68. In eo, teſte catalogo MS. exponuntur ciborum & potuum herbarumqve qvalitates & operationes, adjunctis aliis commentationibus Medicis. In fine iſta dicuntur legi: Terminata ſunt verba Magiſtri Abrahami Discaslari. Ego Salomon Alzaigh ſcripſi librum, qvem terminavi menſe Schevat an. 5122. C. 1362.

LXXI. ר׳ אברהם הורוויץ R. ABRAHAM HORWITZ. Commentarius in octo capita *Maimonidæ*, ad librum *Pirke Avoth* pertinentia, ſub titulo: חסד אברהם primum editus, recuſus exſtat ante librum *Pirke Avoth* in noviſſima editione Talmudis Amſtelodamenſi & Francofurtenſi an. 1720. poſt Tractatum *Avoda Sara*.

LXXI. f. אברהם וויצינו ABRAHAM VECINO, vel, *Veſigno*, de qvo *Julius Moroſini*, Ex-Judæus, in libro, *Via della Fede*, Parte I. p. 432. ita: *Et io conobbi in Venetia Abraham Veſigno, che profeſſava d'eſſer Aſtronomo, & Aſtrologo, & ſtampò il Calendario in lingua Spagnuola dal* 1626. *e del mondo* 5386. *ſino al* 1666. *del mondo* 5427. in 24. Ad illud Calendarium idem paſſim provocat, v. c. p. 439. &c.

LXXI. g. ר׳ אברהם ואיץ R. ABRAHAM VAEZ. *Arbol de vidas*, arbor vitæ, liber an. 452. C. 1692. 8. editus, memoratur in Bibliotheca Anonymiana, Hagæ 1728. 8. ed. inter libros Miſcellaneos

neos in 8. pag. 313. num. 5575. Titulum integrum alibi ita expressum legi: *Arbol de vidas, en el qval se contiene los dinim mas necessarios, qve deve observar todo Israel.* Arbor vitæ, qva continentur instituta maxime necessaria, & toti Israeli observanda.

ר׳ אברהם זאב R. ABRAHAM, fil. *Benjamin Seev.* LXXII. b.

Observationes qvædam ejus novæ in *Aggadoth* Talmudis Hierosolymitani prodierunt in nova libri R. *Samuelis Japhe* יפה מראה editione Amstelodamensi an. 487. in fol. de qvibus infra scribam ad num. MMLXXXVI.

ר׳ אברהם בן ר׳ חייא R. ABRAHAM fil. R. LXXV. CHAIIA. Eum Vol. I. pag. 51. scripsi obiisse an. 1105. Illo vero adhuc superstitem fuisse tradit R. *Asarias* in *Meor Enajim* pag. 94. a. l. 11.

Librum מְגִלַּת הַמְּגַלֶּה laudat *Abarbanel* in commentario in Pentateuchum f. 5. b. col. 1. post med. ed. *Basbuysenianæ.* De utroque hoc per literas me monuit Rev. *Jo. Benjamin Martini*, Archidiaconus Ohrdrufiensis.

Exstat liber ille MS. in Bodlejana in Hyperoo num. 261. secundum Catalogum MSS. editum, nunc vero inter MSS. ex Museo, n. 72. in fol. chartaceus, recentissime literis Rabbinicis currentibus. Initium est: בשמך רחמנא אני אברה׳ הספרדי בר׳ חייא זצ״ל הנני מתחזק בעוז נורא תהלה· לחבר מגלה· שתהיה מגלה סוד הגאולה׃ i. e. *In nomine Misericordis ego*, Abraham Hispanus, *filius R.* Chaija. *Ecce innitor potentiæ ejus, qvi magnus est laude, ut conficiam volumen, qvod revelabit mysterium liberationis.* Ex his intelligitur, titulum libri, מְגִלַּת הַמְּגַלֶּה legendum, atque ita interpretandum esse: *volumen revelantis*, quemadmodum auctor *Fortalitii fidei* loco, quem Vol. III. p. 31. attuli, propter ea reddit: *literam discoopertam.* Laudat *Abrahamus* noster in præfatione, post Talmudicos, *Saadiæ* commentarium super Danielem, una cum ejusdem libro האמונות item ejus ספר הגלוי Tota scriptio sex שערים seu *Sectionibus* absolvitur, qvæ in calce præfationis ita recensentur: שער ראשון סדרנו בו טעמים מהחכמה החיצונה׃ בפירוש ענין הזמן וגזרו וכי ימות העולם יש להם סוף ותכלה כאשר היה להם התחלה· שער שני בפירוש ימי העולם מידתן ומנין הקץ מן התורה· שער שלישי בראיות וסברות על תחיית המתים משקול בדעת ומדבר החכמה החיצונה וחיזוק הראיות האלה באותות ישרות מן התורה וכתבי הקודש

 שהם

שהם מעידות על תחיית המתים ופירוש את התחייה מן התורה· שער רביעי בפירוש מנין הקץ ועת תחיית המתים מספר דניאל ומשאר כתבי הקודש· שער חמישי בפירוש מנין הקץ ורוב הענינים אשר עברו בשערים הראשונים מדברי החוזים בכוכבים Totum volumen conſtat foliis 115. Debeo hæc indicio Cl. *Jo. Gagnerii.*

Liber ejusdem צורת הארץ MS. olim *Uffenbachianus*, nunc meus chartac. in 4. foliis XXXIII. rotundo & recenti charactere exaratis, conſtat. Confer Biblioth. Vffenbachian. MS. compendiariam p. 28. num. CXLIV.

Liber עַל חֶשְׁבּוֹן עִיבּוּר, de qvo p. 33., A. M. 4865. ſcriptus dicitur in *Meor Enajim* p. 93. a. l. 4. & 6. poſt med. collata p. 94. a. l. 11. pag. 131. b. & 132. à & b. qvod obſervavit Rev. *Jo. Benjamin Martini* modo laudatus.

Eidem Vol. III. pag. 33. tribui librum כְּלִי הַנְּחוֹשֶׁת *inſtrumentum aereum.* Jam vero ex Catalogo MS. Biblioth. Taurinenſis intelligo, illum in ea MS. exſtare, & acceptum ferri R. *Abrahamo f. Meir Aben Eſra*, & exponere de gradibus Solis, Lunæ & Planetarum.

LXXV. b. ר׳ אברהם בן חיים לישקר R. ABRAHAM fil. CHAJIM. בְּאֵר אַבְרָהָם commentarius in tres priores Ordines Corporis Miſchnici recuſus eſt cum aliorum qvorundam commentariis ſimilibus in editione *Miſchnæ* Amſtelodamenſi 486. C. 1726. 4. 3 Voll. ubi & novæ ejus obſervationes accedunt ſub nomine מֵי בְּאֵר

LXXVII. ר׳ אברהם חיים בן הירש שור

R. ABRAHAM CHAJIM fil. *Hirſch Schor*, qvo modo nomen ejus in *Siphte Jeſchenim* exprimitur. Alias à Magiſtris ſimpliciter vocatur R. *Chajim Schor.* Idem cum R. *Mordechai* Aſcher, Magiſtro qvondam primario in בערזאן prope *Leopolin* (לבוב) commentatus eſt in Codicem Talmudicum *Kodaſchim.* Obſervata vero ejus ex codice MS. in lucem protulit, & de ſuo auxit nepos auctoris, R. Chajim, fil. עזר (*Oſer*) Rabbinus Hildeſienſis. Prodiit liber ſub titulo:

צֹאן קָדָשִׁים *oves ſanctæ*, Ezech. XXXVI. 38. Wandesbecæ prope Hamburgum an. 489. C. 1729. in fol. foliis 104. apud Iſrael ben Abraham. In titulo auctor ſimpliciter vocatur R. *Chajim Schor*, & ſcripſiſſe dicitur librum תורת חיים In opere ipſo tum textus, tum Gemara & Toſe-

Tosephoth una cum *Raschi* illustrantur, variis præterea mendis, qvæ in prioribus Talmudis editionibus occurrunt, sublatis.

ר׳ אברהם יגל. R. ABRAHAM JAGEL. LXXVIII.

Hujus libellum לקח טוב à *Joh. Jac. Buxtorfio* Latine conversum terse & perspicue & à se cum textu Hebraico, si exempla ejus aliunde conqvirere non possit, edendum commemorat *Jo. Buxtorfius*, Professor Basileensis, in literis ad B. *Jo. Jac. Schudtium* an. 1711. d. 5. Mart. datis.

ר׳ אברהם בן חסדי R. ABRAHAM fil. CHASDAI. LXXIX.

בן המלך והנזיר recusus est *Wandesbecæ* prope Hamburgum 487. C. 1727. 12. pp. 104. ex officina Israelis f. Abraham.

Eidem *Abarbanel* in commentar. in Prophetas posteriores fol. 78. col. 3. media tribuit librum ויכוח הדת de qvo inter Anonymos Vol. II. p. 1292. dixi.

ר׳ אברהם בן יוסף R. ABRAHAM fil. *Josephi* LXXXVIII. b.

Phrases Hebraico-Hispanicæ MS. in 4. foliorum 243. A. II. 18. secundum literarum seriem dispositæ.

ר׳ אברהם בן יחיאל R. ABRAHAM fil. JE- LXXXIX.

CHIEL, is est, qvem *Augustinus Calmetus* in Supplemento ad Biblioth. Sacram, in calce Tomo IV. Dictionarii Biblici p. 23. mendose *Abrahamum Techiel de Porto* appellat.

ר׳ אברהם בן יעקב R. ABRAHAM ben JA- LXXXIX. b.

COB, Ex-Christianus. Non dubito hujus esse Calendarium Christiano-Judaicum perpetuum per annos 130. continuatum, in folio patente ære expressum, qvod fusius enarratur in Nov-antiqvis Theologicis an. 1714. p. 447. sqq. Si vera sunt, qvæ supra de defectione ejus ad Judaismum ex *Theod. Hasæi* fide, dixi, falsa fuerit conjectura in Novantiquis illis Theolog. pag. 450. allata. Ibi enim ex eo, qvod auctor Calendarii nomen suum per *Abram Jacob* exprimat, colligendum statuitur, duos auctoris avos Abrahami nomen habuisse, qvorum paternus eo nato superstes, maternus autem jam defunctus fuerit, post qvorum denique mortem non *Abraham*, sed *Abram* sit appellatus.

ר׳ אברהם בן יצחק R. ABRAHAM fil. ISAAC. XCVI.

Liber ברית המנוחה sub tit. ס׳ הברית memoratur à R. *Mosche Botril* commentar. in lib. *Jezira* f. 19. a. l. 20. sq. & in ראשית חכמה in *Porta Timoris* cap. II. f. 12. b. lin. antepenult. Citatur qvoqve à R. *Isaaco Luria* in *Schulchan Aruch* f. 53. a. l. 13. sub titulo: ברית המנוחה ubi auctor vocatur חכם הגדול *Sapiens magnus*, liber autem scriptus dicitur ante tempora רשב״י. Hæc B. *Jo. Andreas Danzius* ad h. l. in ora exemplaris sui hujus meæ Bibliothecæ scripserat.

CI. ר׳ אברהם כהן אירירה R. ABRAHAM COHEN IRIRA, vel potius ERERA, qvod spectatæ inter Judæos *Lusitanos* familiæ nomen est.

CVII. ר׳ אברהם בן ליב זרואל R. ABRAHAM fil. *Lebb* SARVAL. Commentarius ejus in librum *Maamadoth*, de qvo supra primum *Venet.* 377. C. 1617. hinc *Amstelodami* 412. C. 1652. 8. tum denique ibidem 476. C. 1726. in 24. apud Salom. Proops prodiit.

CX. ר׳ אברהם בן מאיר בן עזרא R. ABRAHAM fil. *Meir*, ben ESRA. Eum Scholastici, nominatim *Petrus de Abano*, *Ebenare* & *Evenare* appellare solent. Vide eum in Conciliatore suo differentia XXIII. & XLIX. ubi etiam qvendam ejus librum se convertisse testatur. Supra Vol. III. pag. 46. ex Biblioth. Oppenheimeri attuli editionem commentarii in *Pentateuchum* CPolitanam anni 302. C. 1542. Illa vero referenda potius erat ad annum 202. si fidem habemus verbis, qvæ in calce hujus editionis ita sunt concepta: נשלמה מלאכת הספר הזה בעשרה ימים לחדש סיון שנת ר֗ב֗ חסד לפרט האלף השישי על יד המחוקק צעיר המחוקקים ר׳ אסטרוק די טולון פה קונשטנטינה אשר תחת ממשלת ארונינו מלך שולטן סלים:

i. e. *Absolutum est hoc opus die decimo mensis Sivan, an.* 202. *millenarii sexti, opera Typographi, inter Typographos minimi, R. Estrock de Toulon, hic, CPoli, qvæ est sub imperio Domini nostri, Imperatoris, Sultan Selim.* Annus editionis more Judæorum exprimitur vocibus Biblicis רב חסד qvæ occurrunt Exodi XXXIV. 6. & in Psalmis aliqvoties. More insuper Judæis receptum est, ut qvæ literæ punctis insigniuntur, eæ tantum in computum referantur. Jam literæ duæ ר֗ב֗ puncta tantum hic referunt, non autem seqventes vocis חסד Itaque annus statuendus erat editioni huic 5202. i. e.

i. e. C. 1442. Id vero fieri per temporis rationes non poteſt, cum tunc typographia nullibi terrarum exſtiterit. Neceſſe igitur eſt, ut dicamus, puncta literarum רב etiam ad ſeqventem vocem חסר integram referri debere. Sic prodierit annus Æræ Judaicæ 5274. i. e. C. 1514. Atqve in hanc ætatem incidit imperium *Selimi* I. Turcarum Imperatoris, cujus nomen hic appellatur. Conſtat enim, illum Bajazetho II. Patri an. 1512. ſucceſſiſſe. Hæc ideo diligentius putavi exponenda, ne cui vaga illa & obſcurior anni deſignatio Judaica fraudi ſit.

Eundem latine convertendum notisqve ſuis illuſtrandum *Paulum Loriam*, Medicum & Cabbaliſtam Romæ egregium, ſumſiſſe ex literis *Jo. Paſtritii* Roma ad B. *Gabrielem Groddeckium* an. 1698. VIII. Idus Junias datis, didici.

Liber אות נֶפֶשׁ in MS. Vffenbachiano acceptus fertur R. *Levi ben Gerſon*, ſub cujus nomine vide qvæ ſcripſi Vol. III.

Commentarius in *Pentateuchum* cum tribus ſupercommentariis Amſtelodami 482. C. 1722. foliis 156. ita prodiit, ut commentarius Aben Eſræ, qvadratis literis exſcriptus, ab altero latere מקור חיים, ab altero אהל יוסף, antea non editum, infra vero tertium R. *Samuelis Nozboth* literis Rabbinicis expreſſum ſiſtat. Collegerunt hæc & prelo ſubjecerunt *R. Jekuthiel Laſe ben Nachum*, & R. *Naphthali Hertz* fil. *Süskind*, in officina R. Iſaac fil. Jacob de Corduba. Titulus collectionis eſt מרגליות טובה

Commentar. in Exodi cap. XXI. in tironum uſum hebr. exſtat in *Dav. Millii* Catalectis Rabbinicis, Vltrajecti 1728. 8. editis.

Commentarius in *Malachiam* una cum duobus aliis *Kimchii* & *Raſchii* à *Sam. Boblio* editus eſt uno volumine, 15½ plagulis conſtante, de qvo videatur Cl. *Chriſtianus Schœtgenius* im Alten und Neuen Pommern p. 519.

Ex præfatione ad librum יסוד מורא locus qvidam affertur in epilogo מכלל יופי ad p. 219. b. l. 1. ſqq.

Ænigma ejus *de Vocalibus* nova qvadam ratione exponitur à R. *Jekuthiele Laſe ben Nachum*, qvæ expoſitio ipſi *Ænigmati* juncta exſtat in limine commentarii *Aben Eſræ* in Pentateuchum cum tribus aliis ſupercommentariis ab eodem *Jekuthiele* Amſtelod. 482. fol. editi.

Libellus צחות MS. in Biblioth. Taurinenſi in 4 A. II, 19. in eo codice, qvo alia, neſcio cujus, comprehenduntur, nempe 1) de verborum

 borum

borum conjugatione & declinatione nominum Hebraicorum. 2) tract. de repudiis. 3) de iisdem Tract. Talmudicus. Scriptus est codex A. M. 5005. C. 1245. Fortasse tamen liber ille צחות est *Seadjæ Gaon*, qvem talem exarasse monui Vol. I. p. 934. n. 8.

Liber *Reschith chochma* MS. in Bibliotheca Regia Dresdense est in fol. minore, charactere maximam partem Hispanicis Judæis recepto, & incondito, ex parte vero luculentiore exaratus. Specimen ejus ope doctissimi *Sigismundi Gottlieb Seebischii*, qvi illi Bibliothecæ cum laude præest, vidi, atqve ex eo intellexi, volumine hoc comprehendi 1) ס׳ טעמים 2) מולדות 3) שאלות 4) מאורות 5) מבחרים 6) ס׳ העולם & 7) חבור מחכמים מתחלפים בשאלות Cl. *Seebischius* non vane suspicatur, Codicem hunc post expugnationem Pragæ per Joannem Georgium I. Electorem Saxoniæ, eo pervenisse, una cum Bibliis MSS. membranaceis, lingva Bohemica, Bibliis Hebræo-Chaldaicis, *Machsor* item, & commentario qvodam Hebraico, sub titulo: *Chiddüschim jekarim venibcharim al hattora*, de qvibus alibi à nobis dictum est.

Librum *de luminaribus & diebus Criticis* recognitum edidit *Michael Angelus Blondus*, Rom 1544. & postea recusum *Lugduni* 1550. à Jo. Trechsel & *Francofurti* à *Nic. Hofmanno* 1624. in 12. Vide *Thomæ Crenii* præfat. ad *Caninii* Hellenismum p. 41.

Nostri qvoqve est liber כלי הנחושת de qvo vide, qvæ scripsi paulo ante ad num. LXXIV.

CXIII. c. ר׳ אברהם אבן מיגש ABRAHAM ABEN MEGAS.

Idem hic est, qvem Vol. I. n. 113. laudavi à libro כבוד אלהים qvem CPoli an. 1605. 4. editum lego in Biblioth. Colbertina Parte II. n. 4974. ubi auctor mendose vocatur *Abraham ben Nigas*.

CXIV. ר׳ אברהם בר מימון R. ABRAHAM bar MAIMON.

Qvod is scripta Parentis, à malevolis rigidius examinata, defenderit, patet ex *Cesepb Mischne* ad *Hilcoth Mikvaoth* cap. IV. §. 4. f. 361. col. 4. edit. Amstelodamensis an. 461. Hæc B. *Jo. Andr. Danzius* in ora exemplaris sui ad h. l. monuerat.

CXVI. ר׳ באברהם בן מרדכי אזולי R. ABRAHAM ben MORDECHAI ASVLAI. Qvæ de hujus patria Vol. I. ex *Bartoloccio* dixi, minus recte habent. Adstipulor potius Rev. *Jo. Benjamini Martini*, qvi in literis suis ad me datis ita: Non crediderim, R. Abrahamum

hamum fil. Mordechai Afulai patriam habuiſſe Colchidos ſeu Mingreliæ urbem, qvæ Latinis Phaſis, Italis *Fezzo* dicatur. Mihi enim videtur intelligenda urbs Fezza, ſeu Feſſa, ad regnum Maroccanum pertinens, qvia 1) auctor ipſe in præfatione eam vocat פאס, qvo nomine alias *Fezza* denotatur. 2) cognominat urbem magnam, & multis Sapientibus claram, qvod de Phaſi alibi non reperi. 3) qvod *Fezza* fuerit, & etiamnum ſit Academia celeberrima. Auctor in præfatione fol. 1. b. lin. ult. & fol. 2. ab init. peſtilentiæ anno 379. C. 1619. graſſantis meminit, ad qvam etiam in titulo libri ſe reſpexiſſe in fine præfationis teſtatur.

ר׳אברהם פריצול R. ABRAHAM PERIZOL. Itinerarium ſuum, *Iggereth Orchot Olam* inſcriptum, auctor in calce editionis *Venetæ*, *Ferraræ* an. 285. ſe concinnaſſe ait; deinde vero literis minuſculis innuitur, librum impreſſum eſſe Venetiis apud Jo. de Gara. Hinc doctiſſimus *Conr. Ikenius* in ſuis ad me literis ſcite ſuſpicatur factum eſſe, ut *Ferraræ* nomen, majuſculis qvippe literis expreſſum, præ illo *Venetiarum* in oculos incurreret, & legentibus conjecturam ſuggereret, librum *Ferraræ* eſſe impreſſum. CXVII.

MS. exſtat in Biblioth. Bodlejana inter Codices Laudanos L. 19. 4. chartac.

Commentar. in *Jobum* exſtat etiam in Bibliis Rabbinicis, à R. Moſe, Francofurtenſe, *Amſtelodami* 1724. ſub titulo קהלת משה editis. מגן אברהם ſcriptum Anti-Chriſtianum, MS. memoratur in Catalogo MSS. Angliæ n. 3717. inter Bodleianos. Atqve ibi qvidem olim in Hyperoo Bodlejano n. 251. fuit, nunc autem inter MSS. è Muſeo n. 165. 4. exſtat, in charta. Codex eſt recens & nitide ſcriptus, ſed titulo deſtitutus. Incipit ita: אמר אברהם פריצול יץ הדבור והחקירה והויכוח בעניני האלהות והאמונות יפול בהם תמיד מן הספק והבלבול באיצר שיהיה . . . In fine paginæ primæ adverſarii, contra, qvos diſputat, hi appellantur: הלא הם לודוויקוס מואליה׳ מכת הדרשנים דומיניגיני ואח מאלפינוץ מכת הקטנים:

In fine totius præfationis hæc legis: הלא אשר קבצתי לי (אני הצעיר אברהם פריצול יץ בן מרדכי יץ) למגן ולצנה ולמכסה עתוק בחתימתו עם חכמיהם על כן קראתי שם הספר הזה (ויכוח הדת) בחתימתו יגן בעדנו ויאיר עיני הכל ברחמיו וברוב חסדיו

הסריו ונתן מפי דבר ואמתת: Ex his apparet, *Perizolium* duos ſpeciatim adverſarios ſibi elegiſſe, alterum ex Ordine *Prædicatorum* ſeu Dominicanorum, ex Ordine *Minimorum* alterum. Priorem vocat *Ludovicum* מראל״צ' ſed hujus qvidem nominis nullum in *Quetifii* & *Echardi* Opere ampliſſimo de Scriptoribus Ordinis Prædicatorum commemoratum invenio. Suſpicor tamen, *Ludovicum à Michaela* innui, ſive auctor ipſe *Ludovici* illius cognomen, more Judæorum, prave expreſſerit, ſive librarius ſcribendo non recte repræſentarit. Laudatur autem ille *Ludovicus à Michaela* tanqvam nobili *Venetiis* familia ortus, & vir vitæ caſtiſſimæ, moribus ſanctiſſimis ac doctrina præſtantiſſima celebris, qvi anno 1515. fato ſit functus, & commentationes nonnullas ediderit. Intelligis per te, lector, ætatem *Ludovici* illi *Perizolii* apprime reſpondere; vides etiam, illum huic, tanqvam in Italia verſato, admodum cognitum eſſe potuiſſe, inprimis, cum & moribus & doctrina in celebritate ſit verſatus. De altero illo ex Ordine *Minimorum* nihil extricare potui. Apparet præterea, librum hunc eſſe omnino eum, qvem Vol. I ex *Siphte Jeſchenim* ſub titulo מגן אברהם deſcripſi. Qvamvis enim auctor ipſe in verbis hic allatis eum ויכוח הדת à ſe inſcriptum dicat, nihilominus tamen & ipſe paulo ante illum à ſe collectum eſſe ait למגן in *clypeum*. Notandum vero præterea eſt, qvod monet Cl. *Jo. Gagnerius*, cui hujus codicis deſcriptionem debeo, forte in hoc exemplo priorem tantum libri partem contineri, cum *Schabbatæus* in *Siphte Jeſchenim* teſtetur, in parte ejus altera de Judæis, propter fluvios Æthiopiæ habitantibus, agi, de qvibus tamen nihil hic inveniatur. Accedit, qvod qvindecim folia vacua relicta ſunt. Caput hujus Partis XXXIII. ultimum eſt, qvod de loco *Jeſaiæ* capite VI. *Sanctus, Sanctus, Sanctus* &c. exponit. Notari præterea velim, librum hunc in *Meor Enajim* p 85. b. lin. ult. & p. 91. b. l. 22. allegari.

CXXIV. ר׳ אברהם נחמיה R. ABRAHAM NECHEMIA. Lege de eo *J. Jac. Mangeti* Bibliothecam Medicam lit. N. p. 407.

CXXV. ר׳ אברהם נפתלי R. ABRAHAM NAPHTHALI, idem eſt cum *Hirſch Levita*, de qvo Vol. III. n. DLII. c. dixi, & infra in ſupplementis ad illum locum plura dicam.

CXXXII. ר׳ אברהם פירר R. ABRAHAM FERAR, qvem p. 59. Vol. III. eundem cum R. *Farar*, adverſus qvem *Hugo Broughtonus* diſputavit, eſſe ſuſpicatus ſum. Sed jam qvidem conjectura me falſum eſſe

esse video, Hic enim vocatur R. *David Farar*, de qvo infra in his supplementis plura dicam.

אברהם די קולוניה ABRAHAM COLONIENSIS CXLIV.

Ejus כתר שם טוב MS. est in Bibliotheca Oratorii Parisiensis, num. XXIV. in fol. In catalogo MS. qvem Cl. *Franc. Dionysii Camusati* benevolentiæ debeo, vocatur *R. Abraham ben Acsilrad Coloniensis*.

אברהם קולורנו ABRAHAM COLORNO, Man- CXLIV, b.

tuanus, Hebræus, cujus tres libros *Italicæ Scotographiæ*, tanqvam *Pragæ* 1593. editos, memorat *Königius* in Bibliotheca Vetere & Nova sub *Colornus*. Qvi libri titulus qvid sibi velit, non intelligo. Forte legi debet *Italicæ Steganographiæ*. Idem enim videtur esse, qvi hujus generis librum, nempe *Claviculam Salomonis*, ex Hebræo Italice convertit jussu Principis Mantuani, ex qva versione ab alio Gallica interpretatio facta est, cujus partem ipse manu exaratam possideo. Dicam de hoc infra in his Supplementis plura sub *Salomone*.

ר׳ אברהם קונקי R. ABRAHAM KONKI, qvem CXLVI.

Augustinus Calmetus in Supplemento ad Bibliothec. Sacr. in calce Tomi IV. Dictionarii p. 23. operarum vitio vocat *Abrah. fil. Levi Kouki*.

ר׳ אברהם ראובן R. ABRAHAM REVBEN. Huic CL, b.

ad *Hugonem Broughtonum* ex urbe CPolitana scribendi occasio nata est ex disputatione, qvam is cum R. *Elia* in Synagoga Francofurtensi an. 1589 habuerat. Hæc per Judæos CPoli commemorata est, unde *Abraham* epistolam suam per Legatum Britannicum *Londinum* misit, qvæ inde ad *Broughtonum*, tunc exsulem & *Basileæ* versantem, est curata, qvamqve idem *Basileæ* (hic itaqve locus est prioris editionis) hebraice excudi curavit: Hoc ipse *Broughtonus* testatur Tomo III. Operum, Londini 1662, editorum p. 617. Idem p. 709. scribit, se epistolam *Abrahami* illius *Basileæ* bis edidisse, & *Genevæ* tertium editurum fuisse, nisi à *Grineto* qvodam prave fuisset prohibitus. Eadem legitur Hebraice in Operibus Broughtoni Tomo IV. p. 927-929. qvam seqvitur responsio *Broughtoni* cum adposita à latere versione Latina p. 932. sqq. Ejusdem Responsionis versio *Græca* p. 950-958. & *Anglicana* p. 959-968. exstat. *Grinetus*, modo appellatus, *Genevæ* asseveravit, illam *Abrahami* epistolam à *Broughtono* confictam esse, contra qvem hic graviter contrarium

 osten-

ostendit p. 710 & 969. Judæus idem petierat in epistola ad *Broughtonum*, ut qvidam, Hebraicæ Lingvæ peritus, CPolin ad erudiendos Judæos mitteretur, & tractatus scriberetur de perfectione S. Scripturæ V. T. & Talmudicis traditionibus, tanqvam superfluis. Idem præter hanc epistolam qvinqve alias Hebraicas miserat ad *Broughtonum*, si ipsi id p. 976. asseveranti, fidem habemus.

Persvasum mihi est, *Abrahamum* hunc illum esse, qvi *Mischnicum* corpus cum commentario *Maimonidæ* & *Bartenoræ* Hispanice *Venetiis* an. 366. edidit, de qva editione supra, ubi de *Mischna*, plura attulimus.

CL. d. ר׳ אברהם בן ראובן R. ABRAHAM fil. REVBEN.

Hic una cum R. *Jusbal* fil. *Gumpa*, Medico, edidit librum moralem דרך טובים Francof. ad Mœn. 1717. in 16. pp. 45.

CLI. b. אברהם ראובן Vide infra ראובן בן האשקי num. 1901.

CLIII. c. אברהם רומאן ABRAHAMVS ROMANVS.

מִלְחֶמֶת חוֹבָה *disputatio in Christianos*, cujus libri conditionem distinctius & plenius exposui supra, ubi de scriptis Judæorum Anti-Christianis dixi p. 721.

CLIII. d. ר׳ אברהם בן רפאל R. ABRAHAM fil. RAPHAEL

de Lonsano, inter Judæos doctorem privatum egit, Talmudicarum & Cabbalisticarum literarum peritus. Scripsit *Grammaticam Hebraic.* cujus Pars I. sub tit. קִנְיַן אַבְרָהָם *Possessio Abrahami* Solcoviæ 483. C. 1723. 8. prodiit pp. 32. Auctor in titulo genus suum à R. *Menachem de Lonsano* repetit. Transiit idem ante septennium circiter ad Christianos *Idsteinii*, nomine *Wilhelmi Henrici Neumanni* in sacro lavacro appellatus. Hæc ex ore ejus accepi.

CLXIII. b. ר׳ אברהם בן שמואל חסדי R. ABRAHAM fil. SCHEMVEL *Chasdai*. Cum de eo Vol. III. p. 67. dixi, allegavi Volumen I. hujus Bibliothecæ n. 1714. ubi de libro יסודות egerim. At erratum est ab operis. Scribe tu n. 1214. p. 667.

CLXX. אגריפס AGRIPPAS. De *Agrippa*, Judæorum Rege, ut inventore ungventi, à nomine ejus appellati, vide Celeb. *Fabricii* nostri Bibliothecam Græcam Vol. XIII. p. 43. ex *Tiraqvello*.

CLXXIV. אדם ADAMVS hominum primus. Varia, qvæ ad eum perti-

pertinent, ab eodem *Fabricio* in Vol. I. Codicis Pseud-epigraphi afferri monui p. 69. Jam velim conferri ejusdem libri Volumen II. p. 1. sqq. Ibi inter cetera p. 30 sq. de *Pico* seu monte Adami, ejusqve sepulchro, in insula *Ceylan*, qvod ibi exstare ab incolis creditur, ex recentiorum monimentis disseritur. Memini, me apud eruditissimum *Maturinum Veyssiere la Croze* videre inscriptionem in illo monte obviam, genuinis ignotæ lingvæ characteribus, qvorum qvatuor erant & viginti, in ipsa illa insula expressam, una cum seqventi notitia, ex lingva Belgica ita Germanice conversa: Auf dem Eyland Ceylon unter dem Gebiet des Königs von Candia in der Landschaft Madura an dem Abfall eines Berges in einem Steinfels gehauene Grabstädte ist zu sehen ein Grabstein mit seinen characteren, welche pertinent abgezeichnet, auch die Länge und Breite abgemessen, wie oben zu sehen. Auf dem breiten Stein, welcher völlig 14 Fusse lang, 5 breit, 1½ hoch, platt, und nach Leichensteins-Form ausgehauen, sind 5 Seulen mit beneben stehenden characteren. Am Haupt-Ende stehet ein nicht so sauberer Stein. Denn er ist an ihm selbst von allerhand coleuren gleich Marmor geflammet, ein ausgehauener und ohne Schrifft, in gleicher Breite des Grossen, auch bey nahe 2 Fuß hoch, welcher nahe an dem Leichen-Stein stösset. Hinter diesem ist zu sehen ein Brunn, allezeit voll hell und süssen Wassers, welcher Adams Brunn genannt wird. Am Fuß-Ende des grossen Steins ist ein Stein gesetzet, gleicher Breite und Höhe, des am Haupte stehenden Steins, auch sonder einige Schrifft; jedoch 6 Fuß von den andern abgesetzt, daß also die gantze Länge dieser 3 Steinen bestehet in 20 völligen Füssen. Hinter diesen letzteren stehet eine in Stein gehauene Lampe, in welcher ein brennender Tacht lieget, und wird von den Einwohnern vorgegeben immerdar zu brennen, sonder Zuthun einiger materie; doch scheint der Tacht mit Oel befeuchtet zu seyn. Am Fuß dieses Berges 4 bis 5 teutsche Meilen von dem Ufer des Meers ist zu sehen ein steil aufgerichteter Berg, welcher Adams Berg genannt wird. Die Nationen des Landes werden Kinguleesen genannt: doch anders nicht als Heydnischen Glauben zugethan. Sie geben vor von dieser Grabstädte, daß sie des ersten Menschen, nemlich Adams Grab sey.

De eodem Adami sepulchro lege *Conradi Mel* Mantissam Antiqvarii Sacri, Hersfeldæ 1718. 4. recusi, dissert. II.

De libro *Rasiel*, qvem Adamo tribui supra observavi, ex Judæi Veneti literis accepi, exemplum ejus MS. exstare Venetiis, ab illo, qvod editum est, prorsus diversum, in qvo de Cabbala Practica exponatur, adjuncto in calce שמוש תהלים seu *Usu Psalmorum* Cabbalistico.

ר׳ אהרן בן אליהו R. AARON fil. ELIÆ. Hic libros CLXXXVIII

bros suos præcipuos hoc ordine exaravit. Primo qvidem עץ חיים, hinc גן עדן sive ס' מצות tum כתר תורה In hoc enim postremo duo illi priores passim allegantur. Accepi, hoc ex Rev. *Jo. Benjamine Martini*, qvi binos hos ex Bibliotheca Danziana, in Bibliotheca Academica *Jenensi*, hodie exstantes, utendos habuit, & de utroqve aliqvando rectiora & pleniora dabit illis, qvæ B. *Jo. Gothofredi Schuparti* industriæ, in dissertat. de Secta Karæorum, debemus. Idem *Martini* librum גן עדן qvi de *Præceptis* exponit, Latina versione donandum & luci sistendum suscepit, cui consilio perficiendo & otium & faciles Bibliopolæ obstetricantis manus adprecor. Ex hoc opere ejusdem beneficio descriptum apud me habeo סדר אסורי העריות i. e. tractatum de *gradibus conjugii prohibitis*, qvi in volumine illo MS. Danziano 290 foliis constante, fol. 186. b. & seqventibus legitur.

CLXXXII. ר' אהרן בן חיים בן אברהם R. AARON fil. CHAJIM, fil. *Abraham*. Hic est ille R. *Aaron Abrahamides Chajimides*, cujus expositionem libri *Mechilta* MS. Amstelodami exstare B. *Cnollenius* monuit *Vngerum*, τὸν μακαρίτην, qvi idem B. *Schudtium* docuit in epistola an. 1714 data, & in egregia Illustris *Vffenbachii* collectione epistolarum MSS. hodie exstante. Confer, qvæ scripsi Vol. I. p. 74. Ex commentario ejus in libros *Josuæ* & *Judicum* selectiora dedit R. *Moses Francofurtensis*, in sua Bibliorum Rabbinicorum editione, Amstelodami 1726. fol. curata.

CLXXXIII. ר' אהרן בן יוסף R. AARON fil. JOSEPHI, *Karæus*. Ex illius commentario in Pentateuchum, qvi MS. exstat *Parisiis* in Bibliotheca Regia, & *Oratoriana*, locum affert *Rich. Simon* in *Critica* Prolegomenorum Biblicorum Dupinii Tom. III. p. 93.

CLXXXIV. c. אהרן בן יצחק AARON fil. ISAACI, Computus Arithmeticus, cum valore monetarum, mercium & cambiorum, additis tabulis Arithmeticis MS. in 4. foliorum 221. in Biblioth. Taurinensi, A. I. 22.

CLXXXVII. ר' אהרן מבית לוי R. AARON LEVITA, cujus est ס' החינוך sive liber de 613 præceptis. Non dubito, hunc esse illum librum החינוך qvi inter MSS. Codd. *Bourdelotianos*, hodie Regios, in fol. Parisiis exstitit. Illorum index MS. in Bibliotheca Regia codice 10540 obvius

obvius ita habet : *Commentarius in V. libros Mosis : Auctor ejus multa prodit, quæ Rabbinorum juniorum dogmatibus minime conveniunt, verguntqve ad Christianorum religionem. Liber tam rarus, quam curiosus.*

ר׳ אהרן מרגליתא R. AARON MARGALITHA. CLXXXIX.

Hunc vult Cl. *Christianus Falsterus*, qvando in Amœnitatibus Philologicis Vol. I. pag. 212. commemorat Ex-Judæum, qvi à Judæis primum ad Reformatos digressus & Antiqvitates Hebraicas Francofurti ad Viadrum professus, deinde ad Lutheranos divagatus, de his sibi præsens, tanqvam ab iis desertus & inops, conqvestus sit, & nihil sibi superesse dixerit, qvam ut ad Judæos suos redeat. Idem Vol. II. p. 87. testatur, eundem sibi *Nucleum Doctrinæ Christianæ*, sua manu scriptum, donasse. Non ita pridem intellexi, eum ante aliqvot annos *Hafniæ* in ergastulo severiori obiisse, in qvod, annitente *Christiano Wormio*, Seelandiæ hodie Episcopo meritissimo, ex merito ideo fuerit conjectus, qvod scheda qvadam MS. Judæis se obtulerat novum superstitionis Judaicæ asseclam. Scilicet nunqvam ego hominis hujus, sæpe mihi visi, fidei multum tribui. Ea erat illius ambitio, fervensqve & sui plena animi indoles, ut omnia potius alia, qvam CHRISTVM, spectare videretur.

ר׳ אהרן הלוי R. AARON HALLEVI. CXC.

חדושים על כתובות *Novæ observationes in Cetuvoth* ex MS. editæ per R. Joseph קראשביק qvi alias vocatur R. *Joseph Rakob* ראקוב *Pragæ* 492. C. 1732. fol. pp. 59 apud nepotes Judæ Bak, cum licentia Superiorum.

אהרן בן משה אשר AARON fil. MOSCHE CXCIII.

Ascher. Eum accentus, ab Arabibus acceptos, primum textui Hebraico subjecisse statuit *Henninius.* Vide *Pet. Bali* Nova Reipubl. Literariæ an. 1684. p. 898.

ר׳ אהרן בן משה מאיר R. AARON fil. MO- CXCIII. b.

SCHE MEIR. Libellus ejus, טהרת אהרן inscriptus, ita comparatus est, ut verba libri עיטור R. *Isaac bar Abba*, ad artem nervos ex mactatis animalibus educendi hebraice exhibita, commentariolo itidem Hebraico illustret usque ad pag. 22. b. Hinc deinceps usque ad pag. 25. seu libelli finem, legitur brevis institutio ejusdem artis lingva Judæo-Germanica. Libellus hic in membrana elegantissime scriptus, & ab auctore donatus, exstat in Bibliotheca Oppenheimeri.

CXCVII. b. ר׳ אהרן עבאש R. AARON ABHAS, idem est cum eo, de qvo Vol. III. n. 175. c.

אוריאל אקוסטא VRIEL ACOSTA, cujus commentationem MS. de mortalitate animæ Vol. III. p. 83. commemoravi. Hanc ille, postqvam a *Samuele de Sylva* jam confutata erat, in lucem edidit *Amstelod.* 384. C. 1624. 8., sub titulo: *Examen das tradiçoens Phariseas conferidas con à Ley escrita por Vriel Jurista Hebreo, com reposta à hum Semuel da Silva, seu falso Calumniador.* Vidi illum ita memoratum in Catalogo librorum R. *Davidis Nunnez Torres* pag. 33. n. 76. Notandum hic est, auctorem diserte vocari *Vrielem Juristam*, qvam in rem vide qvæ scripta sunt Vol. I. p. 131. 132. ubi nonnulla ex his possunt emendari.

CCIV. אויקליד EVCLIDES. Opera ejus ex idiomate Turcico hebraice per *Mosen* fil. *Samuelis*, filii *Jebuda ben Tibbon* A. M. 5030. C. 1270. conversa MSS. in 4. fol. 258. cum figuris & notis marginalibus occurrunt in Bibliotheca Taurinensi, num. A. I. 18. Ibidem A. I. 19. in fol. foliorum 198. Euclides de punctis & lineis cum figuris & notis marginalibus ab eodem *Mose Tibbonide* hebr. Tarascone in Hispania eodem anno translatus deprehenditur.

Ibidem A. I. 20. Euclidis opera in 4. foliorum 91. cum figuris ab Emanuele fil. Jacobi A. M. 5106. C. 1346. exscripta leguntur.

CCIV. b. אור שרגא פייבל OR SCHARGA PHEIBEL, fil. *Jebuda Lebh*, cujus est אור נגה *lux jubaris* ex *Proverb.* IV. 18. h. e. expositio Codicis Talmudici *Maccoth*, qvæ fere allegatione librorum qvorundam, qvi eo conferri possint, continetur, cum ipso illo tractatu edita *Amstelod.* 483. C. 1723. 8.

CCX. ר׳ אחאי R. ACHAI. שאלתות Responsa MSS. in 4. codice chartaceo tres digitos lato in Bibliotheca Oppenheimeri. Initium hoc est: שאלתא דמחייבים דבית ישראל

CCXI. b. איגידיאוס רומאנוס ÆGIDIVS ROMANVS, cujus liber de *Institutione Principum* Latine scriptus, Hebraice conversus exstat. Vide, qvæ de ipso scripsi Vol. III. num. CDLIX. inter *Anonymos*, titulo: הנהגת המלכים pag. 1207. ubi annus editionis Venetæ 1598. permutandus est cum an. 1498. Eo enim curata est a Simone Bevilaqva

Papiense,

Papienſe, d. 9. menſis Julii in fol. Enarrat eam uberius Theophilus Sincerus in Nachrichten von alten und raren Büchern Sect. II. p. 82.

ר׳ אייזק טירנה R. ISAAC TIRNA. Liber מִנְהָגִים CCXIV.
ſive *ritualis* prodiit qvoqve *Amſtelod.* 473. C. 1713. 4. apud Salomonem Proops.

איפוקראט HIPPOCRATES. Aphorismi *Hippocratis*, CCXV.
cum *Galeni* expoſitione MSS. in Biblioth. Taurinenſi A. 5. 37. in fol. foliorum 202. exſtant, additis notis Hebraicis Latinis. Catalogus MS. teſtatur, interpretem eſſe *Aſechac Iſraelitam* i. e. *Iſaacum Iſraelitam.* Confer Vol. I. p. 667. ubi monui, commentarium Galeni in Hippocratem ab Iſaaco hoc hebr. converſum ex parte MS. exſtare in Bibliothec. Vatican.

ר׳ אייצק אויארבך R. ISAAC AVERBACH. CCXVI. b.
שוּתָא דִינוֹקָא ſeu *Kinderſprach*, qvi libellus lingva Judæo-Germanica ſcriptus continet prima Lingvæ Hebraicæ elementa, *Furthi* 485. 8. foliis 21.

Ejusdem בְּאֵר רְחוֹבוֹת *fons platearum*, i. e. פֵּירוּשׁ עַל דִּקְדּוּקֵי רשׁ״י ſeu expoſitio commentarii *Raſchii* in Legem, qvod ad illa loca, qvæ ex Grammatica illuſtrari poſſunt. Hic verbis *Raſchii* ſubjectam videbis expoſitionem noſtri longiorem. Prodiit *Sulsbaci* 490. C. 1730. foliis 59. apud Salman f. Aaron.

ארנסט מקסימיליאן בורג ERNESTVS CCXVI. c.
MAXIMILIANVS BORG, Ex-Judæus, in Haſſia natus, & *Vratislaviæ* baptiſatus, poſtqvam ex *Jeſaiæ* LIII. de veritate religionis Chriſtianæ eſſet convictus. Libellus ejus vernaculus de *doctrina Chriſtiana Moſi & Prophetis ſuperſtructa* recuſus eſt *Sedini* 1727. 4. plagulis tribus. Sub finem accedit inſtructio de formula jurisjurandi Judæis præſcribenda, qvæ in eo conſiſtit, ut juraturus manus imponat non Pentateucho impreſſo, ſed libro legis accurate ſcripto, qvem Judæi ס׳ תורה כשר appellare conſueverunt.

ארנסט קריסטיאן צרווּשי ERNESTVS CCXVII. b.
CHRISTIANVS ZARVOSSI. Eum *celebrem* apud Altorfinos *proſelytum* appel-

ſatus, qvod immemor impietatis fatetur in libello, cui titulus: Myſterium novum. *Qvanqvam forte id a nemine hactenus, præfiſcine dixerim, adverſum fuerit ita, ut publicis traditum ſit chartis. Annon vero hæc perfidia plusquam Punica? Nihil veri, nihil ſancti in iſto nebulone fuit unqvam, nullus Dei metus, nullum jusjurandum, nulla religio. Accipite vero, qvem impius ac impurus ſanctæ fidei noſtræ hoſtis nactus fuerit finem. Conſtanti qvippe narratur fama, eum, Pragæ in publicarum ſordium colluvie deſidentem, ſceleratam efflaſſe animam, & ſemianimem, cum Judæi Sabbato ex ſua Synagoga domum reverterentur, tranſeuntes interrogaſſe: qvænam hodie Paraſcha pro concione eſſet recitata; cum regeſſiſſent, eam, qvam vocant,* אִם בְּחֻקֹּתַי *præcedentem voculam, ut erat vulgo in Cabbala magnus Pan, per eam ſpeciem, qvam Notarikon appellitant, anima in primoribus labiis jam ſedente, ita expoſuiſſe:*

אומות מבקשים איה משיחכם
אנו משיבים אלהינו מת

i. e. *Gentes qværunt ex nobis: Vbi eſt Meſſias veſter? At nos reſpondemus: Deus noſter eſt mortuus.*

Provocat hic *Omeiſius* ad librum Noſtri, *Myſterium novum.* Accipe titulum ejus integrum ita conceptum, & *Omeiſii* dicta confirmantem. *Myſterium novum*, ein neu herrlich Beweiß auß den Prophetiſchen Schrifften nach der Hebräer Cabala, daß der Nahme JEſus Chriſtus GOttes und Mariä Sohn in den fürnehmſten Propheceiungen von Meſſia verdeckt bedeutet, daß auch er warhaftig ſey der verheiſſene Meſſias. Geſtellet durch Elchanon Paulum von Prag, welcher zuvor bey den Jüden iſt ein fürnehmer Rabi geweſen und geheiſſen Rabi Elchanon, ſich aber in dem Nahmen JEſu Chriſti tauffen laſſen im wahren Chriſtlichen Glauben, in Polen in der Stadt Chelm im Jahr 1568. ſamt einer ernſten Vermahnung des Auctoris an alle Jüden. Prodiit Helmſtad. apud Jac. Lucium an. 1580. 8. plagulis 6½. Præmittuntur libello verſus Hebraici 139. qvorum ſinguli ſingulas alphabeti Hebraici literas ita repræſentant, ut literæ initiales, ſecum invicem in una ſerie conjunctæ, per acroſtichidem nomen auctoris *R. Elchanon ben R. Menachem* &c. cum conditione ejus priſtina, anno item & loco, qvo ſcripti ſunt, &c. exhibeant. Tractatus ipſe ita inſtructus eſt, ut ex locis Vet. Teſt. variis nomen *Meſſiæ*, interdum etiam *Mariæ* Virginis, per tres Cabbalæ ſpecies, *Gematria*, *Notarikon* & *Raſche Tevoth* eruatur. *Inventum hoc ad Chriſtianam religionem proſtituendam potius, qvam corroborandam accommodatum* judicat Rev. *Reimmannus* in Catalogo Bibliothecæ Syſtematico-Critico

Fffff Part.

Part. I. p. 514. Recte qvidem, si rem ipsam spectes; at excusatius, si Judæorum, qvi hujusmodi argumentis uti freqventer, atqve adeo interdum duci solent, indoles respiciatur. Ibidem titulus Latine ita affertur: *R. Elchanon Paul Mysterium novum, h.e. Demonstratio Cabbalistica, nomen Jesu & Mariæ in præcipuis V. T. prophetiis contineri.* Helmstad. 1580. Ex eo collegeris, libellum hunc etiam Latine eodem anno editum esse, cum alias Vir doctus titulos ea lingva, qva libri ipsi scripti sunt, exprimere soleat. Duplex ego habeo libelli hujus, Germanice exarati, exemplum: confer, qvæ infra dicentur ad num. 1812.

CCXXV.b. אלחנן הענלה בן בנימין ELCHANAN HENLA fil. BENJAMIN *Wolf Kirchhahn* (קירכהן)

חֵלֶק ב׳ חִדּוּשִׁים Pars II. novarum observationum in varia loca Scripturæ Sacræ, *Offenbaci* 491. C. 1731. 8. foliis 40. apud Israel ben Mosche. Pars I. ibidem an. 482. C. 1722. 8. pp. 40. lucem viderat sub titulo חִדּוּשִׁים מִסֵּפֶר אֶלְחָנָן *Novæ observationes ex libro Elchananis*, ubi exhibentur observationes in loca Scripturæ inde à Genesi usque ad 1 Reg. I, 2. Eidem tribuerim חלק שֵׁנִי ס׳ שִׂמְחַת הַנֶּפֶשׁ *Partem II. libri Simchath hannephesch*, qvæ exhibet cantica rhythmica dialecto Judæo-Germanica & notis Musicis nostratibus, secundum qvas cantari debeant, instructa, Furthi 487. A. 1727. 4. foliis 22. apud Bonfed Schneior. Auctor qvidem in titulo simpliciter vocatur ר׳ הענלה קירכהן Neqve tamen hoc puto à pleniori illo distinctum.

CCXXVIII. אלי ישמעלי seu rectius, עלי ALI ISMAELITA.

אִגֶּרֶת מִנְהַג חֲסִידִים MS. in Biblioth. Senatoria Lipsiensi non est ex Wagenseilianis, sed aliunde redemta. B. *Christianus Wagnerus* in limine illius exempli Latinam ejus versionem sua scribentis manu pollicetur. Liber non est in 4. sed in forma octavi ordinis oblonga.

CCXXX. אלי אבן רגל ALI IBN RAGEL.

Pars IV. Astronomiæ ejus Lusitanice, sed literis hebraicis manu descripta exstat in Bodlejana inter Codices Laudanos B. 137. fol. Initium hoc est: אין או נומי די דיוש אמן · אקי קמיסא אקורטא פרטי דא Finis vero hic: אקי שי קנפרי אי ליברו קונפרידו אש איו אוש גיאיזוש דש איסטריליאש אנקי קופוש אבולחסין עלי פיליו די אבן ראגיאל:

אי

אי דיוש שיגא לאיברוא אנראססידו אמן : תם ונשלם · שבח
לבורא עולם · על יד יוסף בר׳ גדליה . פרנקו יום ששי חודש
אלול שנת עֿא לפרט In acceptis hæc fero Cl. *Gagnerio.*

אליהו ELIAS, Judæus, cujus traditio de ſex mundi millenariis celebratur, de qva lege qvos excitat *Thomas Crenius* Faſce II. Diſſertatt. Philolog. pag. 207. & ad Tom. II. Theſauri librorum p. 241. CCXXXII.

ר׳ אליהו בן אברהם הלוי R. ELIAS ben ABRAHAM, *Levita*, qvi alias ſimpliciter vocatur R. Elias איטינגן *Oettingenſis.* Hujus *Toſephoth* in Codicem Talmudicum *Horajoth* prodierunt cum ipſo illo tractatu *Amſtelod.* 487. C. 1727. 8. edito. CCXXXVI.

ר׳ אליהו אשכנזי R. ELIAS GERMANVS, cum qvo *Hugo Broughtonus* an. 1589. in Synagoga Francofurtenſi publice diſputavit, eumqve ad amplectendam Chriſti doctrinam pronum deprehendit, ceu ipſe teſtatur in Operibus, Anglice editis, Tom. III. p. 617. Idem p. 629. — 649. ſumma capita diſputationis refert, qvam idem cum eo *Baſileæ* habuit. CCXXXVI. c.

ר׳ אליהו גליפפא R. ELIAS GALEPPA, Judæus CPolitanus. יְדֵי אֵלִיָּהוּ *manus Eliæ*, commentarius ſuper omnia inſtituta ex *Maimonidæ* Jad chaſaka, CPoli 488. C. 1728. fol. ceu ex Judæi epiſtola mihi conſtat. Confer Vol. III. num. 606. *Chajim Galepapa*, ibiqve lege *Chajim Galeppa.* CCXXXVIII. b.

ר׳ אליהו בן חיים מרקיאנו R. ELIAS fil. CHAJIM *Marciano.* Hujus אִגֶּרֶת חֲמוּדוֹת, de qvo Vol. I. MS. exſtat in Biblioth. Taurinenſi A. II. 25. eo volumine, qvod varia τȣ̃ *Sohar*, & Cabbaliſtica alia comprehendit. Vnde non præter rem conficere mihi videor, & hanc epiſtolam ad argumentum Cabbaliſticum pertinere. CCXLIII.

ר׳ אליהו כהן R. ELIAS COHEN, incola Smyrnenſis. CCXLVII. d.

שֵׁבֶט מוּסָר C. 1712. in 4. fol. 165. apud Jonam ben Jacob, oriundum ex זלאזיץ in tractu Leopolitano. Liber eſt moralis ad peccatores convertendos relatus. Conſtat capitibus 52. Accedit in fine concio de pœnitentia foliorum 47.

CCXLIX. ר׳ אליהו הלוי R. ELIAS LEVITA, Germanus. *Bartoloccius* eum patria *Romanum*, & à familia tantum *Germanum* dictum fuisse false contendit, qvod p. 97. docuimus. Lege contra eum recte disputantem *Baratum* i. e. *Rich. Simonem* in *Nova Bibliotheca Selecta* Tom. I. cap. 20.

Liber בָּבָא, de qvo pag. 99. seorsim prodiit *Wilmersdorfii* anno 484. C. 1724. 8. apud Hirsch fil. Chajim, Furthensem.

Librum מָסוֹרֶת הַמָּסוֹרֶת notis suis illustratum & Latine à se conversum pollicetur Cl. *Jo. Frider. Cotta* in Exercitat. de origine Masoræ pag. 4. not. *b*. Præfationes vero, qvibus ipse Elias opus hoc instruxit, cum Latina versione & notis daturum se recepit Cl. *David Frider. Megerlinus*, Rector Montisbelligard. sub titulo: *Reliqviæ Masoræ sepultæ*. Vide Relationes Tubingenses vernaculas de Novis Literariis, Parte VI. p. 276.

Ejusdem תִּשְׁבִּי seu *Lexicon* MS. olim *Uffenbachianum*, nunc meum, codice chartaceo formæ duodecimæ foliorum 73. continetur. Conf. Bibliothec. MS. compendiariam Uffenbachianam p. 41. n. 188.

CCXLIX.C. ר׳ אליהו הלוי R. ELIAS LEVITA, Rabbinus CPolitanus. קול בֶּן לֵוִי *vox filii Levi*, CPoli an. 491. C. 1731. fol. apud Jonam ben Jacob. Hoc volumine continentur חדושים i. e. observationes novæ in Talmud usque ad pag. 28. Hinc seqvuntur qvinqve Responsa usqve ad pag. 75. tum *Deruschim* usqve ad pag. 86. deniqve index Qvæsitorum ad librum *Ceneseth haggedola* R. Chajim Alphandari super *Jore Dea*, foliis decem. Præfatus est R. *Isaac Cohen ben Jehuda*.

CCL. ר׳ אליהו המזרחי R. ELIAS ORIENTALIS. Hujus commentarius in Raschii commentarium cum addita in eundem expositione lucem vidit CPoli 483. C. 1723. fol. Vide infra *Jacob f. Benjamin*.

CCLIV. ר׳ אליהו בן משה ELIAS fil. MOSIS.

In enarratione capitum libri ejus מְנוֹרַת הַמָּאוֹר Vol. I. p. 164. instituta omisi caput IV. qvod dicitur פֶּרֶק הַדִּינִים

CCLIV. C. ר׳ אליהו בן משה R. ELIAS fil. MOSCHE.

ס׳ עִבּוּרוֹנוֹת liber Calendariographicus, qvi MS. in 4. exstat in Biblioth. Oppenheimeri referens annum 346. C. 1586. Nomen *Eliæ* in calce descriptum exstat, precantis, ut ipse cum posteris suis eo uti possit.

ר׳ אליהו

ר׳ אליהו בן ר׳ בנשויה R. ELIAS fil. R. NAN-TOIA, Leodiensis. CCLVI. g.

ס׳ סודי הדעת *liber secretorum sapientiæ* ubi agitur 1) de amore proximi. 2) de misericordia. 3) de modo jejunandi. 4) de catechesi pro filiis. 5) de vita salutis per opera misericordiæ. 6) de paradiso. Exstat MS. in 4. in Biblioth. Augustæ Taurinorum in 4. foliis 62. In fine ponitur A. M. 5140. i. e. C. 1380.

אליהו מקנדיאה ELIAS CRETENSIS. CCLXI.

Vol. I. pag. 168. mentionem feci *Trium qvæstionum* à nostro editarum. Illarum secunda exstat editio *Veneta* anni 1506. qvam ex Bibliotheca Scholæ Crucianæ Dresdensis Rector ejus meritissimus, *Christianus Schœtgenius*, ita mihi descripsit: Qvæstio secunda hic inscribitur de *efficientia* mundi. Et sub finem ejus ponitur in nostra editione hæc admonitio: *Hoc est, qvod visum est mihi Heliæ de Creta hebreo aggregare ex dictis philosophorum fideliter recitatis in hac nobili qvæstione. Et si Deus prolongaverit vitam & bonam fortunam successerit, dicam magis prolixè in istis rebus nobilibus &c. Si qvid tamen dictum sit contrarium legi, non mirum est, qvia tantum intentiones philosophorum secundum fundamenta eorum dicere volui. Scitur enim, qvod via legis, cui magis creditur, alia est a via philosophica. Finis hujus opusculi factus est Venetiis in* 1480. *secundum numerum latinorum.* Succedunt *Annotationes Heliæ Cretensis* in librum de physico auditu super qvibusdam dictis commentatoris (Jo. de Janduno) & aliis rebus ad declarationem & confirmationem demonstrationum Aristotelis & commentatoris in eodem libro. Prima verba harum annotationum sunt fol. 135. 1. *Cum voluerit comes illustris dominus Joannes de Lamirandula habere aliqva, qvæ circa librum physicorum mihi apparent: hoc nullo modo negare potui. Ipse enim vero est virtuosissimus, naturaliter dispositus ad recte philosophandum, imo jam dignissimus existit philosophus: & hæc fuit causa, ut aliqvid de eis scriberem.* Sub finem tamen annotationum hæc leguntur fol. 151. 4. *Hoc opusculum annotatiounum rc. finitum fuit anno latinorum* 1485. *in fine Julii Florentiæ.* In clausula additur de Helia: *qvi & eorundem omnium insuper castigatissimus extitit emendator:* unde colligo, illum eodem anno fuisse Venetiis. fol. 133. 3.

ר׳ אליהו בן שלמה אברהם R. ELIAS fil. *Schelomo Abraham.* CCLXIII. c.

שבט מוסר liber moralis epanorthoticus *Hebraice* recusus est

Wilmersdorfii an. 482. C. 1722. in 4. foliis 121. & *Judæo-German.* ibidem 486. C. 1726. 4. foliis 99.

CCLXXI. ר׳ אליעזר בן הורקנוס R. ELIESER fil. HYRCANI.

Supra Vol. I. p. 172. n. 271. l. 12. scripsi *depressurus.* Legendum vero est, ceu series sermonis ostendit, *elevaturus.*

CCLXXXIII. ר׳ אליעזר בן יעקב R. ELIESER fil. JACOBI.

Hujus libellum de computo Astronomico, sive ס׳ עברונות MS. nunc ex Uffenbachianis possideo. Vide Biblioth. Uffenbachianam compendiariam MS. p. 28. n. 143.

CC LXXXVIII. ר׳ אליעזר ליברמן R. ELIESER LIEBERMAN

מַעֲנֵה לָשׁוֹן *Amstelod.* apud Sal. Props recusum est prima vice 459. C. 1699. hinc 465. C. 1705. ac tertium 475. C. 1715. 8. Cum versione *Judæo-Germanica* maxima ex parte *Dyrenfurti* 478. C. 1718. 8. qvemadmodum totus libellus, eadem dialecto conversus, lucem vidit Amstelodami cum textu Hebraico, & seorsim qvoqve sine illo textu prodiit Amstelod. 483. C. 1723. 8. apud Salom. Props.

CCXCIII. ר׳ אליעזר בן נפתלי R. ELIESER fil. NAPHTHALI

תַּפּוּחֵי זָהָב *Furthi* qvoqve lucem vidit 486. C. 1726. 8.

CCXCIV.d. ר׳ אליעזר הקטן R. ELIESER *Parvus.*

Hujus *Deflorationes* à *Jacobo Gaffarello* Parisiis 1651. editas esse testatur *Paulus Colomesius* in Italia Orientali non ita pridem à me edita p. 16. in nota marginali.

CCXCVIII. ר׳ אליעזר בן שאנגי R. ELIESER ben NISSIM *ben* SCHANGI, דָּת וְדִין *lex & judicium*, Esther I. 13. qvo libro loco qvædam Pentateuchi illustrantur, & præterea Qvæsita & Responsa exhibentur, CPoli 486. C. 1726. fol. pp. 78. apud Jonam ben Jacob.

CCC. ר׳ אליקים בן יעקב R. ELIIAKIM fil. JACOBI

מְלַמֵּד שִׂיח recusum est *Furthi* 486. C. 1726. 12. pp. 149. & *Amstelodami* eodem anno una cum Pentateucho cum commentario *Raschii* per Salom. Props in 4. edito.

CCC. b. ר׳ אלישע בן אברהם R. ELISCHA ben ABRAHAM.

Varia

Varia ex libro ejus מָגֵן דָּוִד manu descripta ex Bibliotheca Vffenbachiana accepi. Confer. Biblioth. Vffenbachianam compendiariam MS. p. 48. n. 215.

ר׳ אלכסנדר בן משה עטהויזן R. ALEXANDER fil. MOSIS, *Ethusanus*. Liber ejus בֵּית יִשְׂרָאֵל lingva Judæo vernacula scriptus, duabus constat partibus, qvarum prior hoc titulo proprie venit, posterior vero בֵּית הַבְּחִירָה seu *domus selecta* vocatur. Prior illa perseqvitur historiam populi Judaici, ita ut Sect. I. exponat de *Abrahamo*, *Isaaco* & *Jacobo* II. de commoratione populi Israelitici in Ægypto. III. de commoratione eorum in deserto usqve ad occupatam Terram Sanctam. IV. de tempore & rebus gestis Judicum usqve ad Saulum Regem. V. de Regibus Judæ & Israelis. VI. de captivitate Babylonica. VII. de Viris Synagogæ Magnæ. VIII. de Assamonæorum familia. IX. de eorundem imperio. X. de Regibus ex familia Herodis. Pars posterior capitibus XXIV. commentatur de urbe Hierosolyma & Templo ejus, & utriusqve varia pro temporum diversitate conditione. Auctor in præfatione gloriatur, nihil hujusmodi, qvod qvidem lingva vernacula scriptum sit, adhuc inter suos exstare. CCCVI. b.

אלכסנדר די טראלליס ALEXANDER TRALLENSIS videtur vel Judæus vel Christianus fuisse. Vide *J. Freind* Hist. de la Medicine Part. I. p. 65. a. CCCVI. c.

אלמנצורי ALMANSORI CCCX.

Cave, credas, Auctoris hoc nomen esse. Titulus enim est libri, qvem Auctor ejus *Abbubecher Al-Rasi* adoptavit a Principe *Almansor*, cui illum inscripsit. Id supra jam monui num. XI. Jam confer Catalogum librorum *Golii*, qvi sub hasta venditi sunt Lugduni Batav. 1696. p. 5. num. 12. & p. 7. num. 3. Integrum hoc opus exstat in Bibliotheca Bodlejana inter Codices Marschallianos, n. 376. Pars vero ejusdem continetur Codice alio Marschalliano n. 410. fol. chartaceo à p. 33 ad p. 72. ubi titulus libri appellatur מנצור

Liber IX. *Almansoris* hebraice *Leone Josepho* interprete MS. est in Biblioth. Taurinensi A. I. 30. in fol. Ibidem A. I. 28. in 4. foliorum 250. exstat codex, qvi seqventia *Almansoris* complectitur, teste Catal. MS. 1) indicium variorum remediorum. 2) Portam priorem de membrorum forma & qvalitate Physiognomice consideratis. 3) de vinis, ac eorun-

eorundem qvalitate. 4) de carnibus animalium piſcibusqve & eorundem qvalitate 5) de fructibus & aromatibus, eorumqve qvalitatibus. 6) de tuenda ſalute: 7) de filiis ſervandis. 8) de Medici conditionibus. 9) de remediis morborum. 10) de febribus. In fine *Eſra* fil. *Todros* ait ſe opus hoc Almanſoris an. 5066. C. 1306. ſcripſiſſe pro R. Iſaaco. Is itaqve eſt deſcriptor. In calce ejusd. Vol. exſtat expoſitio votum Almanſoris difficilium.

CCCXVI. ר' אלעזר בן יהודה R. ELEASAR fil. JEHUDA,

Wormatienſis. יורה חטאים recuſus eſt *Offenbaci* 477. C. 1717. 16. plagulis octo, cum aliis opuſculis ſimilibus, nempe *Chibbut hakkebber*, *Teſtamento* R. *Jehudæ Chaſid*, &c. Meminit hujus *Jo. Liron* in Bibliotheca Generali Scriptorum Galliæ lib. I. p. 78. ſub nomine *Heliazer Juif*, & qvidem ex eo, qvod alicubi legerit, *Jo. Picum* in libris ſuis contra Aſtrologos, hujus Eleaſaris, ut Judæi Carnotenſis, *librum de anima* citaſſe. Lironius eum ideo in Seculum XII. refert, qvod eo tempore Judæi multi *Carnoti* vixerint. Referendus autem potius erat ad Seculum XIII. qvod ex Volumine I. Bibliothecæ hujus patet.

CCCXVI. ר' אלעזר בן יהודה R. ELEASAR fil. JEHUDA.

Sub hujus nomine inveni
ס' הקומה ſcriptum Cabbaliſticum paucorum foliorum, manu exaratum, & alteri *Iſaaci Luriæ* commentationi ſub titulo כתבים junctum, in Bibliotheca Oppenheimeriana. Libellum illum præeunte Schabbatæo in שׂ' inter Anonymos Vol. II. n. 636. attuli.

CCCXVI.b. אלעזר בר ישי ELEASAR fil. JISCHAI, Ex Judæus, inter Anglos. Ejus *brief* compendium *of the vain hopes of Jews Meſſias* tanqvam Londini 1652. 4. editum in Catalogo Biblioth. *Anton. Collinſii* Tom. I. p. 81. video afferri.

CCCXXII. אלפונסו ALPHONSUS.

De eo notandum eſt *Pauli Burgenſis* in Scrutinio Scripturarum Parte II. Diſtinct. VI. cap. XIV. p. 433. teſtimonium. *Fuit etiam*, inqvit *in hac regione tempore Regis Alphonſi X. qvi in LX. anno ætatis ſuæ vere fidem Chriſti & ſacrum baptiſmum ſuſcepit. Et conſeqventer, cum eſſet Sacriſta Eccleſiæ Valliſoletanenſis, pulchra opuſcula ad confirmationem fidei & confutationem Judaicæ perfidiæ edidit, qvorum translationes in vulgari in domo Prædicatorum Valliſoletanenſi hodie reperiri*

reperiri possunt. Idem p. 525. Magistri Alphonsi Vallisoletani librum *de Bellis Domini* c. 27. allegat, in qvo mirabilem crucis in vestibus Judæorum apparitionem recitet.

אלצרבי ALZARABI.

Codex MS. *Laudanus* n. 167. fol. de qvo Vol. I. ita describitur à Cl. *Gagnerio* in Enarratione MSS. Hebraicorum Bodlejanorum, qvam manu exaratam mecum benevole communicavit: Est partim membranacus, partim chartaceus; intus vocatur *Alzaharu*, alias *Al-zahravi.* Liber dividitur in *Maamarim*, seu Tractatus, in qvorum singulis XIV sunt capita. Parte I. agitur de Medicina Theorica. II. de Practica. Paginæ secundæ titulus est : ס׳ החפץ שלם אמר משלם בן יונה In præfatione Interpres auctorem vocat אל צהראוי laudatqve ab insigni Medicinæ peritia. Titulum operi Auctorem ait fecisse כתאב אל תצריף se vero eum mutasse : ואני מפני שחשיבותו ומעלתו ותכלית שלימותו מכל ספרי קדר הנמצאים אתנו היום העירוני לבי להעתיקו מלשון קדר ללשון הקודש יען כי הוא צריך ונאות לכל המבקש למצא דברי חפץ ולא אשנה דבר ולא אחדש רק השם וקראתיו החפץ השלם : In fine Codicis fol. 214. hæc leguntur : נשלם מאמר. יצחק כ״ה וכזה השער תשיעי ישלמו חלוקי החליים הכוללים הגוף : Seqvitur index generalis morborum, qvi afficiunt membra corporis specialia. Deest volumen Operis alterum. Verborum Interpretis Hebraicorum sensus hic est; se ob præstantiam & *perfectionem* operis hujus, cui simile inter Scriptores Arabicos non exstet, illud Hebraice convertisse, ideo inprimis, qvod opus eo sit omni, qvi *desiderabilia* qværat, nihilqve in eo præter titulum mutasse, qvem fecerit : החפץ השלם Videri poterat ex Ps. XXXV. 27. חָפֵץ שְׁלוֹם *desiderans pacem*, qva ratione converti Vol. I. Jam autem fere crediderim, ad illum Psalmi locum allusum qvidem esse more Judæis familiari, sed ita tamen, ut aliter & legi & explicari debeat. Legendum putem, הֶחָפֵץ הַשָּׁלֵם *desiderans perfectum.* Ita ut statuam, has habeo rationes. Primum in allatis verbis bis titulus exprimitur per החפץ השלם ubi posterior vox per שְׁלוֹם exprimi debebat, si *pax* indicanda fuisset. Deinde veri est similius per שָׁלֵם ad *perfectionem* operis, qvam Interpres antea prædicaverat, respici. Deniqve idem ad nomen suum מְשֻׁלָּם omnino allusit.

CCC XXVII.

Idem opus Medicum integrum ex alia versione Hebraica *Isaaci Dertosiensis* duobus in fol. voluminibus chartaceis, formæ grandioris, literis admodum impeditis & implexis, exstat in Bodlejana inter Codices *Huntingtonianos* num. I. & II. In folio primo manu recentiore Hebraicis literis docetur, auctorem hujus operis partim ex propria experientia, partim ex operibus *Rasis* ista collegisse, qvæ merito pro *Thesauro Medicinæ* habeantur. Interpretis nomen ibidem exprimitur per יצחק הטרטוסי qvod plenius & rectius in limine præfationis ipsius Interpretis effertur ita : נאם שם טוב בר׳ יצחק ז״ל המכונה בני הטורטוסי i. e. *dicit R. Schem Tov, fil. R. Isaac p. m. cognomine ex filiis Dertosanis.* In illa disserit Auctor de prævia Planetarum cognitione, Medico necessaria, per duo folia cum dimidio. Totum Opus constat Tractatibus XXX. In hoc vero exemplo deest Tractatus XXX. qvi exstat in Codice Laudano 167. modo enarrato, isqve vel ab Interprete neglectus est, vel ob molem suam in aliud Volumen servatus. Titulus ejus in exemplari Laudano est : בִּמְלֶאכֶת הַיָּדַיִם *de operatione manuum*, i. e. Chirurgia. In fine operis codex dicitur exaratus A. M. 5019. C. 1269. Debeo hæc ejusdem Cl. *Gagnerii* indicio, qvi & præterea monet, inter versionem Hebraicam, qvæ est in Codice *Laudano*, & illam, qvæ exstat in *Huntingtoniano*, discrimen intercedere. In rei specimen hæc affert :

Codex Laudanus.	Cod. Huntington.
הכוחות הם שלשה. כח נפשי והתחלתו במוח : וכח חיוני והתחלתו מן קלב. וכוח טביעי והתחלתו בכבד :	הכוחות. שלשה כוחות נפשיות התחילתן מן המוח. והחיוניות והתחילתן מן קלב. והטבעיות התחילתן מן כבד ;

CCCXXX. ר׳ אלקנה בן ירוחם R. ELKANA fil. JERVCHAM.

ס׳ הַפְּלִיאָה MS. iterum exstat in Bodlejana inter Codices *Huntingtonianos* n. 4. in fol. chartac. Titulus in Catalogo MSS. Angliæ edito hic est ; *Liber Cabbalisticus in S. Biblia, auctore.* R. Nachum. Atqve hic petitus est ex ipsius Codicis limine, in qvo hæc leguntur : זה הספר לר׳ נחום בחכמת הקבלה.

Incipit vero ita : בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ. לב כנגד לב אותיות. כשעלה משה ועת בהר סיני להוריד תורה לישראל שאל ממטטרון מה הוא בראשית ברא אלהים. אמר לו תורה רשומה נקרא ראשית והוא האצילה הבינה הנקר׳ אלה.

Volu-

Volumen est qvinqve digitos latum, & universam Cabbalæ doctrinam continet cum multis schematibus Cabbalisticis. In fine dicitur: תם פרשת בראשית Cl. *Gaguerius*, cui hæc debeo, testatur, eundem esse hunc Codicem cum Huntingtoniano altero n. 551. Addit qvoqve, ejusdem exemplum exstare apud Illustrem *Harley*, Comitem Oxoniensem, qvod scriptum sit *Segoviæ* A. C. 1415. per *Isaacum fil. Mosis*.

Liber הַקָּנָה de qvo p. 117. laudatur à *Isaaco Luria* in *Schulchan Aruch* fol. 53. a. l. 5. ut ס' עמוק מאד *liber valde profundus*, qvi non ab omnibus intelligi possit.

קָנֶה בִינָה *Pragæ* non 1610. sed 1615. lucem vidit.

אנגלוס ANGELUS *Hierosolymitanus*, Ex Judæus, de qvo Vol. I. ubi, qvæ ex *Imbonato* attuli, in *Gesneri* Bibliotheca p. 42. b. fusius exponuntur. Compara *Thomæ Crenii* præfat. ad *Angeli Caninii* Hellenismum p. 36. CCC XXXIII.

אנטוניאוס מרגריתא ANTONIUS MARGARITA. CCCXXXV.
Liber ejus de religione & ritibus hodiernorum Judæorum prodiit etiam *Neostadii* 1617. 4. una cum *Joh. Hombergii* Tractatu de Politia Judaica, qvod didici ex Catalogo Biblioth. Vockerodtianæ, Part. I. p. 235. n. 34. Confer de eodem Catalogum Bibliothecæ Reimmannianæ II. p. 921.

ר' אסף R. ASAPH, Hebræus, cujus de qvatuor Elementis & Cosmographia, item de rerum proprietatibus librum ut MS. in Bibliotheca Regia Parisiensi memorat *Labbeus* in Nova Bibliotheca MSS. p. 275. qvis sit, nondum habeo perspectum. CCC XXXIX. b.

אבן אפרים IBN EPHRAJIM.

Possideo ejus tractatum in charta exaratum in 4. foliis 19, sed folio primo ex parte mutilum. Initium ejus est: אמר אבן אפרים מארץ מודינה *Dicit* Ibn Ephraim, *oriundus ex regione Mutinensi.* Addit ibidem, se anno 5241. C. 1481. Aprutii in regno Neapolitano versatum esse. Exponit is in universum de calamitate piorum, & impiorum in hac vita felicitate, totaqve scriptio satis elegans eo videtur spectare, ut Judæi, illa ætate ex Hispania exsules, solatio qvodam recreentur. Finis est: יתברך החונן דעת ונבוא אל השיר שהבטחנו הנאות בסיגע המקום: Hinc seqvitur carmen rhythmicum. CCC XLII. d.

ר' אפרים לונשיץ EPHRAIM LUNDSCHUTZ. CCCXLVI.

כְּלִי יָקָר ex editione *Amstelod.* non an. 463. C. 1703. sed 469. C. 1709. fol.

fol. prodiit : qvemadmodum שללות אפרים *Amstelod.* non 408. sed 470. C. 1710. apud *Proopsium* lucem vidit.

ארחימידיס ARCHIMEDES Vid. paulo post ארקימידיס

CCCLI. ארטוס הוב ARTVS HOF.

De fabulis in hac narratione occurrentibus lege *Bibliothequе Angloise* Tomo VII. p. 182. sq.

CCCLI.b.b. ארטיפיאוס ARTEPHIVS, pro Ex Judæo venditatur in libro vernaculo : Fegfeuer der Chymisten p. 12. ibiqve scriptio ejus Chymica, satis nota, à perspicuitate laudatur & incomparabilis appellatur, vita vero ejus longior in dubium vocatur.

CCCLI. b. ר׳ אריה ליב R. ARJE LEBH.

לקוטי מאור MS. apud me ex Vffenbachianis. Vide Biblioth. MS. compendiariam Vffenbachianam p. 27. n. 142. Codex est chartaceus, formæ qvartæ & foliorum 63. docens artem accurate supputandi investigandiqve Novilunia.

CCCLII. f. ר׳ אריה ליב בן חיים R. ARIE *Lebb ben* CHAJIM, Chasan seu præcentor Synagogæ Posnensis, de qvo Vol. III. ס׳ יִרְאָה *liber timoris*, Berolini 484. C. 1714. 8. pp. 36. apud Nathan Neumarck. Continentur eo 1) פירושי מאמרי זהר (2 מִדְרַשׁ כֹּהֵן expositio locorum qvorundam Sohar, & 3) ס׳ מוסר libellus moralis. Vltimus hic, secundum septem dies hebdomadis dispositus, ex MS. Anonymi editus est. Secundus vero auctorem habet R. *Arie Lebb* פרילוק (*Frilock*)

CCCLII. f. ר׳ אריה לבי פרילוק R. ARIE LEBH FRILOCK.

Vide paulo ante num. 352. f.

CCCLVI. אריסטוטליס ARISTOTELES.

Liber *de Generatione & Corruptione*, de qvo p. 136. Accepi ex libris Schultingianis codicem MS. 4. in charta Turcica, sub titulo : ס׳ ההויה והפסד מפרש במשך אחר דעת החכם ..... הולך על דרך השאלות להחכם וירטורו i. e. *liber de generatione & corruptione explicatus, continuatus ex sententia Sapientis .... & dispositus per qvæstiones à Sapiente* Virturo. Nomen, qvod post vocem החכם exstare debebat, de industria, manu, nescio cujus, erat deletum : ex ductibus tamen obscurioribus adhuc superstitibus

ſtitibus אריסטו i. e. *Ariſtotelis* nomen elicere mihi poſſe videbar. Diſtinctus libellus eſt in duos tractatus, qvorum prior 19, poſterior 13. qvæſtionibus & reſponſionibus abſolvitur. Seqvitur in eodem volumine liber alius, qvi exponit *de anima* itidem methodo erotematica, una cum alio *de facultatibus animæ* ex ſententia *Thomæ Aqvinatis*. Confer Catalogum *Schultingianum* inter libros Hebraicos p. 3. n. 20. ubi tamen hic Codex minus recte deſcribitur. Qvis ſit ille וירטורו *Virturo* ſeu *Verturo*, adhuc extricare non potui: neqve res tanti eſt.

Ejusdem, vel potius Averrois, *Logica & Topica* MSS. exſtant hebr. in Biblioth. Taurinenſi A. V. 33. in 4. foliorum 121. Interprete Clemente filio Clementis filii R. Meir, qvi hanc operam abſolvit an. 5074. C. 1314. deſcribente poſtea Nathanaele fil. Matathiæ an. 5197. C. 1437.

Ejusdem expoſitio *Ethicorum ad Nicomachum* hebr. per R. *Joſephum fil. Schem Tov*, ibid. A. V. 32. in 4. fol. 187.

Ejusd. de *Bono perfecto* MS. ibid. A. V. 12. fol. una cum pluribus aliis, inter qvæ ſunt *Ariſtotelis Metaphyſica* cum expoſitione Averrois, ex verſione Zerachiæ fil. Iſaaci Barcinonenſis; item libri de Cœlo & Mundo. In calce libri de *Bono perfecto* monetur, illum non videri profectum ab Ariſtotele, ſed à R. *Zerachja* fil. *Iſaaci*, qvi ex Arabico tranſtulerit.

ארנלדוס די וילה נווה ARNALDUS CCCLV.b.
de VILLA NOVA ſeu *Villanovanus*, Gallus ex Provincia, Doctor *Raymundi Lulli*, A. C. 1363. defunctus, cujus opera varia exſtant uno volumine juncta. *Lugduni* 1560. fol. Vide *Mercklinum*, *Natalis Alexandri* Hiſtor. Eccleſiaſt. Tom. VIII. edit. in fol. p. 102. ſqq. & *Mangeti* Bibliothecam Medicam Tom. II. Parte II. p. 541.

In Codice *Marſchalliano* 347. in 4. exſtat libellus Medicus Hebr. MS. ſub tit. מבוא ארנבאט *Introductio Arnebhath* i. e. *Arnaud* ſeu *Arnaldi Villanovani*. Incipit ita: אני האיש גבריאל· יהי אלהים עמי .... וראיתי
בינות אנשי המדע והעיון הטוב והנאמנים הנוצרים וזה הקצור המורה
על מחשבת זנות מחנק׳ הוא הנודע בשערים בבר נקרא שמו חרש
חכם אנטנאבט די וילדה נובא מעיר חרשדה והעתקתיו כאיש
מלשון נוצרי : Initium eſt : אמרה כלל לנו אבוקראט בראשון מפרקיו·
לעברי וזהו פתח דבריו : Notitiam hanc in acceptis fero præſtantiſſimo *Jo. Gagnerio*. Fortaſſe illa *Introductio* non diverſa eſt ab *Arnaldi* noſtri Breviario

viario

viario Medicinæ, qvod *Mediolani* 1483. fol. lucem vidisse testis est *Peregrinus Antonius Orlandi* de origine & progressu Artis Typographicæ pag. 427.

CCCLVII. ארקימידיס ARCHIMEDES.

De qvodam ejus libro à *Costa Ibn Luca* Hebraice converso scribam infra in supplementis ad num. 1883.

CCCLIX.C. ר׳ אשר אנשיל בן וואלף R. ASCHER ANSCHEL fil. *Wolf*, Wormatiensis, adhuc superstes.

מַפְתֵּחַ הָאַלְגֵּיבְּרָה חֲדָשָׁה i.e. ut titulus Latinus habet, qvi juxta cum Hebræo illo in nonnullis exemplaribus exstat: *Anschelii Wormasii, Rab. Med. & Philos. Candidati Clavis Algebræ novæ*, Pars I. Offenbaci ad Mœn. apud Bonaventuram de Launoy, 1721. 8. pp. 40. Præmissa libello est Dedicatio Latina ad Mosen Löw, Isaac Kan, Rabbinum in Landgraviatu Darmstadensi, supremum Gymnasii Judaici Moeno-Francofurtensis Rectorem.

CCCLXI. ר׳ אשר בן אברהם R. ASCHER fil. ABRAHAM. Forsan hic est ille R. *Abraham* fil. *Ascher*, cui commentarius in Aben Esræ commentarium super Legem tribuitur sub titulo: אות נפש, in exemplo meo illius libri MS. chartaceo foliorum 25. in 4. Hanc commentationem ego Vol. I. pag. 728. adscripsi R. *Levi Gersonidæ*, ex fide Catalogi MSS. Angliæ & speciatim Bibl. Bodlejanæ num. 5363. At *Schabbatæus* in *Siphte Jeschenim* ut ἀνώνυμον affert. Nunc non dubito, esse R. *Abrah. ben Ascher*. Sic enim in limine exempli mei, olim Uffenbachiani, lego: ספר אות נפש חברו הפילוסוף ר׳ אשר בן אברהם נע׳ *Liber* Oth Nephesch, *quem composuit Philosophus* R. Ascher fil. Abrahami. Initium ejus sic habet: בראשית· חכמינו אמרו שהבית נוסף כבית בראשונה ואילו היה כן היה הבית קמוצה וטעם בראשית הערב וכו׳ (hactenus verba Aben Esra) ר״ל שאם הבית נוספת משפט הלשון להיותה קמוצה כבית בראשונה׃

Atque ita reliqva paucis perseqvitur Scriptor, ita ut ex nonnullis Paraschis unus tantum alterve locus illustretur, & totus commentarius usqve ad Parascham ultimam percurratur. In calce librarius, non adeo antiqvus, *Simeonem* se vocat, librumqve in usum *Veibsch* bar Juspa, juvenis studiosi, descriptum esse profitetur.

ר׳ אשר

ר׳ אשר R. ASCHER, cujus אָרְחוֹת חַיִּים *semitas vitæ* CCCLXI. b.
Vol. III. pag. 139. attuli. Jam video exstare R. *Ascher* & R. *Immanuelis* literas de unica via vitæ MSS. in Biblioth. Taurinensi in codice illo, qvem infra sub *Jos. Caspi* distinctius enarrabo.

ר׳ אשר בן יחיאל R. ASCHER fil. JECHIEL. CCCLXIII.

ס׳ קִצּוּר פִּסְקֵי הרא״ש inde à *Berachoth* usqve ad tractatum *Nedarim* inclusive MS. exstat inter Codices Laudanos B.n. 152. fol. membranac. qvod intellexi ex Cl. *Jo. Gagnerio*. Confer Vol. II. p. 896. & 908.

Ejusdem *Ascheris* ut & R. *Abrah. ben Dior* nonnulla prodierunt *Pragæ* 485. C. 1725. in 4. majori fol. 49. apud nepotes Judæ Bak, mit Bewilligung der Obrigkeit Continentur hic 1) commentar. הרא״ש f. *Ascheris* super Tract. *Taanit* usqve ad pag. 7. exclusiue & comm. הראב״ד sive *Abraham ben Dior*, super eundem usqve ad fol. 28. 2) *Tosephoth*, הרא״ש super caput משוח מלחמה usqve ad f. 29. & caput עגלה ערופה ad fol. 30. 3) comment. הריטב״א super caput חלק usqve ad f. 33. 4) Comment. & Tosephoth הרא״ש super Tract. הוריה fol. 33-41. 5) comment. ejusdem super Tract. קינים pag. 41. b. -- 45. 6) Ejusdem super מדות fol. 45. b. -- 48. 7) R. *David* super caput IV. מיתות fol. 49. Edidit hoc Volumen, & præfatus est *Salomo f. Jehuda Löw*, Pragensis.

Commentatio nostri super Codicem *Joma* MS. in Bibliothec. Oppenheimeri in 4. majori.

ב

ר׳ בחיי בן אשר R. BECHAI fil. ASCHER. CCC LXXIV.

Commentarium ejus in Pentateuchum *Venetiis* apud *Bombergium* an. רפ״ו i.e. 286. C. 1526. & 1546. typo eleganti & charta munda cum locis Scripturæ in margine annotatis prodiisse scribit Buxtorfius in Biblioth. Rabbinica pag. 321. Ad hæc B. *Jo. Christoph. Wagenseilius* in Supplementis ad eam MSS. ita: *Nescio, an idem typographus bis eundem librum expresserit. Id nisi est, fallit nos Buxtorfius. Nam diserte in titulo legitur:* נדפס בבית דניאל בומבירגי בשנת ש״ו לפ״ק פה ויניציא״ה *Suspicor, in Buxtorfii exemplari*

Plari notæ numericæ שׁ *priorem literam non satis luculenter comparuisse, qvamobrem pro* שׁ֗ *ipse videtur legisse* ר֗פ At aliter hic statuendum est. *Veneta* illa anni 306. C. 1546. Bombergiana omnino exstat, qvam ipse in manibus habeo, qvemadmodum & *Venetam* illa priorem anni 304. C. 1544. apud Corn. Adelkind & *Venetam* tertiam 326. C. 1566. apud Georg. de Cabalis expressam oculis vidi. Illa vero, qvam Buxtorfius *Venetiis* an. 286. C. 1526. ait excusam, *Pisaurensis* procul dubio est, anno 247. C. 1527. per *Gersonem Soncinatem* curata, qvam in Bibliotheca Oppenheimeriana conspexi.

In eadem vidi nuper commentarium nostri Cabbalisticum in Pentateuchum MS. in fol. foliis 15. Is ita incipit: הספר מתחיל בכבוד חכמים כוונתי לב׳ נתיבות חכמה גמטריא כבוד ומסיים גם כן בכוונית ב׳ בראשית לכל ישראל שהם לב נתיבות In fine legis: סליק לך ביאורי בחיי:

כַּד הַקֶּמַח an. 275. C. 1515. *CPoli* editum dixi. Recte, nisi oculus me olim fefellit. At in Catalogo Surenhusiano pag. 92. num. 116. refertur in annum 280. C. 1520. In fine editionis *Lublinensis* anni 356. dicitur impressio ejus absoluta mense Caslev an. 357.

CCCLXXV. ## ר׳ בחיי בן יוסף R. BECHAI fil. JOSEPHI.

חוֹבַת הַלְּבָבוֹת à R. *Bechai* Arabice scriptum, & à *Jehuda Tibbonide* Hebraice conversum esse Vol. II. p. 143. monui. Est vir doctus, qvi hæc ad me perscripsit: *Liber ille à* R. Bechai *non* Arabice *scriptus est, sed versus ex Arabico in* Hebraicum, *nec editio, qvam habemus,* Hebraica *est illa, qvam dedit* Judas ben Tibbon. *Habet enim titulus ita*: Liber חובת הלבבות scriptus a qvodam priscorum Sapientum lingva Arabica, cumqve exstent ejus versiones duæ, hic edita est illa, qvam elaboravit R. Bechai. R. Gedaljæ *argumentum non valet. Nam in præfatione ad* Mòre Nevochim *R. Samuel ben Tibbon ne nominat qvidem τὸν* R. Bechai, *ubi de versione Patris sui loqvitur.* Qvæ illa sit libri editio, ex qva titulum ita affert, exploratam non habeo. Est vero in manibus meis editio *Mantuana* anni 319. 4. cujus titulus ita habet; ס׳ חובת הלבבות מחרב הגדול החסיד רבינו בחיי תדיין ספרדי בר״ יוסף זצ״ל חברו בלשון ערבית· והעתיקו ללשוננו העברית החכם ר׳ יהודה ן׳ תבון: i. e. *Liber* Chovath hallevavoth, *Domini magni, & pii, Magistri nostri* R. Bechai, *Judicis, Hispani, fil.* Josephi. *Confecit illum in lingva Arabica, transtulit vero in lingvam nostram Hebraicam Sapiens* R. Jehuda ben Tibbon. Idem titulus iisdem

iisdem verbis expressus est in editione *Sulsbacensi* anni 451. C. 1691. Mihi qvidem non videtur dubitandum, R. *Bechai* librum Arabice primum scripsisse, cum & illi, qvi codices Arabicos recensent, nomen ejus, ut auctoris, afferant.

Versio ejus *Judæo-Germanica* recusa est *Wilmersdorfii* 486. C. 1726. 4.

Latinam interpretationem promisit Cl. *Jo. Christianus Clodius*, Professor Lipsiensis, in præfatione ad Latinam suam versionem Chronici peregrinantis ex Turcico confectam. Lips. 1731. 4.

Compendium libri, nescio an ab edito diversum, exstat inter Laudanos Bibliothecæ Bodlejanæ B. 59. 4. chartac. Ex enarratione MSS. Bodlejanorum Gagneriana, manu exarata, intelligo, in calce ejus hæc legi: תשלם זה הספר על ידי יוסף ביבי בן כבוד החכם השלם ר׳ שמואל ביבי תנצבה והיתה השלמתו ביום שלישי יד׳ יום לחודש אב שנת הרסט לפרט היצירה במתא מגנאסיא: Hic scriptio illa per R. *Jos. Bibi* fil. R. *Schemuel Bibi* anno 269. C. 1509. absoluta dicitur *Magnesiæ*. Cave, credas, *Josephum* illum compendii hujus esse auctorem. Librarium enim se tantum præstitit, qvi & libellum אזהרות R. *Salomonis Gavirol*, in eodem volumine antecedentem, descripsit.

ביניריקטוס די ספינוסה BENEDICTUS CCCLXXVIII.

de SPINOSA. Obiit is subito *Hagæ* 1677. 21. Februar. ætatis 45. Vide omnino *Niceronis* Memoires des hommes Illustres, Tom. XIII. p. 44.

Tractatus ejus Theologico-Politicus sub titulo: *la Clef du Sanctuaire* Leidæ 1678. 12. pp. 531. non computatis Indicis paginis, prodiit. Postea seqvuntur Remarqves curieuses & necessaires pour l'intelligence de ce livre, paginis 30. qvas calamo descriptas servo. Vide de iis Rev. *Reimanni* Introduct. in Historiam Theologiæ Judaicæ pag. 645, qvi & p. 1029. ex epistola Viri docti Gallica docet, interpretem ejus esse *Lucam*, Medicum qvondam Hagiensem, de qvo paulo post plura dicemus.

Versio ejus *Belgica*, *Bremæ*, vel potius in *Belgio*, auctore *Jo. Henr. Glasemackero* prodiit an. 1694. sub titulo: *le Theologien judicieux & politique.* Conf. *Niceronem* l. c. pag. 48. sqq. qvi & confutatores ejus enumerat.

Eidem Vol. I. pag. 241. post alios adscripsi librum, qvi sub *Lucii Antistii Constantis* nomine *de Jure Ecclesiasticorum* prodiit. Id vero perperam

factum est. Nam & ille liber, & alter *Ludov. Meyeri*, qvi *Philosophia S. Scripturæ Interpres* inscribitur, à discipulo qvodam ejus profecti sunt. Compara *Niceronem* l. c. p. 46.

De nonnullis *Spinosæ* scriptis consultum fuerit inspicere Catalogum Bibliothecæ Reimannianæ Systematico Criticum pag. 982. sqq. Is ibidem affert Mr. le Comte *de Boulainvilliers* Essay de Metaphysiqve dans les principes de B...... de S P..... Opus MS. & ineditum, monetqve inter cetera, auctorem alias ex aliis scriptis notum, A. C. 1722. d. 24. Januar. defunctum *opus hoc ita elucubrasse, ut dubitare qveas, an unqvam fuerit, qvi Magistri mysteria vel accuratius intellexerit, vel argutius explanarit.*

Nuper admodum Abbas *Lenglet de Fresnoy*, aliis scriptis non vulgarem nominis celebritatem adeptus, famæ suæ parum consuluit, qvando non qvidem *Bruxellis*, ut titulus habet, sed *Amstelodami* 1731. 8. in lucem protrusit collectionem ita inscriptam: *Refutation des erreurs de* Benoit de Spinosa, *par Mr.* de Fenelon, *par le* P. Lamy, *& par* Mr. le C. de Boulainvilliers, *avec la Vie de* Spinosa, *ecrite par* Mr. Jean Colerus, *augmentée de beaucoups de particularitez tirée d' une Vie MSte de ce Philosophe, faite par un de ses Amis.* Vide omnino *Bibliotheqve Raisonnée* Tom. VII. Parte I. pag. 136. sqq. ubi totius scriptionis rationem intelliges, qvæ auctori ad palliandos *Spinosæ* errores relata videtur.

Spinosæ vita à B. *Jo. Colero belgice* primum scripta *Amstelodami* 1706. hinc vero *gallice* ab eodem conversa, *Hagæ Comit.* eodem anno lucem vidit. Confer *Memoires de Trevoux* an. 1707. pag. 94. sq. & Bibliothecam Reimmannianam pag. 1090.

Vita *Spinosæ* per *Jaqvelotum*, cum notis Vltrajecti 1698. 8.

In Biblioth. *Hohendorfiana* Part. III. p. 261. n. 9. video afferri *la Vie de Benoit Spinosa*, & *l' Esprit de Spinosa* manu exarata, sine commemorato Scriptoris nomine. Vitam illam, in laudem Spinosæ totam à *Luca* scriptam prodiisse pag. 146. monui. Eundem *Lucam* alterius illius, *Esprit de Spinosa*, auctorem esse tradit Cl. *Jo. Adamus Bernhardus* in *historia eruditorum curiosa* vernacule scripta pag. 487. cui etiam ex epistola viri docti MS. vindicat, & simul argumenta capitum VIII., qvibus constat, enarrat Rev. *Reimannus* loc. cit. Capita illa respondent iis, qvæ in Anonymi epistola singulari gallica, Hagæ primum 1716. edita, & à Cl. *Joh. Gottlieb Krausio* in der umständlichen Bücher Historie Part. II. p. 284. sqq. recusa, repræsentantur. Habeo ipse libellum infandum in manibus, qvi a nonnullis pro Gallica versione libri *de tribus impostoribus*, a qvo tamen scias esse diversissimum, venditari solet.

Plura

Plura de *Spinosa*, si tanti est, leges apud *Niceronem* in *Memoires pour l'histoire des hommes Illustres* Tom. XIII. pag. 30. sqq. *Petrum Bælium* in Epistolis, cum notis Dn. *des Maizeaux* recusis, itemqve apud *Crenium* Tomo XIII. Animadversionum pag. 103. sqq.

בלתשר אורוביאו BALTHASAR OROBIO. CCC LXXIX. b.

Non videtur distinctus ab *Isaaco Orovio*, de qvo infra. *Balthasaris* enim prænomen non est inter Judæos receptum, iisdem vero solemne est, ut securius lateant, prænomina, Christianis hominibus freqventata, adhibere.

ר' בנימין מיאורדונו R. BENJAMIN MEARDONO. CCC LXXXVII.

De hoc *Julius Morosini* in libro: *Via della fede*, Part. I. p. 376. ita: R. Benjamin Ardono, Tedesco, *col titolo di* מצות נשים, Precetti delle Donne, *nel trattato della* חלה, Challa, *ch' è il secondo; e se bene l'autore l'ha fatto in Tedesco, fu tradotto però in Italiano, da R. Giacobbe ben R. Elchanan Alpron, e dedicato da R. Isaac Levita à Luba, moglie di R. Mose di Spilemberga, nella stampa, che si fece in Venetia nel* 1652. Idem *Morosini* auctorem alibi vocat *Adorno*, v. c. pag. 970.

ר' בנימין וואלף בן יקותיאל R. BENJAMIN *Wolf*, ben *Jekuthiel*, Rabbinus Synagogæ הראדלא. CCC LXXXIX. k.

ענף עץ עבות *ramus arboris densæ*, Levit. XXIII. 40. i. e. liber *Pirke Avoth* cum commentario ex variis libris collecto, *Offenbaci* 478. C. 1728. 4. foliis 28. In præfatione auctor profitetur, se amisisse duas suas commentationes in Legem & *Haphtharoth*, in fine vero optat, ut alios qvosdam libros suos in lucem dare posit.

ר' בנימין וואלף סגל R. BENJAMIN WOLF, CCCXCI. c.

Antistes Leviticus, ex Synagoga ליטמריץ in Bohemia, ס' יסודי תורת משה *liber de fundamentis legis Mosis*, MS. in Bibliotheca Oppenheimeri 4. volumine octo digitos lato, & manus recentioris. Liber est philosophicus, qvi de rebus naturalibus potissimum exponere dicitur, prout illæ à Sapientibus Hispanis, Italis & Gallis traditæ sint. Eorum vero observationibus Auctor de suo nonnullas addidisse se testatur.

בנימין וואלף בן צבי הירש BENJAMIN CCCXCI. d.

Wolf; fil. *Zevi Hirsch*, ס' החשק *liber desiderii*, lingva Judæo Germanica varia medicamenta complectens, collecta ex observationibus R. *Naphthali Cohen*, Rabbini qvondam Francofurtensis, & *Joelis*, famosi Cabbalistæ. *Hanoviæ* 486. C. 1726. 12. qvinqve plagulis.

CCCXCIX. ר' בנימין זאב R. BENJAMIN SEEV fil. *Matatja*.

Hujus *Quæsita & Responsa Venetiis* an. 299. C. 1539. apud Dan. Bombergium lucem vidisse, mihiqve visa esse Vol. III. monui. At *Peregrinus Anton. Orlandi* in Tractat. Italico de origine & progressu Typographicæ Artis pag. 289. testatur, lucem ea vidisse Venet. 1499. & nomen auctoris per *Benjamin Zoab* effert. At certissime mihi persuasum est, annum 1499. per errorem ex anno æræ Judaicæ 299. natum, & ab Orlando ex *Hendreichii* Pandectis Brandenburg. pag. 511. a. ubi auctor itidem *Benjamin Zoav* vocatur, descriptum esse. Neqve enim *Venetiis* Hebraicus liber ullus ante Seculum XVI. lucem vidit, qvod Vol. II. pag. 946. est observatum.

CCCXCV. ר' בנימין בן יונה R. BENJAMIN fil. JONÆ.

מסעות sive *Itinerarium* ex versione Latina *Constant. Lempereur* alteri *Bened. Ariæ Montani* præferendum esse nemo cum ratione negaverit. Compara Bibliothecam Reimmannianam Systematico-Criticam p. 934. *Lempereurium* tamen vel sic in emendanda illa versione infeliciter versatum esse, speciatimqve nomina Propria ita subinde depravata legi, ut agnosci vix possint, contendit *Eusebius Renaudotus*, Abbas, in epistola qvadam, qvæ legitur in continuatione *des Memoires de literature de Salengre* Tom. II. Parte II. p. 366. sq.

Gallica libri versio exstat hodie in *Recueil de divers Voyages faits en Tartarie, en Perse, & ailleurs*, Lugd. Bat. 1729. 4. Tomo I. n. 2.

In Catalogo Bibliothecæ Spizelianæ, Augustæ Vindelic. 1705. fol. edito, n. 121. in fol. memoratur Volumen MS. qvo *Beckii* Appendix annotationum in Paraphrasin librorum II. Chronicorum una cum versione ejusdem Latina itinerarii hujus; notisqve, & R. *Petachia* Itinerarium Hebraice ex Beckii αὐτογράφῳ contineatur.

CCCC. ר' בנימין כהן R. BENJAMIN COHEN,

גבול בנימין *termini Benjaminis*, *Amstelodami* 487. C. 1727. fol. apud Salom. Proops, qvo libro continentur variæ ejus conciones de diversis argumentis secundum numerum, qvem literæ nominis ejus בנימין secum ferunt,

ferunt, nempe 1) duæ conciones, altera להתחלת המדרש, altera למעלת הצדיקים 2) L. conciones in Paraschas & Haphtharas. 3) X. conciones in Paraschas. 4) XL. conciones in Sabbatum magnum & festa, diesqve lugubres. 5) X. conciones funebres. 6) L. conciones aliæ super Paraschas. Accedunt decem aliæ super circumcisionem, *Zizith, Tephillin* &c.

ר׳ בנימין מוספיה R. BENJAMIN MUSAPHIA CCCCII.

In præfatione ad *Sententias* suas *Sacro-Medicas* multis prædicat singularem suam in medendo dexteritatem, & in tollendis morbis incurabilibus felicitatem, in testimonium rei appellans *Joachimum Brochtorfium.*

Eundem annis 1659 - 1661. Amstelodami vixisse, & tunc in elaborando commentario suo in Talmud Hierosolymitanum (vide Vol. I. p. 252.) diligenter desudasse didici ex epistolis ipsius *Musaphiæ*, qvas Latinas ad *Othonem Sperlingium*, juniorem, per eosdem annos Lugduni Batavorum, studiorum causa degentem, dedit. Ita autem ille in literis Amstelodami an. 1659. 26. Septembr. datis. *Mea nunc studia potissimum sunt in Talmud Hierosolymitano : hunc ab erroribus expurgo, & liberum reddo : ingens opus, qvod plures tentarunt, sed frustra. Meæ circa illud lucubrationes sunt ingentes, ac vix credibiles.* Iterum in epistola d. 24. Augusti 1660. *Ego meis lucubrationibus assidue incumbo, fatisco, delassor, sed qvid? jam incepi, conandum est.* Deniqve 18 Januar. an. 1661. *Hierosolymitanæ curæ me ita capiunt, ut mihimet ipsi vix vacare qveam.* In alia die ultimo Februarii 1660. *Sperlingio*, qværenti, qvid rei fuerit *Urim & Thummim*, sententiam suam exponit, addita ratione, qvare in Templo II. responsa illa cessarint. Hæc ad me Amplissimus *Jo. Grammius* literis *Hafniæ* 1717. 15. Martii datis perscripsit. Optandum erat, ut illæ lucubrationes detegi alicubi possint, qva in re frustra me adhuc fuisse doleo.

ר׳ בנימין נתן R. BENJAMIN NATHAN CCCCIV.b.

דְרוּשׁ הַתְּנִינִים MS. in Biblioth. Oppenheimeri in 4. aliqvot plagularum.

בן סירה BEN SIRA.

CCCCIX.

Alphabetum ejus cum Anonymi commentario MS. in Bodlejana, inter Codices Seldenianos n. CIV. 4. chartac qvi Miscellanea exhibet, fol. 21. 30 occurrit. Titulus est: בשמא רבה דחילא ויקרא· אכתוב אלפאביתא דבר סירא Initium Alphabeti hoc est : אוקיר לאסיא עד דלא תצטרך ליה׳ Commentarius ita incipit : אוקיר לאסיא לעלם יקדים ארם

cccc xvii. d. ר׳ ברוך אנגיל R. BARVCH ANGEL.

Ejus *Quæsita & Responsa* Thessalonicæ 477. C. 1717. fol. prodiisse, ex literis Judæi alicujus accepi.

ccccxxi. ר׳ ברוך בן יצחק איזק R. BARVCH fil. ISAAC *Eisik*, זֶרַע בֵּרַךְ iterum prodiit *Amstelod.* 490. C. 1730. fol. apud Sal. Proops.

ccccxxii. ר׳ ברוך בן ר׳ יצחק R. BARVCH ben R. ISAAC.

Liber תרומה manu vetustissima in membrana exaratus, in fol. exstat in Bibliotheca Oppenheimeri.

ccccxxxv. ר׳ ברכיה הנקדן R. BERACHIA HANNAKDAN.

Apologos ejus 180. exstare Vol. I, p. 271. tradidi. Sunt vero tantum 108, qvos & numerat *Schabbatæus* in *Siphte Jeschenim*, sicut *Plantavitius* tantum 107 computat.

De Latina libri versione ita B. *Wagenseilius* in Supplementis ad Buxtorfii Bibliothec. Rabbinicam MSS. ita: *Versio Latina, cum qva hic liber* Pragæ *prodiit, mendis passim & ubique est refertissima, etsi* Kircherus *in præfatione testetur, eam, sibi ad emendandum oblatam, sedulo se correxisse. Fecit is liber cum aliis multis (qvorum aliqva in* Sotæ *commentario indicavi) ut* Kirchero *in Hebraicis parum tribuam.*

Exstat ס׳ משלי שועלים *liber de Fabulis Vulpium*, qvi continet fabulas 136., ex Hebraico rhythmis Judæo-Germanicis à *Koppelmanno* expressas, & Brisgojæ an. 348. C. 1588. 8. editas. Id mihi per literas testati sunt *Woldikii* fratres, Dani. *Koppelmannum* illum accipio de *Jacobo Koppelmanno*, de qvo Vol. I. & III. n. 1099. dixi.

cccc xxxvi. b. בירנהרדוס די גורדון BERNHARDVS de GORDON.

Phil. Labbe in Bibliotheca Nova MSS. librorum, Parisiis 1653. 4. edita, p. 271. n. XXVII. ita: Magistri Bernani de Gordo *libri tres.* I. *divisus in septem partes, & vocatur* Lilium Medicinæ, *qvia Lilio septem sunt folia, compositus* Montis pessuli, *anno* 1300. II. *vocatur* Sepher hachbula, *seu liber solertiæ.* III. *vocatur* Sepher gebulim, seu liber terminorum, divisus in qvinqve partes. Ex titulis Hebraicis colligo, codicem illum Hebraice esse scriptum.

cccc xxxvi. c. בירנהרדוס BERNHARDVS, Ex-Judæus, cujus epistolam Hebraic. ad *Jo. Bæschenstein*, sine die & consule, Seculo XVI. ineunte unico

unico folio in 4. datam B. *Georg. Serpilius* inseruit Disqvisitioni suæ Germanicæ, mihi nondum visæ, de Auctore hymni: Da Christus an dem Creutze stund etc. p. 30.

ג

גבריאל GABRIEL, qvi librum qvendam *Arnoldi Villanovani* Medicum Hebraice convertit. Vide supra n. CCCLV. b. CCCC XLIV. b.

ר׳ גדליה R. GEDALIA, ex Synagoga כעמייט
שַׁאֲלוּ שְׁלוֹם יְרוּשָׁלַיִם *petite pacem Hierosolymis*, ex Ps. XXII. 6. *Berolini* 476. C. 1716. 8. plagulis duabus. Libellus est Hebraicus, qvi de urbe Hierosolymitana vetere, variisqve ejus fatis, tum vero de obitu R. *Jehudæ Chasid* exponit. Ex censuris præmissis intelligo, R. *Gedaliæ*, qvem dixi, eum deberi, qvamvis in titulo nomen ejus frustra qværatur. CCCC XLIX. b.

ר׳ גדליה בן יוסף R. GEDALJA fil. JOSEPH, *Jachija*. CCCCLI.
שַׁלְשֶׁלֶת הַקַּבָּלָה Latine conversam & notis illustratam in lucem dabit M. *Georgius Wöldicke*, Danus, cui tractatum *Chagiga*, Talmudis Hierosolymitani, Latine conversum debemus.

גיאה GIA. Sub hoc nomine mihi alias prorsus incognito, video afferri in Catalogo MS. Hebraicorum Bibliothecæ Taurinensis A. IV. 8. Volumen, qvod seqventia complectitur: 1) de sacrificio lactis & mellis, & de captivitate Ægyptiaca. 2) de visione in rubo facta Mosi. 3) de Eliæ actis. 4) de morte Regis Josiæ & visione facta Jesaiæ. 5) vasorum sacrorum declaratio. 6) mysteria vestium sacrarum. 7) de mensa Propositionis. 8) de agminibus Hebræorum per desertum incedentibus. 9) de urbium obsidione. 10) de Babylonica turri. 11) de testibus falsis. 12) de animalibus & piscibus in lege vetitis. 13) de modestia. 14) de sponsalibus cum uxore fratris, qvæ dicitur יבום In fine hæc legis: *Hæ sunt expositiones Doctoris* Gia. Vereor, ne qvid monstri hoc nomen alat, in qvo extricando frustra adhuc fui. CCCCI. b.

גירבירת דשול GIRBERTVS DESCHOL, Medicus. CCCCLV. b.
Inter Codices Marschallianos Bibliothecæ Bodlejanæ in volumine n. 347. 4. chartaceo, fol. 18. sqq. exstat liber Medicus Hebraicus sub titulo: מְבוֹא הַנְּעָרִים *Introductio tironum* (in Medicinam) Initium hoc est: אא׳א׳

א'א' בעלותי החיה לשמוע חכמת הרפואות מפי נבוני הנוצרים וחכמיהם בישיבה אשר במונפליור וכו' אמר הרופא גיראבט דישול. כבר חברתי בזמני חבורים וביאורים בחכמת רפואות ועתה ראיתי לחבר כלל קטן ומועיל בעניני הקדחות קראתיו מבוא הנערים i. e. *Cum adſcenderem* Montem *ad percipiendam Artem Medicam ex ore peritorum Chriſtianorum & Sapientum inter eos, qvi ſunt* Montepeſſulano &c. *Dicit Medicus* Geraut Deſchol: *Jam antea ſcripta elaboravi varia ad illuſtrandam* artem Medicam *pertinentia; nunc autem conſultum mihi viſum eſt conficere compendium parvum & utiliſſimum de* febribus. *Illud* Introductionem tironum *appellavi.* Conſtat liber 23. foliis & qvinqve capitibus. Illorum I. exponit de Febribus ארומיות i. e. rubris, ſeu purpureis. II. de febribus הלבניות ſeu albis. III. de febribus השחוריות ſeu atris i. e. bilioſis. IV. de febre דקה i. e. lenta. V. de febribus הדבריות ſeu peſtilentialibus. Pagina ſeqvente ſub eodem titulo מבוא ſeqvuntur medicamenta ex libris Medicis collecta foliis 12. Hæc ex enarratione MSS. Hebraicorum Bibliothecæ Bodlejanæ à Cl. *Jo. Gagnerio* facta, & benevole mecum communicata, edoctus ſum. *Regulæ Medicinales*, ex eodem *Girberto* excerptæ, hebraice *Abrahamo Avigdor* interprete MSS. exſtant in Biblioth. Taurinenſi A. I. 30. in fol. Notatur in fine codicis A. M. 5139. C. 1379.

CCCCLV. גלב GALAF, Medicus. Procul dubio hic idem eſt, qvi קלב de qvo Vol. III. n. 1883. b. p. 965. dixi. In eodem Volumine ad h. l. p. 172. l. 7. legis: *librum illum* Gallafii *excuſum eſſe.* Ibi pro *Gallafii* nomine ſcias ſcribendum eſſe *Champerii.* Hic enim *Gallafii* meminit.

CCCCLVII. גירוניבוס HIERONYMVS, *Bononienſis.* Librum hujus Anti-Judaicum, tanqvam *Venetiis* 1515. Italice editum laudat qveqve *Alphonſus Laſor à Varea* in Orbe Terrarum Vniverſo.

CCCCLX. גרשון בן אליעזר GERSCHON fil. ELIESER. מעשה בוך גְלִילוֹת אֶרֶץ יִשְׂרָאֵל lingva Judæo-Germanica recuſ. una cum *Amſtelod.* 483. C. 1723. 4. apud Salom. Proops.

CCCCLXIII. ר׳ גרשון בן שלמה R. GERSCHON fil. SALOMONIS, de cujus שַׁעַר הַשָּׁמַיִם Vol. I. ſatis dixi. Exſtat ille MS. in Biblioth. Taurinenſi A. V. 28. in 4. foliorum 147. Pars I. in Catal. MS. dicitur exponere de rerum naturalium notitia, qvatuor elementis, metallis & lapidibus pretioſis, herbis & earundem qvalitate, animalibus, homine, ejusqve

ejusqve qvalitatibus. Pars II. de rebus Mathematicis ex Ptolemæi Almagesto & Averroe in Tract. de cœlo & mundo. Pars III. de Dei unitate rebusqve divinis juxta verba & sensus Maimonidæ &c. Qvi hæc cum descriptione operis, Vol. I. data, contulerit, consensum plenissimum invenerit. Nihilominus tamen liber in Catal. MS. Taurinensi non *Gersoni fil. Salomonis*, sed cuidam *Jacobo*, Salomonis filio, acceptus fertur; id qvod perperam puto factum.

ד

ר׳ דוד בן אבודרהם R. DAVID ben AVVDRAHAM. CCCC LXXI.

Libri ejus *ritualis* editionem de anno 274. C. 1514. sine addito loci indicio afferri video in Catalogo Biblioth. Surenhusianæ p. 89. n. 93. Prodiit præterea *Amstelodami* 486. C. 1726. 8. per Moschen Francofurtensem.

Ejusdem פירוש הַגָּדָה *expositionem* Haggadæ *Paschalis* laudat, & integrum ejus locum adducit R. *Nathan Aschkenasi* in אמרי שפר fol. 106. col. 3. ad Exod. XII, 12. Observaverat illud B. *Jo. Andreas Danzius* in nota marginali ad Vol. I. Biblioth. meæ h. l.

ר׳ דוד אוזא R. DAVID ex familia AVSA.

Liber qvidam ejus *Astronomicus* MS. in codice chartacco foliorum 48. in 4. an. 358. C. 1598. exaratus, & figuris elegantibus ornatus, inter meos nunc est ex Vffenbachianis. Vide Bibliothecam MS. compendiariam Vffenbachianam p. 49. n. 217. CCCC LXXIV. d.

ר׳ דוד אפטרוד R. DAVID APHTROD. CCCC

Cum hujus commentario prodiit liber חסידים Francof. ad Mœn. 484. C. 1724. 4. LXXVI. c.

ר׳ דוד בן אריה ליב R. DAVID ben ARIE Löw. CCCC

Pleraqve illius scripta, & inter ea nonnulla ante ἀνέκδοτα junctim prodierunt Francofurti ad Mœnum 487. C. 1727. fol. apud Jo. Kelner in volumine, palmæ latitudinem exæqvante, operam dantibus R. *Petachja* filio auctoris, & genero ejusdem (auctoris) R. Mosche ben Salman Merles (מירליס) hujusqve filio *Davide*. Titulus est LXXVII.

יד ס׳ יד כל בו *Liber* יד *in qvo sunt omnia*. Hic per יד innuuntur

qvatuordecim ſcripta, hoc volumine comprehenſa, & ordine ſeqvente collocata. Occurrit 1) *Pentateuchus* cum Targum *Onkelos*, & *Raſchi*, (itemqve Haphtharis) duplici commentario inſtructis, qvi dicuntur 2) מִגְדּוֹל דָּוִיד ſuper *Raſchi*, & 3) עִיר מִקְלָט ſuper 613. præcepta. 4) תְּפִלָּה לְכָל הַשָּׁנָה *Precationes annuæ* cum commentario, qvi dicitur פִּתְחֵי שְׁעָרִים 6) *Pſalmi* cum עֲשָׂרָה הִלּוּלִים ſeu commentario in eos ex decem libris collecto, qvi ſunt *Raſchi*, *Aben Eſra*, *Kimchi*, *Romemoth El*, *Michlal Jophi*, *Jacob Lumbroſo*, *Meir Tehilloth*, *Medraſch Jalkuth*, *Kav venaki*, *Pitche Jah.* 7) שַׁרְבִיט הַזָּהָב ſeu commentatione de ratione circumcidendi infantes. 8) שׁוֹמֵר שַׁבָּת de ritibus Sabbaticis cum commentario. 9) קִצּוּר שְׁנֵי לוּחוֹת הַבְּרִית 10) מַחֲזוֹר לְכָל הַשָּׁנָה cum commentario. 11) סְלִיחָה לְכָל הַשָּׁנָה cum commentar. 12) סֵדֶר שַׁעֲרֵי צִיּוֹן ſeu preces varii generis. 13) libellus שׁוֹמְרִים לַבּוֹקֶר cum commentario & 14) תִּקּוּן לֵיל שָׁבוּעוֹת cum commentario. Nonnulla horum *Petachja*, noſtri filius, elaboravit. Collectio hæc ideo vocatur כֹּל בּוֹ qvia ea omnia ſiſtit, qvorum in cultu Judaico perficiendo præcipuus eſt uſus.

Ejusdem עִיר דָּוִיד poſt auctoris obitum per filium R. *Petachja*, & nepotem R. *David*, qvorum prior nonnulla de ſuo addidit. *Amſtelod.* 479. C. 1719. ſecundum titulum, vere autem an. 487. C. 1727. foliis 107 apud Salom. Proops. Eo continentur obſervationes miſcellaneæ in Scripturam Sacram, Talmud utrumqve, & libros Judæorum varios antiqviores, tum vero in Schulchan Aruch, & ſpeciatim in Ordinem *Orach chajim.* שִׁיר הִלּוּלִים de qvo p. 181. n. 8. apud me MS. eſt ex Vffenbachianis. Conf. Biblioth. MS. compendiariam Vffenbachianam p. 29. n. 145.

cccc ר׳ דוד גריגהויש R. DAVID GRVENHVT.

LXXXIII.b. De eo B. *Jo. Jac. Schudtius* in literis ad Jo. Buxtorfium an. 1706. d. 24. Septembr. datis ita: R. David Grünhuth, *vir non indoctus, nec inhumanus, inter eos qui* (Francofurti ad Mœnum) *erudiendæ juventuti operam navant, celeberrimus, cujus præfatio præmiſſa eſt Bibliis Hebraicis non punctatis, accurantibus Jo. Leusdenio & J. A. Eiſenmengero* 1694. 12. *editis* — — *Vrget miſerum cum copioſa prole inopia, qvalis olim vexavit* R. Salman Zevi, *de qva ipſe ſub finem Tiberiacæ ſuæ Judaicæ queritur.*

cccc ר׳ דוד ואלנסי R. DAVID VALANSI, vel *Valenzo*,

LXXXIX. Medicus.

Medicus. De eo *Julius Morosini*, Ex Judæus, in *Via della Fede*, Parte I. p. 432. ita: *Parimente il Dottor David Valenzo, Medico insieme & Astronomo, che stampo in simil maniera il Calendario Ebraico in lingua Italiana, dal 5421. fin al presente 5440. cioè dal 1661. à 1680. aggiungendo vi alcune poche note di più.* Conf. idem p. 439. 484 486. & alibi.

ר' דוד וידאל R. DAVID VIDAL. cccc LXXXIX.

Præfationem ad librum ejus מִכְתָּם לְדָוִד Latine à Cl. *Jo. Henrico Wolfio* Geræ 1726. 4. duabus & dimidia plagulis (ita enim scribi debebat) cum observationibus editam esse Vol. I. p. 184. monui. Eam integram insertam leges Actis Eruditorum Germanicis, Parte CXV. p. 458 sqq. Compara Recensiones vernaculas menstruas Jenenses an. 1726. p. 118 sq. & Collectionem Novantiqvorum Theologicorum an. 1728. p. 118 sqq. Idem *Wolfius* an. 1729. Geræ in 4. duabus plagulis in lucem protulit *Observationes succinctas*, ad eundem libellum spectantes, allegatis simul aliorum, eorundemqve præcipuorum, Rabbinorum libris, locisqve, unde uberior cujusvis articuli fidei Jūdaicæ dilucidatio hauriri qveat.

דוד זויגרש DAVID SCHWEIGERS. Ejus cccc LXXXIX.b.

סִיּוּמָא הַפָּרָשִׁיּוֹת & פִּתְרוֹן חֲלוֹמוֹת nunc inter meos numero ex Bibliotheca Vffenbachiana, cujus Catalogum MSS. compendiarium p. 39. n. 181. inspici velim.

ר' דוד בן אבי זמרי R. DAVID ben AVI SIMRI. ccccxc.

מָגֵן דָּוִד Amstelodami 473. C. 1713. 4. foliis 52. prodiit apud Ascher Anschel, fil. Eliefer, correctore R. Mosche Chagis, ex MS. Oppenheimeriano. Eundem ego manu exaratum possideo ex Bibliotheca Vffenbachiana.

מְצוּדַת דָּוִד memoratur in Vindiciis, seu Apologia, qvam R. *Jochanan ben Aaron* præmisit libello nostri מגן דוד modo laudato.

ר' דוד בן יוסף בן יחייא R. DAVID ben JOSEPH ben cccc XCIV.

JACHIJA. Falsus fui qvando Vol. III. ad h. l. suspicatus sum, hujus esse Grammaticam Hebraicam, qvæ MS. est in Bibliotheca Regia Parisiensi. Illa enim referri debet ad R. *David ben Schelomo Jachija*, de qvo n. 522. diximus. Confer, qvæ infra ad n. 522. dicentur.

ר' דוד בן יוסף קמחי R. DAVID ben JOSEPH KIMCHI. ccccxv.

 Auctor

Auctor τῦ מכלל יופי in epilogo p. 219. col. 4. l. 33. negat, ſe adhuc vidiſſe *Kimchii* commentarium ſuper IV. libros legis & V. Megilloth, ut & ſuper *Proverbia*, *Jobum*, *Danielem* & *Eſram*, in ſeqventibus etiam addit, ſe eos alicubi audiviſſe exſtare, qvorum, ubi acceperit, excerpta inpoſterum ſit daturus.

Commentarius in *Jeſaiæ* cap. VI. hebraice exſtat in Celeb. *Davidis Millii* Catalectis Rabbinicis, Vltrajecti 1728. 8. editis.

Germanice, ex dialecto Judæorum vernacula, converſus legitur cum verſione Jeſaiæ Judæo-Germanica, qvæ *Cracoviæ* 1586. 4. lucem vidit. Vide de ea ſupra Acceſſiones ad Vol. II. ubi de verſionibus Bibliorum Judæo-Germanicis p. 202.

Comment. in *Jeſaiam* & *Jeremiam* MS. ſed ἀκέφαλος (incipit enim à vocibus מכף רגל) in fol. chartac. exſtat in Biblioth. Bodlej. inter *Laudanos* A. 176. Scriptus eſt Codex à Dav. ארזן filio Jacobi ex פורליא ubi eum exaravit an. 5141. Didici hoc ex Cl. *Gagnerio*. Qvæ de ejusmodi exemplo MS. tanqvam inter *Huntingtonianos* obvio, p. 190. dixi, ea, tanqvam nihili, ſunt inducenda.

Ejusdem in utrumque Prophetam commentarius in Bibliotheca Bodlejana inter *Eduardi Bernardi* Codices MSS. exſtans in charta vetus eſt, & in Hiſpania exaratus, in *Jeſaiam* charta ſubrubida, in *Jeremiam* ſubfulva. Eſt vero ἀκέφαλος. Primus locus in ſuperſtite pagina prima hic eſt: כי ילד· נאמר על חזקיה Vltimus vero ita habet: יצאו מחוץ ירושלים בעמק יהושפט Seqvitur Commentarius in *Jeremiam*, qvi integer eſt. In fronte *Bernardus* ſcripſerat: *Vtile erit & Chriſtianum cum editis conferre: ita licebit ſupplere τὰ λείποντα.* Debeo hæc indicio Cl. *Gagnerii*.

Idem me monuit de commentario *Kimchii* in *Ezechielem* & *Prophetas Minores* in fol. partim in membrana, partim in charta ſcripto, qvi in Bodlejana num. 3761. inter Codices *Huntingtonianos* num. 24. exſtat. Codex vetus eſt, ſed μείουρος. Deſinit in verbis *Malachiæ*: והשיב לב אבותם על בנים

Commentatio noſtri de *viſionibus Ezechielis* MS. exſtat in Biblioth. Taurinenſi A. V. 22. in 4. in Vol. qvod plura alia complectitur. Neſcio, utrum illa diſtincta ſit ab ejus commentario in *Ezechielem*, qvi editus exſtat.

Commentarium ejus in *Malachiam* à B. *Friderico Fabricio*, Miniſterii Sedinenſis qvondam Seniore, tunc juvene admodum, Latine converſum

ſum eſſe teſtatur diligentiſſimus *Jo. Albertus Fabricius* noſter in Centuria Fabriciorum pag. 21.

Commentarius in *Pſalmos* aliqvoties prodiit in Ordine Precum Judaicarum v. c. *Amſtelod.* 1682. tum *Zolicoviæ* in Polonia, & *Dyrenfurti* 1714. 4. apud Schabtæum. Id B. *Vngerus* in literis ad B. *Schudtium* datis, & hodie apud Illuſtrem *Vffenbachium* exſtantibus, monet. Idem in alia epiſtola, ad eundem an. 1715. data, obſervat, ſe nuper in editione commentarii illius Grünhutiana, Francofurti ad Mœnum curata, de qva pag. 191. cum Pſalmum CX. cum *Janverii* verſione Latina conferret, lacunam aliqvot linearum in textu Hebraico inveniſſe. Num idem in aliis qvoqve Pſalmis uſu veniat, inpoſterum ſe ait viſurum. Addit qvoqve, eundem *Kimchii* commentarium, qvalis exſtet in Ordine Precum, à R. *Meir Frenckel* Dyrenfurti curato, non ſolum prorſus mancum eſſe & mutilum, ſed erroribus etiam typographicis plurimis laborare.

Objectiones *Kimchii* aliqvot, adverſus Chriſtianos ex Pſalmis petitas, *Jac. Rhenferdium* in Exercit. Biblic. in Pſalm. I. & Geneſ. I. Franeqveræ 1688. 8. edita, confutaſſe B. *Schudtius* in epiſtola qvadam, ad *Jo. Buxtorfium* tradit. Eam fruſtra ego adhuc qvæſivi, nec in Operibus ejus Philologicis inveni.

Qvæ idem contra Pſalmum II. qvem de *Meſſia* Chriſtiani recte interpretamur, attulit, ea confutata ſunt à *Jo. Hilperto*, Profeſſore Hebr. L. Helmſtadienſe, in Diſput. Hebræo-Philoſoph. adverſus Judæos, Helmſtad. 1653.

Ceterum illæ Kimchii objectiones diverſæ ſunt ab iis, qvas in libro: מלחמת חובה exſtare ſupra dixi, ubi de ſcriptis Judæorum Anti-Chriſtianis egi p. 722. ſq.

מכלול *Grammatica*, ſeorſim *Venet.* 305. C. 1545. pp. 268. cum notis *Eliæ Levita* lucem v dit. Editionem hanc attulit *Schabbataus* in *Siphte Jeſchenim*, ubi & teſtatur, idem *Michlol* apud eundem eodem anno & modo in fol. prodiiſſe.

De editione ejusdem libri *CPolitana* anni 1530. plura dixi ſupra pag. 448. ubi de Typographiis Judaicis actum eſt.

De libro שרשים ſeu *Radicum*, Buxtorfius in Biblioth. Rabbinica pag. 419. monuerat, eam *anno* השׁי 312. C. 1522. (lege 1552.) *per Marcum Anton. Juſtinianum* Venetiis prodiiſſe. Ad hæc B. *Wagenſeilius* in Supplementis ſuis Bibliothecæ Buxtorf. MSS. iſta obſervaverat: *Fieri nulla*

ratione potest, ut השז *annum Judæorum* 312. *vel Christianorum* 1522. *designet. Numerum* 312. *si indicare voluissent Judæi, sine dubio* שי״ב *scripturi erant. Nec enim* השז *qvicqvam significat, ut symboli numerici vicem subire possit. Adde, qvod in libro* השז *non* לפרט קטון *sed diserte* ליצירה *seqvitur, qva vox illam Buxtorfii significationem prorsus excludit. Est igitur* ה *omnino millenarii nota, & innuitur annus Judaicus* 5307. *Christi vero* 1547. *qvem postremum* Buxtorfius *(nisi is typographi error est) ne qvidem secundum opinionem suam recte expressit.* Huc usque Wagenseilius.

Lexicon & *Grammaticam* Kimchii MS. vidi in Bibliotheca Academiæ Jenensis, qvod exemplum B. *Jo. Andreas Danzius* ipsius Kimchii *αὐτόγραφον* esse credidit, ex magno pretio, qvo id emtum esse in limine codicis literis Hebraicis traditur. Id vero non adeo magnum esse Celeber. *Jablonskius* in literis ad *Danzium* datis, qvas itidem vidi, ostendit, atqve adeo *Kimchii αὐτόγραφον* esse recte dubitat. Talis interim est hic codex, ut ex eo varia loca in editis emendari possint.

Librum *Radicum* in codice membranaceo formæ qvarti ordinis majoris descriptum & qvinqve digitos latum, vidi in Bibl. Oppenheimeri.

CCCCXCVIII. ר׳ דוד בן יצחק R. DAVID fil. ISAACI, *Günzburgensis*,

דָּוִד מַשְׂכִּיל *David erudiens*, ex *Psalm.* XXXII. 1. i. e. commentatio de ritibus mactandi Judaicis MS. in Bibliotheca Oppenheimeri in 8. volumine duos digitos lato.

DI. ר׳ דוד כהן די לארא R. DAVID *Cohen de* LARA.

כֶּתֶר כְּהוּנָּה Lexicon non absolutum, de qvo *J. B. Carpzovii* judicium leges in Cl. *Schelhornii* Amœnitatibus Literariis vere amœnis Tom. XI. pag. 308.

DII. b. דוד כהן קרלוס DAVID COHEN CARLOS.

Hujus *Cantares de Selomo* (Cantica Salomonis) *traduzido de lengva Caldayca en Espagnol*, Hamburg. 5391. (C. 1631.) 4. ut MSS. memorantur in Bibliotheca Anonymiana Hag. 1728. 8. edita, inter libros Miscellaneos in 4. p. 281. num. 3856.

DIV. c. ר׳ דוד בן מרואן אלרקי R. DAVID ben MEDV-

MEDVAN ALDAKI, Karæus forte, ad cujus scripta provocat R. *Juda Abel* in אשכול הכופר MS. Vide locum, qvem affert Cl. *David Millius* in Differt. de causis odii Judæos inter & Samaritanos p. 12.

ר׳ דוד בן מנחם R. DAVID fil. MENACHEM. DVI.

Commentar. ejus ad קרובץ MS. in Bibl. Bodlejana inter Laudanos n. 175. fol. in membrana, anno Aeræ Judaicæ 987. C. 1227. exaratus, sed vetustate detritus & ἀκέφαλος est. Descripsit Codicem, ut ex calce patet, *Aaron ben Chajim, Cohen*, in gratiam R. David ben Menachem. Debeo hæc Cl. *Gagnerio*. Ejusdem מִזְמוֹר לְתוֹרָה recusus est *Hanoviæ* 477. C. 1717. 4. foliis 37.

ר׳ דוד נוניס טוריס R. DAVID NVNNES TORRES, Rabbinus & Præfectus Synagogæ Judæorum Lusitanicæ Hagiensis, obiit tempore verno anni 1728. Vide *Bibliotheqve Raisonnée* Tom. I. Part. II. pag. 335. ubi deinde exhibetur historia libri *Mehemenuta de Cola*, R. *Nechemja Chaija Chaijon*, qvem idem *Torres* ante obitum cum amico qvodam suo communicaverat. Conf. Leipziger gelehrte Zeitungen 1730. pag. 44. sq. Prostat Catalogus librorum ejus varii generis & idiomatis Hagæ Comitum 1728. 8. editus, & sub hasta venditus. DX.

Altera *concionum* ejus pars *Amstelod.* 451. C. 1691. 4. lucem adspexit.

ר׳ דוד נייטו R. DAVID NIETO, qvi etiam vocari à Judæis solet NETO, vel NETTO, Archisynagogus inter Judæos Londinenses Lusitanos, obiit *Londini* an. 1728. d. 28. mensis *Thebeth*, qvi incidit in Sabbatum, ipsiqve natalis fuit, æt. 74. Intellexi hoc ex sermone, qvem *Isaacus* filius in funus ejus dixit & edidit. Tres scilicet exstant in memoriam ejus conciones, prima Hispanica, qvam dixi, filii super *Exod.* XIV. 19. Lond. 488. C. 1728. 8. Altera *Jacobi de Castro Sarmento* super *Exod.* XXVI. 33. junctim cum illa edita, ita ut utraqve pp. 74. absolvatur. Tertia *Don Isaac de Seqveira Samuda*, Lusitanice ib. 488. in 8. pp. 118. super *Psalm CIV.* 19. In hujus calce legitur epitaphium *Netonis*, cippo sepulchrali inscriptum, in hanc sententiam: DXII.

Theologo sublime, Sabio profundo,
Medico insigne, Astronomo francoso,
Poeta dolce, Pregador facundo
Logico arguto, Physico engenhoso,

Rhetorico

Rhetorico fluente, Author jucundo,
Nas linguas prompto, Historias noticioso:
Posto que tanto em pouco, a quy se encerra
Que o muito e pouco em morte hè pouca terra.

Exstat præterea anglice: *Memorial to the Reverend Dr. David Netto, late High-Priest of the Jews, with an Epithalamium on the marriage of Mr. J. N.*

Edidit idem *Hispanice* בַּקָּשׁוֹת ראשׁ הַשָּׁנָה seu Preces sub initium Novi Anni recitandas *Londini* 487. C. 1727. 8.

Ejusdem *Notitias reconditas* &c. de qvibus pag. 204. fere per integrum descriptæ & conversæ sunt ex libro *Gallice*, non *Coloniæ*, ut prima libri pagina mentitur, sed *Parisiis* edito, sub hoc titulo *Memoires historiques pour servir à l' histoire des Inquisitions* 1716. 8. Hoc me docuit præstantissimus *Maturinus Veyssiere la Croze.*

DXII. b. ר׳ דוד נרבוני R. DAVID NARBONENSIS, cujus commentatio in libros qvosdam *Averrois* MS. exstat in Biblioth. Taurinensi A. V. 23. 4. Constat alioqvin, *Mosen Narbonensem* in interpretandi hac opera sedulo fuisse versatum. Conf. Vol. I. num. 1616. & num. 1564. In prænomine itaqve exprimendo hic erratum fuisse hoc minus dubito, qvod paulo post in eodem catalogo dicitur, *Mosis fil. Josuæ Narbonensis Traductionem Philosophiæ Averrois* ibidem A. V. 24. occurrere.

DXII. c. דוד הנשיא DAVID HANNASI, seu *Princeps*, Karæus. Vide infra num. 653.

DXIII. c. ר׳ דוד פארר R. DAVID PHARAR, Ex-Christianus, & Magister Judæorum Amstelodamensis, Latinæ Lingvæ peritus, cum *Hugone Broughtono* Amstelodami publice disputavit. Hujus disputationis summa capita cum responsionibus exstant in *Broughtoni* Operibus Anglice editis, Tomo II. pag. 366—375. & alia ratione brevius Tom. III. pag. 617—620.

DXVI. ר׳ דוד פרדו R. DAVID PARDO.

Ejus *Compendio dos Dinim*, i. e. compendium rituale Judaicum, tanqvam *Amstelodami* 449. C. 1689. 8. editum, video afferri in Catalogo librorum R. *Dav. Nunnes Torres*, Rabbini qvondam Hagiensis, pag. 32. Illud de versione Hispanica libri, qvem שלחן טהור inscripsit, accipio.

ר׳ דוד

ר׳ דוד צרפתי R. DAVID ZARPATHI. DXVIII. c.

Eundem esse cum R. *David de Pina*, de qvo Vol. III. num. DXIII. c. ut ibidem pag. 207. subindicavi; ita nunc pro certo habeo, idem scilicet ab erudito qvodam Judæo Lusitano nuper edoctus, qvi mihi præterea asseveravit, eundem R. *Isaaci Orobii à Castro* generum fuisse.

ר׳ דוד בן שלמה יחייא R. DAVID fil. SCHELOMO JACHIJA. DXXII.

Ejus לָשׁוֹן לִמּוּדִים una cum parte II. שֶׁקֶל הַקֹּדֶשׁ in charta exaratus foliorum 89. apud me exstat ex Vffenbachianis. Vide Biblioth. Vffenbachianam compendiariam MS. p. 48. num. 214. Hic velim notari, *Bartoloccium* Tomo II. pag. 280. afferre CPolitanam libri hujus editionem an. 3366. C. 1506. curatam. Hic facile intelligitur vitium operarum, in anno Judaico. Scribendum enim erat 5266. si respondere debet A. C. 1506. Præterea non puto, etiam hancunqvam exstitisse. Vidi ego in Biblioth. Oppenheim. editionem libri hujus CPolitanam. anni 285. C. 1525. Vidi etiam ibidem CPolitanam alteram anni 302. C. 1542. Cumqve hæc dicatur secunda, fieri non potest, ut duæ aliæ ante exstiterint. CPolitana illa anni 1525. constat foliis 56. In eadem vero tractatus de Poesi Hebræorum sub titulo שקל הקדש incipit folio 49. averso.

ר׳ דוד בן שמואל R. DAVID ben SCHEMUEL. DXXIII.

Nonnulla, in ejus טורי זהב omissa, seorsim excusa prodierunt, sub titulo: זָהָב מוּזָקָק Dyrenfurti 485. C. 1725. 8. pp. 28. apud Isaschar Behr ben Nathan.

דומנוס DOMNUS, *Judæus*, *Gesii* Medici præceptor, de qvo *Suidas* in Γέσιος. DXXVII. b.

דונש DONASCH. *Labrat* ille Ex-Judæus, ad qvem hic *Donasch* scripsisse dicitur Vol. I. pag. 332. corrupte ita appellatus & *Lebrecht* vocandus visus est B. *Jo. Andreæ Danzio* in nota marginali ad l. c. manu exarata. Scilicet Ex-Judæi freqventer nomine *Lebrecht* insigniri solent. At vereor ego, ne hujus nominis germanici *Lebrecht* usus illa, qva *Donasch* vixit, ætate sit recentior. DXXVIII.

דיאודתו שיגרי DEODATUS SEGRE, Hebræus. DXXX.

Ejus *Corona di Savoja Hebræo-Italica* i.e. Corona Sabaudiæ MS. est in Biblioth. Taurinensi A. VI. 21. fol. foliorum 38.

DXXXIV. ר׳ דניאל בן דוד בן אליהו R. DANIEL fil.
h. DAVID fil. *Eliæ.*

ס׳ אודה יהוה *laudabo Dominum*, ex Pf. VII. 18. Pars I. concionum Venet. 442. C. 1682. 4. per Dominum Vedelago, fol. 52. ex officina Bragadina.

DXXXVI. דניאל לוי די בריאוס DANIEL LEVI *de* BARIOS.

Ejusdem est *Theologia Natural*, qvæ fub nomine *Barientos* Hagæ 1725. 8. Hifpan. prodiit.

DXXXVII. דניאל לכורש DANIEL la CORESCH, Ex-Judæus.
c. חמשה פטורי צצים *Quinque aperti flores, collecti ex horto malogranatorum, & in fasciculum digesti. Amstelod.* 1727. 8. pp. 136. Latine. Conftat liber variis commentationibus ad loca nonnulla Scripturæ Sacræ interpretanda, itemqve alia argumenta pertinentibus. Ita I. refertur ad *Genef. III.* 2. fqq. II. ad *Genef. XXXI.* 41. fq. III. ad *Deuter. XXXII.* IV. ad *Deuter. XXXIII.* V. ad *Hofea I.* Promittit idem pag. 135. obfervationes fuas in *Zachar. III.* & *IV.* Cabbaliftice & obfcure admodum fcribit Auctor. In præfatione pag. 4. teftatur, fe jam per qvindecim annos inter Chriftianos *Amstelodami* verfari, & pag. 26. affertur de eo locus ex *Henrici Sibersma* libello Belgico, *Amftelodami* fub titulo: *het oude Geloof* an. 1714. impreffo, ubi pag. 180. vocatur *vir eruditus, variarumqve lingvarum, & potiffimum Hebraica, peritus.*

ח

DXLI. ר׳ האיי גאון R. HAI GAON.

מוסר השכל alias vocari folet משלי ר׳ האיי. Vide, qvæ infra ad num. 1756. fub *Seadja fil. Maimon* fcribentur. Ibidem nonnulla de ejusdem *Qvæftitis & Refponfis* ad librum *Jezira* dicentur. Ex literis Rabbini Veneti didici, *Quæfita & Refponfa* noftri MSS. Venetiis exftare.

DXLIII. הבל ABEL, Ex-Judæus.

Alphonfus Ciacconus in Bibliotheca fua Vniverfali, usqve ad literam E perducta, qvam MS. habeo, nunc qvidem à Cl. *Francifco Dionyfio Camufato* in lucem

lucem editam, ita: Abel, *ab Judaismo ad Christianam religionem conversus, de hebdomadibus Danielis librum unum scripsit, qui Italice editus est.*

הוגו ברוגטון HUGO BROUGHTONIS, Camber, DXLV.
Oldburii in Comitatu *Salopiensi* 1549. natus anno 1612. 4. Augusti, cum annum ætatis 63. ageret, defunctus. Vita ejus diligenter descripta in limine Operum ejus, quatuor tomis & uno volumine Londini 1662. fol. cum effigie ejusdem editorum, legitur. Scripta, quæ ad hunc locum pertinent, Tomo IV. exstant. Ibi enim pag. 929. sqq. leges epistolam *Abrahami Rubenis* hebraicam ad *Broughtonum* datam. Eam seqvitur Nostri responsio, *Hebraice & Latine* pag. 949. paginis 18. In illa primum in duplici tabula exponitur utraque Davidis stirps ad transmigrationem usqve deducta, & hinc usqve ad redemtionem producta. Sequuntur observanda qvædam ad excidium Regni, una cum serie annorum mundi inde ab Adamo procedentium, Regum item Mediæ & Persiæ, porro Græcorum, & Partitione LXX. hebdomadum Danielis. His succedunt Reges, qvorum mentio fit à Daniele. Eadem Responsio *Græce* exstat pag. 950. sqq. & *Anglice* pag. 959. Hanc excipiunt epistolæ variæ ad negotium conversionis Judæorum CPolitanorum pertinentes. Illarum una Reginæ Angliæ inscripta *Anglice, Hebr. Græce, Latine, Gallice, Belgice & Italice* exstat pag. 673—683. (ita enim paginæ operarum errore numerantur) altera ad *Joh. Whitgiftium*, Archiepisc. Cantuariensem, *Hebraice* pag. 686. Cetera illa supra Vol. III. pag. 229. sq. commemorata Operibus his contineri per se patet, qvibus proinde hic enumerandis supersedeo. Qvæ idem de Novo Instrumento Hebraice convertendo pollicitus est, ea supra recitavi, cùm de versione Novi Testamenti Hebraica exponerem. De Græco *Broughtoni* responso ad R. *Abrahami Rubenis* literas ipse aliqva affert in epistola, qvam *Thomas Crenius* ante ἀνέκδοτον inseruit Fasci III. Exercitationum Philologico-Historicarum pag. 338. sq. Hic observari velim, R. *Farar*, cum qvo res itidem fuit *Broughtono*, non esse *Abrahamum* illam *Farar* de qvo Vol. I. num. 137. sed *Davidem Farar*, cujus hic paulo ante feci mentionem.

Sententiam *Broughtoni* de genealogia Christi à B. *Christ. Helvico* expositam in diss. de Genealogia Christi à *Crenio* loc. cit. recusa, leges pag. 338. sq.

Legi præterea de Nostro potest *Jo. Strype*, M. A. in Historia Jo. Whitgifti, Archi-Episcopi Cantuariensis, anglice Londini 1718. fol. edita, ad an. 1595. Laudat ille ex merito insignem ejus lingvarum, *He-*

braicæ nominatim & *Græcæ*, notitiam, eadem vero opera in fastum ejus moresqve difficiles & fere subrusticos animadvertit, qvi etiam effecerint, ut Episcopatu Londinensi, ad qvem adspirabat, excideret. Confer *Bibliothecam Anglicanam* Dn. *de la Roche* Tom. V. Parte II. pag. 351. sqq. & pag. 358.

DXLIX.b. היארונימוס אליאנדר HIERONYMUS ALEANDER. De eo pag. 232. *Leonem Allatium* in Apibus Vrbanis pag. 132. sqq. commentari monui. Falsum vero me esse scias. Ipsi enim Allatio de *Hieronymo Alexandro* non nostro, sed Juniore, sermo est.

DXLIX.d. היאורונימוס ריקיאוס HIERONYMUS RICIUS, *Pauli*, Ex-Judæi, filius, doctus Hebraice & inter eruditos suæ ætatis clarus, qvem *Paulus Colomesius* in Italia Orientali, à me edita, pag. 18. celebrat, ejusqve epistolas aliqvot non sine voluptate legi affirmat, quemadmodum & ibidem locum ex epistola qvadam ejus, Augustæ Vindelicorum an. 1516. ad Jo. Reuchlinum data, affert.

DLXIX. e. הינניגיאוס היננינג HENNINGIUS HENNING, *Husanus*, *Holsatus*. Oratio ejus Panegyrica cum subnexo Lessu Chald. Epicedio Syriaco, voto Arabico, & epitaphio Græco, juncta singulis his versione Latina, in funere DN. FRIDERICI, Heredis Norvagiæ, Ducis Slesvici &c. A. C. 1659. defuncti, prodiit Lugd. Bat. 1660. 4. plag. septem.

DLII. c. ר' הירש לוי R. HIRSCH LEVI. Idem est cum eo, de qvo Vol. III. num. CXXV. Plenum ejus nomen ita habet: *Abraham Naphthali Hirsch*, *Levita*, *fil. Mosche Spitz*, Rabbinus Wormatiensis. Ejus

מְלֹא רָצוֹן prodiit *Francof. ad Mœn.* 470. C. 1710. fol. Continet autem commentationes in Tractatus Talmudicos 45. nempe ex Ordine *Seraim* in *Berachoth*, *Pea*, *Cilaim*, *Scheviith*; ex Ordine *Moed*; in *Schabbath*, *Eruvin*, *Pesachim*, *Joma*, *Succa*, *Beza*, *Taanith*, *Megilla*, *Schekalim*, *Chagiga*. Ex Ordine *Naschim*; in *Jevammoth*, *Cetuvoth*, *Nedarim*, *Nasir*, *Sota*, *Gittin*, *Kidduschin*. Ex *Nesikin*; in *Bava Kamma*, *Mezia* & *Bathra*, *Sanhedrin*, *Avoth*, *Schevuoth*, *Avoda Sara*, *Edijoth*, *Avoth*, *Horajoth*. Ex *Kodaschim*; in Sevachim, Menachoth, Chullin, Biccuroth, Erachin, *Temura*, *Cerithuth*, *Meila*, *Middoth*. Ex Ordine *Tahoroth* in *Nidda*, *Mikvaoth*, *Para*. Pars I. operis constat foliis 97. II. foliis 114. Subjungitur denique particula operis majoris sub titulo; ירושת נפתלי ubi agitur

tur

tur de locis difficilioribus *Jör Tosephoth*, una cum Spicilegio qvodam ad מלא רצון foliis qvinqve.

ר׳ הלל בן יצחק R. HILLEL fil. ISAACI. DLIII. d.

Commentar. in *Proverbia* & V. *Megilloth* an. 4064. C. 1104. in membrana scriptus memoratur in Catalogo Biblioth. Schultingianæ p. 3. inter MSS. Hebraica n. 23.

ר׳ הענדל בן וואלף R. HENDEL ben WOLF. DLV. b.

שִׂמְחַת הַנֶּפֶשׁ Francof. ad Mœn 467. C. 1707. apud Matthiam Andreæ. Confer, qvæ infra in Supplementis ad Anonymos n. 698. titulo: שמחת נפש scribentur.

ר׳ העשיל R. HESCHEL: vide infra *Jehoschua Heschel* n. 787. d.

הרון בן סינטון HARON ben SINTON, Fessæ in Africa ex nobilissimis Judæis natus, Medicus, Philosophus & Astrologus, Regiqve *Abdallæ* à servitiis anno 872. Hegiræ, i. e. A. C. 1467. jugulatus. Vide *Leonem Africanum* de viris Illustribus cap. 30. DLVI. b.

ו

וואלטער פיליפ WALTHER PHILIPP, Ex-Judæus, Hamburgi Christi sacris initiatus. Neu vermehrtes Teutsch-Hebräisch Wörter-Buch, darinnen ein vollkommener Bericht, auf was Weise das Hebräische schreiben, lesen und ausreden am leichtesten zu begreifen, und zu erlernen. Hamburgi 1732. 8. pp. 64. Itaqve de dialecto Judæo-Germanica, sed jejune commentatur. DLVIII. b.

ווילהעלם הענריך נייםאן WILHELM HENRIC. NEUMANN. Ex-Judæus. Vide supra *Abrah. f. Raphael.* DLXIII. c.

ויקטור VICTOR à CARBEN. DLXV.

Eum *Victorem Carcumensem* aliqvoties appellat Anonymus auctor Tractatus de imposturis & ceremoniis Judæorum, a *Conrado Husero* Latine versi, v. c. p. 37. & 39. Item p. 3. ubi præterea vocatur *Talmudistarum facile princeps*, qvi sub Episcopo Coloniensi baptisma sacrum susceperit.

Liber *de vita & moribus Judæorum* Coloniæ 1509. in 4. primum prodiit, qvam editionem etiam in Catalogo Biblioth. Heilbronnensis à Rev. *Hækero* edito p. 153. video afferri, sub titulo *Operis aurei*. Ibidem p. 180. laudari memini *Victoris* nostri *Confutationem Judæorum*, tanqvam Coloniæ 1509. 4. editam, qvam a priore illo non putem differre. Commemoratur vero & ejusdem liber sub titulo: *Victor de Carben Ex-Judæus, & Coloniæ in Templo Ursulano Sacrorum Antistes contra errores Judæorum.* Colon. 1504. 4. Eum, mihi nondum visum, ita describit Rev. *Reimmannus* in Catalogo Bibliothecæ suæ Part. I. p. 474. *Victoris de Carben* (opus) *longe est rarissimum. Licet duæ prostent editiones, Coloniensis hæc nostra, & Parisiensis altera. Qvarum posterior à priore sola inscriptione differt. Polemicum autem est hoc opus, nec contemnendi commatis. Multa enim in eo de Judæorum ritibus, moribus, doctrina, superstitione, vivendi ratione non ubivis obvia. Eaqve ex Talmude eorum & cottidiana praxi, & longe consvetudine hausta.* Idem p. 475. suspicatur, Victorem scripti illius auctorem non esse. *Dictio enim*, inqvit, *ejus simillima est dictioni Ortwini Gratii, cujus & in Indice exstat carmen panegyricum, & in volumine ipso qvadam epistola. Nec rationi est consentaneum, si sua manu hanc telam pertexuisset, laudatorem sui ipsius existere, & se Dominum Victorem l. I. c. 14. & c. 34. vel virum religiosissimum & optimum* (*Inscript. l. II.*) *vel opus hoc suum aureum & à Viris doctis diu exspectatum appellare voluisse. Et qvis credat, à Judæo lectum esse Virgilium, Juvenalem & Salustium, qvorum iste lib. I. c. 21. ille lib. IV. in Prologo, hic lib. II. c. 23. in testimonium & partes vocatur. Materiam Victorem suppeditasse Ortwino credimus, & Ortwinum eidem dedisse speciem, & formam, & œconomium.* Hæc vel ideo repetenda hic esse censui, ut constaret, librum hunc, qvi *contra Judæorum errores* inscribitur & Colon. 1504. editus est, non diversum esse ab eo, qvem Colon. 1509. 4. editum dixi, cujusqve titulus est: *Opus aureum ac novum à doctis viris diu exspectatum Domini Victoris de Carben olim Judæi, sed modo Christiani & Sacerdotis, in qvo omnes Judæorum errores manifestantur, qvi hactenus nobis ignoti fuere.* Qvæ enim Rev. *Reimmannus* ex suo exemplo recitat, ea modo prorsus eodem & locis etiam citatis in meo Colon. 1509. leguntur. In titulo qvoqve, qvem *indicem* videtur vocare Reimmannus, exstat *Ortwini* epigramma encomiasticum, & in aversa pagina ejusdem epistola ad Theodoricum, Episcopum Cyrenensem. Ex qvo porro conseqvitur, primam hujus libri editionem esse Coloniensem illam anni 1504. qvamvis, ut nihil dissimulem, & *Ortwini* illa epistola, & seqvens statim *Victoris* dedicatio ad Philippum, Archiepisc. Coloniensem facta, annum 1509. ita in calce referant, ut ex utraqve simul colli-

colligere posſis, ſcriptum hoc eo anno primum lucem vidiſſe. Ceterum non diſplicet illa Reimmanni conjectura, qva *Victori* argumenta, *Ortwino* autem conſignationem libri acceptam fert. Deniqve velim notes, typographum Colonienſem, qvem Vol. III. p. 238. *Henricum de Muſſia* vocavi, *Henricum de Nuſſia*, qvæ urbs eſt in tractu Colonienſi, Neuß nobis dicta, appellandum eſſe. Id per conjecturam me monuerat Cl. *Chriſtianus Schœtgenius*, qvam accuratior verborum inſpectio mihi confirmavit.

Propugnaculum fidei Chriſtianæ, in qvo Chriſtianus & Judæus diſputantes introducuntur, Colon, 1518. 4, non eſt, ceu Vol. III. p. 240. ſuſpicatus ſum, unus ex qvatuor illis libris *Operis aurei*, ſed diſtincta ab illis commentatio. Poſſidet illud præſtantiſſimus *Gothofredus Thomaſius*, & Norimbergæ & Ordinis ſui decus. Conſentit tamen illud hinc inde cum libro III. Operis aurei, qvo de Mariæ cultu itidem diſſeritur. Idem *Thomaſius* poſſidet verſionem hujus *Propugnaculi* Germanicam, ſub titulo: Ein ſchön und ſäuberlich Tractätlein von der edlen, reinen und unbefleckten Jungfrauſchaft Mariä, der himmliſchen Königinn. Argentorari 1519. 4. Illius enarrationem pleniorem Rev. *Jo. Helvicus Engererus*, V. D. Miniſter Schwobacenſis ad me miſerat, qvam ſupra, ubi de ſcriptis Anti-Judaicis rarioribus actum eſt, ſuppeditavi, p. 568 ſqq.

ז

ר׳ זאב וואלף בן יהודה R. ZEEV Wolf, ben JEHVDA. Scripſit etiam expoſitionem *Haggadæ Paſchalis*, de qva infra ad n. 1971. c. ubi de R. *Schelomo Salman b. Seev Wolf* plura dicam. DLXVI.

ר׳ זאב וואלף בן שמואל R. SEEV *Wolf*, ben SCHEMVEL. עֹולַת שַׁבָּת recuſum eſt *Amſtelod.* 485. C. 1725. 12. pp. 143. cum libello *Pirke Avoth* pp. 84. apud Salom. Proops. DLXVII.

זכאי ZACCAI, (*Zacchæus*) Judæus, cum qvo habita ab *Athanaſio* diſputatio Græca MS. citatur à *Lambecio* in Commentariis de Bibliotheca Vindobonenſi lib. V. p. 135. Vocatur ibi *Judæorum Nomodidaſcalus.* DLVIII. c.

ר׳ זכריה ספרדי R. ZACHARIAS HISPANVS. DLXXII.

Hunc

Hunc puto esse illum R. *Zachariam fil. Isaaci*, Hispanum, cum cujus versione Hebraica libri *Aristotelis* de rebus Naturalibus cum expositione *Averrois* una cum libris *de anima* MSS. exstant in Bibliotheca Taurinensi A. V. 9. in fol. In Catalogo MS. librorum Aristotelis de rebus Naturalibus versio Hebraica ex Arabico diserte accepta fertur *Zachariæ* filio *Isaaci*, & nihilominus in fine hæc legi dicuntur: *Transtulit amabilis R. Jechiel fil. Zidechiæz* (lege *Zidkijahu*) Qvæ qvomodo conciliari possint, non intelligo, nisi forte R. *Zachariæ* versionem contextus *Aristotelis*, *Jechieli* autem interpretationem commentarii *Averrois* acceptam feras. Est vero hic præterea aliud monendum. *Zachariæ* nomen à librario videtur profectum, qvi scribere potius debebat *Zerachja* (זרחיה) Huic enim in eodem Catalogo, Codicem A. V. 12. enarrante, tribuitur versio Hebr. *Extranaturalium* seu *Metaphysicorum* Aristotelis, ut & operis de Bono perfecto. Vtrinqve Interpres vocatur R. *Zerachja* fil. *Isaaci*, Barcinonensis. Jam vero memoratur alias (vide Vol. I. hujus Bibliothecæ n. 584.) זרחיה הלוי *Zerachja Levita*, qvi ex Arabico Hebraicum fecerit librum על מהות הנפש *de essentia animæ*. Huic itaqve omnes illas versiones tribuendas esse censeo.

DLXXIII. זכריה פורטו ZACHARIAS PORTO. Index ille, qvi אָסַף הַמַּזְכִּיר inscribitur, 200 circiter auctoribus à *Salomone Proops* auctus, exstat in inferiore margine libri *En Israel*, qvem idem *Amstelodami* 1725. 3. voll. in 8. recudi fecit.

DLXXVII. זלמן רונקיל SALMAN RVNCKEL. Libro ejus חָתָן דָּמִים *Buxtorfius* in Biblioth. Rabbin. p. 344. folii formam tribuerat, notatus ideo à B. *Wagenseilio* in Supplementis ad illam MSS. in qvibus ita pergit: *Continet observationes Cabbalisticas, secundum Pentateuchum dispositas, ex* R. Sal. Runckel *orationibus, qvas in conviviis tum nuptialibus, tum ob circumcisos infantes celebratis, recitaverat, excerptas. Inde ingeniosum libro nomen, qvod orationes utrasqve egregie complectitur.*

DLXXVII. b. זנוויל פופרט SANVEL POPERT, Typographus hodie Altonaviensis, cujus exstat מְגִלַּת מָרְדְּכַי i. e. canticum in festum *Purim* Hebraicum, cum subjecta versione Judæo-Germanica. *Altonaviæ* 490. C. 1730. 8.

DLXXIX. זרובבל בן שאלתיאל SERVBABEL ben SCHEALTHIEL. Libellus illius nomine inscriptus, de qvo Vol. I. MS. est in

in Bibliotheca Oppenheimeri in 4. foliorum trium. In fine hæc legis: סליק דברי מטאטרון לזרובבל בן שאלתיאל פחת גדול בימי מלכות פרס ויכתבם זכריה בן עדוא ואליהו : h. e. *Desinunt verba* Metatron *ad Serubabel fil. Schealthiel, Ducem magnum in diebus regni Persarum, qvæ scripsit Zacharias fil. Iddo & Elias.*

זרחיה בן יצחק ZERACHIA fil. ISAAC. Vide paulo ante n. 572.



חזקיהו EZECHIAS, Rex Judæ, librum medicamentorum scripsisse visus est *Tiraqvello*, ex Maimonidæ Doctore Perplexorum l. III. c. 38. Sed vide tu doctissimum *Fabricium* nostrum Bibliothecæ Græc. Vol. XIII. p. 158. DLXXXIX. b.

ר׳ חזקיה בסילוה R. CHISKIJA de SILVA. DXCI. c.

פְּרִי חָדָשׁ de qvo p. 149. opus ad illustrandum primam partem *Turim* pertinens, continuatum est, editis à filio auctoris, R. *David de Silva*, ejusdem observationibus, qvæ ad reliqvas ejus Sectiones, nempe de precibus, elevatione manuum, lectione libri legis, novo anno, die Expiationis & Encæniorum exponunt, una cum Supplementis ad *Jore Dea*, sub eodem titulo פְּרִי חָדָשׁ Amstelodami 490. C. 1730. fol. foliis 60. apud Isaacum ben Schelomo Raphael, ben Jehuda.

Ejusdem filii opera lucem viderunt nostri

מַיִם חַיִּים *Aqvæ vivæ*, ex *Genes.* XXVI. 19. observationes super varia loca Talmudica ibidem 487. C. 1727. fol. foliis 44. ubi inde à f. 39. usqve ad finem Responsa qvædam leguntur, apud Mosen Francofurtensem.

חיון בן יהויכים CHAION fil. JEHOJACHIM. DXCIII. b.

Vide infra *Jechiel fil. Asariel.*

ר׳ חייא רופא R. CHAJIA ROPHE, i. e. *Medicus.* DXCVI.

מַעֲשֵׂה חִיָּיא complectitur varias observationes in Tractatus Talmudicos,

eos, v. c. *Berachoth*, *Jom Tov*, *Chagiga*, *Megilla*, *Pesachim*, *Cetuvoth* &c. qvæ procedunt usqve ad p. 108. Inde usqve ad finem libri seqvuntur Responsa ejus XXVII. Edidit, & præfatus est filius ejus R. *Meir*. Recusus hic liber est *Furthi* an. 487. C. 1717. 4. foliis 109. opera R. Nathan Neta ben Schemuel.

DXCVI. b. ר׳ חיים אבולאפייה R. CHAJIM ABULAPHIJA, Rabbinus Smyrnensis, adhuc superstes.

עֵץ חַיִּים *arbor vitæ*, ex *Genes.* II. 9. Conciones super legem, *Smyrnæ* 486. C. 1726. fol.

מִקְרָאֵי קוֹדֶשׁ *congregationes sanctæ*, ex *Levit.* XXIII. 2. super ritus Sabbaticos ibid. 489. C. 1729. fol.

יְשָׁרֵשׁ יַעֲקֹב *radicare faciet Jacobum*, *Jes.* XXVII. 6. conciones ad *Gemaram* ejusqve Interpretes accommodatæ, ibid. 489. C. 1729. fol.

יוֹסֵף לֶקַח *addet scientiam*, Proverb. I. 5. Pars II. similium concionum, ibid. 490. C. 1730. Didici hæc ex catalogo librorum Judaicorum MS. Venetiis ad me misso.

DXCVII. c. ר׳ חיים בן אברהם R. CHAJIM fil. ABRAHAMI, cujus *reprehensiones morum in vita* MSS. exstant in Bibl. Taurinensi in fol. A. II. 24. n. 8. in codice, qvi plura alia, & speciatim *Maimonidæ* varia complectitur.

DXCIX. ר׳ חיים בן אברהם כהן R. CHAJIM fil. ABRAHAM, *Cohen*. Confer qvæ scripsi Vol. III. p. 1122.

DC. ר׳ חיים אלפואל R. CHAJIM ALPOEL, נוֹפֶת צוּפִים *liqvor favorum* ex Ps. XIX. 11. expositio locorum Scripturæ Cabbalistico, qvam CPoli an. 402. C. 1642. prodiisse testatus mihi est R. *Moses Chagis*, eruditus Judæus Altonaviensis. Supra Vol. I. n. 1168. ejusdem tituli librum sub R. *Isaaci Alpoel* nomine attulimus.

DCIII. ר׳ חיים בנבנשתי R. CHAJIM BENBENISTE. Ex Catalogo qvodam, qvem Venetiis an. 1731. accepi, intelligo, ejus כְּנֶסֶת הַגְּדוֹלָה sive commentationem in *Jore Dea* inde à Sect. I. ad XLVIII. *CPoli* ante qvinqvennium, hinc à Sect. XLIX. ad CLXXVII. usqve ad finem paulo post lucem vidisse.

Additur

Additur, eandem commentationem super *Even Eser* Smyrnæ prelum exercere. Ita B. *Christianus Theophilus Vngerus* in literis an. 1714. datis nunciat, B. *Adamum Andream Cnollenium* se monuisse, exstare *Smyrnæ* MS. *Chajimi* hujus amplam expositionem ע״ס סמג sive ס׳ מצות קטון item Supplementa ad כנסת גדולה *CPoli* vero Responsa ejusdem varia.

ר׳ חיים בן בצלאל R. CHAJIM fil. BEZALEL. DCIV.

Ejus ויכוח מים חיים differit de rebus licitis & illicitis, & animadvertit in librum *Torat Chattath* R. Mosis Isarles, *Amstelod.* 472. C. 1711. 8. apud Salom. Proops. Ejusdem באר מים חיים *fons aquæ vivæ*, i. e. commentarius super legem MS. in Biblioth. Oppenheimeri in 4. foliorum 315. Ibi in titulo vocatur Archisynagogus *Fridbergensis*. Ibidem exstat ejusdem עץ חיים liber Grammaticus in 4. decem plagularum.

ר׳ חיים בן גומפל אלטשול R. CHAJIM fil. GVMPEL ALTSCHVL DCVI. c.

בית ישראל ובית הבחירה *domus Israelis*, *& domus electa* lingva Judæo-Germanica *Amstelod*. 484. C. 1724. 4. pp. 64. apud Salom. Props. In *Beth Israel* res Judæorum inde à tempore Abrahami usqve ad Hassamonæos & ulterius commemorantur, atqve adeo Judices, Prophetæ & Reges Judæorum omnes percensentur. In *Beth habbechira* vero structura templi & urbis Hierosolymitanæ exponitur.

ר׳ חיים גלא באבא R. CHAJIM GALA PAPA, DCVII.

vocandus potius erat *Chajim Galeppa*, qvod nomen est urbis *Galilææ*. Ita enim, ceu B. *Danzius* in nota marginali ad h. l. scripserat, appellatur חיים גאליפפא ab auctore libri מספר העלומות fol. 12. col. 3. l. 24. Confer supra p.

ר׳ חיים ויטאל R. CHAJIM VITAL. DCVII.

ס׳ אוצרות חיים de qvo p. 255. apud me nunc est MS. Vide Bibliothecam Vffenbachianam MS. compendiariam p. 30. n. 151.

ס׳ עץ חיים Habeo tabulas in folio figuris variis, ære expressis, refertas, qvibus summa libri hujus capita & argumenta repræsentantur, sine loci & anni indicio.

Ex literis Judæi Veneti intellexi, exstare Venetiis MSS. nostri varia, v. c. ס׳ הדרושים אוצרות חיים, מבוא שערים, אדם ישר &c.

Nostri hujus הַקְדָּמָה ad librum עץ חיים & librum מְבוֹא שְׁעָרִים vidi in Biblioth. Oppenheimeri in 4 foliorum 135. chartac. in Turcia manu descriptam, & aliud exemplum, Judæi Germani manum referens. Tum aliud exemplum הקדמה illius, qvod complectitur דְּרוּשׁ נְקוּדִים, בְּרוּרִים & עֲקוּדִים in 4. majori, foliis 68. Item זֹהַר הָרָקִיעַ in 4. chartac. ad intelligentiam *Sohar* ex sententia R. Is. Luria, & Chajim Vital, aliorumqve Luriæ discipulorum, fol. 97.

Nec non partem qvandam libri עץ חַיִּים ex curis secundis, in qva Cabbalistice explicantur בית מועד שער פסח ויציאת מצרים in 4. volumine trium digitorum.

DCXV. d. ר׳ חיים לוצאטו R. CHAJIM LUZATO.

לְשׁוֹן לִמּוּדִים *lingua doctorum* Jes. L. 4. Rhetorices præcepta sistit. *Mantuæ* 486. C. 1726. 4.

DCXVIII. c. ר׳ חיים בן עוזר R. CHAJIM fil. OSER, nepos R. *Chajim Schor*, Rabbinus primarius *Hildesiensis*, qvi edidit avi sui, R. *Abrah. Chajim*, librum צאן קדשים de qvo supra ad num. LXXVII.

DCXVIII. d. ר׳ חיים בן עטר R. CHAJIM fil. ATAR, qvi fratrem habuit *Mosen Atar*, adhuc superstes.

חָפֵץ יְהֹוָה *delectatur eo Deus*, ex *Numer.* XIV. 8. commentatio in Tractatus Talmudicos *Berachoth*, *Schabbath*, *Horajoth*, & *Chulin*. Amstelodami, apud Schelomo Proops an. 492. C. 1732. fol. foliis 71. In præfatione optat auctor, ut, qvæ in Codicem Biblicum & Ordines qvatuor parata vel affecta habet, in lucem proferre possit.

DCXX. ר׳ חיים קראכמאל R. R. CHAJIM KROCHMEHL.

מְקוֹר חַיִּים vide Bibliothec. Uffenbachian. compendiariam MS. p. 44. n. 197.

DCXXII. ר׳ חיים שור R. CHAJIM SCHOR. Vide supra R. *Abraham Chajim Schor*, n. LXXVII.

DCXXII. c. ר׳ חיים שמואל פלורנטין R. CHAJIM SCHEMUEL *Florentinus*.

מְעִיל שְׁמוּאֵל *pallium Samuelis*. Qvæsita & Responsa *Thessalonicæ* fol. foliis 111 apud Abrah. ben David Nachman & Jom Tov ben Mosche קאנפליאש Accedunt in fine nonnulla super Rambam.

ר׳ חנוך

ר׳ חנוך הלוי R. CHANOCH *Levita.* DCXXXI. b.

De epistolis hujus & *Conr. Frommulleri*, Pastoris qvondam Ecclesiæ Poppenreuthensis, anno 1681. æt. 72. defuncti, mutuis lege *Bibliothecam Fabricianam* Tomo V. p. 326. sq.

חנוך הפילוסוף HENOCHUS Philosophus. Hujus DCXXXII.

est ille liber, qvem L. *Piqves*, Doctor qvondam Sorbonicus, ex Hebraico Gallice, ut puto, se vertisse testatur. Vide, qvæ infra scribentur in his Supplementis ad num. 1752. סנדאבר.

חנוך בן צבי הירש CHANOCH fil. ZEVI DCXXXII. b.

Hirsch libellum

אִגֶּרֶת בַּעֲלֵי חַיִּים dialecto Judæo-Germanica edidit Francof. ad Mœn. 478. C. 1718. 4. Vide Vol. III. pag. 972. n. 1892.

ר׳ חנין בן יצחק R. CHONAIN fil. ISAACI non DCXXXVI.

Judæus fuit, sed Christianus, qvod diserte tradit *Abulpharajus* loco, qvem Vol. III. pag. 266. attuli. Confer de eodem præstantissimum *Jo. Albertum Fabricium* Biblioth. Græc. Vol. XIII. pag. 249. qvi & de *Humain*, seu *Humen*, Arabe Andromachi Interprete, commentariorum in qvædam *Hippocratis & Galeni* scriptore, disserit. Duo hi nonnullis à se invicem distingvendi videntur, de qvo qvid dicam, nondum exploratum habeo. Vterqve enim idem poterat videri, cum nomen חונין vel הונין tum in scriptione, tum in pronunciatione, facile ita exprimi possit, ut nunc *Humain*, nunc *Human*, nunc *Chanin*, nunc *Honain* aut *Chonain* appelletur.

ס׳ רפואות *liber Medicus*, *Joannitius* alias dictus, de qvo p. 269. MS. est in Biblioth. Bodlejana inter Codices Marschallianos num. 410. fol. chartac. pag. 14. versa. Titulus est: ס׳ המבוא הנקרא גואניסי Libellus ipse, tribus paginis & dimidia constans, sic incipit: ראשית חכמה יראת י׳ חכמת הרפואות נאמר כי הרפואה וג׳ Hinc Cl. *Jo. Gagnerius*, cui hæc debeo, conficit, titulum opusculi non esse ראשית חכמה sed מבוא גואניסי i. e. *Introductio Joannitii*. Ibidem fol. 16. seqvitur פירוש גואניסי i. e. commentarius in librum illum. Initium illius idem est, qvod Vol. III. p. 269. descripsi.

Ab hoc libello ibidem pag. 270. non distinctas esse suspicatus sum *Tabulas Isagogicas*, ex arte Medica Joannitii à *Fabio Paulino* Vtinensi collectas, & à *Fabricio Rasspano* in limine Tomi I. Avicennæ Latini editas.

Neqve conjectura me fefellit. *Paulinus* enim cogitata *Joannitii*, qvalia in MS. meo deprehendo, in tabulas illas retulit.

DC XLVIII. ## ר׳ הסדאי קריסקאש R. CHASDAI KRESKAS.

Ab hoc non puto distinctum R. *Chasdai berabbi Corcos* cujus *liber luminum* (forte Hebr. ס׳ המאורות) MS. est in Biblioth. Taurinensi A. VI. 9. in 4. foliorum 106. Catalogus MS. testatur in eo agi 1) de Dei essentia. 2) rerum creatarum fine. 3) temporum motu. 4) gradibus & qvalitatibus Prophetiæ. 5) Sacrorum Bibliorum sensu literali. 6) merito & demerito. 7) mortuorum resurrectione & ultima Templi reædificatione. 8) lege data per Mosen. 9) Cabbala à Mose ad Rabbenu Hakkadosch, Mischnæ Scriptorem. 10) de mundi æternitate, & 10) de animarum transmigratione, qvam in Biblioth. Vaticana exstare Vol. I. pag. 389. monui.

DC XLVIII.b. ## ר׳ חסדאי בן שמואל הכהן R. CHASDAI ben *Schemuel.*

תּוֹרַת חֶסֶד *Lex benignitatis*, ex *Prov. XXXI.* 26. i. e. Qvæsita & Responsa super *Arba Turim*, Thessalonicæ 482. C. 1722. fol. pp. 199. apud Abrah. ben David Nachman, & Jom Tov, ben Mosche קאנפילייאש.

ט

DCLIII. ## ר׳ טוביה R. TOBIAS, Karæus, cujus

אוֹצַר נֶחְמָד citatur à R. *Aarone fil. Eliæ* in ס׳ מצות MS. cap. VI. in ס׳ נשים fol. 213. a. l. 19. qvod Rev. *Jo. Benjamin Martini*, Archidiaconus Ohrdrufiensis, per literas mihi significavit. Nuper admodum librum *Ozar nechmad*, vel potius partem ex illo MS. evolvi in Bibliotheca Oppenheimeri, volumine in fol. chartaceo qvatuor digitos lato. In fine ejus hæc legis: אני טוביה הסופר השבל משבילי ציון כתבתי זה הספר שהוא אחד מספרי אוצר הנחמד והוא סדר כוהנים ובו דברי דוד הנשיא ז״ל חמלות יפות לו ז״ל והוספתי עליהם מה ששמעתי מדברי בעלי הדעת והמפרשים הפותרים האלהים יותר יראים: Ex his verbis intelligitur, *Tobiam* nostrum tractatum hunc ex opere alio voluminoso tanqvam partem ejus, qvæ de *Sacerdotibus* agat, descripsisse, additis

tis de suo nonnullis. Patet vero etiam, Opus illud acceptum ferri *Davidi* cuidam, qvi *Principis* nomine appellatur, Karæorum qvondam primipilo. Qvis ille *David* sit, non dixerim. Memini tamen, aliqvot hujus nominis Karæos in R. *Mardochæi* Notitia Karæorum, à me olim edita, appellari, qvos index suppeditabit.

ר' טוביה בן אליעזר R. TOBIAS fil. ELIESER. DCLIV.

Commentarius ejus in V. *Megilloth* MS. exstat in Bibliotheca Bodlejana, inter Codices Laudanos L. 6. in 4. volumine chartaceo, in qvo R. *Levi Gersonidæ* in *Jobum* commentarius antecedit. Librarii nomen est *Eliefer Mosche* fil. *Joab*. Debeo hæc Cl. *Jo. Gagnerio*.

טודרוס הלוי THODROS *Levita*. DCLXI.

אוצר הכבוד MS. in Biblioth. Bodlejana inter Codices Seldenianos num. L. in fol. chartac. Incipit ita: אחל לכתוב ס' אוצר הכבוד Pag. 3. l. 10. ita: מסכת ברכות תניא ר' אליעזר שלש משמרות הוו His commentarii loco subjicitur: בא וראה איך הפליא החכם הזה להסתיר הסוד Hinc patet, commentationem hanc ad Talmud pertinere.

ר' טודרוס בן משולם R. TODROS fil. MESCHVLLAM. DCLXIII.

עין משפט de qvo Vol. I. MS. est in Bibliotheca Taurinensi A. V. 34. in 4. De eo ita Catalog. MS. *Sepher En mischpath, liber proportionum fontis* (rectius verteris per *fontem judicii*) *secundum Aristotelis documenta, R. Abu jessam el Poubi.* Sunt CX. propositiones. Transtulit Todros fil. Meschullam, filii Davidis Todros; de Philosophia. Scriptoris Arabis nomen Vol. I. num. 663. rectius effertur per *Abu Ismael Pharach.*

טומוס מאקדינו THOMAS AQVINAS. DCLXIV.

Hujus tractatus de כוחות הנפש *facultatibus animæ*, Hebraice conversus, apud me exstat manu exaratus in 4.

טיאודוסיאוס THEODOSIVS, Judæus, a *Suida* commemoratus. DCLXVI.

Lege huc Rev. *Jo. Andreæ Walteri* dissertat. de Codice in Suida mendace de Jesu in numerum XXII. Sacerdotum solenniter à Judæis cooptato. Lips. 1724. item Cl. *Tobiæ Eckhardi* Testimonia non Christianorum de Christo Qvedlinburgi 1725. ed. pag. 122. sqq.

Ex

Ex Ephemeridibus Italicis Venetis, *Galleria di Minerva* inscriptis, Tom. I. pag. 324. intelligo, *Theodosii* Confessionem primum ab *Ambrosio Camaldulense*, tum à *Laurentio Valla*, hinc à *Francisco Philelpho*, & *Laurent. Quirino* Veneto, translatam, atqve ab *Archangelo de Burgonovo* Dialogo Italico *de nomine JEsu* insertam esse.

DCLXVII. d. טיאודורוס איבירטוס THEODORVS EBERTVS. Poemata ejus Hebraica, Lips. 1628. 8.

DCLXVII. f. טיאופילוס THEOPHILVS, *Antiochenus* Episcopus. Eum ex Judæis fuisse statuit Rev. *Gustavus Christoph. Hosmannus* in præfat. ad versionem Germanicam trium ejus librorum ad Autolycum, non improbantibus eruditis Auctoribus Collectionis Nov-antiqvorum Theologicorum vernaculæ an. 1731. p. 784.

DCLXIX. * ס׳ הטרטאט SEPHER HATTARTAT, ex lingva נצרי (*Nazarenorum*) i.e. Latina, ut puto, hebr. conversus, qvod in calce diserte dicitur, Logica est Aristotelica ita incipiens: אמר אריסטו בס׳ הגיון שההגיון נותן דרך להתחלות החכמות וכל מבקש אותה יצטרך להתחיל ההגיון ויודע לך כי ההגיון אינה חכמה אבל היא כלי לחכמה: i.e. *Aristoteles ait in libro Logicæ, quod Logica viam ostendat ad ingredienda Sapientiæ studia, quodqve omnis, qui eam quærit, a Logica debeat incipere. Scias itaque, Logicam non esse ipsam Sapientiam, sed instrumentum ad Sapientiam.* Tractatus hic in membrana MS. in 4. apud me exstat foliis duodecim absolutus & doctrinam de Prædicamentis potissimum tradens. Deinde foliis tribus seqvitur commentatio de tribus Figuris Syllogismorum eorumqve modis diversis, v. c. *Barbara*, *Celarent*, *Darii*, *Ferio*, &c. qvi Hebraicis literis scribuntur & illustrantur. Titulum טרטאט auctoris, nescio cujus, nomen esse suspicor.

DCLXIX. ** טרפון TRYPHO, Judæus. Vide inter Mischnicos Vol. II. p. 836. & quæ supra, in Supplementis ad illum locum dixi, p. 334.

י

יאשיע JOSCHIA ISRAEL ben BENVENISTE. Vide infra n. 789. *Jehoschua ben Israel.*

ר׳ ידעיה

ר׳ ידעיה הפניני R. JEDAHJA HAPPENINI. DC
בחינת עולם in charta manu antiqva exaratus in 4. apud me est, ex Vf- LXXVII.
fenbachianis. Confer Biblioth. Vffenbachianam compendiariam MS pag. 36. num. 170. Exstat qvoqve MS. in 4. in Biblioth. Taurinensi A. I. 1. ubi in calce *Estelina*, uxor Abrahami poetæ, monet, se epistolam hanc scripsisse, adjuvante nobili *Jacobo Levi*. Observandum qvoqve est, libellum hunc *Abrahamo*, non vero *Jedajæ*, filio ejus, acceptum ibi ferri. Occurrit iterum ibidem A. II. 33. in 8. una cum ejusdem Precatione; item *Josephi Esobi* epistola ad Auctorem. Eum in hoc libro Judæorum *Lactantium* qvod ad stylum, & *Senecam*, si argumentum spectes, præstitisse censet Rev. *Jac. Frider. Reimmannus* in Catalogo Bibliothecæ suæ Systematico-Critico pag. 914.

De versione Latina *Albardi Vchtmanni* ex Gallico facta, & notis instructa B. *Wagenseilius* in Supplementis MSS. ad Bibliothecam Buxtorfii Rabbinic. adeo sinistre sentit, ut eum in omnibus fere pagellis turpiter se dedisse existimet.

מבחר הפנינים qvod pag. 289. in Bibliotheca Senatoria Lipsiensi inter Codices Wagenseilianos exstare MS. dixi, aliunde redemtum est. Volumen est formæ octavæ oblongæ, & præter hoc alia opuscula, v. c. *Mosne Zedek* R. *Abu Achmed Algvazali* &c. complectitur. MS. qvoqve est in Bibliotheca Taurinensi A. V. 22. in 4. cum aliis tractatibus.

ר׳ יהודה אבל R. JEHVDA ABEL, *Karæus*. Ex DC
libro ejus MS. אשכול הכופר loca qvædam affert eruditissimus *David* LXXXII.
Millius, in Dissertat. de causis odii Judæos inter & Samaritanos, Vltraj. 1725. Citatur is à R. *Aarone* fil. *Eliæ*, Karæo in ס׳ מצות MS. capite VI. fol. 112. l. 7. sub nomine בעל ס׳ אשכול i. e. Auctoris libri *Eschcol*. Ita ad me perscripsit Rev. *Jo. Benjamin Martini*, paulo ante laudatus, qvi librum illum ex Bibliotheca Danziana utendum olim habuit.

ר׳ יהודה בן אברהם זארקו R. JEHVDA DC
fil. ABRAHAMI SARKO. Hujus allocutio exstat in limine libelli LXXXIV. b.
מכתב התחיה R. *Jehudæ Sabara*, qvi una cum R. Mosis Maimonidæ מאמר תחית המתים prodiit CPoli an. 319. 8.

ר׳ יהודה בן אלעזר R. JEHVDA fil. ELEA- DCXCI.
SAR. Huic מנחת יהודה falso tribui, qvi ad R. *Jehuda Lebh f. Obadiæ*,

Mmmmm per-

pertineat, Vol. III. h. l. monuimus. Conf. Vol. I. num. 746. Hic observa, librum illum etiam CPoli an. 414. C. 1654. fol. foliis 46. lucem vidisse apud Abrah. Franco.

DCXCII. ר׳ יהודה אריה במודינה R. JEHUDA ARIE, *Mutinensis*. Commentarium in *Haggada Paschalem*, de qvo p. 297. innuit Dom *Augustinus Calmetus* in Supplemento ad Bibliothecam Sacram, in calce Tomi IV. *Dictionarii Biblici* pag. 175. ubi commemorat ejus *Discours historiqve de la Paqve Juife, en Italien, & imprimé en lettres Hebraiqves*, à Venise 1609. fol.

בית יהודה accessit suis locis ad editionem libri *En Israel*, Amstelodami 1715. 8. 3. Voll. in 8. per Salom. Props curatam.

סור מרע *Hebr.* cum versione Judæo-Germanica à latere, *Furthi* 483. C. 1723. 8. foliis 32.

Historia rituum Judæorum suæ ætatis italice scripta. Illa *Gallice* à *Richardo Simone* conversa *Parisiis* 1681. secundum prodiit, ad qvam editionem tunc primum accessit ipsius *Simonis* Comparatio ceremoniarum Ecclesiæ Judaicæ cum illis Christianæ. Vide ipsius *Simonis* Criticam Biblioth. Ecclesiasticæ Dupinianæ Tom. II. pag. 445. sq. ubi etiam cavere jubet ab editione Parisiensi priore, tanqvam mendis scatente. Nostri Leonis Mutinensis & Rich. Simonis dissertationes novissime *Gallice* insertæ sunt amplissimo Operi, *Ceremonies & coutumes religieuses de tous les peuples du monde*, inscripto, & *Amstelodi* 1723. fol. edito, Tomo I. in limine, qvibus alia Anonymi dissertatio de Judæorum hodiernorum cerimoniis, supplementi instar, subjicitur. Confer Collectionem Nov-antiqvorum Theologic. an. 1725. p. 1062.

Belgica interpretatio lucem vidit, sub titulo: *Kerck zeeden ende gewoonten der heedendaagse Joden*, *Amstelod.* 1683. 8. cum figuris æneis. Accedit & ibi *Simonis* illa dissertatio.

Germanicam ejus versionem, notis suis instructam & prelo paratam habuit *Andreas Weberus*, Rector Scholæ Arnstadiensis. Hic enim specimen ejus cum literis ad B. *Schudtium* an. 1719. 6. Nov. datis, qvas apud Illustrem *Uffenbachium* vidi, miserat.

Calmetus in Supplemento Bibliothecæ Sacræ, in calce Tomi IV. Dictionarii Biblici pag. 175. *Gallicam* hujus libelli versionem commemorans, prave ait, ipsum opus *Hebraice* prodiisse Mantuæ 1612. fol. Confudit scilicet libellum *Leonis* nostri *Mutinensis* Italicum cum magno opere

re Hebraico R. *Abrahami f. David Arie*, qvi itidem *Leo Mutinensis* appellari solet, qvod שִׁלְטֵי גִבּוֹרִים inscribitur, & inter cetera de Antiqvitatibus Judaicis commentatur.

Libris nostri Vol. I. & III. laudatis adde

תְּפִלּוֹת יְשָׁרִים *Preces rectorum*, h. e. precandi formulas ad singulos hebdomadis dies accommodatas, *Venet.* 477. C. 1717. 12.

Necesse est, eundem commentarium in *Maimonidæ* More Nevochim scripsisse. Hunc enim R. *David Vital* capite III. libri מכתם לדוד se habuisse, & in deprædatione urbis *Pathrez* cum aliis amisisse conqvestus, ex eo *quatuor dilectionis genera* recenset, qvorum tria Deo O. M. ob attributa singularia soli conveniant. Confer Cl. *Jo. Henr. Wolfii* Observationes succinctas ad R. *Davidis Vital* librum modo dictum pag. 3. ubi tamen mendose noster R. *Juda Mantuanus* pro *Mutinensi* vocatur. מנטובה Judæis est *Mantua*, מודינה vero *Mutina*.

ר׳ יהודה אריה בן צבי הירש R. JEHUDA ARIE fil. ZEVI *Hirsch*. DCXCII. b.

Ejus est חֵלֶק יְהוּדָה *portio Judæ*, ex *Jos.* XV. 13. opus amplum & ineditum, ex qvo excerptus est libellus.

יְסוֹד לְשׁוֹן הַקֹּדֶשׁ *Fundamentum Linguæ Sanctæ*, seu *dictionarium Hebræo-Judæo Germanicum*, secundum literarum seriem per qvatuor columnas dispositum, in qvibus singulæ voces Hebraicæ totidem Judæo-Germanicis redduntur. *Wilmersdorf.* 481. C. 1721. 4. foliis 22. Accedit in calce verbum למד per varias conjugationes & tempora Grammaticorum more flexum, cum opposita à latere interpretatione Germanica. In lucem edidit R. *Mordechai* fil. *Naphthali*.

ר׳ יהודה בן בצלאל R. JEHUDA *Leva* ben *Bezalel*. DCC.

אור חדש cujus libri editionem *Venetam* anni 359. C. 1599. capitibus LXX. & foliis 75. constantem apud se esse B. *Danzius* in nota marginali ad h. l. monet.

דֶּרֶךְ חַיִּים de qvo pag. 305. In Catalogo MS. Manuscriptorum Codicum Bibliothecæ Sorbonicæ Parisiensis num. 33. in fol. video memorari codicem membranaceum sub titulo: דרך חיים tanqvam de *fide Hebræorum* agentem. Fortasse is Nostri est, nisi potius R. *Schemuelis ben Joseph Haccohen*, cujus sub eodem titulo liber de 613. Præceptis exponit.

ponit. Catalogus ille addit, ejusdem libri qvatuor exempla alia in eadem Bibliotheca exstare.

Ejusdem חדושים sive observationes novæ in *Jore Dea*, Ordinem II. τῶν Arba Turim MSS. in Bibliotheca Oppenheimeri MSS. in 4. illo Codice, qvi similes R. *Isaaci* Lissensis Archisynagogi, & R. *Nathanis Spiræ* comprehendit.

DCCVIII. ר׳ יהודה בן דוד פסי R. JEHUDA fil. DAVID, *Passi*, seu *Fessanus*. Eum *Aben Esra* in præfat. ad librum יסוד מורא appellat המדקדק הראשון *Grammaticum primum*. Vide locum in epilogo τοῦ *Michlal Jophi*, pag. 219. b. l. 3. Eundem doctrinam de Accentibus Hebræorum provexisse, & perfectam reddidisse statuit *Henninius* in Hellenismo. Confer *Pet. Bælii* Nova Reipubl. Literariæ, an. 1684. pag. 899. Hic est, cui ס׳ מאזני לשון הקדש *liber staterarum linguæ S.* MS. in Biblioth. Taurinensi fol. foliorum 26. A. II. 9. tribuitur qvi in catalogo MS. dicitur sistere Grammaticam Cabbalistic. scriptusqve esse A. M. 5050. C. 1290. Cave, credas, eum distinctum esse a libello Grammatico *Aben Esræ*, qvi sub eodem titulo editus exstat. Vide Vol. I. & III. num. CX. p. 80. Auctor Catalogi, R. *Jehudæ* filio *Davidis* eum tribuentis, videtur in limine ipsius libelli R. Jehudæ hujus nomen legisse inter ceteros Grammaticos, qvorum nomina *Aben Esra* ibi appellat, atqve hoc nomine R. Jehudæ, qvi Grammaticorum princeps alias appellatur, vindicasse.

DCCVIII. d. ר׳ יהודה בן דניאל R. JEHUDA fil. DANIELIS. Hujus Expositio super aliqvot tractatus *Maimonidæ* de divinitate, de divinis attributis, de corporibus cœlestibus, de X. attributis MS. est in Biblioth. Taurinensi A. V. 22. in 4.

ר׳ יהודה זאהקן Vide supra R. *Jehuda ben Abraham Sarco.*

DCCXII. ר׳ יהודה זבראה R. JEHUDA SAUDAA. Eum *Pocockius* in Notis Miscellaneis à Cl. *Reineccio* recusis pag. 90. *Jehudam Sabara* appellat: recte qvidem. Nam in editione libelli ejus מכתב התחיה *CPolitana* anni 319. 8. de qva Vol. III. pag. 310. in titulo qvidem R. Jehuda זברא, in libello vero ipse proxime ab initio R. Jehuda זבארא i. e. *Sabara* vocatur.

ר׳ יהודה

ר׳ יהודה חייט R. JEHVDA CHAJATH. DCCXIV.

De hujus Qvæsitis Cabbalisticis ad R. *Jos. Alcastiel* scribam infra ad n. 1756. sub סעריה *ben Maimon.*

ר׳ יהודה חסיד R. IEHVDA CHASID, DCCXV.

Dobnensis Polonus, qvi an. 1699. varias Germaniæ regiones pervagatus Judæis occentavit, Messiam in Terra Sancta apparuisse, verendum autem esse, ne ille iterum disppareat, nisi Judæi vitam mature emendent. Eodem instituto precationem qvandam pœnitentialem *Dessaviæ* sub titulo תפלת ר׳ יהודה edidit, qva uti possent, donec ipse cum suis Messiam exspectatum obtinuisset. Idem Judæos adeo dicto audientes habuit, ut non solum magnam pecuniæ vim conqvireret, sed & aliqvot centenis asseclis comitatus diversis itineribus Hierosolymam proficisceretur. Paucis vero post adventum hebdomadibus impostor fatis functus est, reliqvi autem inopes & delusi ad suos redierunt. Refero hæc ex fide *Philippi Nicolai Lebrecht*, Ex Judæi, qvi candidus & cordatus mihi visus est. Lege eum in tractatu vernaculo, qvem inscripsit der geistlich todte Jüde, p. 9. sq. • b.

ר׳ יהודה החסיד R. IEHVDA HACHASID. DCCXVI.

ס׳ חסידים cum comment. R. *David Aphtrod*, Francof. ad Mœn. 484. C. 1724. 4. foliis 148. sumtibus Schelomo Aphtrod, Bibliopolæ, recusus est,

ר׳ יהודה בן יצחק R. JEHVDA fil. ISAACI. DCCXX.

למוד המשיחים *Doctrina Christiana* ex Italico Bellarmini hebraica à Nostro facta, ita comparata est, ut Hebraicæ versioni semper substernatur interlineariter textus Italicus, annotationibus passim subjectis, qvæ Hebraice conceptæ versionem Italicam à latere habent. Vidi librum in Bibliotheca Academiæ Altorfinæ inter libros Wagenseilianos.

Idem in præfatione ad *Doctrinam* illam *Christianam* recenset scripta sua, qvæ prelo habeat parata.

ר׳ יהודה בן יוסף ברסאני R. IEHVDA fil. *Joseph* DCCXXIII.

BARSANI, vel potius R. *Jehuda fil. Joseph Al-Chorasani*, tanqvam qvi e regione *Khorasan* in Asia ortum duxerit. Id apparet ex seqventibus, qvæ ex indicio doctissimi *Joannis Gagnerii* de libro ejus ארון העדות afferam. Exstat ille MS. in Bibliotheca Bodlejana secundum

Catalogum editum n. 3715. olim in Hyperoo Bodlejano n. 259. hodie vero inter MSS. è Museo n. 80. in fol. chartaceo. Titulus libri in Catalogo prave ita est expressus : *R. Juda fil. Jose Tebet Ed, Arca Testimonii ;* qvem ex conjectura hic paulo ante n. 721. emendatum תֵּבַת עֵדוּת dixi. In Volumine ipso manu recentiore inscriptio rectius ita repræsentatur : ארון העדות *Arca testimonii, auctore R. Jehuda filio Jose Ne' ben Alchorasani*, ubi tamen iterum in nomine auctoris nonnihil erratur. Id patet, ex parte præfationis, cujus initium deest. In ea enim literis majusculis hæc legas : מאמר ארון העדות שחבר יהודה בר' יוסף נ״ע בן אל כרסאני : i. e. *Commentatio* Arca Testimonii, *quam scripsit Jehuda fil. R. Joseph* נ״ע i. e. (נוחו עֵדֶן *reqvies ejus sit paradisus*) fil. *Al-Chorasani.* Compendium scriptionis נ״ע peperit vocem nihili *Ne.* Genuinum itaqve auctoris nomen est *Jehuda f. R. Joseph Al-Khorasani*, tanqvam qvi è regione *Khorasan* in Asia ortum traxerit. Hinc & à R. *Saadia f. Maimon* in Chronologia sua MS. de qva infra n. 1756. scribam, vocatur ר' יהודה כרסני האצטגנין *R. Jehuda Coraseni Astrologus*, ubi idem hic liber ארון העדות commemoratur. Commentatio ipsa nata est *Fessa* in carcere, in qvem, post multas exantlatas calamitates, conjectus auctor temporis fallendi tædiiqve abstergendi gratia scriptionem hanc se suscepisse ipse his verbis testatur: ראה ספר אשר חבר בתוך קבר ומערה יהודה בן גביר יוסף בכרסאני שמו נקרא. בעת נאסר בבית מאסר ביום נעם וגם עברה. הכינהו קראהו ערון עדות וכוונת יסוד תורת Paucis interjectis libri argumentum ita exponit : מאמרי זה בביאור מעשה בראשית ומעשה מרכבה. וביאור דרכי הנבואה. וביאור אדם וחוה ונחש וגן עדן ודעת ההשגחה. וביאור מדוע צדיק רע ורשע וטובלו וסבות היסורין וג' i. e. *Scopus tractatus hujus mei est, exponere opus creationis & opus currus, inquirere item in rationes prophetiæ, conditionemqve Adami & Evæ, Serpentis, & horti Eden, nec minus providentiam, & speciatim, cur justo male, impio vero bene sit, qvæqve causæ sint castigationum* &c. Totum opus in duo & viginti capita secundum literarum Hebraicarum numerum, qvod auctor ipse monet, distinctum est, qvo universum mundi systema exhibetur cum signis orbium cœlestium, Planetarum, Eclipsium Solis & Lunæ &c. addita variorum Scripturæ Sacræ locorum, eo pertinentium, expositione. Omnia vero eo tendunt, ut constet, sublunaria omnia ex divina providentia pendere. Hoc fine totum caput XVIII. explicando, Jobi libro per folia novem destinatur sub hoc titulo:

פרק י״ח בפירוש ספר איוב המופלא ויכוח השטן עם השם ית׳ וחמש דעות ההשגחה. Totus codex conſtat foliis 109. Eundem librum manu exaratum habuit David Fludd van Giffen, qvod ex catalogo MSS. ejus, Dordraci 12. 1705. edito, pag. 4. patet. Scriptus ille codex fuit Romæ 1578.

ר׳ יהודה בן יצחק אברבנל R. JEHVDA fil. *Iſaaci* DCCXXXI.

ABARBANEL. *Dialogos* ejus *de Amore* Italice ſcriptos ex editione *Veneta* anni 1558. apud *Giglio* curata, afferri video in Catalogo Bibliothecæ Marchionis de S. Philippo Part. III. p. 123.

Hiſpanica illorum verſio *Venetiis* 1568. edita occurrit in Catalogo librorum R. *Davidis Nunnes Torres* p. 12. & in Bibliotheca Heukelomiana & Ackerslootiana p. 189. inter libros in 4. n. 2290.

Gallicæ verſionis editio *Lugdunenſis* anni 1561. memoratur in Catalogo Bibliothecæ Marchionis de S. Philippo l. c.

ר׳ יהודה יצחק בן יעקב JEHVDA ISAAC DCCXXXII.

fil. *Jacobi*.

Hujus eſt מַצִּיל נְפָשׁוֹת qvem librum Vol. II. n. 430. inter Anonymos numeravi.

ר׳ יהודה יצחק בן מרדכי R. JEHVDA ISAAC DCCXXXIV. b.

fil. *Mordechai* non eſt auctor libri מציל נפשות ceu Vol. III. p. 320. perperam tradidi, ſed prior ille, qvem modo laudavi.

ר׳ יהודה לוי בן שאול R. JEHVDA *Levi*, fil. SCHAVL. DCCXLI.

Ejus כוזרי MS. eſt in Biblioth. Taurinenſi A. II. 28. in 4. foliorum 74. cum commentario. Idem volumen exhibet etiam commentationem de exſpectatione Meſſiæ, & tractatus aliqvot Aſtronomicos. Occurrit idem liber ibidem A. VI. 17. in fol. ubi in Cabal. MS. vocatur *Chazari*, *i. e. Catechiſmus ad Regem Chaſari per modum dialogi explicans legem Moſis*.

ר׳ יהודה ליב בן דוד R. JEHVDA *Löw*, fil. *David*, *Neumarck* DCCXLII.

Eum Cl. *Jac. Henr. van Basbuyſen* anno 1707. typographei ſui Hanovienſis miniſtrum primarium conſtituerat, qvod ex ipſius ad *Schudtium*, nunc μακαρίτην, literis intellexi. In illis eum vocat *virum certe eruditum*, ejusqve *Grammaticam Hebraicam* Latine ſe editurum pollicetur, modo invenire poſſet, qvi ſumtibus eam ſuis exſcriberet.

DCCXLII. b. ר׳ יהודה ליב בן הלל R. JEHVDA LEBH ben HILLEL. De versione commentarii ejus in 613. præcepta Judaica, sub titulo: לב חכם editi, Latina, à Cl. *Carolo Schulten* facta, satis dixi p. 316. Jam in Actis Sveciæ Literariis anni 1728. p. 424. video memorari ejusdem *Schultenii* Continuationes tres versionis ejusdem operis *Londini Scanorum* 1727. promulgatas.

DCCXLII. h. ר׳ יהודה ליב בן יצחק R. JEHVDA *Lebh* sive *Löw*, f. *Isaaci.* Forte hujus sunt פְּשָׁטִים sive *expositiones literales* MSS. in Pentateuchi Paraschas, usqve ad illam עקב *Deut.* VII. 12. qvæ in Codice illo homini hujus nominis acceptæ feruntur. Est liber in 8. chartaceus, manu recente, foliis 45. scriptus apud me ex Vffenbachianis. Confer Bibliothec. MS. Vffenbachianam compendiariam p. 51. n. 225.

DCCXLVIII. d. ר׳ יהודה ליב בן שמחה R. JEHVDA *Lebh* fil. SIMCHA, *Bonem.* טַעֲמֵי מָסוֹרֶת i. e. notæ in Legem una cum novis observationibus in Aggadoth *Amstelod.* 488. C. 1728. 4. foliis 16.

DCCXLIX. b. ר׳ יהודה ליב בן שמעון R. JEHVDA *Lebh* fil. *Simeonis*, Francofurtensis. Hujus est etiam זֶרַע יְהוּדָה *semen Jehudæ* i. e. commentarius in *Haggadam* Paschalem, cum ipsa *Haggada* editus *Offenbaci* apud Jo. de Lanoy 480. C. 1720. fol. foliis 36.

DCCXLIX. c. ר׳ יהודה ליב בן שמעון R. JEHVDA *Lebh* fil. *Simeonis*, Güntzburg, ex Synagoga סלוצק, Archisynagogus in Russia. עַמּוּדֵי עולם *columnæ mundi*, Commentarius in *Genesin*, Amstelod. 473. foliis 30. Idem similiter in Pentateuchum se commentatum esse in præfatione docet.

DCCLII. ר׳ יהודה מיסר ליאון R. JEHVDA MESER cognomine LEON.

נופת צופים de qvo Vol. III. MS. exstat in 4. in Bibliotheca Taurinensi A. 1. 1. cujus argumenta ex Catalogo MS. ab eruditissimo Abbate *Benzini* mecum benevole communicato hæc esse comperi. 1) Rhetoris indoles. 2) Rhetoricæ finis. 3) Rhetor verus. 4) essentialia orationis. 5) Rhetoris qvalitates. 6) Rhetoricæ partes. 7) Rhetoricæ

cæ fontes. 8) Rhetoricæ difficultates. 9) Narrationis essentia. 10) Rhetoricæ divisio. 11) orationes vitiosæ. 12) de significationibus. 13) de memoria. 14) de puritate verborum & eloqventia. Auctoris nomen dicitur *Leo.*

ר׳ יהודה ממנטובה JEHVDA *Mantuanus.* Tractatus ejus MSS. de essentia divina & rebus creatis à Deo pendentibus, non obstante cœlorum influxu, de Dei unitate ejusqve attributis, throno divino, & hominis creatione exstant in Bibliotheca Taurinensi A. V. 14. in 4. foliorum 213. una cum Parascha *Geneseos* & *Levitici* ex *Sohar.* DCCLIII. d.

ר׳ יהודה בן משה JEHVDA fil. MOSCHE, DCCLV.

מָסוֹרֶת תַּלְמוּד יְרוּשַׁלְמִי ex editione CPolitana an. 283. C. 1523. fol. affertur in Catalogo Surenhusiano p. 85. n. 69. qvod vereor, ut recte fiat. Certe CPolitanam anni 1573. oculis meis vidi. Videtur liber hic confusus esse cum altero מסורת התלמוד qvem *Schabbataeus* in Siphte Jeschenim p. 45 n. 232. CPoli an. 283. C. 1523. ait prodiisse.

ר׳ יהודה בן משה R. JEHVDA fil. MOSCHE DCCLVI. fil. Daniel. Fortasse hic est, cujus tractatus MS. de Prophetia exstat in Biblioth. Taurinensi A. 4. 8. in Volumine, qvod plura alia in 4. complectitur, n. 16.

ר׳ יהודה בן משה נפתלי R. JEHVDA fil. MOSCHE *Naphthali.* DCCLVI. c.

Auctor is & editor est Pentateuchi Judæo-Germanici, de qvo in Supplementis his fusius dixi supra p. 189.

ר׳ יהודה בן נסים מלכא R. JEHVDA fil. NISSIM, *Malca.* DCCLXII. c.

Librum יְצִירָה cum hujus commentario MS. in Bibliotheca Oratorii Parisiensis exstare in fol. n. 20. ex catalogo MS. illorum Oratorii codicum, à Cl. *Camusato* mecum communicato, didici:

ר׳ יהודה פלטיאל בן חזקיה R. JEHVDA PALTHIEL, fil. *Hiskiæ.* Hujus est commentarius in *Psalmos* MS. de qvo supra p. 92. dixi. DCCLXVIII. e.

DCC LXXV. b. ר׳ יהודה רוזאניס R. JEHVDA ROSANES, Rabbinus hodie CPolitanus, tantæ inter ſuos exiſtimationis, ut תנא הגדול vocetur. Exſtat ejus פָּרָשַׁת דְּרָכִים *expoſitio viarum*, i. e. commentarius in סמ״ג ſeu *librum Præceptorum magnum*, cum aliis meditationibus. *CPoli* 489. C. 1729. fol.

DCC LXXVI. ר׳ יהודה בן שאול בן תבון R. JEHVDA fil. SCHAVL *Tibbon*. Hujus Philoſophia de qvatuor elementis ac de creaturarum productione MS. exſtat in Bibliotheca Taurinenſi A. V. 25. in fol. in eo Volumine, qvod plura alia complectitur, foliis 214. Poſtqvam enim ibi in limine actum eſt duobus foliis de viſione Jeſaiæ & tempore creationis Angelorum, ſeqvitur illa Tibbonidæ Philoſophia, deinde vero occurrit 1) explanatio temporum Eccleſiaſtæ. 2) expoſitio Pſalmi CII. pro graduatione creationis, inprimis 6. diebus. 3) qvod thronus divinus & Sanctum Sanctorum primum condita ſunt. 4) de viſione Jeſaiæ. 5) de viſione Ezechielis. 6) de ſcala Jacobi & viſione. 7) Explicatio Pſalmi 121. 8) de impiorum proſperitate & Juſtorum adverſitate. 11) de dialogis inter Elihu & Jobum. 12) Expoſitio Pſalmi CII. 13) de Babelicæ turris ſtructura, idololatriæ fundamento. 14) commentar. in More Nevochim. 15) de libris ab Ariſtotele enucleatis. Fortaſſe hæc omnia ad Tibbonidem noſtrum referri debent.

DCC LXXVII. ר׳ יהודה בן שלמה R. JEHVDA fil. SALOMONIS, *Alchophni*, cognomine *Chariſi*.

In Bibliotheca Bodlejana inter Codices *Laudanos* exſtat volumen L. 9. 4. chartaceum, qvod inter cetera ſtatim in limine exhibet ſeqventia. Primum occurrit carmen Hebraicum ſub titulo: רפואת גויה לר׳ יהודה בר שלמה חריזי i. e. *medicina corporis* R. Jehuda fil. Salomonis Chariſi. Carmen ipſum ita incipit:

שמע מני רפואת הגויה ;
ונפשך ברית . . . ועוטרת וחירות ;

Sic pergitur usque ad fol. 8. ubi paginâ verſâ incipit liber dictus: ס׳ סגולות אלטאכת i. e. *Liber Proprietatum Medicinæ*. Seqvitur index capitum X. ac deinde ita pergitur: אמר עבד אל רחמן בן יצחק הדברים שלהם סגולות usqve ad fol. 33. Ex his Cl. *Jo. Gagnerius*, cui illam codicis enarrationem debeo, conficit, *Abdal-Rahman* fil. *Iſaac* auctorem eſſe libelli, qvi dicitur *Proprietates medicinæ*, qvem Arabice is ſcripſerit,

R.

R. *Jehudam* vero nostrum Interpretem ejus Hebraicum, qvi simul libro ipsi carmen hoc præmiserit.

ר׳ יהודה בן שלמה בן קבנטון R. JEHVDA ben SCHELOMO, ben KAPANTHON, ממדינת מולינה דעל נהר מולינה i. e. *ex Molina ad fluvium Molina, qvi in Tagum se exonerat in Castilia.* Scripsit hic Seculo XVI. ineunte אַרְבָּעָה קִנְיָנִים *qvatuor possessiones.* Hic in qvatuor abit libros. Eorum I. exponit de קִנְיַן תּוֹרָה *possessione legis*, in qvo differitur de קדמת יתברך de *Antiqvo Benedicto.* II. dicitur קִנְיַן שָׁמַיִם i. e. *possessio cælorum*, in qvo de סוד המרכבה ומעשה בראשית de mysterio currus & opere Creationis. III. קִנְיַן יִשְׂרָאֵל *possessio Israelis*, ubi de ענין הדלים ותכונת הארם IV. קִנְיַן בֵּית הַמִּקְדָּשׁ *possessio domus Sanctuarii.* Hic in tres partes distinctus commentatur 1) de pœnitentia, precibus, Tephillin, Zizith & Mesusa: 2) de oblationibus. 3) de adventu Messiæ & structura Tabernaculi. Totum opus absolvitur foliis 130. in 4. chartac. Scriptura vero est Hispanica. In fine Auctor testatur, absolutum esse hoc opus mense Septembri die XV. A. M. 5264. i. e. C. 1504. Codicem hunc possidet Reverendiss. *Robertus Clavering*, Episcopus Landaviensis, & Professor L. Hebr. Regius Oxoniensis, cujus hanc notitiam debeo doctissimo *Jo. Gagnerio*, qvi præterea suspicatur, auctorem ejusdem esse gentis & familiæ, ex qva *Isaacus Canpanthon*, Castiliensis, de qvo Vol. I. num. 1264. dixi, ortum traxerit. DCC LXXIX. c.

ר׳ יהודה בן שמואל עבאס R. JEHVDA fil. SCHEMVEL ABHAS. DCC LXXIX. d

יָאִיר נָתִיב *illustrabit semitam*, ex *Jobi* XLI. 24. qvi sine addito autoris nomine memoratur in Catalogo MSS. Angliæ num. 3722. Is hodie in Bodlejana exstat inter MSS. e Museo num. 197. 4. membran. Codex ab initio est mutilus; itaqve in pagina prima superstite in superiore margine manu recentiore titulus ita expressus est ס׳ יאיר נתיב In præfatione, qvoad illa superstes est, auctor consilium suum, librum hunc de ratione & intentione legis scribendi, exponit, & varia ejus capita duobus foliis explicat. Præfationi illi versus octo subjiciuntur, in qvorum ultimo sic habet: לזאת נקרא בשם שבט יהודה ... i. e. *propterea vocatur nomine* Schebhet Jehuda. Hic proinde alter est libri titulus, qvo ad Auctoris nomen alluditur. Seqvitur שער ראשון ביאור כוונת התורה בכל

חלקידה i. e. *Sectio prima: Expositio intentionis legis secundum omnes partes suas.* Totus liber 15. sectionibus, & 74. foliis absolvitur. Vltimum caput agit de סִדּוּר הַלִּמּוּד i. e. *ordine doctrinæ.*

Eodem Volumine comprehenditur ejusdem liber alius sub titulo: מקור חיים *fons vitæ* & מנחת יהודה *oblatio Judæ*, ex *Malach.* III. 4. Atqve hic qvidem moralis est, qvemadmodum & argumentam & titulum scriptionis ipse auctor his verbis proponit: אמר יהודה בן ר' שמואל בן עבאס לכן ראיתי לחבר הנה מאמר הקוצר כל דבריו ועניניו מוסרים נעימים מליצים יקנה בם המלמד לנפשו מדות טובות . . . . וקראתי את שמו מקור חיים ובשמי יכונה מנחת יהודה:

Hinc apparet, & huic libello auctorem duplicem titulum imposuisse, sicut & priori: alterum, qvi ad argumentum magis, alterum, qvi ad auctoris nomen respiciat. Ceterum absolvitur novem foliis. Videtur codex ille auctoris esse autographum. Postqvam enim in fine hæc scripserat: תם תם חובר ונכתב מקור חיים ובשמי יקרא מנחת יהודה שבח ותהל הנצח : ברוך יי׳ לעולם אמן׃ Subjungit אמר אני h. e. *dixi ego.* De tempore scriptionis nihil hic commemoratur. In fine libri prioris, studium legis commendans auctor laudat R. *Salomonem*, & commentarium *Aben Esræ*: tum vero ad Medicinæ studium cohortans Maimonidæ librum הנהגת הבריאות, & *Abu Ali ben Sina* ס׳ הארגייס itemqve *Averrois* ס׳ התהלואים cum libris אבן זוהר & סמרכנדי legi jubet. In Astronomicis vero ablegat ad R. Abraham fil. R. *Chaja* librum צורת הארץ de qvo dixi Vol. III. pag. 32. Ex horum itaqve ætate illam auctoris nostri aliqva ex parte colligere licuerit. Accepta hæc feres Cl. *Jo. Gagnerio.*

DCC LXXXIII. b. ר׳ יהושע בן אברהם R. JEHOSCHVA fil. ABRAHAMI, cognomine *Herschel*, Ex-Judæus. Idem hic disputationem de adventus Christi necessitate tempore Templi II. tanqvam primam earum, qvas de Pontificatu Christi edere constituit, elaboravit ipse, & deinde præsidio Celeb. *Henr. Clausingii* munitus publice defendit *Lipsiæ* 1720. sub nomine *Friderici Alberti Augusti.*

DCC LXXXVII. d. ר׳ יהושע העשיל R. JEHOSCHVA HESCHEL, Rabbinus qvondam primarius Lublinensis, item Briscensis in Lithuania, ac Cracoviensis. חִדּוּשֵׁי הֲלָכוֹת Observationes novæ super tres *Bavoth*,

Kamma

Kamma Mezia & *Bathra*, Lublini 442. C. 1682. & iterum Francofurti ad Mœnum 485. 8. foliis 32. apud Kelnerum. Crediderim hunc esse illum *Heschel*, de qvo, Vol. III. num. DLV. d.

ר׳ יהושע בן ישראל בנבנשתי R. JOSVA ben ISRAEL BENBENISTE, vel, ut Judæi pronunciant, *Bevanista*. DCC LXXXIX.

סֵדֶר הַגֵּט *de ratione libelli repudii* prodiit CPoli 474. C. 1714. qvem librum auctor an. 402. C. 1642. in urbe ברוסה scripserat. Docuit hoc me *Mosche Chagis*, Judæorum Magister Altonaviensis, adhuc superstes. In titulo libri עבודת תמה de qvo Volum. III. pag. 345. dixi, monetur, *Josuam* nostrum observationes illas suas, ad Festum Expiationis rite celebrandum pertinentes, ex libris, ex Terra Sancta allatis, hausisse. Idem in titulo vocatur יאשיע

ר׳ יהושע הלורקי R. JEHOSCHVA HALLORKI. DCCXCI.

De disputatione ejus cum Judæis, præsente Pontifice, habita, lege Auctorem libri Hebraici שבט יהודה à *Gentio* latine redditi. Adde qvoqve *Jac. Lenfant* Historiam Concilii Pisani lib. VI. c. 26. p. 140.

ר׳ יהושע פלק R. JEHOSCHVA FALCK. DCCXCIII.

Obiit is anno 1605. qvod ex B. *Vngeri* ad *Schudtium* epistola MS. didici.

ר׳ יהושע בן שלמה R. JEHOSCHVA fil. SALOMONIS, ex stirpe *Jachiæ*, cujus Tractatus qvinqve Medici MSS. exstant in Bibliotheca Taurinensi A. VI. 14. in fol. foliorum 192. Accedit tractatus Anonymi de urinis. DCCXCIV. b.

ר׳ יואל R. JOEL, nescio qvis, cujus חידושים sive observationes in commentarium *Raschii* & *Aben Esra* super Legem MSS. possidet Cl. *Jo. Gagnerius* in 4. DCC XCVII. b.

ר׳ יואל סירקס R. JOEL SIRCKS. DCCXCIX.

בַּיִת חָדָשׁ amplum opus in *Arba Turim* qvinqve in fol. voluminibus Francofurti ad Mœnum an. 474. C. 1714. in fol. exstat.

יואן אבן משואה JOANNES Ibn *Mesue*. DCCCII.

Eum *Herbelotus* in Bibliotheca Orientali p. 562. a. *Johannam ben Massouiah* vocat,

vocat, qvi alias nomine *Mesue* cognitus sit. Addit, ex iis, qvæ *Abulpharajus* de eo testata reliqverit, patere, ingenio singulari & excitatissimo valuisse.

Liber ejus de medicamentis simplicibus hebraice MS. exstat in Bibliotheca Bodlejana inter Laudanos num. 347. 4. chartac. foliis 12.

Ejusdem *opus Medicum* Hebr. in libros tres distinctum hebr. MS. sub titulo: *liber Joannis Hadazimaski Abben Mesue* in Biblioth. Regia Parisiensi exstare testatur *Philip. Labbe* in Nova Biblioth. MSS. pag. 276. num. 458.

Confer, qvæ mox scribam num. DCCCXVIII. b.

DCCCVI. b. יוחנן אלכסנדר JOCHANAN ALEXANDER, Ex-Judæus. *Gods covenant displayed*, Fœdus Dei explicatum, Lond. 1689. 4. qvem librum Anglice scriptum afferri video in Catalogo Bibliothecæ Antonii Collins, Tomo I. p. 82.

DCCCX. b. יוחנן בײשנשטײן IOANNES BOESCHENSTEIN ab aliis nunc *Bossenstein*, nunc *Boschenstain*, nunc *Bœsenstein*, nunc *Beschenstein*, nunc *Buchsenstein* appellatus. Eslingæ, an. 1472. lucem vidit. Vide, qvæ supra dixi p. 277. ubi de Grammaticis Hebraicis sum commentatus. Is à nonnullis pro Ex-Judæo venditatus est, nominatim à *Sebastiano Munstero* in epistola nuncupatoria Operis Grammatici absoluti ex edit. Basileensi an. 1556. pag. 5. ubi hæc lego: *Fuerunt & in exordio hujus nascentis studii alii qvidam baptisati Judæi, qvi privatim, sed sine fructu, docuerunt sacram lingvam, carentes Latinæ cognitione, inter qvos* Joannem Auchsenstein *numerandum censeo*, qui, levato multo ære à discipulis, nihil *docuit. Testes sunt, qvi illum audierunt.* Per *Auchsensteinium* illum cave putes alium innui, qvam *Bæschensteinium* nostrum. Operarum enim vitio hic factum est, ut A pro B. poneretur. Nam in eadem *Operis Grammatici* Nuncupatione ex edit. Basileensi anni 1542. diserte vocatur *Buchsenstein*, qva ratione eum ab aliis qvoqve appellari ostendit B. *Serpilius* loco mox citando. Interim Judaicis Parentibus se natum esse ipse inficiatur scripto singulari vernaculo, qvod sine die & consule prodiit sub titulo: Ain diemütige Versprechung durch Johann Boschenstain, geborn von Christenlichen Oeltern aus der Stadt Eßlingen wider etliche, die von ihm sagen, er sey von Jüdischen Stamm, und nit von gebohrnen Christen herkommen &c. Ex hoc scripto varia de Nostro affert B. *Georgius Serpilius* in Disqvisitione vernacula

cula de Auctore hymni : Da JEsus an dem Creutze stund ꝛc. pag. 13. sqq. ubi in seqventibus de vita & scriptis ejus diligenter commentatur. Inter cetera pag. 49. anno 1472. lucem vidisse ostenditur. Mentionem ejus video fieri in Epistolis *Lutheri* à *Jo. Aurifabro* editis nempe Tomo I. pag. 84. a ubi vocatur *Joannes Bossenstein*, pag. 85. a. ubi vocatur *homo anxius*, *& modicæ fidei;* Ibidem pag. 139. a. hæc legis: *Hebraicas literas Philippus noster tractat, ut majore fide, ita & majore fructu, qvam* Johannes *ille ὁ ἀποστάτης.* Non magis honorifica illi sunt, qvæ pag. 161. b. exstant: *Hebræum istum vestrum, qvem commendas, omnibus modis tuum officium imploro, ut cures ad nos ire, idqve eo magis qvo ille noster* Bossenstein, *nomine Christianus, revera Judæissimus, ad nostræ Universitatis ignominiam recessit;* &c. Ex his verbis non præter rem colligas, eum & Judæum olim fuisse, & ad Judæos iterum esse dilapsum; nec minus, Hebraicas literas *Wittebergæ* olim docuisse. Eum ut Præceptorem suum laudat *Jo. Eccius* in epistola de ratione studiorum suorum anno 1538. scripta, & à fratre ejus an. 1543. 4. edita. Ibi pag. 9. hæc scribit: *Elementa rudia* (Lingvæ Sanctæ) *cum notulis à* Reuschio Carthusiano *acceperam* 1511. *bis deinde in* Bochsenstainii *disciplinam me tradidi, post*, Jo. Reuchlin Capnionem *Ingolstadii profitentem diligenter audivi*, 1521. *Morabatur enim toto illo tempore in ædibus meis, & manu sua Grammaticæ* Kimchi *exemplar impressum* 1521. *emendabat.* Vltima hæc verba ad *Boschensteinium* pertinere mox adparebit. De *Grammatica* Nostri *Hebraica* supra dixi pag. 277. de *Mosis* vero *Kimchii* Grammatica ab eodem *Augustæ Vindelicorum* 1520. edita Vol. III. pag. 810.

יוחנן בבפתיסטא JOANNES BAPTISTA, Ex-Judæus. DCCCXI. c.

Hunc credo esse, qvem auctor libri *de imposturis & cerimoniis Judæorum* pag. 13. *Joannem Romanum* vocat, & ex ejus libro qvodam nonnulla contra Judæos affert. Adde p. 40. ubi alia ex eodem.

יוחנן גי׳ל די׳ בורגי׳ס IOANNES GEL, *Burgensis.* DCCCXI. 8.

De eo ex Cl. *Jo. Gagnerio* hæc didici: Exstat ejus liber Lusitanicus MS. inter Codd. Laudanos B. 136. fol. chart. In codice intus hæc legis: *De Magia, lingva Portugallica, auctore Johanne Geb de Burgo.* Et infra: *These books were written by a Jew in Hebrew characters, but in a vulgar language, whereof Dr. Dee dit make special account. And howsoever for the mayn argument they be but frivolous, yet have they oftentimes some Astronomical observations interlaced with them that are quantivis pretii.* In fronte primæ paginæ: Johannes Dee 1562. Lovanii emit Januarii 8. Sic incipit;

אירגון

אוינרו וישתו פרטידא דוש ליברוש שאבידו ריש קי טורטאן אינטש גיאונזוש
דוש אריבדאמנטוש קי אריבראן אש פראנטי אש אי אָש אואוטואש
אישטרילאש ע׳ יש טש .שברי איש אומיאיש אי שנבר אוש טינפזרואיש
אי ראש קואושש אינקי שיפרין אוש אומיאיש אפרו בייטאר דא
אישטרולגיאת פיר ראזון קי איאי נון פאלייאי אואוץ ליברו קי ניניון דוש
אואוטרוש קי טרוטאשין קונפרידא אקי שי׳ אקבא אי שטינו המאגי
קי קינפוש ג׳ל רי בורגיש

Idem *Gagnerius* obſervat, nomen auctoris in Catalogo MSS. Angliæ edito vocari *Joh. Geb.* At hic in Specimine *Gel*, ubi tamen prænomen adeo impedite ſcriptum ſit, ut nihil extricare poſſit.

DCCCXII. b. יוחנן דניאל קלוג JOANNES DANIEL KLUGE, Weiſſenfelſenſis, Doctor & Profeſſor Theologus, in Gymnaſio Tremonienſi meritisſimus. Huic debemus Partem I. Confesſionis Auguſtanæ Hebraice eleganter & Biblico ſtilo una cum duobus hymnis Eccleſiaſticis converſam. *Hamburgi* 1729. 4. plagulis tribus. Ejusdem verſio Hebraica rhythmica Pſalmi LI. v. 12 - 14. exſtat in doctisſimi *Fabricii* noſtri *Voto* illo *Davidico* vario in variis lingvis carmine expreſſo, p. 2.

DCCCXV. c. יוחנן יעקב IOANNES IACOBVS, Ex Judæus, cujus exſtat tractatus Belgicus: *Jeſus de waare Hæck-ſteen*, i. e. Jeſus verus lapis fundamentalis. *Amſtelod.* 1682. 4 pp. 23. Verſio hæc eſt tractatus illius, anglice ab auctore primum ſcripti. Interpres in præfatione monet de nonnullis, qvæ nunc clarius nunc rectius ab auctore ſcribi debuiſſent.

DCCCXVI. יוחנן יצחק הלוי JOANNES ISAACVS, *Levita*. Hic eſt *Rabbinus* ille *Iſaacus*, de qvo *Jo. Draconites* in Dedicatione Patriarcharum Geneſeos ſex, p. 2. hæc habet: *Deus miſericors an.* 1546. *Rabinum* Iſaacum, *& filium ejus* Stephanum, *fama qvatuor Judæorum ſub antea baptiſatorum, lectioneqve concionis meæ permovit, ad confitendum in baptiſmo qvem Jeſaias cap.* 53. *prædixiſſet, & nos prædicaremus JESVM CHRISTVM, pro mundi peccatis Hieroſolymæ crucifixum, eſſe verum Meſſiam, in lege promiſſum. Verterat homo doctus, examinis loco, commentarium meum in caput Jeſaiæ prædictum, è Germanica in Hebræum lingvam; & threnis ſolymis (inſtar Jeremiæ plangentis Joſiam) Lutherum eodem anno portatum ab Angelis in ſinum Abrahæ deflerat.* Confer Vol. III. n. 1759. d.

יוחנן

יוחנן מנשי JOCHANAM MANSE vel MENASSE. DCCC XVIII. b.
Hujus liber Medicus MS. hebraice in Biblioth. Bodlejana in Codice qvodam Marschalliano chartaceo qvarti ordinis n. 347. exstat sub titulo ארקבדין *Acrabaddin*, qvo nomine Arabas medicamenta composita, & speciatim *antidotaria*, appellare, testis est *Herbelotus* in Bibliotheca Orientali p. 50. Constat is capitibus XII. & foliis 57. Eorum I. de electuariis. II. de opiatis. III. de purgativis. IV. de condimentis fructuum, & XII. de ungventis exponit. In fine dicitur: נשלם ס׳ השלישי מניאן המנשי והוא האינטיטוצארי *Finitus est liber tertius* Joannis Manse, qvi agit de antidotis. Debeo hæc indicio Cl. *Jo. Gagnerii.* Non dubito ego, *Joannem* hunc *Manse* esse *Joannem Mesue*, de qvo supra n. 802.

יוחנן סתיפנוס ריתנגיל JOANNES STEPHANUS RITTANGEL. DCCCXX.

Solennitatibus ejus *festis* opposuit se *Jo. Wilhelmus de Rodem*, Mariæburgo Borussus, LL. Oriental. & Medic. studiosus, edita dissertatione, sub titulo: *Nuda verba*, h. e. observationes in librum Solennitatum Rittangelii Germanicum, qvibus promissa Rittangelii, in isto libro facta, nil nisi nuda verba fuisse demonstrat. Francof. ad Oderam 1656. 4. plagulis octo. Ibi viri qvidam docti à calumniis *Rittangelii* potissimum vindicantur.

Confer de Nostro Bibliothecam Fabricianam Tomo VI. p. 181. sq. ubi tamen solo *Stephani* prænomine perperam appellatur.

יוחנן פוליקרפוס ביסר JOANNES POLYCARPUS BESSER, Ex Judæus, Lips. 1725. baptisatus, cujus exstat libellus vernaculus ita inscriptus: Mittel, wie auch die Hindernisse bey der heutigen Juden-Bekehrung werden aus eigner Erfahrung kürtzlich vorgestellet von J. P. Besser, Judæo converso, gebürtig aus der Stadt Zultz im Hertzogthum Oppeln in Ober-Schlesien. Lipsiæ 1728. Excerpta qvædam habes in Cl. *J. H. Callenbergii* Continuatione narrationis de Judæis ad salutarem Christi agnitionem perducendis, p. 69. sqq. DCCCXX. b.

יוחנן פורציוס JOHANNES FORTIUS HORTENSIUS, cujus observationem de nomine יהוה à Judæis olim tribus י expresso Vol. III. p. 360. iis addidi, qvæ de eodem argumento Vol. II. p. 315. commentatus sum. Hoc loco non puto tacendum, R. *Mosen* DCCCXXI.

Chagis, ex terra ſancta oriundum, & inter ſuos doctrina præ ceteris clarum, de qvo ſuo loco, cum Codices aliqvot Hebraicos, eam ſcribendi rationem exhibentes, apud me vidiſſet, in præfatione ad librum ſuum, ſub prelo nunc Wandesbeccæ ſudantem, & titulum משנת חכמים ac נשמת חסידים referentem, rationes reddere conatum eſſe, cur Judæi nomen יהוה nunc per duo, nunc per tria י ſcribere conſveverint. Qvod ad poſteriorem ſcribendi modum attinet, primum qvidem ad perfectionem ſanctitatis indicandam illum more Judaico refert, deinde ad tria י benedictionis Sacerdotalis, qvæ in verbis יברך, יאר & ישא exſtant, reſpectum fuiſſe ait, deniqve vero varia cogitata Cabbaliſtica promit, qvæ apud ipſum legi malim.

יוחנן פיפרקורן JOHANNES PFEFFERKORN.

Vide Vol. III. n. 1845. & infra ad h. l.

DCCCXXII, d. יוחנן קאדין JOHANNES KADEN, Ex Judæis,

qvem una cum M. *Victore* (i. e. *Victore à Carben*) ut præceptorem ſuum laudat *Magdalius Jacobus* in præfatione ad ſuum *Bibliæ Correctorium*, *ſeqve in Hebræo eos conſultos habuiſſe* ait, *ubi in qvibusdam paſſibus Hebræi Codices ſe detinuerint ſuſpenſum.* Ibidem *Cadenium* hunc vocat *Medicum experientiſſimum.* Lege verba *Jacobi* apud *Richardum Simonem* in Bibliotheca Critica Tom. III. p. 405. & in Cl. J. H. à *Seelen* Meditationibus Exegeticis Tom. I. p. 611.

DCCCXXII. e. יוחנן קלאיוס IOANNES CLAIVS.

Auguſtanam Confeſſionem ab illo hebraice converſam commemorat eruditiſſimus *Jo. Albertus Fabricius* noſter Parte II. Centifolii Lutherani p. 587.

DCCCXXII. f. יוחנן קסידיס IOHANNES XERES, Ex Judæis.

Addreſs to the Jews; ſhewing his motives for embracing the Chriſtian religion. Cauſas ibi ediſſerit, qvibus ad nomen CHRISTI profitendum ſit adductus.

DCCCXXIII. c. יוחנן קריסטוף גוטפריד IOANNES CHRISTOPH. GOTTFRIED.

Ejus *primitiva fides de Meſſiæ divinitate*, *Amſtelod.* 1724. 8. pp. 66. edita

edita est, cum præfatione longiore, in qva ostenditur, Judæos à maledictione divina, cui subjecti sint, non nisi per Messiam liberari posse. Exemplar meum, titulo destitutum, ex Bibliotheca *Jo. Meyeri*, Professoris qvondam Harderoviceni, accepi, in cujus limine ipse (*Meyerus*) manu sua scripserat, se ob certas causas Ex Judæo illi testimonium, libello huic præfigendum, denegasse.

יוחנן שכמי IOANNES SCHACHMI. DCCC XXIII. f.

Tractatus ejus tres Medici hebraice translati MSS. exstant in Bibliotheca Taurinensi A. I. 38. 4. una cum qvarto, in cujus fine, teste Catalogo MS., hæc leguntur: *Ego* Joannes Schachmi *jussu Majestatis Caroli Regis Franciæ composui brevem hunc Medicinæ tractatum, qui seqvitur ad tres prædictos.* Præter eos in eodem volumine exstant M. D. *Goyas* Tractatus Medici hebr. conversi, item alii itidem Medici Anonymi, tum Gobnisi expositio Medicinalis & Introductio magna ad Medicinam, interprete *Chonain fil. Isaaci.*

יוליאוס קונראד אוטו IVLIVS CONRADVS OTTO. DCCC XXVIII.

Natus is est *Viennæ* 1562, baptisatus autem an. 1603. & 1607. Altorfii defunctus. Auctor est B. *Apinus* in Vitis Philosophorum Altorfinorum, qvi plura de nostro habet. Adde Rev. *Reimmanni* Historiam Literariam Antediluvianam p. 152. *Omeisii* Gloriam Academiæ Altorfinæ p. 12. & 152. Bibliothecam Fabricianam Parte IV. p. 340. & *Jo. Adami Bernhardi* historiam eruditorum curiosam vernaculam p. 537.

ר׳ יום טוב בן אברהם R. IOM TOV fil. ABRAHAMI. DCCC XXVIII.

Commentarius ejus super caput חלק cum R. *Ascheris* & R. *Abrah. ben Dior* commentationibus Cabbalisticis prodiit *Pragæ* 485. C. 1725. 4. Vide qvæ supra ad n. 363. scripsi.

ר׳ יום טוב ליפמן הלוי R. IOM TOV LIPMANN, *Levita*. DCCCXXXI.

Illi acceptus fertur libellus ברית מֶלַח *fœdus salis*, ex *Numer.* XVIII. 19. qvem in lucem primum protulit R. *Mosche fil. Jehuda* ex Synagoga Embdensi. In eo exponitur ratio saliendi & coqvendi carnem. Amstel. 478. C. 1728. 8. apud Salom Proops. Ejusdem

בלפולא חריפתא super *Nesikim Pragæ* primum anno בא שלום i. e. 379. C. 1519. prodiit, hinc vero recus. est *Hanov.* 476. C. 1716. fol. apud Jo. Jac. Beausang, foliis 64.

Ejusdem פרשת החודש & קדוש החודש item commentarium in *Aben Esra* commentar. super legem, tum לקט שושנים i. e. commentarium in librum ערוגת בושם MSS. in 4. conspexi in Biblioth. Oppenheimeri.

DCCCXXXVI. ר׳ יונה בן גנאח R. JONA ben GANNACH.

Vocatur alias מרינוס *Marinus*, cujus decem libros laudat *Aben Esra* in præfat. ad librum יסוד מורא Locum habes in epilogo מכלל יופי *Michlal Jophi* p. 219. b. l. 3. edit. Amstelod. Atqve is est, qvem ex indicio *Schabbatæi* in *Siphte Jeschenim* Vol. I. n. 1505. attuli.

In Bibliotheca Bodlejana inter Codices Marschallianos n. 659. MS. exstat pars libri ejus *Radicum*, nempe litera *Pe*, *Ajin* & *Schin*, & ibidem p. 85. pars *Grammaticæ* ejus, nempe caput de *Particulis*, & vocibus qvibusdam, qvæ omittuntur in oratione, sed supplendæ veniunt, ut *Ruth.* III. 15. *& mensuravit sex hordei*, scilicet mensuras. Seqvuntur deinde capita IX. ex eadem R. *Jonæ* Grammatica, qvæ integra exstat inter Codices Pocockianos n. 136. Indicavit hoc mihi Cl. *Jo. Gagnerius.*

DCCCXXXVII. ר׳ יונה מגירונדי R. IONAS GERVNDENSIS.

אגרת תשובה *epistola de pœnitentia* prodiit etiam Francof. ad Mœnum 472. C. 1712. 8. pp. 16. apud Henschel. Doctrinam Judaicam de *Pœnitentia*, ejusqve partibus constitutivis, ex scriptis R. *Jonæ*, & speciatim libro שערי תשובה extractam & examinatam exhibuit B. *Sebast. Schmidius* in Disputat. Theologica, Argentorati 1687. 4. plagulis qvatuor & dimidia.

DCCCXLII. יונה תאומים R. IONAS TEOMIM.

קיקיון דיונה ex editione *Hanoviensi* 472. C. 1712. fol. constat foliis 121.

DCCCLVI. b. ר׳ יוסף בן אברהם חיון R. JOSEPH fil. ABRAHAM CHAIION.

אמרות טהורות *eloqvia pura*, ex Ps. XII. 7. liber MS. in Biblioth. Oppenheimeri, in qvatuor partes divisus, qvarum I. inscribitur ברכת יעקב benedictio

benedictio Jacobi. II. בִּרְכַּת הַתּוֹרָה benedictio legis. III. בִּרְכַּת בִּלְעָם לְיִשְׂרָאֵל benedictio Bileami super Israel. IV. בִּרְכַּת מֹשֶׁה לְיִשְׂרָאֵל benedictio Mosis super Israel. Constat foliis 44. in 4. Accedunt in fine conciones qvædam super circumcisionem, sponsales item & aliæ.

ר׳ יוסף אזובי R. JOSEPHUS ÆSOPIUS vel HYSOPÆUS. DCCCLXI.

קְעָרַת כֶּסֶף libellus à Jo. Reuchlino Latine conversus & sub hoc titulo editus est: *Rabbi Joseph Hyssopæus, Perpinianensis, Judæorum Poeta dulcissimus, ex Hebr. Lingva in Latinum traductus à Jo. Reuchlin, Phorcensi, Legum Imperialium doctore.* Ex præfatione, qvam inscripsit Reuchlinus *externorum librorum studiosis*, ultimas periodos notabiliores tum auctoris nomine, tum interpretis, has mecum communicavit Vir præstantissimus, *Jo. Grammius. Nunc qvod ad argumentum attinet, sane breve est. Rabi Joseph Hyssopæus in Perpiniana civitate uxorem dedit filio Samueli, & in nuptiarum die, audientibus convivis omnibus, epithalamium hoc ad mensam cecinit, carmen gamelium, Jambico metro Hipponacticum, tanta suavitate linguæ Hebraicæ, ut illam non jam esse barbaram omnis intelligens arbitretur. Cui titulus exstat lanx argentea, qvod translatio nostra vocat* acceptabulum, *non, sicut mendosi codices habent*, acetabulum. *Numeri septimo donatum qvod libet à qvolibet Ducum Israel in dedicatione altaris, pondo centum triginta unius siclorum, tot enim præsens poëma sententias binis quibusque versibus absolutas continet. Est namqve in summa versuum ducentum & sexaginta duum. Eam lancem dotalitio ritu literosus pater philosophanti filio donavit quasi cornu copiæ, in qvo congeries omnigenum florum & fructuum pro sua opinione contineatur. Qvali parente si meus calumniator ille indoctus & omnis bonæ artis expers, Judæus baptizatus, etiam inter natricum viperarumque genimina esset natus, altus & auctus, plane haud tantam & tam detestabilem ad nos spurcitiem & oris impuritatem attulisset. Nunc ex hara porcorum productus rabula temerarius est hoc solo, qvia indoctus, ut scribit Gregorius Nazianzenus in libro* περὶ τῆς ἐν διαλέξεσιν εὐταξίας, *cum ait, qvod temeritas est ruditatis proles, his verbis:* θράσος δὲ ἀμαθίας ἔκγονον. *Qvapropter audit idiota, bestiarum lanius ante, at nunc hominum Christianorum laniator, & mendaciorum faber disputare de rebus, qvarum ne vocabula qvidem pronunciare novit, taceo sensa intelligere. — — Nunc convivalem odam auscultemus Hyssopæi, qvem Phocylidi anteponere multo liceat æqvius, qvam qvod Imperator Julianus Phocylidem prætulerit Salomoni.* Versionis hoc initium:

Fili vide, accipe hanc tributionem,
Munus Patris, qvi animo tibi cohæret.
Hymenæa dos aptissima ad regendum
Iter tuum, compesce nunc tumultum.
Ego parens docebo te, qvis autem
Sicut pater te rectius doceret?
Audi ergo, nec despexeris loqventem,
Pungant licet turbentqve me dolores,
Sum Hyssopus, at sunt nostra verba cedri, &c.

Clausula: *Finit Rabi Joseph Hyssopæus, qvem transtulit de Hebraico in Latinum Joannes Reuchlin, Phorcensis, Legum Imperialium doctor, Cæsareæ Majestatis, Archiducis Austriæ, illustrissimorum Imperii Electorum, & cæterorum Principum in confœderatione Sveciæ Judex ordinarius. Anno M. D. XII. sexto Kalendas Martias. Tubingæ in ædibus Thomæ Anshelmii Badensis, mense Martio in 4.*

Meminit hujus versionis B. *Majus* in Vita Reuchlini p. 15.

DCCCLXI. c. ר׳ יוסף אירגאס R. JOSEPH ERGAS fil. IMMANVEL.

תוֹכַחַת מְגֻלָּה וְהַצַּר נָחָשׁ *reprehensio defectoris, & venator serpentis.* Londini 475. 8. foliorum 62. cum præfatione R. Mosche Chagis. Confutationem exhibet R. Nechemja Chaija Chaijon. Ex his emenda, qvæ Vol. III. num. 947. de nostro dicta sunt, & confer infra n. 947. b.

DCCCLXIII. ר׳ יוסף אלבו R. JOSEPH ALBO. Librum ejus עקרים & *Soncini* an. 1486. & *Arimini* anno eodem prodiisse testis est *Orlandi* in de origine & progressu Typographiæ pag. 351. De posteriore dubito, nisi bis *Arimini* prodiisse putes. Oculis enim meis vidi Ariminensem anni 1522.

Ejusdem libri versionem Latinam alios fecisse, alios promisisse, neminem vero adhuc in lucem edidisse pag. 381. ostensum est. Compara Rev. *Bernhardi Raupach* commentationem Academicam de præsenti rei sacræ & literariæ in Dania statu, Hamb. 1717. 8. cum accessionibus recusam, ubi in notis p. 76. inter cetera monetur, *Gabrielem Groddeckium* in Novis Literariis Maris Balthici an. 1700. p. 37. falso inter eos, qvi versionem illius Latinam moliti sint, numerari, qvippe qvi ipse per literas Cl. *Anckersenio* testatus sit, rumorem hujus rei inde forte natum esse, qvod plagulas nonnullas versionis, à *Scherzero* olim tentatæ, à se passim

ſim correctas amico cuidam aliqvando oſtenderit. In verſione nova cum maxime occupari J. G. F. *Scholl*, Wurtenbergicum ex literis ejus, Tubinga ad me ſuperiore anno datis, intellexi.

ר׳ יוסף אלקאשטיאל R. JOSEPH ALCASTIEL, Xativenſis. DCCC LXVI. c.

De Reſponſis ejus ad R. *Jehuda Chajit* Quæſita Cabbaliſtica ſcribam infra ad n. 1756. ubi de *Scadia ben Maimon*.

יוסף בן גוריון JOSEPHVS GORIONIDES, cujus nomen falſo præfert compendium Hiſtoriæ Judaicæ hebraice ſcriptum, de qvo abjecte admodum, nec præter rem, ſentiunt auctores *Memoriarum Trevoltienſium* anni 1728. Mart. p. 538. *On fait*, inqviunt, *trop d' honneur à ce miſerable abregé Hebreu de l'hiſtoire de la gverre des Romains contre les Juifs, ecrite en Grec par le veritable Joſephe. L'Auteur de l' abregé eſt un Juif François poſterieur de pluſieurs ſiecles au veritable Joſephe, dont il n' avoit lu les ouvrages, qve dans des copies fort imparfaites. Il ignoroit jusqv' au nom du Pere de l' ancien Hiſtorien des Juifs*, &c. DCCC LXXIII.

Prodiit illud dialecto *Judæo-Germanica* Francofurti ad Mœn. 467. C. 1707. 8. Initium ita habet: In denen tagen denſelbigen hat gekönigt der König David &c. Ex qvo patet, eam verſionem prorſus ad literam atqve adeo inſulſiſſime concinnatam eſſe. Hebræa enim ita habent: בימים ההם מלך

Confer de noſtro præſtantiſſimum *Jo. Albertum Fabricium* in commentatione de *Joſepho*, qvæ ex Biblioth. Græca recuſa auctior exſtat in Tomo II. Joſephi ex edit. Havercampiana, pag. 68. ſqq.

ר׳ יוסף גיקטיליה R. JOSEPH GECATILIA. DCCC LXXIV.

גִּנַּת אֱגוֹז MS. apud me eſt in charta, octavi ordinis foliorum 243. ſed vel ſic μείζον, charactere antiqvo. Confer Biblioth. MS. Vffenbachian. compendiariam pag. 51. num. 222.

שַׁעֲרֵי אוֹרָה de qvo pag. 391. Eum in editione *Rivæ Trident.* non noſtro ſed R. *Joſepho Carnitol* tribui, B. *Danzius* in nota marginali ad Vol. I. Bibliothecæ meæ monuerat. At, cave, credas. Eſt in manibus meis eadem editio, in qva *Joſephi Gecatiliæ* nomen diſerte expreſſum eſt. Confudit vir doctus librum שערי צדק cum שערי אורה Prior eſt R. *Joſephi Carnitol*, poſterior Noſtri, uterqve vero *Rivæ* formis exſcriptus.

Ceterum

Ceterum liber hic MS. eſt in Bibliotheca Oratorii Pariſienſi in 4. n. 9. Exſtat qvoqve MS. in Bibl. Taurinenſi A. II. 30. in 4. diciturqve in Catalogo MS. exponere de qvatuor literis nomen יהוה conficientibus : de 70. Sanctis, Dei thronum circumdantibus : de 70. Angelis totidem nationum protectoribus, throno divino adſtantibus : de nomine Dei *Elkath* aliisqve, qvæ Deo tribuuntur : de Sphaera : de myſterio 7 dierum hebdomadæ &c. In eodem Volumine num. 19. legitur R. *Joſephi Hiſpani* tract. de throno divinitatis, qvi procul dubio noſtri eſt. Fuit enim is *Caſtilienſis*. Occurrunt ibidem A. IV. 1. in 4. כללי שערי אורה ſine auctoris nomine, qvem librum noſtri hujus eſſe non dubito.

ס' הַכָּבוד huic à nonnullis tribui Vol. I. pag. 524. admonitum eſt. Jam hujus tituli librum recentisſima manu deſcriptum vidi in Bibliotheca Oppenheimeri in folio, volumine ampliſſimo exaratum. Eo vero continentur 1) ס' הַכָּבוד 2) ס' הַנֶּעְלָם 3) שַׁעַר סְמִיכִים 4) ס' מַלְאָכִים 5) ס' תַּגֵּי 6) ס' פֵּסְק 7) ס' הַקּוֹלוֹת 8) שַׁעַר הַסּוֹד וְהָאֱמוּנָה In fine dicitur, totam hanc commentationem ס' הכבוד appellari. Initium eſt : ס' הכבוד ה' כי מי שנעלם שם שמחה בלבו ואל יחשוב אדם לומר שזה עסק העולם הוא עסק שלו לבד Argumenti eſt Cabbaliſtici, nec dubito, eundem eſſe, qvi Gecatiliæ tribui ſolet.

DCCCLXXV. ר' יוסף בן דוד R. JOSEPH ben DAVID.

שֻׁלְחָן הַפָּנִים libellus lingva Hiſpanica ſed literis Hebraicis expreſſus. De eo *Woldikii*, Dani, fratres, tanqvam ſibi viſo, ita ad me olim ſcripſerunt: Non eſt verſio totius libri (*Schulchan Aruch*, ceu Vol. I. tradideram) ſed tantum compendium in uſum eorum, qvi lingvam Hebraicam non didicerunt. Ea enim ſolum, qvæ rudioribus ſint neceſſaria, vertiſſe ſe ait Interpres, in præfatione. In ſingulis ergo propemodum capitibus deſunt multa, imo è libris integri tractatus partim omiſſi, partim alio ſunt trajecti. Sic in Parte I. i. e. *Orach chajim* ſub titulos vicenos relatum eſt, qvicqvid Interpres vertit de tractatibus *Neſiath Cappajim*, *Keriath Sepher hattora*, *Hilcoth Beth Kakkeneſeth*, *Bezia Bephat*, *Bircat Hammaſon*, *Bircath Happeroth*, *Bir·at Harcach*. De XLV. tractatibus Partis II. *Jore Dea* ſunt tantum XXV!!! De integra Parte III. ſive *Even Haeſer*, excerptæ undiqve conſtituti··es non amplius qvatuor folia implent. Et qvæ de IV. Parte, *Cchoſchen miſchpath*, Interpreti placuerunt, ſex folia & unam tantum paginam conſtituunt. *Joſeph David Franco* nomen eſt Bibliopolæ, non Interpretis.

ר' יוסף

ר׳ יוסף בן דוד בן יוסף בן יחייא R. JOSEPH fil. DAVID, fil. *Joseph*, fil. Jachija, vel *Jechaja*. DCCC LXXVIII.

Commentarius ejus in V. *Hagiographa* recusus est in R. *Mosis* Francofurtensis Bibliis Rabbinicis Amstelod. 1724. sqq. sub titulo: קהלות משה in fol. editis, Tom. IV.

ר׳ יוסף די וויגא R. JOSEPH de VEGA. DCCC LXXVIII. c.

Ejus *Rosa, Panegirico Sacro* in 4. ed. pertinet ad encomium legis Mosaicæ. Interim idem hic est, qvi R. *Joseph Penso*, de qvo infra n. 952. Pater ejus vocabatur *Penso*, mater vero *de la Vega*. Docuit me hoc Judæus Lusitanus eruditus.

ר׳ יוסף חזן R. JOSEPH CHASAN. DCCC LXXXI. c

עין יהוסף *oculus Josephi* commentatio *in Bava Mezia*, Smyrnæ 490. C. 1730. fol. qvod ex literis Judæi Veneti accepi.

ר׳ יוסף חיואן R. JOSEPH CHIVAN, fil. ABRAHAMI. DCCC XXCIV.

אמרות טהורות *Verba pura*, qvo nomine Tractatus ejus IV. adhuc non editos in Codice Oppenheimeriano inscribi supra Vol. III. observavi. Illi jam sunt apud me in volumine chartaceo, qvarti ordinis, in Hispania an. 236. C. 1476. luculente descripto, & varia aliorum, inprimis *Maimonidæ*, complectente. Collectio illa, sine præmisso titulo, Tractatum I. ita incipit: מאמר לחכם השלם הרב ר׳ יוסף בן חיון i. e. *Tractatus Sapientis perfecti, R. Josephi fil. Chivan.* Seqvitur statim: ומקנה רב היה לבני ראובן ולבני גד Verba hæc sunt *Numer.* 32. 1. ad qvæ novem dubia moventur, & solvuntur foliis qvatuor. Tractatus II. pertinet ad illustrandum locum *Levit.* XXIV. 10. ויצא בן אשה ישראלית והוא בן איש מצרי foliis tribus. In limine auctor se appellat: יוסף בן לאדוני אברהם המכונה בן חיון *Joseph* fil. *Domini mei* Abrahami, *cognomine* Chaijon. Tract. III. spectat ad explicandum locum Numer. XI. 16. אספה לי שבעים איש foliis 12. Tractatus deniqve IV. exponit *de Benedictionibus legis.* Initium est: המאמר הזה קראתי הוא ברכות התורה חברתי הוא אני יוסף בן לאדוני אברהם המכונה ן׳ חיון וג׳ i. e. *Tractatum hunc vocavi* Benedictiones Legis. *Composui eum ego* Joseph, *filius Domini mei* Abrahami, *cognomine* Chivan, *ut in eo explicarem benedictiones*,

nes, lege comprehensas, quæ profunda sunt intellectu, tum quod ad sensum, tum quod ad voces. Non inveni ego in ullo Interpretum sufficientem earum explicationem. Distinxi autem in tres Sectiones. Prima differet de benedictionibus Jacobi in filios suos, quæ exstant Genes. XLIX. *Altera de benedictionibus Bileami, quæ leguntur* Numer. XXII. sq. *Tertia de benedictionibus Mosis*, Deuter. XXXIII. Hæc commentatio absolvitur foliis 33. Scriptor hic non unus est ex multis, & aliorum quoque, nominatim R. *Mosis Nachmanidæ*, auctoritate utitur. Vol. I. n. 884. monui, nostrum commentarium suum in *Pirke Avoth* Vlyssipone an. 1470. scripsisse. Cum itaque meus ille codex, qui has commentationes comprehendit, an. 1476. sit exaratus, manifestum est, eum vel auctore adhuc superstite, vel paulo post obitum ejus scriptum esse.

DCCC LXXXVI. b. ר' יוסף בן חיים משה JOSEPH ben CHAJIM *Mosche.*

מַטֵּה יוֹסֵף sive liber Responsorum variorum, cujus Pars II. ad Arba Turim sub eodem titulo prodiit *CPoli* 486. C. 1726. 4. pp. 101. apud Jonam ben Jacob.

מכתב מאליהו *scriptum Eliæ*, ex 2 *Chronic.* XXI. 12. commentarius super *Gittin* Sectionibus LXXX. *CPoli* in fol. quod per literas Judæi cujusdam Veneti didici.

DCCC LXXXVIII. ר' יוסף חמיץ JOSEPH CHAMITZ.

Commentarius ejus Cabbalisticus sub titulo יודעי בינה de quo Vol. III. p. 398. MS. in Bibliotheca Oppenheimeri inde à Parascha prima ad Parascham ויצא i. e. *Genes.* XXVIII. 10. producitur. Librarius in calce monet, se huc usque commentationem illam, à Mosche Sacut prolatam, invenisse.

DCCC XCI. b. ר' יוסף מטיבריה R. JOSEPH TIBERIENSIS,

ex Judæo Christianus, ab *Epiphanio* hæresi XXX. 4. commemoratus. Eum pro Scriptore *Hypomnestici*, sive libri Sacri memorialis, Græce exarati, habet *Isaacus Vossius*, procul dubio falsus, quam in rem lege doctissimum *Jo. Albertum Fabricium* nostrum in præfatione ad idem illud Hypomnesticon, quod primus Græce & Latine in Volumine II. Codicis Pseudepigraphi V. T. Hamburgi 1723. 8. edidit. Is scilicet ostendit, Josephum hunc, libri Scriptorem, Christianum quidem, sed juniorem Seculo VII & forte ad Sec. IX. vel X. referendum. Lege de Josepho illo Ex Judæo Tiberiensi Collectores Actorum Sanctorum Tom. V. mensis

mensis Julii p. 238 — 251. qvi qvamvis hypomnesticon illud vidisse se negent, recte tamen dubitant, id ab eo scriptum esse, cum vitæ ejus ratio id vix credere patiatur.

ר׳ יוסף טיטצק R. JOSEPH TITZACK, ab aliis nunc *Teitzak*, nunc *Theitzak*, nunc *Tithzik*; nunc *Titazak* vel *Taitazak* vocatus. Rectissime vero *Tithzack* appellari videtur. Illa enim est *Lithuaniæ* urbs, & Judæi freqventissime ab urbe patria, vel longioris commorationis loco, nomen accipere consveverunt. Conf. B. *Georgii Serpilii* Danielem seu Notitiam vitæ, & Interpretum ejus, p. 336. DCCCXCII.

Commentarius ejus in Pentateuchum MS. in 4. aliqvot plagularum est in Bibliotheca Oppenheimeri.

ר׳ יוסף בן יהושע R. JOSEPH fil. JOSVÆ, DCCCXCVI.

דִּבְרֵי הַיָּמִים *Amstelodami* 490. C. 1730. 8. lucem vidit apud Salom. Proops. Eum *Ludov. Ferrandum* Gallice convertere voluisse testatur *Eusebius Renaudotus*, Abbas, in Continuatione Memoriarum Literariarum *Salengrii* Tom. II. Part. II. p 366. Confer ibidem Anonymi *Memoires pour servir à l' histoire des Juifs* p. 411. sq. ubi ex ejusdem *Ferrandi* Synopsi seu Conspectu libri Hebraici, qvi inscribitur: Annales Regum Franciæ & Regum domus Ottomannicæ, qvæ Parisiis 1670. 12. prodiit, summa totius libri affertur, interqve cetera monetur, Rabbinum qvendam, *Josuam Chajim Jonam*, Ferrando promisisse exemplar libri illius Hebraici cum accessionibus R. *Jachijæ* MSS., in ipso vero libro res notatu dignas occurrere, stilo Biblico ita expressas, ut ex iis varia loca Scripturæ Sacræ explicari possint. Nullas etiam fabulas ibi occurrere, auctoremqve ut Gallorum studiosissimum, ita Hispanis infensissimum esse. *Jachiam* illum, cujus accessiones hic memorantur, de R. *Gedalja ben Joseph ben Jachija* interpretor, cujus *Schalschcleth Hakkabbala* exstat. De Nostri libro lege, sis, *Plantavitium* in Bibl. Rabbinica n. 122. & *Jac. le Long* in Bibliotheca Galliæ Historica n. 7195. item *Pet. Bælium* in Novis Reipubl. Literariæ an. 1685. mense Julio p. 822. In Bibliotheca Theologica Selecta Parte XXVII. p. 188. mendose auctor vocatur *Joseph ben Meir*, ex qvo factum est, ut erudito ejus auctori scriptorem hunc viderer omisisse, qvi tamen alia edoctus Parte XXXIII. sua ipse emendavit. In Catalogo MS. Codicum Hebraic. MSS. Bibliothecæ Taurinensis video memorari librum nostri tanqvam in illa Bibliotheca A. I, 36. in 4. foliorum 39. exstantem. Titulus ita effertur: *Sepher Mechus Nirdamim*.

Excitatio dormientium Josephi Algvadis, seu secreta Medicinæ. In fine vero hæc legi dicuntur: *Ait Joseph Sacerdos fil. R. Josuæ, filii R. Jehudæ, filii R. Meir, fil. R. David, fil. R. Moysis, Deum mihi concessisse invenire opus hoc Hispanico idiomate.* Atqve hic noster ille Joseph est, qvod ex nomine ejus Vol. III. n. 896. plenius allato apparet. Patet vero etiam, librum hunc ex Hispanica lingva ab eo hebraice esse conversum.

DCCC XCVI. ר׳ יוסף יוסל בן זאב וואלף R. JOSEPH JOSEL *Segal* i. e. Antistes Leviticus, fil. *Seev Wolf*, Archisynagogus in לעסל״א תִּפְאֶרֶת יוֹסֵף *decus Josephi*, Pragæ 485. C. 1725. fol. foliis 157. ex officina Packiana, cum licentia Superiorum. Sistit commentarium in *Raschi* super Legem.

DCCC XCVIII. ר׳ יוסף יוספא האן R. JOSEPH Juspa HAHN, *Nordlingensis.*

יוֹסִיף אוֹמֶץ *addet robur*, ex *Jobi* XVII. 9. *Francof. ad Mœn.* 483. C. 1723. pp. 212. apud Jo. Kelner editus ab ejus genero R. *Mosche* Darum (דארום) Liber est ritualis, qvo ritus Judæorum recentiorum per totum annum recepti ad modum *Maharil* &c. exponuntur.

DCCC XCVIII. b. ר׳ יוסף יוספא בן נפתלי R. JOSEPH *Juspa* fil. NAPHTHALI.

מַעֲשֵׂה נִסִּים lingva Judæo-German. una cum מעשה יהוה prodiit Amstelodami 483. C. 1723. 4. apud Salom. Proops. Et eadem dialecto sine altero illo libro Homburgi ad clivum 485. C. 1725. 8.

CMI. ר׳ יוסף בן יעבץ R. JOSEPH fil. JABETZ, vel JEBETZ. Ex commentario ejus in Psalmos nonnulla affert *Constantinus Lempereur* in dissert. ad Lectorem Clavi Talmudicæ præmissa.

Commentarius ejus in *Pirke Avoth* MS. in Biblioth. Taurinensi in 4. ubi dicitur inceptus A. M. 5315. C. 1555. auctor autem vocatur concionator Adrianopolitanus.

CMI. b. ר׳ יוסף יעסל R. JOSEPH JESSEL, Briscensis Lithuanus, & Rabbinus Voinensis (וואין) prope Brisciam, adhuc superstes, cujus exstat

פּוֹרַת יוֹסֵף ex Genes. *XLIX.* 22. i. e. commentatio succincta in loca

loca qvædam Pentateuchi & *Megilloth*, tum vero loca qvædam Talmudica. Wandesbecci prope Hamburgum 487. 4. fol. 38. apud Israelem b. Abrah.

ר׳ יוסף בן ישראל בן יחיאל R. JOSEPH ben ISRAEL, ben *Jechiel.* CMXIV. b.

Ejus *liber directionis*, i. e. explicatio 613 Præceptorum MS. est in Biblioth. Sorbonica Parif. n. 2. in fol. membranaceo. In Indice MS. exaratus dicitur Messerti in Hispania an. 5132. C. 1372. Hunc puto esse illum *Josephum fil. Israel*, cujus pars expositionis libri *More*, i. e. Maimonidæ à R. *Sam. Tibbonide* conversi, exstat MS. in Biblioth. Taurinensi A. II. 26. n. 1. una cum ejusdem epistola ad *Tibbonidem* de Mathematicis operationibus.

ר׳ יוסף בן כספי R. JOSEPH ben CASPI, CMXVII.

i. e. *Argentarii*, ex voce כסף *argentum.* Exstat in Bibliotheca Taurinensi volumen MS. in 4. foliorum 229. A. II. 21. qvo inter plura continentur nonnulla, nostri hujus nomine in Catalogo inscripta: nempe 1) עמודי כסף *columnæ argenti*, qvi liber Tractatus Philosophicos complecti dicitur. 2) de corporibus cœlestibus, Angelis, rotis Sphæricis & Prophetia. 3) de mysteriis divinis. 4) de Dei unitate, & qvomodo personæ divinæ accipiendæ. 5) Documenta scientiæ pro filii sui educatione. Cetera, qvæ vel sine vel cum Scriptoris nomine in hoc volumine exstant, ista sunt: 4) R. Samuelis fil. Tibbon de odore grato sacrificiorum. 5) de divinitatis throno. 6) de throni ejusdem visione Jesaiæ facta. 7) de visione facta Ezechieli, ad flumen Chobar. 8) de Zachariæ Prophetæ visione. 11) de Hebraicæ lingvæ excellentia. 12) de falsis Prophetis à veris distingvendis. 13) de damnatione falsi Prophetæ, qvando aliqva affert lex contraria. 14) de necessitate miraculorum in vero Propheta. 15) de rebus miraculosis naturalibus & supernaturalibus. 16) liber, Fundamentum: Timor Domini, & fundamenta legis filii Esdræ. 17) literæ R. Ascher & R. Emanuelis, de unica via vitæ. 18) laudes Angelorum ad Deum mutuæ. 19) de stilo Talmudico. Hic velim notari, librum n. 16. qvi *Fundamentum* inscribitur, esse itidem *Josephi* nostri, qvod ex iis patet, qvæ Vol. I. & III. de scriptis ejus dixi. Ex qvo forte recte confecero & antecedentia illa ipsi tribui debere.

חֲצֹצְרוֹת כֶּסֶף *tubæ argenteæ*, ex Numer. X. 2. Sub hoc titulo vidi *Josephi* nostri commentarios in *Coheleth*, *Echa*, *Esther*, *Esra*, & Chronicorum

nicorum libros manu in charta exaratos in 4. Exstant in Biblioth. Oppenheimeri, in volumine, unum digitum lato.

CMXVI. ר׳ יוסף בן לב R. JOSEPH ben *David Löw*.

Quæsita ejus & *Responsa* Amstelodami 486. C. 1726. sqq. 3 voll. in fol. recusa sunt, qvibus postea & IV. accessit.

CMXXIV. ר׳ יוסף בן מרדכי R. JOSEPH fil. MARDOCHÆI, Karaeus.

Excerpserat ille ex libro *Eliæ*, Karæi, qvi dicitur אדרת אליהו, ea, qvæ ad instituta mactationis animalium pertinent, an. 5359. C. 1599. Habui illa excerpta manu exarata à Judæo qvodam, ex qvibus, laceris & ipsis, nonnulla descripsi, alia forte occasione exhibenda. Inscribebantur autem קיצור ענין שחיטה מאדרת אליהו i. e. *Compendium doctrinæ de mactatione animalium ex libro* Addereth Elijahu. Desinebat illud in capite XXI.

CMXXVII. b. ר׳ יוסף בן משה R. JOSEPH fil. MOSCHE, Francofurtensis, Judex Furthensis, adhuc superstes.

תורת יוסף *lex Mosis*, Wilmersdorfii 485. C. 1725. fol. apud Hirsch ben Chajim, foliis 102. Est amplissimus commentarius super Masoram in Pentateuchum, ubi Masoræ textus, qvadratis literis expressus, in medio folio à commentario cingitur, qvi tum ad Masoram, tum vero ad contextum ipsum illustrandum refertur.

CMXXX. ר׳ יוסף בן משה R. JOSEPH ben MOSCHE, *Kremnitziensis*.

Obiit is & sepultus est *Berolini* 463. C. 1703. die XI. mensis טבת Id compertum mihi est ex epitaphio ejus ita concepto: מי לנו גדול מיוסף הצדיק כביר היה בתורתו שליט על הארץ והמשביר כאשר נראה בחיבוריו אשר חיבור צפנת פענח וכתונת פסים שהוו לעולמים כבר וכתר יוסף שגמיר וסביר יוס׳ נימוקי יוסף שלא השלים הוא הה׳ מוהר׳ר יוסף בנו של הח׳ מר׳ משת נפטר ונקבר יום יא׳ טבת תסג:

CMXXXI. יוסף בן מתתיה JOSEPHVS fil. MATATHIAS.

De

De Hebraico Flavii Josephi textu, qvi in Bibliotheca Vaticana MS. exstare falso fertur, lege eruditissimi *Jo. Alberti Fabricii* nostri commentationem de *Josephi* scriptis, qvæ ex Bibliotheca Græca, sed ipsius accessionibus locupletata, recusa exstat in editione *Josephi* Havercampiana, pag. 61. in notis. Non exstitisse unqvam nec exstare textum Josephi Hebr. MS. sed *Schabtæum*, in *Siphte Jeschenim* pag. 28. hoc tradentem, Josipponem Hebræum cum *Flavio* nostro confudisse, variis argumentis commonstrat *Jo. Pastritius* in epistola an. 1698. 14. Kal. Augusti ad *Gabr. Groddeckium*, nunc *μακαρίτην*, data, qvæ hodie apud Celeb. *Mascovium*, Ordinis Senatorii Lipsiensis decus, exstat. Recte is inter cetera monet, si qvid hujusmodi in Bibliotheca Vaticana unqvam exstitisset, id summam *Bartoloccii* diligentiam effugere non potuisse. In Catalogo MS. Codicum Hebr. MSS. Biblioth. Taurinensis A. II. 15. video afferri librum in 4. foliorum 115. qvo contineatur Genealogia Adami, & reliqvæ Judæorum res usqve ad Hierosolymorum sub Tito excidium. In fine legitur: *Liber iste, cui titulus* Flavius Josephus, *est* Isaaci Treves, *filii* Mathathiæ Treves.

ר׳ יוסף הספרדי R. JOSEPH HASSEPHARDI, i. e. *Hispanus*. Commentarius in *Aben Esram* lucem antea non viderat, sed ab editore primo, R. *Jekuthiele Lase ben Nachum*, ex MS. in lucem cum aliis similibus est productus, ceu collectoris præfatio docet. Titulus commmentarii est אהל יוסף *tentorium Josephi*. CMXXXIIX. c.

ר׳ יוסף בן עקיבה בער R. JOSEPH CMXLVI. ben AKIBA BEHR, Rabbinus qvondam in variis Judæorum Synagogis, deinde vero privatus in Gymnasio qvodam Judæorum Amstelodamensi doctor, an. 1712. Ex hujus commentatione MS. in librum *Mechilta* varia suæ in illam interpretationi inseruit R. *Mosche Francofurtensis*, nuperrimus ejus editor, Amstelodami 1712. fol. Confer Relationes Novantiqvorum Theologicorum vernaculas an. 1713. p. 806.

ר׳ יוסף ערגס R. JOSEPH ERGAS. Scribe CMXLVII. b. ארגס & lege, qvæ paulo ante num. 861. c. rectius de nostro dixi, qvam qvidem Vol. III. pag. 416. ex *Norrelio* factum est. Hunc in Italia alicubi Judæorum Magistrum agere, ex Judæo qvodam Lusitano erudito accepi.

ר׳ יוסף פינסו R. JOSEPH PENSO. CMLII.

Idem

Idem eſt, qvi *Joſephus de la Vega*, de qvo ſupra n. 878. ubi vide, qvæ ſcripſi.

CMLVII. b. יוסף בר צדוק JOSEPH bar ZADOCK, Ex-Judæus Sæculo XVII. ineunte, *Pauli Joſephi* nomine inter Chriſtianos appellatus. De eo diximus Vol. I. & III. num. 1811. Hic accipe verba *Magni Danielis Omeiſii* ex Gloria Academiæ Altorfinæ pag. 12. *Poſteriorum, qvos dixi alter Joſephi bar Zadock nomen in circumciſione nactus, genere Poſnenſis, profeſſus poſtea lubrico animo fidem Chriſtianam, ac Sæculi currentis undecimo anno, Dominica Qvaſimodogeniti in æde noſtra Parochiali ſacro tinctus flumine, ampliſſimo, ut ipſe publice fatetur* (in præfatione ad librum mox citandum) *mactus ſalario ab Illuſtribus Patriæ Proceribus, in ipſa urbe Norimberga futuri, cui mancipandus erat, muneris prælegenda edidit Specimina, & qvaſi præludia. Sed eccum nondum decurſum fuerat, qvod homo nauci pridem tacite muginabatur, id clam omnibus, qvos ſcire intererat, dedit effectum, facto ad Pontificios tranſitu, adeptus Herbipoli fictitium Confirmationis, qvam vocant, Sacramentum. Qvod omne, qvanqvam ultra triennium egregie, ſi Diis placet, diſſimulaſſet, & perſonatus noſtri gregis aſſecla non homines modo, verum etiam ipſum, qui falli neqvit, callide fefelliſſet, cum res celari amplius neqviret, atqve is rerum geſtarum rationem, qvod fas erat, reddere juſſus eſſet, exivit de nobis, qvoniam non fuerat de nobis* (1 Joh. II. 19.) *ut verba Apoſtoli merito huc transferamus; Viennamqve conceſſit, inſtituta ibi apud Cæſarem O. M. adverſus optime meritos Patronos atrociter intentata, ridicula tamen, & qvæ locum facile non inveniebat, actione, perfidia plusqvam Judaica, ſcriptoqve mox eum in finem virulento libello, qvem inſignivit* Scalam veræ Jeruſalem, *neqve hanc forte ingreſſus, neqve iſtam intuitus.*

CMLXII. ר׳ יוסף קארו R. JOSEPH KARO.

Commentarius ejus in Prophetas priores & poſteriores, tum majores, tum minores an. 5172. C. 1412. exaratus in membrana in fol. exſtat Pariſiis in Bibliotheca Sorbonica, teſte catalogo, qvem accepi, MS.

Reſponſa ejus ſuper דיני נשים ſeu *inſtituta uxoria*, ex Ordine *Even Eſer* recuſa ſunt *Mantuæ* 490. C. 1730. in fol. foliis 67. apud Joſuam Michaelem מסיצי

שלחן ערוך Cl. *Jo. Joachimum Schrœderum*, Profeſſorem Marpurgenſem, Latine convertendum inſtituiſſe colligo ex B. *Ungeri* literis ad *Schudtium* an. 1717. datis, in qvibus qværit, an verſio illa ad finem jam ſit perducta.

Orach

Orach Chajim cum *Beer Gola* & *Beer Hetev* tertium recus. *Francof. ad Mæn.* 484. C.1724. 8. foliis 290. apud Kœlnerum, iterumque apud eundem, sumtu Salom. Ahpthrod 485. C.1725. 8. totidem foliis.

In Biblioth. Augustæ Taurinorum varia exempla τῶν *Turim* nunc integra nunc ex parte MSS. exstant, v. c. *Jore Dea* A. I. 4. in fol. foliorum 145. per Benjamin fil. Jehuda A. M. 5128. C. 1368. Item *Orach Chajim*, & *Jore Dea* & *Even haeser* ibid. fol. A. I. 8. foliorum 402. Iterum *Orach chajim* A. I. 9. fol. foliorum 223. A. M. 5243. C. 1483.

Ejusdem פֵּירוּשִׁים וְחִדּוּשִׁים notæ & observationes in Maimonidem super Hilcoth Chamez umazza, Schophar, Succa velulabh &c. qvarum ipse passim in scriptis suis meminit, prodierunt CPoli 478. C. 1718. 4. pp. 56. apud Jonam ben Jacob.

ר׳ יוסף קארקיס R. IOSEPH KARKES. CMLXIV.

Is à R. Aarone fil. Eliæ in ס׳ המצות MS. vocatur הקרקסאני teste Rev. *Jo. Benjamin Martini.*

ר׳ יוסף קמחי R. JOSEPH KIMCHI. CMLXVIII.

ס׳ הַבְּרִית exstat in collectione libellorum Anti-Christianorum, sub titulo: מִלְחֶמֶת חוֹבָה CPoli 1710. 8. ed. de qva supra sub אברהם רומאן dictum est. Incipit à pag. 18. & producitur usqve ad pag. 38.

Ejusdem שֶׁקֶל הַקֹּדֶשׁ de qvo Vol. III. pag. 423. MS. est in Biblioth. Oppenheimeri, in 4.

ר׳ יוסף קרניטול R. JOSEPH KARNITOL. CMLXIX.

שַׁעֲרֵי צֶדֶק MS. in Biblioth. Oratorii Parisiensis in 4. num. 10. Non confundendus hic liber est cum altero שערי אורה R. *Jos. Gecatiljæ*, qvod nomen supra vide.

ר׳ יוסף ראקובר R. JOSEPH *Racoviensis*. CMLXIX. b.

Vide supra num. 190. c. *Aaron Levi*, cujus observationes in *Cetuvoth* ex MS. edidit.

ר׳ יוסף שלמה דיל מידיגו R. JOSEPH SCHELOMO DEL MEDICO. CMLXXVI.

Hujus librum עִיר גִּבּוֹרִים ad *Algebram* pertinentem & deperditum

tum laudat *Ascher Anschel f. Wolf* in præfat. sua ad Clavem Algebræ novæ, Hebraice editam.

CM LXXVIII. ר׳ יוסף בן שמואל R. JOSEPH ben SCHEMVEL, in præfat. ad librum הישר qvem primus Venet. 1625. 4. edidit, *Fessanum* se profitetur, qvi ex patria per publicas gentis suæ calamitates & oborta bella ejectus, an. 373. C. 1613. in Italiam venerit. Ibidem commemorat librum

כְּתוֹנֶת פַּסִּים à se scriptum & inposterum edendum, ex qvo nonnulla tum in ipsa illa præfatione, tum in scholiis ad librum ישר afferr. In præfatione præterea monet, librum in duas abire partes, qvarum altera Sectiones qvasdam Legis explicet, altera conciones in Synagogis qvibusdam habitas, complectatur.

CMLXXX. ר׳ יוסף שם טוב R. JOSEPH fil. SCHEM TOV. Hujus expositio Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum hebr. MS. in Bibl. Taurinensi A. V. 32. in 4. Huic *Josepho* tribuerim commentarium in epistolam ad R Meir Algvadesch, vel, ut Judæi pronunciant, *Algvadisch* (de qvo Vol. I. pag. 744. actum est,) qvi olim CPoli lucem vidit, confirmante mihi R. *Mosche Chagis*, qvi testatus præterea est, librum illum, tanqvam de rebus fidei exponentem, Pontificis Romani auctoritate suppressum fuisse, sibi autem Londini visum, cui junctus fuerit R. *Josephi*, filii R. *Tam* liber, sub titulo שִׁבְעָה עֵינַיִם *septem oculi.* De hoc libello, tanqvam Venetiis edito, diximus Vol. I. & III. num. 450. sub R. *Gedalja ben David* ben Jachija. Qvod ad commentarium *Josephi* nostri in dictam epistolam attinet, non dubito illum eundem esse cum eo, de qvo scripsi Vol. I. p. 902.

CM LXXXI. b. ר׳ יוסף שרגא R. JOSEPH SCHRAGA. De ejus libro ישע יה dixi satis Vol. III. pag. 627. Alius ejus liber MS. est in Bibliotheca Taurinensi A. III. 21. in 4. foliorum 227. codice eo, qvi plura alia complectitur. Catal. MS. ita: *R. Josephi Sarga anagramma in Legem, & regulæ scientiæ Cabbalisticæ cum ejusdem expositione super Pentateuchum.* Deficit initio.

CM LXXXII. b. ר׳ יוסף בן ששת אבן לטמי R. JOSEPH ben SCHESCHAT Ibn LATMI.

Precatio

Precatio ejus rhythmica in Biblioth. Senatoria Lipsiensi MS. exstat in volumine formæ octavæ oblongæ, qvod non ex Wagenseilianis est, sed aliunde redemtum. Eodem volumine non qvidem preces sed alia qvædam scripta, v. c. *Iggereth minhag chasidim* &c. continentur.

יורדאנוס רופוס JORDANUS RUFUS CM LXXXII. c.

Liber ejus de eqvo & re hippiatrica hebr. MS. exstat in Bibl. Bodlejana inter Codices Laudanos B. 108. in 4. chartaceo. In præfatione hæc legis: ערבתי לחבר קצרת דברים מענין הסוס . . . . אני יורדנוס רופוס מקלאבריאה באוריות הדת האימפראדור פידריקו i. e. *Placuit mihi scribere nonnulla de eqvis* . . . . mihi *Jordano Rufo*, *Calabro*, *ad mandatum Friderici Imperatoris.* Capita libri in præfatione ita recensentur: I. מיצירת הסוס ותולדותו II. מן לכידתו וחנוכו. III. מהשמירה והלמוד IV. מחברת יופי הגוף והאברים V. מחלואיו בין מהטבעים בין מהמקריים VI. מהרפואות ומההכסנות הנעשות עד החליים הנזכרים Docuit hæc me Cl. *Jo. Gagnerius.*

ר׳ יושיע R. IOSCHIA. Idem est, qvi R. *Josua* ben *Joseph*, de qvo Vol. III. n. 783. CM LXXXIII.

ר׳ יחזקאל בן אברהם R. IECHESKEEL CM LXXXIV. c.

fil. ABRAHAMI, ex familia *Catzenelbogen*, Archisynagogus Altonaviensis, Hamburgensis & Wandesbeccensis adhuc superstes. Hujus auspiciis prodiit institutio ritualis de ratione legendi obitum Parentum vel cognatorum &c. tempore anniversario hebraice in folio uno patente, per Sanvel Popert *Altonaviæ* prope Hamburgum, an. 1727.

Ejusdem כְּנֶסֶת יְחֶזְקֵאל *congregatio Ezechielis*, i. e. Qvæsita & Responsa de variis argumentis *Altonaviæ* 492. C. 1732. fol. foliis 130. prodierunt, subjuncto Indice, ex qvo intelligitur, ad qvæ capita τῶν *Arba Turim* illa referantur.

ר׳ יחיא בן יחיא R. JECHAIJA ben JECHAIJA. CM LXXXVII. b.

Hujus epitaphium ex parietibus Templi Carthusiorum Erfurtensis descriptum legitur in Collectione Nov-antiqvorum Theologicorum vernacula an. 1730. pag. 876. sq. Ex eo constat, nostrum hanc obiisse an. 142. C. 1382. Celebre alioqvin in Judaica gente *Jechajæ* nomen est, & à nobis in hoc opere passim commemoratum. De hoc autem nihil mihi præterea constat.

CM LXXXVIII. ר׳ יחיאל אבי ר׳ אשר R. JECHIEL pater R. *Ascher*. Hujus libellum qvendam MS. sub tit. סֵפֶר עַל עֵסֶק הַתּוֹרָה MS. vidi in Bibliotheca Oppenheimeri in 4. codice, tres digites lato, qvi plura alia complectitur, nempe 1) ס׳ חֲסִידִים 2) יִרְאַת ה׳ וְתוֹכֵחָה 3) ס׳ זְרוּבָבֶל וְחִדּוּשִׁים 4) שַׁעַר הַיִּחוּד 5) רְמָזִים עַל נְקוּדוֹת שֶׁבַּתּוֹרָה 6) מֵאֵלִיָּהוּ ז״ל עַל נְהַר סַמְבַּטְיוֹן 7) הִלְכוֹת מֶלֶךְ הַמָּשִׁיחַ מהרמבם 8) & plura alia opuscula. *Jechielis* nostri scriptio forte eadem est, cum disputatione ejus, cum Nicolao Ex-Judæo habita, de qva Vol. I. p. 573 actum est.

CM LXXXIX. ר׳ יחיאל בן יוסף R. IECHIEL ben IOSEPH.

Ex disputatione *Jechielis* cum *Nicolao* habita locus affertur à R. *Simeone ben Zemach* in פתירת אמונת הנוצרים qvæ excusa est in Collectione scriptorum Anti-Christianorum, *CPoli* 1710. 8. sub titulo: מלחמת חובה edita, pag. 57. Vocatur ibi R. *Jechiel ben Joseph Zarpathi*. Produxi locum illum in Supplementis his ad Vol. II. ubi de scriptis Judæorum Anti-Christianis dixi p. 724.

CMXC. ר׳ יחיאל אשכנזי R. IECHIEL GERMANVS.

Huic tribuerim paraphrasin metricam *de Hierosolymorum* excidio, qvam MS. in Bibliotheca Taurinensi A. II. 24. exstare disco in fol. eo Volumine, qvod plura alia complectitur num. 14. Jechiel enim hic *Hierosolimitanus* alias vocatur.

CMXCI. ר׳ יחיאל בן ר׳ ידידיה R. JECHIEL ben R. JEDIDIA.

מִנְחָה חֲדָשָׁה recusum est cura *Salom. Salman Lunden*, Francof. ad Mœnum apud Jo. Kœlner 482. C. 1722. 12. pp. 131.

CMXCV. C. ר׳ יחיאל מיכל בן יהודה ליב R. IECHIEL *Michel ben* JEHVDA *Lef*, Archisynagogus qvondam Berolinensis, an. 1728. defunctus, qvo anno R. Schiemuel Japhe יפה מראה cum novis ejus observationibus prodiit, de qvibus infra sub *Schemuel Japhe* dicam.

CMXCVII. ר׳ יחיאל בן יקותיאל R. JECHIEL ben JEKVTHIEL.

מַעֲלוֹת

מַעֲלוֹת הַמִּדּוֹת MS. in Bibl. Bodlejana, inter Laudanos L. 5. in 4. chartac. qvod ex Cl. *Jo. Gagnerio* intellexi.

ר׳ יחיאל בן עזריאל R. JECHIEL fil. ASARIEL CMXCVII. b.

qvi alias dicitur *Chajon fil. Jojachim.* Hujus tractatus octo Philosophici, argumenti nescio cujus, exstant MSS. in Biblioth. Taurinensi A. V. 23. in 4. teste Catalogo MS.

ר׳ יחיאל בן צדקיהו R. JECHIEL fil. ZEDE- MI.

KIÆ. Vide supra R. *Secharja* fil. *Isaaci.*

ילתה JALTHA, R. *Jehudæ Sancti* filia, fœmina inter MIV. b.

Judæos erudita, de qva exstat singularis Celeber. *Gustavi Georgii Zeltneri* disputatio *Altorf.* 1725. habita. Confer Nova Literaria circuli Franconici germanice edita, Parte II. pag. 72.

ר׳ יעיש בן מסעוד בן נגאר R. JAISCH MIV. c.

ben MISOD *ben Nagar.* Commentarius ejus in Pentateuchum MS. exstat in Bibliotheca Bodlejana, volumine majoris ordinis chartaceo. Is in Catalogo MSS. Angliæ num. 3647. sine addito Auctoris nomine asseritur, tanqvam in Hyperoo Bodlejano num. 179. repositus. Hodie vero ibi inter MSS. è Museo exstat num. 22. Codex ipse sine præmisso titulo sic incipit : פרשת בראשית׃ ויאמר ה׳ הן האדם כאחר
ממנו . . . . ר׳ סימון אמר ביחודו של עולם שנאמר שמע ישראל
ה׳ אלהינו אחד. Fol. 7. col. 1. sic scribitur : ואולם הרב המורה פ׳ וג׳
מהלך ג׳ Ibidem citatur *Aristoteles.* In fine libri *Exodi* ita : תם ונשלם
ספר ואלה שמות והוא כתבתיו להחכם השלם היקר הרב הנכבר
המשכיל ונבון ר׳ דניאל בן החכם השלם הר׳ שלמה נע׳ המכונה
בן קארוס׳ השם ית׳ יזכהו וכתבתיו לו אני הדל באלפין והצעיר
במשפחתי זעירא דמן חבריא . . . . . . נאם ר׳ יעיש בן מסעוד
Auctor ait, se commentarium hunc scripsisse in gratiam viri honoratissimi &c. R. *Danielis fil. R. Schelomo*, cognomine *Kados*, subjecto nomine suo, *Jaisch ben Masod.* Idem nomen in calce Codicis plenius ita reperitur : כשלם זה הספר על ידי אני הצעיר שבתלמידים יעיש בן מכעור
בן נגאר Delxo hæc industriæ & humanitati Cl. *Jo. Gagnerii*, qvi & præterea observat, titulum commentarii hujus videri fuisse סְגֻלַּת מְלָכִים

Peculium Regum. Eum enim legi folio tertio, ubi in margine ſuperiori ſupra columnam ſecundam eadem, ut videtur, manu, qvam commentarius ipſe refert, ita ſcriptum legatur: אתחיל לכתוב סגולת מלכים *Incipiam ſcribere* Peculium *ſive* theſaurum Regum. Hinc factum qvoqve eſt, ut aliqvis in Codicis hujus pagina prima vacua ſcriberet hunc titulum: סגולת מלכים *Theſaurus Regum.*

MXIII. e. ר׳ יעקב אברהם R. JACOB ABRAHAM Cracovienſis, qvi tandem fuit Archiſynagogus in לייפניק in Moravia.

נַחֲלַת יַעֲקֹב *hereditas Jacobi*, ex Jeſ. LVIII. 15. Commentarius in Legem & *Raſchi*, editore *R. Schemarja Salman*, qvi etiam à latere de ſuo addidit אַבְנֵי שׂהַם Amſtelodami an. 484. C. 1724. fol. foliis 88. apud Moſen Francofurtenſem.

MXIII. f. ר׳ יעקב בן אברהם R. IACOB fil. ABRAHAM, fil. *Jacobi.*

עֵדוּת בְּיַעֲקֹב *teſtimonium ſuper Jacob*, ex *Pſal. LXXVIII.* 5. Quæſita & Reſponſa, Theſſalonicæ an. עדות 480. C. 1720. fol. foliis 273. apud Abrah. ben David Nachman & Jom Tov ben Moſche קאנפלייאש

MXV. b. ר׳ יעקב איילנבורג R. JACOB EILENBVRG, *Cracovienſis*, cum cujus commentario prodiit R. *Jacobi Veilii* liber *Schechita ubedika* Amſtelod. 488. C. 1728. 8. pp. 19. In titulo monetur, eundem Jacobum ſcripſiſſe libros תולדות יעקב & ישרש יעקב

MXXIV. ר׳ יעקב בן אשר R. JACOB ben ASCHER. Vol. III. pag. 444. editionem τῶν *Arba Turim* Plebiſacienſem anni 1478. qvod ad Ordinem III. & IV. qvos ipſe habeo, enarravi, dubius, an priores duo itidem exſtent. Jam vero ex Catal. MS. Codicum Hebraicorum Biblioth. Taurinenſis intelligo, deprehendi in ea qvatuor illos Ordines in membrana anno 5238. C. 1478. fol. excuſos. Hac occaſione fas fuerit, monere, R. *Moſchen Chagis* in calce *Leket hakkemach* ſuper *Even Eſer* afferre rhythmos qvosdam Hebraicos, in laudem typographiæ compoſitos, qvi in calce τῶ *Choſchen miſchpat* edit. hujus Plebiſacienſis leguntur. Idem tamen annum editionis falſo exprimit per להר i.e. 235. cum exemplum meum diſerte exhibeat רלח i. e. 238. qvod nec ipſe, cum

cum ostenderem, mihi negavit. Vol. III. p. 447. mentionem feci editionis τῶν *Turim* Cpolitanæ anni 254. C. 1494. Eam nuper oculis meis vidi in Bibliotheca Oppenheimeri, curatam in folio per R. David bar Nachman & R. Schemuel fratrem ejus, qvi uterqve vocantur אומנים *artifices* scilicet typographici. Bibliotheca eadem exhibet ordinem *Orach Chajim* MS. in fol. per Scribam עזרי an. 5198. C. 1438. *Taurini* A. V. 30. fol. foliorum 411. exstat totum illud Opus *Ordinum* MS. per librarium Mardochæum, fil. R. Abrahami Perizol Avenionensis, *Ferraræ* 5232. C. 1472. item A. V. 8. in fol. foliorum 396.

ארבע טורים cum præstantioribus commentariis, *Beth Joseph*, *Darke Mosche*, *Bedek Habbajith*, ac deniqve *Derischa uperischa* R. *Josuæ Falck* recus. *Wilmersdorfii* an. 487. C. 1727. fol. qvatuor Voluminibus, apud R. *Hirsch ben Chajim*.

Ordinis *Choschen mischpath* compendium MS. in 8. foliorum CXII. recenti manu scriptorum apud me exstat. Confer Biblioth. Uffenbachianam MS. compendiariam pag. 40. n. 184. Nec minus apud me est *Choschen mischpath* in codice ordinis maximi in fol. ἀκεφάλῳ foliorum 263. inde à Sect. XIV. usqve ad finem; cui succedit Ordo III. *Even Haeser*. Codex elegantissime exaratus est A. C. 1405. Confer eandem Bibliothecam pag. 46. n. 209.

ר׳ יעקב בי רב R. JACOB BE RAV *ben Mosche*. MXXV.

לקוטי שושנים i. e. observationes in Prophetas *Posteriores* (non *Priores*, ceu Vol. I. p. 585. mendose excusum est) exstant in R. Mosche Francofurtensis Bibliis, cum variorum Rabbinorum commentariis Amstelodami sub titulo: קהלות משה an. 1724. sqq. editis, Tomo III.

ר׳ יעקב בן בנימין R. JACOB fil. BENJAMIN *Aaron*. MXXV. d.

נחלת יעקב *hereditas Jacobi*, ex *Jes.* LVIII. 15. Commentarius est in *Eliæ Misrachi* sive Orientalis, commentarium super Pentateuchum, qvi una cum ipso *Elia* commentario prodiit CPoli an. 483. C. 1713. fol. foliis 331. apud Jonam ben Jacob. In titulo idem dicitur scripsisse librum תשובות משאת בנימין

ר׳ יעקב בן דוד R. JACOB ben DAVID *Jom Tov*, MXXX.

cujus ratio Calendarii conficiendi, & reperiundarum lunationum MS. exstat in Bibliotheca Taurinensi in 4. foliorum 5. A. II. 4.

ר׳ יעקב

M XXX VIII. ר׳ יעקב וויל R. JACOB VEIL.

שְׁחִיטָה וּבְדִיקָה cum notis R. *Jacob Eilenburg*, Cracovienſis, prodiit Amſtelodami 488 C. 1728. 8. pp. 19. ex officina R. Hertz Levi ben Süskind.

Ex eodem libro brevis inſtitutio de ratione mactandi animalia per *Moſen Elſus* prodiit, de qva infra ſub ejus nomine dicetur.

MXLI. ר׳ יעקב חאגיז R. JACOB CHAGIS.

אורח מישור de qvo p. 455. prodiit ſeorſim *Amſtelod.* 469. 16. apud Proops. Ejusdem

זִכָּרוֹן לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל *memoriale filiis Iſrael*, ex *Exod.* XXVIII. 12, à filio Auctoris R. *Moſche Chagis* ex MS. editum exſtat in calce libri ejus לקט הקמח, qvo complexus eſt variorum Magiſtrorum expoſitiones in loca qvædam Talmudica difficiliora, *Wandesbeccæ* 486. C. 1726. 8. Continentur eo præcepta varia moralia, undecim foliis comprehenſa.

MXLII. ר׳ יעקב בן חביב R. JACOB fil CHAVIV.

עֵין יִשְׂרָאֵל Index MS. exſtat locorum Scripturæ Sacræ, qvi in hoc libro explicantur. De eo ſcribam infra ad num. 1756. ſub *Seadja ben Maimon*.

Ad editionem illius libri *Amſtelodamenſem* anni 1686. fol. curata eſt alia ibidem 485. & 486. 8. tribus voluminibus, apud Salom. Proops. Eorum I. conſtat foliis 353. II. 340. III. 365. ſine computatis indicibus compendiorum ſcribendi, qvibus nomina Auctorum, in inferiore margine libri *En Iſrael* in hac editione citatorum, exprimuntur. Accedunt hic præterea ea, qvæ à R. *Jehuda Mutinenſi* in libro בית יהודה ex Talmudicis *Aggadoth* expoſita ſunt, & ab auctore libri *En Iſrael* omiſſa; tum vero in inferiore margine index auctorum, qvi easdem *Aggadoth*, qvæ in *En Iſrael* exſtant, variis in libris expoſuerunt, ex R. *Secharia Porto* libro אסף המזכיר Illum vero indicem, 200 circiter libris, qvi recens prodierunt, *Schelomo Proops* auxit, ſub titulo אסיפת שלמה Editio hæc nitida eſt & luculenta, ceterisqve omnibus plenior.

Idem liber cum excerptis commentariorum, R. *Salomonis Salman ben David* cura factis, prodiit *Francof. ad Mœn.* 483. 8. apud Kœlnerum, ſumtu Salom. Aphtrod, Bibliopolae. Hinc *Amſtelod.* 485. 8. cum expoſitione

ſitione vocum, qvæ editio ab illa ejusdem, qvam modo diximus, omnino eſt diſtincta: tum *Sulzbaci* 488. C. 1728. 8. apud Salman Aaron, Tom. I. pp. 489. II. pp. 352. conſtat.

ר׳ יעקב בן חיים R. JACOB ben CHAJIM. MXLV.

Præfatio ejus ad Biblia Rabbinica *Bombergii & Buxtorfii* Latine converſa apud me eſt MS., ex Vffenbachianis.

ר׳ יעקב בן חיים צמח R. JACOB ben CHASIM MXLVI.

ZEMACH. Confer infra צמח n. 1876. c. qvi à Noſtro non eſt diverſus.

ר׳ יעקב בן חננאל סקילי R. JACOB ben CHA- MXLVI. b.

NANEL SAKILI, forte *Siculus*.

תּוֹרַת הַמִּנְחָה *lex oblationis*, ex *Levit.* VI, 7. MS. habeo in fol. minori chartaceum foliorum 144. In præfatione tradit auctor, ſe rogatum à nonnullis, ut ad cultum Dei Sabbaticum cogitata ſua in Paraſchas legis ſecum ſcripto communicaret, hæc in chartam conjeciſſe, &, aliorum opera raro advocata, opere ſuo ampliori, qvod תַּלְמוּד תּוֹרָה *doctrinam Legis* inſcripſerit, uſum eſſe, inprimis autem ad tria capita, nempe, *cognitionem Divini Numinis*, *conditionem juſti infelicem*, & *injuſti felicem*, ac deniqve *ſinceritatem animæ* reſpexiſſe. Ordo & ratio operis hæc eſt. *Paraſcha* Pentateuchi ab auctore pro lubitu collocantur. Singulis vero illis comma aliqvod Biblicum ſubjungitur, cui breviter explicato ſuperſtruitur ſeqvens de argumento aliqvo commentatio. Sic v. c. prima *Paraſcha* eſt אחרי מות Levit. XVI. 1. Huic ſubjungitur explicatio Pſalmi 89. v. 8. אל נערץ בסוד קדושים רבה ונורא על כל סביביו Ibi inprimis diſſeritur de voce קדושים ea vero occaſione de præceptis decem diſſeritur foliis qvinqve. Seqvitur *Paraſcha* אמר אל הכהנים *Levit.* 21. 1. Subjungitur expoſitio *Proverb.* 30. 19. & de argumentis huc pertinentibus diſſeritur. Paraſcha ultima eſt וזאת הברכה *Deuter.* 31. 1. cui ſubjungitur expoſitio dicti *Eccleſiaſtæ* XII. 13. Auctor itaqve non tam explicat *Paraſchas* legis ipſas, qvam loca qvædam Biblica earum occaſione illuſtrat, atqve inde argumentum, qvod commentatione dignum cenſuit, deducit. Conſilium enim hoc ipſi fuiſſe videtur, ut haberent Judæi, qvod Sabbato ad ampliorem Numinis cognitionem

& morum emendationem legerent. Eam ubiqve commentandi rationem seqvitur, qvam *Medraschicam* Judæi appellant, nec ingenio & doctrina destitutus fuisse videtur. Ex veteribus non nisi eos video afferri, qvi inter Mischnicos & Gemaricos claruerunt. Finem totius operis hæc faciunt verba : האל ברחמיו וחסדיו הגדולים והרבים יתן בלבבנו ליראת שמו ולהבין ולהשכיל לשמוע וללמד לשמור ולעשות ולקיים אל כל דברי תלמוד תורתו באהבה ובנפש חפצה ובלבב שלם. אמן וכן יהי רצון ברוך יוי לעולם אמן ואמן בריך רחמנא דסייעי Post hæc seqvitur carmen, qvale & operi in limine præmissum est. Deniqve *Mosche ben Isaac* testatur, se illud in suum commodum in provincia צובה descripsisse anno Aeræ Contractuum אתשנה i. e. 1754. h. e. A. C. 1444. qvo circiter tempore auctor ipse videtur vixisse.

MXLVIII. ר׳ יעקב יהודה אריה R. JACOB JEHVDA ARIE.

De versione Latina librorum ejus IV. *de Templo Hierosolymitano* à *Jo. Sauberto* Helmstad. 1665. 4. edita, legenda est Bibliotheca Fabriciana Parte V. p. 341. sq. ubi & animadversiones nonnullæ in librum illum occurrunt.

Ejusdem *Sauberti* versionem Latinam Tractatus *de Cherubinis* ex parte prelum exercuisse testatur Rev. *G. G. Zeltnerus* in Vitis Theologorum Altorfinorum p. 398

MXLIX. f. ר׳ יעקב בן יואל R. JACOB fil. JOEL, *Tikotinensis*, &, respectu incolatus, Briscensis Lithuanus.

שְׁאֵרִית יַעֲקֹב *reliqviæ Jacobi*, ex *Michæ* V. 6. observationes in totum S. Codicem, tum vero in Codices aliqvot Talmudicos, *Altonavie* 487. C. 1727. 4. foliis 101. Observationes in libros Biblicos proferuntur usqve ad fol. 63. inde vero Talmudicæ illæ seqvuntur.

ML. ר׳ יעקב בן יוסף רישר R. JACOB ben JOSEPH RISCHER.

עִיּוּן יַעֲקֹב *consideratio Jacobi*. Pertinet ad illustrandas *Aggadoth* Talmudicas, qvæ in libro *En Israel* leguntur. *Wilmersdorfii* 489. C. 1729. fol. foliis 114.

MLII. b. ר׳ יעקב בן יחזקאל בן יוסף R. JACOB fil. JECHESKEEL ben *Joseph*.

שְׁאֵרִית

שְׁאֵרִית יַעֲקֹב *reliquiæ Jacobi*, ex *Micha* V. 6. Prodiit liber *Altonaviæ* 487. C. 1727. 4. foliis 102. apud Sanvel Popert. Continet autem observationes succinctas in aliqvot loca Parascharum Pentateuchi & V. *Megilloth* usqve ad p. 61. hinc in Prophetas & Hagiographos usqve ad p. 63. porro in loca qvædam Talmudica, usqve ad finem libri.

ר׳ יעקב בן יצחק R. JACOB fil. ISAACI. MLIV.

Vidi literas B. *Vngeri* ad *Schudtium* datas, in qvibus noster hic ex *Raschii* posteris fuisse, & anno 1628. *Pragæ* obiisse narratur.

צְאֶינָה וּרְאֶינָה prodiit etiam *Francof. ad Mæn* 479. C. 1719. fol. apud Kœlnerum, sumtu Sal. Aphtrod; & ibidem 486. C. 1726. ejusdem sumtu, ad qvam editionem accessit *Targum alterum super Esther*, & qvidem lingva Judæo-Germanica.

Jo. Sauberti Latinam versionem commentationis in Parascham Pentateuchi primam, in illo libro exstantis, in Bibliotheca Reimmanniana Part. I. p. 470. obscurius ita video inscriptam: *Jo. Sauberti Sectio I. Codicis Chumasch Latine versi.*

ר׳ יעקב ישמח ישורון JACOB JISMACH JESCHVRVN. MLXIII.b.

Commentarius in Legem MS. in Biblioth. Oppenheimeri in 4. volumine duos digitos lato.

ר׳ יעקב בן מכיר R. JACOB fil. MACHIR. MLXXIII.

ס׳ הַתְּכוּנָה *liber Astronomicus*, qvem Vol. III. p. 514. enarravi. MS. est in 12. foliorum 151. in Biblioth. Taurinensi. Exponit is 1) de planetarum motu. 2) de numero motuum 3) de gradibus, reliqvisqve ad Astronomiam pertinentibus. Debeo hæc indicio Catalogi MS. Codicum Hebr. illius Bibliothecæ ab eruditissimo Abbate *Benzini* mecum communicati.

ר׳ יעקב מנטינו R. IACOB MANTINVS. MLXXIV.

Lege de eo *J. J. Mangeti* Bibliothecam Medicam lit. M. p. 257.

ר׳ יעקב בן עוזיאל R. IACOB ben VSIEL. MXCI.

Hujus puto esse compendium Grammaticæ Hebr. מענה לשון inscriptum, de qvo inter Anonymos Vol. II. n. 392. dictum est.

MXCV. b. **יעקב פונדם** JACOB FVNDAM, gente Hispanus, Ex Judæus. Exstat liber ejus Belgicus: *Vorst Messias opgespoort uit de Rolle der Propheten, by wyze van een waare en oprechte belydenisse der Christelicke waarheit tegens de dwaal leere en ongelukkige uitlegging der Schriften van het hedendaagsche Jodendom.* Amstelod. 1726. 8. pp. 189. h. e. Messias Princeps ex Scriptis Prophetarum investigatus, per modum veræ & sinceræ confessionis Christianæ veritatis, contra errores & infelicem Scripturæ interpretationem Judaicam.

MXCVI. b. **יעקב די פינה** JACOB de PINA.

Hujus *Chansas del ingenio y dislates de la Musa*, sive opera varia Vlyssipone 1656. 4. video afferri in Catalogo librorum R. David Nunnes Torres p. 20. n. 185.

MXCVI. c. **ר׳ יעקב צמח** R. JACOB ZEMACH.

מְשִׁיבַת נֶפֶשׁ *restituens animam*, ex Ps. XIX. 8. expositio scriptorum qvorundam R. Isaac Luria, MS. in 4. in Biblioth. Oppenheimeri.

MXCVIII. b. **ר׳ יעקב קאפיל בן משה** R. JACOB KOPPEL, fil. *Mosche.*

מַטְעַמֵּי מַנְגִּינֵי יַעֲקֹב recus. est *Offenbaci* 478. C. 1718. 8. pp. 40. qvam editionem priore auctiorem ipse auctor, cum Francof. ad Mœn. versaretur, curavit, ceu profitetur in præfatione, in cujus calce qvoqve ait, opus suum majus, cujus hoc est specimen, inscribi מסכנות יעקב

MXCIX. **ר׳ יעקב קאפיל בן שמואל** R. JACOB KOPPEL fil. *Schemuel.* Hujus puto esse librum

מִשְׁלֵי שׁוּעָלִים i. e. fabulas 136. ex Hebr. rhythmis Judæo-Germanicis redditas, & Brisgoviæ 1588. 4. editas, de qvibus supra in his Supplementis ad n. 435. scripsi.

MCIII. **ר׳ יעקב די קצירים** R. JACOB de CACERES.

Nicol. Antonius in Biblioth. Hispan. Nova Tom. I. p. 317. nostrum hunc vocat *Franciscum*, at ibidem p. 467. *Jacobum.* Idem vero p. 658. ita: *Franciscus de Cazeres, si non idem est cum superiore, Tom. I. p. 317. col. 2.* B. *Vngerus* in literis ad præstantissimum M. V. *la Croze* datis recte suspicatur,

tur, *Cazerio* huic *Francisci* nomen in Lusitania baptismale fuisse, qvod post discessum ad Judæos cum altero *Jacobi* permutarit.

ר׳ יעקב קשטרו R. JACOB CASTRO, de qvo Vol. III. pag. 527. copiose dictum est. Hic tantum moneo, eum in libri titulo per compendium vocari מוהריקש i. e. R. *Jacob Castro.* MCIII. b.

ר׳ יעקב קשטרו R. JACOB à CASTRO, Medicus Londinensis, cujus exstat dissertatio in novam, tutam ac utilem methodum Inoculationis sive Transplantationis variolorum &c. Hamburgi 1722. 8. Lat. & Germanice, plagulis 5. Ex præfatione patet, auctorem hanc dissertationem suam primum lingva Anglicana, deinde Latina edidisse, in qva Hamburgi deniqve cum opposita à latere versione Germanica recusa est. In Latina dictione hinc inde vitia se produnt, v. c. pag. 30 *Arabi: &, ut hodierni Auctores qvam minimum hisce addidere. Quicunque hujus veritatem dubitat* &c. MCIII. c.

Ejusdem puto esse Sermonem funebrem Hispanicum in memoriam R. *David Neto*, Archisynagogi qvondam Londinensis, anno 488. C. 1728. habitum, & *Londini* eodem anno in 8. editum.

Video etiam memorari ejusdem *Exemplar de penitencia*: ib. 484. C. 1724. 8.

ר׳ יעקב בן ראובן R. JACOB fil. RUBEN. MCVI.

Hujus liber Anti-Christianus, qvem sub titulo מלחמות השם in Biblioth. Bodlejana num. 3718. exstare ex Catalogo MSS. edito monui, nunc qvidem ibidem deprehenditur inter MSS. ex Museo num. 174. 4. chartac. Titulus est: זה ספר מלחמות השם שעשה ר׳ יעקב בר ראובן ז״ל והוא עשאו בי״ב שערים שנת ת״תקל:

א ראיות השכל שלא מן הכתב שאמר המכחד:
ב ראיות שהביא מתורת משה לעבודת אלהיו:
ג ראיות שהביא מתהלות דוד בן ישי:
ד ראיות מדברי ירמיהו מה שקי׳ כתוב בו:
ה ראיות חזקות וקשות מדברי ישעיהו הנביא:
ו ראיות מדברי יחזקיאל בן בוזי:
ז ראיות שהביא מדברי תרי עשר:

ח ראיות מדניאל מסה שלא נראה אליו מעולם :
ט מספר איוב משם חברו חכמת אחר הנקראת
דויניטט פי׳ חכמת האלהות :
י ראיות ממשלי וקהלת :
יא תמו שאלותיו ואשאלו לו מן האון גליון
יב ראיות ממשיח בן דוד שערין לא בא :

Debeo hæc Cl. Gagnerio.

MCVIII. ר׳ יעקב רוסאליס R. JACOB ROSALES.

Accipe nunc integrum commentationis, qvæ *Regnum Astrorum Reformatum* inscribitur, titulum: Regnum Astrorum reformatum, *cujus fundamentum cœlestis Astronomiæ Praxis. Tomus Primus: ubi omnium siderum loca ex præstantissimis Tychonis Brahæ expositoribus, Christiano Longomontano & Joanne Keplero, manuductione nostra perdocentur. Et Tabulæ Astronomicæ Joannis de Monte Regio, juxta Tychonis calculum, à notis reformantur, & phænomena ex illis, & necessarii earum usus ad praxin noviter declarantur. Deinde omnium Astronomicarum disciplinarum FRVCTVS sequitur ASTROLOGIÆ RESTITVTÆ Tomus alter, in qvo Judicia Astrorum, quæ ab Hebræis, Chaldæis, Græcis, Latinis, Arabibus, Antiquis & Modernis, sunt tradita tam qvoad generalia mundi eventa, qvam quoad particularia, & hominum nativitates, methodica & rationali via, multiplicibus theorematibus, per varias observationes à nobis adaucta & variis exemplis confirmata, noviter in VERÆ ac NOVÆ artis formam exponuntur. Auctore Immanuele Bocarro Frances y Rosales, Medicinæ Doctore, Nobili, ac Comite Palatino. Cum duplici Indice, uno librorum & capitum, & altero rerum memorabilium.* Hamburgi ex officina Typographica Henrici Werneri. A. C. 1644. fol.

Conspectus hic est operis amplissimi, plagularum 7. non Opus ipsum, qvandoqvidem post *Supplex Præloqvium ad Monarchas, omniumque Ordinum Principes & Magnates* legitur Latinis verbis tantum Index librorum & capitum utriusqve Tomi.

Hinc seqvitur *Status Astrologicus. Anacephalaeosis I. Monarchiæ Lusitanæ olim* 10. *Maji anni* 1624. *Vlyssipone excusi* Tractatus, *in qvo continentur miranda prognostica super Regnorum Hispaniarum, & totius Europæ mutationem: & Virorum admirandorum, ultimæque Monarchiæ prædictionem. Secunda editio ab auctore denuo recognita & latine reddita.* In præfatione Auctor monet, opusculum hoc *anno* 1624. typis fuisse mandatum, examinatore, per Supre-

Supremum Inqvisitionis Tribunal, Rev. Domino, Theologiæ Doctore, GEORGIO CABRALI, qvi aliqva sibi retinuerit, alia mutarit, nonnulla transmutarit, atqve ita, se absente, cum *Lapide Philosophico* in lucem prodire fecerit. Se itaqve idem opusculum, prout à se olim fuerit compositum, denuo edere, omissa tamen *Lapidis Philosophici compositione, quæ se inscio immerito fuerit inserta.* Addit qvoqve, *carmina finis III. Anacephalæosis, & principii qvarti depictum magis, quam prognostico prædictum successum mutationis Regni Portugalliæ die* 1. *Decembris an.* 1640, *sistere. Carmina* deniqve *principii IV. Anacephalæosis usque ad* 26. *Octostichon Romæ esse excusa an.* 1626. *approbante* GALILÆO GALILÆI, *sed se inscio.*

Anacephalæosis illa constat carmine Lusitanico, cum addita à latere versione Latina, in qvatuor sectiones tributa. Illarum I. Octostichis 36. *Honoris effigiem*, sub Nymphæ incorruptæ forma, tanqvam verum fundamentum Regnorum sistit. II. usqve ad octostichon 80. æqvivoca aliqva explicat, causisqve Astrologicæ mutationis Regnorum expositis, Monarchiæ Lusitanæ instaurationem prædicit. III. usque ad octostichon 100. unus alterumqve Heroem illius Monarchiæ magnamqve expugnationem suscipiendam describit. IV. deniqve mutationes regnorum in Europa præcipue exspectandas delineat. Tota scriptio constat paginis 28. in fol.

Finem collectionis hujus faciunt *Fœtus Astrologici libri tres*, seu vaticinia Astrologica. Liber I. constat versibus Latinis Hexametris 545. II. versibus 644. & III. versibus 470. In calce hæc legis:

Finis Prooemialium tanti hujus Operis, quæ Regibus & Magnatibus pro obtinendo ipsorum consensu, & auxilio, mittimus. Successus particulares uniuscujusque regni Politico-Astrologici lib. VII. Tract. unico. Part. I. Tom. II. declarantur.

In carminibus illis Auctor ad marginem citat loca operis sui majoris, in qvibus ipsa illa argumenta & vaticinia amplius explicentur. Non crediderim, exstare inter Judæos ullum, qvi majore fiducia in Astrologia Judiciaria sit usus. Qvæ causa est, cur in hoc Conspectu edisserendo longior fuerim.

יעקב ריבירו די פאיורה JACOB RIBERO de PAIVA. MCVIII. b.

Liber Arithmeticus Hispanicus ipsius auctoris manu exaratus fuit in

in Bibliotheca R. *David Nunnes Torres*, qvod constat ex Catalogo ejus Hagæ 1728. 8. edito, p. 21. num. 200.

MCXV. ר׳ יעקב בן שלמה מאטאלון R. JACOB ben SCHELOMO MATALON.

שְׁאֵרִית יַעֲקֹב continet conciones in varia Scripturæ S. & Talmudis loca, teste Catalogo Surenhusiano pag. 83. n. 53.

MCXIX. ר׳ יעקב בן שמואל קפלמן R. JACOB ben SCHEMVEL KOPPELMAN.

אֹהֶל יַעֲקֹב *tentorium Jacobi*, codex chartaceus MS. foliorum 55. in 4. & ad librum *Ikkarim* R. *Jos. Albo* spectans, apud me est. Vide Bibliothec. Vffenbachianam MS. compendiariam pag. 46. n. 203.

MCXXI. ר׳ יעקב בן שמשון אנטולי R. JACOB ben SCHIMSCHON ANTOLI.

Eum *Aristotelis & Averrois* nonnulla hebr. convertisse Neapoli A. C. 1232., sumtus suppeditante Friderico Imperatore, patebit ex iis, qvæ scripsi supra num. 39. sub אבן רשד

MCXXV. c. יעקב תאושק JACOB TAVSK, Pragensis.

Lied von dem *Messia Schabbasi Zevi*, Vratislav. 1670. 8. Oden hanc ut Rabbinicam, h. e. caliginosam, flexiloqvam, confusam, tautologicam, majore credulitate, qvam facilitate & suavitate scriptam, & à rei ipsius eventu falsitatis convictam commemorat Bibliotheca Reimmanniana Parte I. pag. 925.

MCXXIX. יפת הלוי JAPHETH *Levita*. Hoc nomine appellatur à R. Aarone fil. Eliæ in ס׳ המצות MSS. cap. XII. tractatus de *Vxoribus* f. 218. b. l. 17. Sed cap. XXIV. f. 225. b. lin. penult. appellatur בן יפת ר׳ לוי & cap. XXIV. fol. 228. a. l. 7. simpliciter בן יפת Hæc mihi significavit Rev. *Jo. Benjamin Martini*, qvi Codicem illum MS. Danzianum oculis usurpavit.

MCXXXIII. ר׳ יצחק R. ISAAC, Archisynagogus Lissensis in Polonia.

מְקוֹר

מָקוֹר נִפְתָּח *fons apertus*, ex *Zachar. XIII. 1.* Commentarius in *Arba Turim* MS. in 4. in Bibliotheca Oppenheimeriana, eo volumine, qvod Nathanis Spirensis commentationes MSS. in *Orach Chajim*, *Jore Dea* & *Choschen mischpat* complectitur.

ר׳ יצחק R. ISAACVS, cujus est עץ חיים CM XXXIV.

De eo *Wagenseilius* in Supplementis MSS. ad Biblioth. Buxtorfii Rabbinicam ita: *Habeo hujus tituli opus MS. membranaceum, qvod fere* Jad Chasaka *Maimonidæ, ubi abundare videtur, abbreviat; ubi deficit, supplet. Aureum, imo prorsus inæstimabile est opus, nec alius ex Judæorum libris mihi magis est in deliciis.*

ר׳ יצחק בר אבא R. ISAAC bar ABBA. MC XXXVII.

Ex libro ejus, qvi inscribitur הָעִטּוּר ea, qvæ ad artem Judaicam nervos ex mactatis animalibus extrahendi pertinent, prodierunt cum comm. *Aaronis ben Mosche Meir*, Offenbaci 1712. 8.

ר׳ יצחק אבואלברי R. ISAAC ABVALBARI. MC XXXIX.b.

מְנוֹרַת הַמָּאוֹר cum commentar. R. *Mosche fil. Schimon* sub titulo: נפש יְהוּדָה ab ipso auctore recognito prodiit. *Amstelod.* 482. C. 1722. fol. apud Sal. Proops. *Idem* cum commentario lingva Judæo-German. eodem anno apud eundem in fol. Idem cum comment. נפש יהודה qvartum recus. Francof. ad Mœn. 488. C. 1728. 8. sumtibus Salom. Aphtrod & Mosche Gomburg.

מְנוֹרַת זָהָב כֻּלָּה Cracov. in 4. sub imperio Regis Sigismundi. Annus nec in titulo nec in fine exprimitur. Constat plagulis 14. Hæc ex Amici literis didici.

ר׳ יצחק אבוהב R. ISAACVS ABOAB. MCXL.

Effigiem ejus accepi esse apud Cl. *Hermannum Hardtium*, cum hac inscriptione: *Naçio en San Jan de Luz del anno* 1609. *pr. Februar. Murio d' edad de* 88. *annos em* 27. *de Ve Adar em Schabbat del anno* 5453.

Liber ejus *Benedictionum* Hebr. & Hispan. *Amstelodami* prodiit 447. C. 1687. 8.

ר׳ יצחק אברבנאל R. ISAAC ABARBANEL. MCXLII.

Barbanellam à *Sauberto* appellari Vol. I. pag. 627. observavi in notis. In

opprobrium, qvasi barbatulum diceret, id esse factum suspicatur Rev. *Jo. Benjamin Martini* in literis ad me datis. Alibi enim eum recte *Abarbanelem* vocat. *Barbinellus* audit *Hugoni Broughtono* commentar. in Danielem ex Latina versione pag. 49. & alibi.

Commentarii in *Prophetas Priores* versionem Latinam à *Georgio Woldike* parari, & qvod ad librum *Josuæ* jam absolutam esse, præstantissimus *Jo. Grammius* per literas, an. 1727. datas, mihi significavit.

Nonnulla, qvæ is in 1 *Sam. XXII.* & 2 *Regg. VIII.* scripsit Hebraice in tironum usum recusa exstant in *Davidis Millii* Catalectis Rabbinicis.

Qvæ idem ad 2 *Sam. XXV.* 29. *de animæ natura* thesibus qvibusdam commentatus est, ea Latine convertit, & ex Judæorum aliorum scriptis illustrata dedit *Jo. Eggers* in Psychologia Rabbinica, Basil. 1719. 4. plagulis septem.

Expositionem capitis II. Jes. v. 2. 3. 4. Latine conversam notisqve illustratam dedit *Nic. H. Stridzberg* Londini Scanorum 1731. 4. qvam antea exhibuerat Cl. Schrammius in dissert. de dictis Vet. Test. repetitis, Helmstad. 1723.

Qvæ ad *Jes. LII.* v. 13. usqve ad finem & LIII. totum pertinent Latine conversa disputationis loco edita sunt à *Nicol. Granberg*, Londini Scanorum an. 1723. qvemadmodum *Jo. Andreas Danzius* pseudhermeniam capitis LIII. *Vitembergæ* 1679. castigavit. Cl. *Jo. Christian. Clodius*, Professor Lipsiensis, integram nostri in hoc caput commentationem Hebr. & Latina edendam anno 1731. promisit, cum notis suis, in qvibus aliorum qvoqve Magistrorum, nominatim R. *Alschech*, & R. *Isaaci Abrabanidæ* ψευδερμηνείας sub examen vocabit. Sed nihil horum, qvod sciam, prodiit. Compara Nova Literaria Germanica Lipsiensia 1731. p. 88.

Commentarius in *Danielem* sub titulo מעיני ישועה Amstelodami an. 1647. editus in limine, præter titulum Hebræum, Latinum etiam in nonnullis exemplis exhibet, in qvo liber hic ante annos 96. primum editus, at nunc demum, idque longe emendatius recusus dicitur. Ex eodem excerpta qvædam leguntur in novissima editione commentarii R. *Mosis Alschech* in eundem Prophetam, *Wandesbecæ* 1726. in fol. curata.

Vidi qvoqve *Theophili Grosgebaueri* Danielem vindicatum à calumniis & detorsionibus *Abarbanelis*, ex commentario eodem excerptis, Latine conversis & in copiosis animadversionibus confutatis. Volumen erat in forma qvarti ordinis manu exaratum, duorum circiter, qvæ vocant,

cant, alphabetorum. Excerpta erant 1) ex Fonte VI. Palma I. ad Danielis II. 31. sqq. 2) ex Fonte VIII. Palma V-IX. ad cap. VII. 7. de Monarchiis. 3) ex Fonte IX. Palma VI. VII. & VIII. ad caput VIII. 13—27. 4) ex Fonte X. Palma VI. VII. in caput IX. v. 22. usqve ad finem capitis.

In libro מַשְׁמִיעַ יְשׁוּעָה Abarbanel voce טוב in מְבַשֵּׂר טוֹב numerum Prophetarum XVII. exprimere voluit; unde Cl. *Jo. Henr. Majus* in sua libri illius versione lapsus videtur, p. 18. post medium, qvod B. *Jo. Andr. Danzius* alicubi observavit.

רֹאשׁ אֱמָנָה à *Vorstio* ex castrata editione Latine conversum mentemqve Auctoris in locum, qvi ad esum carnis porcinæ spectat, prave expressum esse observat B. *Jo. Bened. Carpzovius* in notis ad *Schickardum* de Jure Regio Hebræorum pag. 394.

לִקְהַת הַנְּבִיאִים ipse promittit in commentario in Pentateuchum fol. 135. col. 2. edit. Bashuysenianæ, & *Veneta* fol. 167. col. 3. lin. 26.

יְשׁוּעוֹת מְשִׁיחוֹ ab ipso *Abarbanele* citatur in commentario in *Jesaiam* cap. 34. fol. 53. col. 2. l. 18. & in משמיע ישועה sæpius.

Cl. *David Frider. Megerlin*, Rector Montisbelligartensis, publico parat *Sagacitatem Rabbinicam* ex probabili Abarbanelis Crisi in XV. controversis qvæstionibus exegeticis demonstrata, qva qvid contineatur, ex Relationibus Tubingensibus vernaculis de rebus literariis Parte VI. pag. 276. disces.

Jo. Buxtorfius, Professor Basileensis, in literis, ad Schudtium an. 1707. datis, reqvisiverat *Alberti ab Holten* Clavem Rabbinicam scriptorum Abarbanelis Tubingæ 1675. 8. editam, cujus titulum typis exscriptum se habere idem in alia epistola testatur. Sed *Schudtius* respondet, libellum hunc à se frustra esse qvæsitum. Eum nec ipse vidi.

Insigne est elogium, qvod ipsi tribuit *Constantinus l'Empereur* ad Codicem *Middoth* c. V. pag. 174. qvod scilicet ex Abarbanele *plura, quam ex omnibus Hebræorum doctoribus, addisci possint; qvippe, si qvid in sacris literis obscurius sit, feliciter (nisi cum contra veritatem Christianam cum suis obnititur) enarrante.* Confer B. *Jo. Mulleri* præfat. ad Judaismum Detectum, & *Hottingeri* Historiam Creationis Qvæst. LVI. pag. 108. & Qvæst. LXXXVI. pag. 249.

ר׳ יצחק בן אברהם R. ISAACUS fil. ABRAHAMI. MCXLV.

חִזּוּק אֱמוּנָה MS. est in Biblioth. Bodlejana inter MSS. è Museo n. 176.

 &

& capitibus XVII. conſtat. Caput I. ita incipit: יבאר ומבטל על השילוש ובטול Cap. II. ביאת ישו כי הם אומרים שבא להשלם שאלות נגר האוינגליאום באוונגיליאו מאטיב Cap. XVII. כל רעותיהם נראה בפירוש שיוסף היה בעל מרים: Retulit hæc mihi Cl. *Jo. Gagnerius.* Verſio libri Germanica pura à *Michaele Gelling*, Ex-Judæo, A. C. 1631. facta, nec edita, apud me eſt, de qva ſupra, ubi de Scriptis Judæorum Anti-Chriſtianis, copioſius dixi.

Confutationem ejus qvod ad C. qvæſtiones ſuper Nov. Teſt. promiſit *Chriſtophorus David Bernard*, Ex-Judæus, de qvo infra ſuo loco dicemus.

MCLI. ר׳ יצחק בן אברהם R. ISAAC ben ABRAHAM.

פָּנִים חֲדָשׁוֹת exſtat in R. *Moſche Chagis* לקט הקמח auctius, de qvo Vol. III. pag. 549.

MCLI.b. ר׳ יצחק בן אברהם משרה R. ISAAC fil. ABRAHAMI *Moſche*, Zarpathi (i.e. Galli) ex Gallia ejecti.

בְּאֵר מַיִם חַיִּים *fons aqvæ vivæ*, & *lignum vitæ*, MS. in Bibliotheca Taurinenſi in 4. foliorum 316. A. II. 7. Agitur ibi teſte Catalogo MS. de Dei throno ejusqve majeſtate, de amore Dei & animæ dignitate, de concurſu Dei ad res creatas, de puritate corporis, de menſæ benedictione, de manuum ablutione, de manus elevatione aliisqve benedictionibus. In fine dicitur ſcriptum opus anno 5318. C. 1558. Seqvitur ibi *Pars venæ aquæ vivæ*, ubi agitur de mundo, qvi nox eſt impiis, cum expoſitione Pſalmi XXII. & aliorum Pſalmorum ſimilibus interpretationibus, collectione item variarum viſionum Angelicarum, qvas R. *Iſmael* habuit. Non dubitem, hanc ſcriptionem ad eundem *Iſaacum* referre.

MCLV. ר׳ יצחק אורוביאו R. ISAAC OROBIO.

Certamen ejus *Philoſophicum* contra *Bredenburgium*, Spinoſiſtam, Amſtelod. 1703. 12. editum abſolvitur pp. 115. Additum qvoqve nuper eſt collectioni Gallicæ, ab Abbate *Langleto* ſub titulo: *Refutation des erreurs de Spinoſa* Bruxellis, vel potius Amſtelodami editæ. Vide Bibliotheqve Raiſonnée Tomo VII. Parte I. pag. 186.

Orobii opus Anti-Chriſtianum, de qvo pag. 552. non *Hebraica*, cujus prorſus fuit ignarus, ſed Hiſpanica lingva conditum fuit, qvod ex Judæo

Judæo qvodam Lusitano erudito accepi. Pars ejus I. ex Pentateucho, II. ex Prophetiis contra Christianos disputat. Additur epistola Auctoris ad Nobilem Gallum; in calce vero Lulio cuidam, qvi contra Orobium scripserat, respondetur.

ר׳ יצחק אייזק בן אליה R. ISAAC MCLVI. b.

Eisack, fil. ELIÆ, ex Synagoga קאפוליה edidit.

תְּהִלִּים sive *Psalmos*, cum accentibus & punctis, *Dyrenfurthi* 488. C. 1728. 8. foliis 152. apud Issachar Behr, fil. Néta. Illos ab uno latere cingunt

לִקּוּטֵי מִגְדָּנִים *collectanea præstantiora*, i. e. notæ ex *Raschii* & *Kimchii* commentario in Psalmos selectæ; ab altero vero excerpta similia ex *Romemoth El*, R. *Mosis Alschech*. Singulis Psalmis præmissum est ipsorum argumentum. Simili ejusdem cura lucem viderunt

מִשְׁלֵי *Proverbia* cum punctis & accentibus, *Wandesbeccæ* juxta Hamburgum 490. C. 1730. 8. pp. 71. Contextus ab altero latere cingitur excerptis ex commentariis *Raschii*, *Kimchii*, *Aben Esræ*, *Michlal Jophi*, & *Gersonidæ*, sub titulo: לקוטי מגדים ab altero vero excerptis similibus ex *Alschechi* commentario, sub titulo: רב פנינים

ר׳ יצחק אייזק הלוי R. ISAAC *Eisack* LEVITA MCLVII. d.

fil. *Eliæ*, Rabbinus hodie *Offenbacensis*.

בְּאֵר יִצְחָק *fons Isaaci*, ex *Genes. XXVI.* 25. i. e. commentar. in Haphtharoth, qvæ literis qvadratis expressæ ab uno latere cinguntur commenrario, ex *Raschio* & *Kimchio* excerpto, ab altero vero pleniori alio, sub titulo באר יצחק qvi nostri est. *Offenbaci* 489. C. 1729. 4. foliis 131. Ejusdem est

פְּנֵי יִצְחָק *facies Isaaci*, itidem commentarius in Haphtharoth, ex decem diversis auctoribus, qvorum nomina in titulo appellantur, decerptus. Illi sunt Raschi, Radak, Ralbag, Abarbanel, Aben Esra, Alschech, Schemuel, Laniado, Akedath Isaac & Albo in libro Ikkarim. Textus punctis & accentibus instructus medium columnæ latus occupat. Wandesbeccæ 490. C. 1730. 4. fol. 76.

מְאִירַת עֵינַיִם *illuminans oculos*, ex Ps. XIX. 9. i. e. Præcepta 613. dialecto Judæo Germanica, cum brevi expositione. *Furthi* 490. C. 1730. 8. plagulis qvinqve & dimidia.

MCLXVIII. ## ר׳ יצחק אלבלג R. ISAAC ALBALAG,

vel potius ALCALAG aut ALCALEG.

Algazalii liber de Philoſophorum opinionibus à noſtro Hebraice converſus & obſervationibus illuſtratus MS. eſt in Biblioth. Bodlejana inter Laudanos L. 7. 4. chartac. ubi intus vocatur: *Dialectica Hebraica, auctore R. Iſaac Alcalegh.* Initium eſt: אמר יצחק אלכלג׳ לפי שרדך העולם העליון Tum pag. 7. ita: אמר אבו חמר usqve ad pag. 77. ubi ſic legis: תם ונשלם שבח לבורא עולם השלשה צורה אחת: Porro pag. 77. ita: אמר ארסטו בס׳ הגיון usqve ad pag. 105. Hinc interjecto folio uno vacuo pag. 107. ita: אמר רבינו משה בן כבר רבינו מימון ז״ל usqve ad pag. 144. ubi clauſula eſt תם. Seqvitur pag. 145. ס׳ הכוונות שנעתק אמר המחבר אותו בדרך קצרה מלשון חגרי ללשון עברי המדע חמדע המכולה בחכמה האלהות usqve ad finem Codicis per 150. paginas circiter. Ita hoc volumen mihi delineavit Cl. *Jo. Gagnerius*; ex qvo patet, eo non ſolum *Algazalii* librum dictum contineri, ſed & alia, tum vero illum *Iſaacum Alkalag*, de qvo Vol. I. num. 1169. eundem eſſe, ceu & ibi ſuſpicatus ſum, cum *Iſaaco Albaleg*, de qvo hic agitur. Nam in Codice illo *Laudano* vocatur אלכלג, quod nomen proclivi כ עם ב cum permutatione in אלבלג deformari potuit.

MCLXIX. ## ר׳ יצחק אלקלג R. ISAAC ALKALEG

non diverſus eſt à proxime antecedente אלבלג.

MCLXIX. b. ## ר׳ יצחק די אקוסטא R. ISAAC de ACOSTA.

Archiſynagogus is eſt Bajonnenſis in Gallia, teſte Judæo qvodam Luſitano erudito.

MCLXX. d. ## ר׳ יצחק אשכנזי R. ISAAC *Germanus*, cujus

ס׳ רעמים ורעשים exſtat in calce libri Anti-Chriſtiani מלחמת חובה de qvo ſupra fuſius commentatus ſum p. 724.

MCLXXVI. g. ## ר׳ יצחק ברייאינתוס R. ISAAC BARRIENTOS.

Theologia natural, contro los Atheos, Epicureos y Sectarios del tiempo, Hiſpanice, Hagæ Comit. 1725. 8. Vide Bibliothecam Hulſianam Tom. IV. Part. III. pag. 1372. num. 5133.

ר׳ יצחק

ר׳ יצחק גיליבי R. ISAAC GELIBI, Medicus. MCLXXX. b.

ס׳ שמאל ישראל *liber sinister Israelis*, ubi recitantur loca Biblica, in qvibus ש exstat, ita qvidem, ut illam literam ש Judæi Germani per ש, Hispani autem per ש in lectione exprimant. CPoli 483. C. 1723. 4. apud Jona ben Jacob. Constat paucis foliis.

ר׳ יצחק גרשון R. ISAAC GERSCHON, MCLXXXI. c.

nescio qvis, cujus observationes in *Malachiam* edidit R. *Mosche Francofurthensis* in Bibliis, *Amstelod.* 1724. sqq. cum variis Rabbinorum commentariis editis.

ר׳ יצחק בן יוסף אלפסי R. ISAAC MCCII.

ben Joseph, *Alphesi*, i. e. *Fessanus*, Interpres libri cujusdam *Abu Achmed Algasali*. Vide supra ad num. VI.

ר׳ יצחק בן ר׳ יוסף R. ISAAC fil. R. JOSEPH, MCCIII.

Corbelensis.

In Bibliotheca *Bodlejana* inter Codices *Seldenianos* num. 51. fol. membranac. (qui in Catalogo num. 3184. *compendium de præceptis Affirmativis & Negativis*, sine addito Auctoris nomine, inscribitur) exstat MS. codex, qvi librum *Isaaci* ipsum, סמ״ק dictum, exhibet, sed multo auctiorem, qvam in editis occurrit, cum præter commmentarios amplissimos totam fere Liturgiam in marginibus, nec minus supercommentarios qvosdam, minutissimis ad miraculum, sed elegantibus literis, figuris animalium, v. c. leonis, aqvilæ, elephantorum, descriptis repræsentet. Hæc intellexi ex Cl. *Jo. Gaguerii* MS. enarratione MSS. Bodlejanorum benevole mecum subinde communicata. Eadem me docet, eundem librum occurrere inter Codices Marschallianos num. 574. 4. membranac. cum commentario R. *Perez* in utroqve margine, qvem *Jos. fil. Schabtai* descripserit.

Codices hujus libri MSS. olim *Uffenbachianos*, supra descriptos, inter meos nunc numero. Inter eos unus est membranaceus in 4. foliorum 135. accurate & eleganter descriptus, A. C. 1408. Confer Biblioth. Uffenbachianam MS. compendiariam pag. 42. num. 191. Exstat qvoqve MS. 4. foliorum 159. in Bibliotheca Augustæ Taurinorum, ubi in calce indicis hæc leguntur: *Ecce ob nostra peccata vir magnus perficere neqviit librum, cujus argumentum erat supremum studium die 2 hebdomadis, 28. Ijar*

Ijar (Aprilis) *A. C.* 5040. Qvi annus proinde emortualis fuit Isaaci, & respondet A. C. 1280.

MCCVII. ר׳ יצחק בן יעקב אלפסי R. ISAAC fil. JACOBI ALPHESI, i. e. *Fessanus.* B. *Jo. Andreas Danzius* in nota marginali ad h. l. observat, אלפסי idem esse ac si diceretur: אל פאס prope *Fessam.*

MCCXII. c. ר׳ יצחק בן ישעיה רייס R. ISAAC fil. JESCHAJA *Reis*, Auerbacensis, incola *Furthensis.*

באר רחובות *fons platearum.* i. e. commentarius in *Raschi* super Legem prod. *Sulsbaci* 490. C. 1730. 4. foliis 59. apud Salman ben Aaron.

MCCXIII. ר׳ יצחק בן יוסף R. ISAAC fil. JOSEPHI *Israelitæ*, cujus יסוד עולם supra Vol. I. pag. 663. enarravi. Atqve ab hoc non puto esse distinctum opus illud, qvod MS. exstat in fol. foliorum 267. in Bibliotheca Taurinensi A. II. 1. Dicitur enim in Catalogo MS. exponere de lunationibus ac modo easdem inveniendi, de scientia inveniendi annos bissextiles, de mundo ejusqve figura &c. Additur qvoqve exaratum esse in gratiam R. Ascher, filii Jechielis A. M. 5070. C. 1410. Ejusdem operis partem esse suspicor volumen, qvod ibidem A. I. 26. fol. foliorum 212. MS. servatur, & in catalogo MS. agere dicitur de Deo Creatore, dividente creationem in suprema, qvæ sunt locus divinæ Majestatis, in media, qvæ sunt cœli, & circuli, & in ultima, qvæ sunt terra & aqva. Ibidem agi dicitur de cursu Planetarum & Eclipsi.

MCCXIII. b. יצחק יוסף רעביץ ISAAC JOSEPH REBITZ, Medicinæ Candidatus, disputationem de nervorum structura & usu elaboravit & defendit Francofurti ad Viadrum 1732. 4. Lege Hamburgische Berichte von gelehrten Sachen an. 1732. p. 721.

MCCXIV. ר׳ יצחק ישראלי בן שלמה R. ISAAC ISRAELITA fil. *Salomonis.*

Exstat collectio Germanica scriptorum Medicorum sub titulo: *Promtuarium Medicinæ* 1484. 4. Eorum primum inscribitur *Bok der Arstedie*

die in dudesch ghesettet, auctore *Ortolfo* Bavaro, in qvo inter cetera fol. u. sqq. *Magistri Isaaci* libellus de divisione aqvarum cum hac præfatione legitur: *Ysaac, koning Salomonis Sone in Arabien, makede en bok van schedinge des waters, dat Ghot ne beters gheschop. Dat vornam en meister, de hete* Constantinus, *en monnik van deme berge Cassin gebeten, und brochte dat ut Grekescher tungen in Latin.* Conf. Cl. *J. H. à Seelen* Selecta Literaria pag. 598. Hic *Isaacus*, filius *Salomonis*, à nostro non est diversus.

Tractatus ejus *de Febribus* MS. est in Biblioth. Taurinensi A. VI. 16. in 4. foliorum 208.

ר׳ יצחק לופירקיאו R. ISAAC LVPERCIO. MCCXIX. b.

Apologia, repuesta y declaracion de las setenta semanas de Daniel, commentatio de LXX. hebdomadibus Danielis, *Basileæ* in 8. prodiit. Eam vidi commemoratam in Catalogo librorum R. Davidis Nunnes Torres pag. 33. & in Bibliothecæ Hulsianæ Tomo IV, pag. 372. num. 5136. Annus ibi exprimitur 5418. i. e. C. 1658.

ר׳ יצחק בן לאטיף R. ISAAC fil. LATEPH. MCCXX.

De ejus שַׁעַר הַשָּׁמַיִם Vol. I. abunde dictum est. Atqve hunc puto esse librum MS., qvi tanqvam in Biblioth. Taurinensi A. V. 27. in 4. obvius in Catal. MS. *ἀνωνύμως* sub titulo *Porta Cœlorum* affertur. Accipe summam ejus: 1) de cœlesti templo. 2) de mundo superiore medio & inferiore. 3) Regulæ 17 Philosophicæ. 4) *Ruach chen.* 5) Tractatus Philosophici secundum ea, qvæ scripsit *Maimonides* in *More Nevochim.* 6) de sola Dei notitia per opera. Qvi hæc cum enarratione Vol. I. facta comparaverit, non dubitabit, utrumqve librum esse eundem, qvamvis non intelligam, qvomodo liber רוח חן de qvo suo loco, in illud Volumen irrepserit.

ר׳ יצחק הלוי R. ISAACVS *Levita*, nescio qvis, cu- MCCXXV. b.

jus locus affertur in collectione scriptorum Anti-Christianorum, qvæ dicitur מלחמת חובה pag. 28. speciatim in libello *Jos. Kimchii* ס׳ הברית inscripto, ubi verba Scriptoris Christiani afferuntur.

ר׳ יצחק לוריא R. ISAAC LVRIA. MCCXXVII.

Suum ס׳ לקוטים h. e. *collectaneorum librum* ipse *Luria* citat in alio suo libello שלחן ערוך fol. 45. b. lin. penult. & fol. 47. a. l. 13. qvi impressus

sus videri potest, cum folium libri 149. citetur, monente hoc Rev. *Jo. Benjamine Martini* per literas. In Bibl. Oppenheimeri vidi לִקּוּטִים עַל הַזֹּהַר *Collectanea super Sohar*, qvæ videbantur nostri esse, MSS. in 4. foliorum 130. In limine afferuntur verba *Mosis Sacuta*. Nec non סֹלֶת נְקִיָּה i. e. dissertationes prolixæ ex collectionibus libri *Etz Chajim* in 4. volumine chartaceo, manus recentis, foliorum 610. Habeo ego librum Precum Cabbalisticum Luriæ nostri per totum annum in 4. codice, qvatuor digitos lato. Tum דרוש sive commentationem, qvam ipsius Luriæ manu exaratam R. *Chajim Vital* invenerit. Codex est chartaceus duos digitos latus.

ס׳ כַּוָּנוֹת in eodem libro citatur fol. 31. a. l. 6. fol. 15. a. l. 6. & 16. a. l. 4. & fol. 19. b. l. 11.

תְּחִלַּת חָכְמָה i. e. fundamenta doctrinæ Cabbalisticæ de creatione, formatione, factione & emanatione apud me MS. est in charta, formæ qvarti ordinis foliorum 34. & iterum in membrana in 8. foliorum 21. Compara Bibliothec. Uffenbachianam MS. compendiariam pag. 39. num. 181. & pag. 41. num. 186.

תִּקּוּנֵי שַׁבָּת lucem vidit qvoqve *Francofurti ad Mœnum* 485. C. 1725. 12. apud Jo. Kœlner; & sub titulo: עֹלַת שַׁבָּת cum punctis & addita expositione itemqve precibus Sabbato receptis, tum vero *Jozeroth* & *Pirke Avoth* cum commentariolo. Amstelod. 485. C. 1725. 24. apud Sal. Proops.

MCCXXVII. b. יצחק הלאטיק ISAAC HALLATECK, cujus Tractatus Medicus Hebr. MS. בַּקַּדָּחוֹת, seu, de febribus, in Bibliotheca Bodlejana inter Marschallianos codices num. 347. 4. chartac. exstat, foliorum 24.

MCCXLIV. ר׳ יצחק בן משולם R. ISAAC ben MESCHULLAM.

Hujus librum Cabbalisticum in Biblia MS. in Bibliotheca Bodlejana inter Codices Seldenianos num. 56. ocurrere Vol. I. admonui. Inspexit Codicem illum Cl. *Jo. Gagnerius*, qvi est in 4. chartaceus. Atqve is mihi testatus est, hoc ejus esse initium: בשם השם כלל הקדמה של המרפים החכ׳ ר׳ יצחק בן החר׳ משולם נתבאר במאמר הזה Postea seqvitur carmen, in qvo singuli versus incipiunt à literis nominis ejusdem R. *Isaaci ben Meschullam*. Deinde legitur הקדמה המחבר החסיד והקדוש המקובל האלהי המהור משה קורדואירו זל . . . . קראתיו פרדס

פרדס רמונים לסבות ידועות: Multa ibi sunt schemata Cabbalisticæ orbium cœlestium, 10. *Sephiroth*, &c. qvalia occurrunt in Cabbala denudata. Scriptio est recentissima. Hinc igitur patet, librum illum non tam *Isaaco* fil. *Meschullam*, cujus tantum præfatio & carmen hic præmittitur, qvam *Mosi Corduero*, de qvo ejusqve libro suo loco diximus, tribui debere.

ר׳ יצחק ניטו R. ISAAC NIETO, vel NETO, MCCXLV. g.

Davidis filius, Patrisqve in munere Archisynagogi Judæorum Lusitanorum Londinensium successor, cujus Sermo in memoriam Patris funebris Hispanicus exstat Londini 488. C. 1728. 8. pp. 74.

ר׳ יצחק די סיקויירא סמודא R. ISAAC MCCL. e.

de SEQVEYRA *Samuda*, Doctor Medicinæ & Collegii Medicorum Londinensis, Regiæqve Societatis membrum. Exstat ejus sermo Lusitanicus funebris in memoriam R. *Davidis Neto*, Archisynagogi qvondam inter Judæos Londinenses. *Londini* 488. C. 1728. 8. pp. 118.

ר׳ יצחק עראמה R. ISAAC ARAMA. MCCLVII.

Dissertationem ejus *de usu linguæ*, qvæ exstat in libro ejus עקידת יצחק super *Levit.* XIV. 2. Hebraice seorsim cum Latina sua versione edidit M. *Anton. Julius von der Hardt*, Helmstad. 1729. 4.

ר׳ יצחק בן ראובן R. ISAAC fil. RUBEN. MCCLVIII.

אזהרות ejus recusæ sunt *Amstelodami* an. 475. C. 1715. 8. apud Salomonem Proops. Et iterum ibidem an. 481. C. 1721. una cum Asharoth R. *Schelomo ben Gavirol* cum expositione vocum difficiliorum ea forma, qvam libri Musici nostrates referunt.

ר׳ יצחק קורקוס R. ISAAC KORKOS. MCC LXV. *

חדושים *Observationes novæ* in Codices qvosdam Talmudicos, Schabbath, Bava Mezia, Beza, & Avoda Sara MSS. in 4. in Bibl. Oppenheimeri.

ר׳ יצחק בן שלמה יעבץ R. ISAAC MCC LXXIII.

fil. SCHELOMO *Jebetz*.

תורת חסד commentarius in *Psalmos* legitur etiam in R. *Mosis Francofurthensis* Bibliis Rabbinicis, sub titulo קהלות משה Amstelodami 1724. sqq. editis, Parte IV.

MCC LXXIV. **ר׳ יצחק בן שלמה בן סהולה** R. ISAAC fil. SCHELOMO fil. *Sabola.* Hujus est

מְשַׁל הַקַּדְמוֹנִי de qvo Vol. I. & III. Eum vero *Peregrinus Anton. Orlandi* de origine & progressu artis Typographicæ pag. 365. perperam R. *Meir fil. Jac.* Franco tribuit, nec rectius an. 1491. 4. prodiisse affirmat. R. *Meir* ille fil. *Jacob* est Typographus, qvo annitente libellus *Venetiis* sine anno designato prodiitt foliis 64. qvod αὐτόπτης supra tradidi Vol. I. pag. 693.

MCC LXXV. c. **ר׳ יצחק בן שמואל** R. ISAAC ben SCHEMVEL. Hujus commentarium in Pentateuchum MS. in Biblioth. Oppenheimeri exstare Vol. III. monui. In eadem nuper aliud ejusdem exemplum vidi, manu recente in 4. exaratum, ubi auctor vocabatur R. Isaac ben Schemuel דמן עכו Constabat foliis 320.

MCC LXXVI. **ר׳ יצחק בן שמואל אדרבי** R. ISAAC ben SCHEMVEL ADARBI.

דִּבְרֵי רִיבוֹת de qvo Vol. I. & III. dixi, vidi nuper in Bibliotheca Oppenheimeriana, qvæ etiam, *Venetam* anni 347. habet, ex editione *Thessalonicensi* in domo David ben Abrah. אזוביב in fol. foliis 227. Annus ibi indicatur verbis Psalmi גדלו י׳ אתי ונרוממה שמו ita qvidem, ut in verbo נרוממה literæ ר & מ punctis, qvæ etiam hic apposita vides sint instructæ. Qvod si igitur binas illas literas מ & ר in computum adducas, qvod facere solent Judæi, annus æræ Judaicæ minoris 240. i. e. Christianæ 1480. prodierit. Veri autem est similius, vocem נרוממה integram in rationes referendam esse. Sic nasceretur annus Judaicæ æræ 342. C. 1582. Atqve hoc pro certo habeo. Veneta enim anni 347. est secunda. Eam itaqve antecesserit *Thessalonicensis* anni 1542. qvemadmodum nostri hujus liber דברי שלום primum Thessalonicæ an. 345. lucem vidit, qvi anno 357. Venetiis est recusus. Ex hoc etiam conseqvitur, editionem Thessalonicensem libri דברי ריבות anni 349. qvam Volum. I. pag. 694. attuli, nullam esse, & ex illa anni 342. confictam. Eandem ideo in Biblioth. Oppenheimeri frustra qvæsivi.

MCC LXXXV. **ר׳ יקותיאל בן אביגדור** R. JEKVTHIEL fil. AVIGDOR.

תקון שמירת שבת *Ordo Sabbati observandi*, prout in *Orach chajim*, speciatimqve in *Hilcoth Schabbat* traditur, atqve inde in libro ישמח ישראל propositus est, hic non sine variis observationibus secundum literarum seriem exhibetur. *Offenbaci* 479. C. 1719. 12. foliis 54.

Ejusdem est מָגֵן אַבְרָהָם *clypeus Abrahami*, Amstelodami 492. C. 1732. 8. apud Salom. Proops. Eo libro continetur 1) comment. in *Tosaphta* Ordinis *Nesikim*, qvi procedit usqve ad fol. 39. Hinc usqve ad fol. 60. seqvitur

חֵלֶק שֵׁנִי seu Pars II. libri לֶחֶם הַפָּנִים qvi itidem nostri est & exponit de יין נסך seu vino vetito aliisqve nonnullis institutis. Prodiit volumen hoc cura filii *Abrahami Cohen*, qvi scripsit מאכלת אברהם, & filius est *Jekuthiel* nostri.

יקותיאל בן יצחק JEKVTHIEL ben ISAAC, MCC LXXXVII. b.
Pinschoviensis, cujus exstat institutio de ratione Calendarium Judaicum conficiendi. *Offenbaci* in folio uno patente, sine anni indicio.

ר׳ יקותיאל לאזי בן נחום R. JEKVTHIEL MCC LXXXVII. c.
LASE ben *Nachum*, Metensis. Ejus

מַרְגָּלִיּוֹת טובה i. e. R. *Aben Esra* commentarius in *Pentateuchum* cum tribus aliis supercommentariis, de qvibus supra sub *Aben Esra* dictum est, edidit *Amstelod.* 482. C. 1722. fol. Idem volumini huic ejusdem *Aben Esræ* ænigma *de literis Hebraicis* cum expositione sua præmisit.

ירחמיאל בן שמואל JERACHMIEL fil. SCHE- MCC LXXXIX. b.
MVEL. In Catalogo MS. Codicum MSS. Hebraicorum Bibliothecæ Taurinensis A. IV. 6. video afferri Codicem in 4. foliorum 317. qvi complectitur commentarios in librum Judicum, utrumqve Samuelis, utrumqve Regum, Jesaiam, Jeremiam, Ezechielem & XII. Prophetas minores, Paralipomena, Psalmos, Proverbia, Ecclesiasten, Jobum, Danielem & Esdram. In fine hæc leguntur: *Terminata est expositio Proverbiorum per manus* Jerachmiel, fil. Samuelis. Obscurum hic est, utrum *Jerachmiel* ille pro auctore an descriptore illorum commentariorum haberi debeat. Fieri enim potest, ut commentarii illi sint R. *Levi Gersonidæ*, qvippe cujus commentarius in *Ecclesiasten*, *Ruth* & *Esther*, ibidem

A. IV. 4. & in *Jobum* A. IV. 5. adeoqve proxime ante hos, qvos dixi, occurrit.

MCCXCIII. ר׳ ישועה בן יהודה R. JESCHVA ben JEHVDA.

ס׳ הַיָּשָׁר allegatur à R. *Aarone fil. Eliæ* in ס׳ מצות MS. fol. 188. b. l. 10. à fine capitis II. in אסורי עריות teste Rev. *Jo. Benjamine Martini*, qvi Codicem illum ex Bibliotheca Danziana, nunc in Academicam Jenensem translata, olim pervolutavit.

בַּעֲרָיוֹת *de incestibus.* Hujus idem *Aaron* meminit in opere modo laudato fol. 214. a. l. 7. à fin. cap. VIII. tractatus נשים seu *de Vxoribus.* ubi ille liber scriptus dicitur בראיות ברורות שהן שואגות כאריות *rationibus exquisitis, quæ rugiant instar leonum.*

עֲשָׂרָה דְבָרִים ab eodem laudatur cap. VI. Tractatus de נשים seu *Vxoribus* fol. 213. a. l. 25.

MCCXCIV. ר׳ ישועה בן יוסף הלוי R. JESCHVA ben JOSEPH,

הֲלִיכוֹת עוֹלָם ex parte apud me MS. in volumine chartaceo foliorum 21 in 4. Confer Bibliothecam Vffenbachianam MS. compendiarium p. 45. n. 202.

MCCXCV. ר׳ ישמעאל בן אלישה R. ISMAEL ben ELISCHA.

י״ג מִדּוֹת De hoc libello *Jo. Pastritius* in epistola ad *Gabrielem Groddeckium* an. 1698. Româ data ita: *Nuper doctrina* R. Ismaelis *tam celebris iterum ad incudem vocata est, quam sæpe tædio victus deserui atqve contemsi, de XIII modis explicandi Scripturam Sacram. Nec sublimis nec utilis adeo, nec plena mihi videtur; sed obscura, sed senticetis referta, sed contorta, & ad numerum XIII. fidei articulorum Judaicæ religionis redacta.* Exstat præterea in doctissimi *Davidis Millii* Catalectis Rabbinicis *Vltrajecti* 1728. in 8. editis, ubi *Millius* in præfatione plerorumqve illorum Modorum exempla ex Scriptura S. proponit.

MCCXCVII. d. ר׳ ישעיה R. JESCHAJA non diversus est ab eo; qvi num. 1298. vocatur R. *Jeschaja ben Abraham, Levita.* Compara, qvæ Vol. III. p. 625. & ibid. p. 627. in initio leguntur.

ר׳ ישעיה

ר׳ ישעיה בן אברהם הלוי R. JESCHAJA ben ABRAHAM, Levita. MCC XCVIII.

שְׁנֵי לוּחוֹת הַבְּרִית Eum B. *Wagenseilius* in Supplementis MSS. ad Bibliothecam Buxtorfii Rabbinicam commendat, tanqvam libellum recentem, variæqve & insignis tam ad Scripturam Sac. qvam ad legem oralem attinentis eruditionis, qvem Judæi merito nunc maximi faciant.

ר׳ ישעיה בן אליהו R. JESCHAJA ben ELIÆ. MCCC

פְּסָקִים de qvibus Vol. I. exstant hodie in Bodlejana inter Codices *Laudanos* n. 1300. MSS. Volumen est prægrande membranaceum & eleganter scriptum. In dorso inscribitur: Doctorum Talmudicorum decreta & sententiæ variæ. Infra: פרקי הלכות Intus, in prima pagina vacua: R. Jeschaja האחרון commentarius dictus הפסק Decisiones Talmudicæ. Infra פרקי הלכות i. e. Decisiones seu Constitutiones Talmudicæ. In seqventi folio vacuo sic: Hoc MS. continet sententias & decreta Doctorum Talmudicorum ex tribus præcipuis partibus operis Talmudici, videlicet *Seder Moed*, *Seder Naschim*, & *Seder Jeschuoth*: item ex *Berachoth*, *Nidda*, aliisqve Tractatibus collecta. Post *Seder Moed* in folio vacuo hæc scripta sunt: זה הרבינו ישעיה האחרון הוא של האחים כמ״ר שלמה וכמ״ר אברהם הורחי מקולוניה יורשי המנוחה כמ״ר מרדכי מקולוניה Ita hunc Codicem delineavit præstantissimus *Jo. Gagnerius* in Enarratione manu exarata Codicum MSS. Hebraicorum Bibl. Bodlejanæ.

ר׳ ישעיה מרדכי בסאן R. JESCHAJA MORDECHAI *Basan* Patavii adhuc superstes. MCCCIII.

בִּיכּוּרִים i. e. Confessio & preces moribundi, & institutio, qvid faciendum sit post obitum ejus. *Venet.* 480. C. 1720. Non dubito, hunc esse illum Jeschaja Basan cui ut doctori suo in arte dicendi, Rhetoricam suam, sub titulo לשון למודים scriptam & *Mantuæ* 487. C. 1727. editam dedicavit R. Mosche Chajim.

ר׳ ישראל בן בנימין R. ISRAEL fil. BENJAMIN, Archisynagogus qvondam in הרימלוב MCCC XIV. C.

חדושי אגדות Observationes novæ in Aggadoth Talmudicas, Wilmersdorf 490. C. 1730. 4. Hoc volumine continentur 1) זֶרַע יִשְׂרָאֵל *Semen Israelis*,

Israelis, i. e. observationes in Paraschas legis foliis 58. 2) שְׁאֵרִית יִשְׂרָאֵל *reliquiæ Israëlis*, i. e. commentarius in *Raschi*, foliis 18. 3) תִּפְאֶרֶת יִשְׂרָאֵל *decus Israëlis*, super Medrasch; fol. 43. 4) בֵּית יִשְׂרָאֵל *domus Israëlis*, expositio tractatuum qvorundam Talmudicorum, fol. 79.

MCCC XVII. c. ר׳ ישראל איסריל בן יצחק R. JSRAEL ben ISAAC.

אֲסִיפַת חֲכָמִים *collectio Sapientum*, libellus *Francof. ad Mœn.* 485. C. 1715. 8. foliis 24. recusus apud Jo. Kœlner; auctior vero iterum sub tit. דברי חכמים de qvo infra in Supplementis ad Scriptores Anonymos dicemus.

ר׳ ישראל מאיר מזרחי R. JSRAEL MEIR,

MCCC XVII. f. *Orientalis*, Hierosolymitanus, פְּרִי הָאָרֶץ *fructus terræ*, i. e. Qvæsita & Responsa CPoli 492. C. 1732. fol. pp. 92. apud Jonam ben Jacob.

MCCC XIX. ר׳ ישראל בן משה נאגרה R. JSRAEL fil. MOSCHE NAGARA. Hujus

מְשַׂחֶקֶת בְּתֵבֵל seu *de contemtu mundi* ex Proverb. VIII. 31. Zaphetæ ex officina R. Abraham Aschkenasi an. 347. C. 1587. 4. per Elieserem ben Isaac Aschkenasi pp. 6. recusum nuper vidi in Bibliotheca Oppenheimeri. Est hymnus rhythmicus, qvi de vanitate mundi exponit. Necesse est, hanc editionem antecessisse aliam, cum hæc dicatur repetita. Eodem anno reliqva ejus carmina sub titulo זמירות ישראל prodiisse Vol. I. & III. dixi.

ר׳ שראל שפירה R. JSRAEL SPIRA, *Darschan*,

MCCC XXV. d. (concionator) fil. *Nathanis* Darschan Lublinensis.

בֵּית יִשְׂרָאֵל *domus Israelis*, Berolini an. 486. C. 1726. 4. apud Nathan Neumarck. Liber in duas partes distinctus, qvarum prior sub titulo בֵּית יִשְׂרָאֵל commentatur in *Hilcoth Schechita*, seu de institutis mactandi secundum *Jore Dea*, foliis 18. posterior vero sub titulo: בֵּית פֶּרֶץ super Massecheth *Megilla*, fol. 31. de lectione legis, & aliis ejusmodi institutis.

ל

לודוויק קומפיאיגני די וויל LUDOVICUS COMPIEGNE dé VEIL. MCCCXL.

Eum Lutetiæ cognitum sibi fuisse scribit B. *Wagenseilius* in Supplementis MSS. ad Buxtorfii Bibliothecam Rabbinicam, hæc præterea addens: *Natus is fuerat Judæus, sed ad Christianos transiit, ac multa, quæ ex Maimonide transtulerat, mihi exhibuit, addens, sibi propositum esse, integrum opus* JAD *interpretari. Merito eum maximi feci, nam præter Judæorum, ad nos secedentium, morem eruditum eum modestumque deprehendi. Et vero, quia in ipso flore juventæ constitutus erat, spes est, in Theologia, cui tum apud Sorbonæ Doctores operam dabat, nunc interea temporis eos illum fecisse progressus, ne inconstantiam circa religionem necesse habeamus metuere.*

לודוויק קריטוס LUDOVICUS CARRETUS. MCCCXLI.

Hic procul dubio est, de qvo Auctor libri de imposturis & cerimoniis Judæorum, Latine ab *Husero* conversi & editi p. 18. ita: *Doctor* LUDOVICUS, *Hebræorum doctrinæ magister, his impulsus causis, à circumcisis ad electos Christi decessionem fecit, perverti jura doctrinæ a Talmudistis cernens, cum illis male precantur, à qvibus nulla non beneficia accipiunt.* Fortasse nec hic diversus est à *Ludovico Pataviensi*, de qvo idem p. 28. In Bibliotheca Bodlejana inter Codices Laudanos 99. 4. exstat R. *Salomonis ben Adrath* liber תורת הבית MS. in membrana, in cujus calce legitur nomen *Clementis Carreti*, tanqvam revisoris, qvi forte itidem fuit Ex Judæus, & *Ludovico* nostro sangvine junctus. Hæc est conjectura Cl. *Jo. Gagnerii*, qvi & in alio Codice *Laudano* B. 74. 4. nempe R. *Schem Tov* ס׳ האמונות ejusdem, ut revisoris, nomen observavit.

ר׳ לוי בן אברהם בר חיים R. LEVI ben ABRAHAM, ben CHAJIM. MCCCXLIV.

Ejus פַּרְדֵּס חָכְמָה *hortus sapientiæ* MS. est in Bibliotheca Oratorii Parisiensis in 4. qvi teste *le Longio* in literis ad B. *Ungerum* datis Encyclopædiam qvandam versibus Hebraicis sistit, auctore *R. Levi ben Abraham ben Chajim, ben Abraham, ben Ruben.* Eum laudatus *Ungerus* in epistola ad B. *Schudtium* à nostro non putat esse distinctum. Ego non dubito, ipsum hunc

hunc librum eundem esse, qvem Vol. I. sub titulo בתי הנפש והלחשים attuli.

MCCC XLVIII. ר׳ לוי בן גרשום R. LEVI ben GERSCHOM,

מלחמות השם de qvo opere dixi Vol. I. p. 728. Atqve hoc puto illud esse, qvod MS. exstat in Bibliotheca Taurinensi A. II, 2. fol. foliorum 394. Id enim secundum catalogum MS. exponit 1) de divina cognitione tum sui, tum rerum ad extra. 2) de somniis, incantationibus & prophetia. 3) de Dei cognitione in rebus. 4) de divina providentia. 5) de corporum cœlestium exercitiis & eorundem numero. 6) de corporibus cœlestibus figuram variantibus. 7) de natura & qvalitatibus rerum terrenarum & earundem situ. 8) de mundi innovatione. Opus hoc finitum dicitur A. M. 5089. C. 1329. qvod de ipsius operis compositione puto accipiendum, cum *Levi Gersonides* eo tempore vixerit.

Idem opus procul dubio est, qvod ibidem A. V. 13. in 4. fol. 149. exstat. Id enim, teste Catalogo MS. exponit de anima, visionibus, somniis, prophetia, utrum eveniant casu, an ex certa causa, de scientia divina ejusqve prophetia: de motu corporum cœlestium, & an mundus sit creatus, &c. In eodem Volumine legitur etiam Arbor Porphyriana, item Tract. de anima vegetativa ejusqve operationibus, tum de anima vegetativa ejusqve operationibus, porro de IV. Elementis, deqve rationalibus & irrationalibus, eorumqve operationibus & qvalitatibus.

Commentarius in *Jobum* MS. est in Biblioth. Bodlejana inter *Laudanos* L. 14. in 4. chartac.

Commentarii in *Ecclesiasten*, *Canticum*, & lib. *Ruth* an. 5089. C. 1329. ab auctore consummati in Bibl. Taurinensi A. IV. 4. in 4. item Commentar. in *Jobum* ibid. A. IV. 5. ubi in fine dicitur, eum ab auctore an. 5086. C. 1326. Avenione confectum, a *Meir de Silvas* autem an. 5194. C. 1434. descriptum esse.

MCCC XLIX. ר׳ לוי בן חביב R. LEVI ben CHAVIV.

קידוש החודש i. e. caput XVII. tractatus Maimonidei *de consecratione Novilunii*, cum commentario R. *Levi ben Chaviv* MS. apud me est in 4. foliorum 10. Compara Biblioth. Uffenbachian. compendiariam MS. p. 35. n. 165.

טוליוך

ר׳ לוי טיליין R. LEVI TILIO, editor libri R. *Abrah. Aligari*, de qvo scripsi supra ad num. LI. MCCC XLIX. b.

לוליאני שלום LULIANI SCHALOM fil. *Schemuelis Bases*, auctor libelli דרך ישרה *Mantuæ* 386. C. 1626. 4. editi, de qvo infra in Supplementis ad Anonymos sub titulo דרך ישרה scribam. MCCC LIII. c.

ר׳ ליאון בלאנטיס R. LEON BLANTES, qvi auctor videtur *libri מסכת פורים, de qvo vide, qvæ infra ad Anonymos n. 97. scribentur. MCCC LIV. c.

ליאון יוסף LEO JOSEPH, Interpres Hebraicus libri IX. Almansoris, de qvo supra ad num. 310. MCCC LIV. d.

ליאון כרמי LEO CARMI. Hebraicum ejus nomen est *Jehuda* כַּרְמִי qvod exstat sub censura, qvam is versioni Lusitanicæ libri *Chovath hallevavoth*. Amstelodami an. 430. C. 1670. 4. editæ præmisit. Fuit is Rabbinus Synagogæ Judæorum Lusitanorum Hamburgensis. MCCC LV. d.

ר׳ ליב מדריזין R. LEBH ex *Dresen*, in nova Marchia: MCCC LVIII. i.

ס׳ יִרְאָה *liber de timore*, dialecto Judæo-Germanica, Francof. ad Mœnum 479. C. 1719. 8. pp. 8. apud Koelnerum. Initium est נתחיל בוראת שמים

ר׳ ליב בן שמואל אופנהיים. R. LEBH ben SCHEMUEL OPPENHEIM. MCCC LXII. g.

מַטֵּה יְהוּדָה *tribus Jebudæ*, Offenbaci an. משמיע 460. C. 1700. 4. pp. 32. Agitur ibi de *Bircat hammason*, i. e. benedictione ciborum.

ר׳ ליפמן R. LIPMANN. MCCC LXIV.

Nizzachon ejus ab *Hackspanio* primum editum esse supra monuimus. Illius autem singulari arte factus est compos. Degebat nempe ea tempestate *Schnattachi*, vico, Altorfio tertio fere lapide distante, Judæus, Synagogæ, ut videtur, Præfectus, qvi, cum in sermonibus suis ad hunc

Uuuuu 2 librum

librum freqventer provocaret, nullis precibus adduci poterat, ut eum *Hackspanio* vel inspiciendum daret. Ad Judæum itaqve cum studiosis qvibusdam destinato consilio profectus tandem obtinuit, ut liber sibi in manus traderetur. Idem, *comitibus, ut erat ex compacto constitutum, Judæo varia objicientibus, eumqve distrahentibus, revolvens ad tempus libellum, sed possessorem tandem ad alia mente esse infixum advertens, & spatium sibi elabendi datum putans, foras progressus jam paratum carpentum conscendit, & remis velisqve adhibitis citato gradu cum MS. avolavit.* Vix Altorfium redierat, cum codicem in partes dissectum, discipulis qvibusdam suis, nominatim *Sebaldo Snellio*, *Jo. Henr. Blendingero*, & *Jo. Frischmuiho* describendum dedit, Judæo autem, postero statim die sua repetenti, restituit. Ex qvo non potuit non fieri, ut mendis variis tollendis *Wagenseilio* occasio nasceretur. Fusius hoc edisserit Rev. *Zeltnerus* in Vitis Theologorum Altorfinorum p. 312. sq. & brevius *Jo. Fabricius* in Bibliotheca Fabriciana Parte V. p. 322. Idem *Zeltnerus* l. c. p. 312. in notis titulum *Nizzachon* per *trophæum* commodissime reddi posse censet, ac præterea monet, *Sebald. Snellium* qvem Vol. I. Professorem *Altorfinum* vocavi, Inspectorem tantum Alumnorum ibi fuisse, virum doctissimum, sed corpore gibbosum.

Est apud me ejusdem libri exemplum MS. chartaceum in folio, foliorum 83. A. C. 1422. conditum, qvo non pauca, in editis desiderata, exhibentur. Confer Bibliothec. Uffenbachianam compendiariam MS. p. 46. num. 208.

In calce editionis *Amstelodamensis* anni 1711. leguntur versus qvidam Hebraici, in religiouem Christianam adeo injurii, ut mireris merito, Judæos id sibi sumere potuisse.

Ea, qvæ Lipmannus ad libros Judicum, Samuelis, Regum, Ruth, Jobi, Proverbiorum, Ecclesiast, Cantici, Threnorum, Esther, Esra & Paralipom. in Christianos disputavit, Latine conversa edidit *J. H. Blendinger*, Altorf. 1645. 4. qvod ex Catalogo Bibliothecæ B. *Jo. Gvil. Baieri* p. 66. intellexi.

Eidem *Nizzachon* puto oppositum esse *Wilhelmi Schickardi* Triumphatorem vapulantem, sive refutationem blasphemi & maledicentissimi libri Hebraici, cujus Sect. I. prodiit Tubingæ 1629. 4. Scriptionem hanc nondum mihi videre licuit.

MS.

MS. illud Lusitanicum Anti-Christianum, de qvo Vol. III. pag. 663. Cel. *la Croze* accepit ab *Isaaco Jaqueloto*, cujus commentatio contra Judæos Gallica exstat. Id didici ex epistola qvadam B. *Vngeri* ad *Alphonsum des Vignoles*, virum doctissimum, & Chronologicis scriptis celebrem, data.



מאוריטיאוס ווילהלם קריסטיאני MAVRITIVS WILHELMVS CHRISTIANI *Keyser*. MCCC LXV. b.

Descriptio Synagogæ Judaicæ, supra commemorata, recusa est *Bremæ* 1732. 8. sub titulo: Kurtze Beschreibung einer Jüdischen Synagoge, una cum appendice*, qvæ nunc primum accessit, de mactandis & visitandis animalibus, ex Hebraico Germanice. Hic vero tractatus jam ante seorsim ab eo editus erat *Ratisbonæ* 1724. 8. & cum bona ejus venia à *Simone Baptista Burgmanno*, de qvo infra, Francof. ad Mœn. 1730. 8. cum additamentis nonnullis recusus. Tractatus prior paginis 40. posterior pp. 46. absolvitur. In calce promittitur narratio de Festo Paschali Judæorum.

Ceteris ejus scriptis nunc addidero enarrationem conversionis suæ ad Christum, qvæ prodiit sub titulo: Ausgang von dem verstockten Judenthum und Eingang zum wahren Christenthum. Erfurti 1720. 4. pp. 94. In eo libello legitur 1) sermo in baptismum ejus à D. *Friderico Ernesto Meisio*, Antistite Schleusingensi, habitus. 2) Confessio fidei ab ipso edita. 3) ejusdem concio, tunc temporis habita, de eo, qvod tres personæ sint in essentia divina, & qvod J. C. sit verus Messias.

Fuit is etiam apud nos, mihiqve ab eruditione probisque & honestis moribus multum se commendavit. Jam *Bremæ* in instituendis literarum Rabbinicarum & Talmudicarum tironibus cum laude versatur, & ibidem librum Judæorum ritualem, sub titulo מנהגים, lingva Germanica pura conversum, prelo subjecit.

ר׳ מאיר אלדאבי R. MEIR ALDABI. MCCC LXIX.

Falsus sum, qvando Vol. I. p. 667. scripsi, editionem libri שבילי אמונה

Amstelodamensem anno 1567. referre. Inspexi librum accuratius, & deprehendi, eum annum שׂפּז 387. C. 1627. satis dare exprimere.

MCCC ### ר׳ מאיר בן ברוך R. MEIR ben BARUCH.

LXXII. d. Non dubito hunc esse, cujus Tractatus super varia Legis præcepta exstat MS. in Biblioth. Taurinensi A. II. 27. in alio Volumine, qvod ritualia Judæorum varia complectitur, num. 14.

MCCC ### ר׳ מאיר בן גבאי R. MEIR ben GABBAI.

LXXIV. Recte Vol. III. pag. 669. conjeci, Responsum R. Meir ad Epistolam R. Josephi ben Meir, qvod in Biblioth. Oratorii Parisiensis MS. exstat, idem esse cum libro דרך אמונה Nam in Catalogo MSS. Oratorii illius, qvem Cl. *Camusatus* mecum communicavit, diserte monetur, illam responsionem R. Meir inscribi דרך אמונה

MCCC ### ר׳ מאיר בן חייא R. MEIR ben CHAIJA

LXXVII. b. Patris sui librum מעשה חייא (non מקור ישראל) inscriptum edidit, qvod patet ex iis, qvæ Vol. III. num. 596. dixi.

MCCC ### מאיר בן יצחק R. MEIR ben ISAAC.

LXXXV. c. פָּנִים מְאִירוֹת seu *Responsa* varia super *Arba Turim* prodierunt Amstelod. 477. C. 1717. fol. Illa excipiunt observata in Codices Talmudicos *Sevachim*, *Schabbat* & *Cholin*.

MCCC ### ר׳ מאיר בן ר׳ יצחק עראמה R. MEIR

LXXXVI. *ben R. Isaac Arama.*

אוּרִים וְתוּמִים seu commentar. in *Jeremiam* & *Jesaiam* recusus est in *Mosis* Francofurtensis Bibliis Rabbinicis Amstelodami 1724. seqq. in fol. editis sub titulo: קהלות משה

Comment. in *Canticum Cantic.* ex MS. ut puto, editus, exstat in Bibliis Rabbinicis iisdem.

MCCC ### ר׳ מאיר בן לוי R. MEIR fil. LEVI *Solcoviensis.*

LXXXIIX. לקוטי שושנים *collectanea liliorum*, *Jesnitii* 482. C. 1722. 8. foliis 80. apud Israelem ben Abraham. Continentur eo volumine collectanea varia in Paraschas *Pentateuchi*, & paucos qvosdam Talmudis locos, ex variorum Rabbinorum scriptis congesta, qvibus auctor hinc inde sua inspergit.

מאיר

מאיר בן צבי הירש בן פסח MEIR ben ZEVI HIRSCH, fil. *Pesach*, ædituus Synagogæ Darmstadinæ, edidit librum MCCC XCII. b.

שחיטות ובדיקות lingva Judæo-Germanica, qvo ea exhibet, qvæ R. *Jacob Veil*, item auctores גבורת בנימין & עולת יצחק tum זבחי טובים, וזאת ליהודה & alii de hac arte tradiderunt. Prodiit liber sine loco notato, qvem suspicor esse Francofurtum ad Mœn. 480. C. 1720. 8. pp. 26.

ר׳ מאיר מרוטינבורג R. MEIR ROTENBURGENSIS. MCCC XCIV.

סימנים מפסקי מהר״ם i. e. Index decisionum R. *Meir Rotenburgensis*, una cum *Responsis* ejusdem, vetusta & venusta manu scriptis apud me est in 4. Compara Bibliothec. Uffenbachianam MS. compendiariam pag. 54. num. 235. Ejusdem *Chiddusch in* sive novæ observationes in *Jore Dea* MSS. in 4. foliorum 69. in Biblioth. Oppenheimeri.

מהריקש i. e. R. *Jacob Castro*: vide supra n. 1103. b.

ר׳ מיכל בן אברהם מרקרליבך R. MICHAL fil. ABRAHAM *Merkerliebch*, Furthensis. MCCCCIX b.

Liber precum Judaicarum recusus est *Sulsbaci* 488. C. 1728. 4. Idem edidit *Psalmos*, secundum septem dies hebdomadis dispositos, cum versione Judæo-Germanica interlineari, & substratis brevibus notis Hebraicis ex *Kimchii* potissimum commentario & aliis nonnullis excerptis apud *Hirsch ben Chajim* fol. 2. In titulo vocatur simpliciter R. *Michel*, Sacerdos justitiæ ex Synagoga Furthensi.

מיכאל גיללינג MICHAEL GELLING, Ex-Judæus, de cujus versione Germanica libri *Chissuk Emuna* scripsi supra, ubi de scriptis Judæorum Anti-Christianis egi, p. 639. Facta illa est ex MS. Hebr. Judæi cujusdam olim Altonaviensis, hinc Hamburgensis, *Aaronis* fil. *Gabriel Loria*, qvi anno 1624. vixit. Vide ejus præfationem subjunctam præfationi auctoris *Chissuk Emuna*. Post illam præfationem *Gellingius* illum librum germanice se anno 1633. vertisse testatur, postqvam ante septendecim annos fuisset baptisatus. MCDXII. b.

ר׳ מכיר R. MACHIR, MCDXX.

אֲבְקַת רוֹכֵל cujus editionem *Venetam* anni שנ״ז 357. C. 1597. affert *Buxtorfius* pag. 304. Biblioth. Rabbin. Ad ea vero *Wagenseilius* in Supplementis MSS. monet, habere ſe editionem Venetam anni 327. C. 1567. ſed, qvod titulus deficiat, neſcire ſe, an vere ſit illa Veneta editio, de qva loqvatur *Buxtorfius*. Habeo ego Venetam illam anni 327. alteram vero anni 1557. nunqvam conſpexi. Itaqve vix crediderim exſtare, & pro כ à *Buxtorfio* lectum eſſe נ qvod in harum literarum ſimilitudine fieri facile potuit. Vtramqve tamen illam *Venetam* affert etiam *Schabbataeus* in *Siphte Jeſchenim*.

MCDXXVI. ר׳ מנחם בן אברהם R. MENACHEM ben ABRAHAM.

מִכְלַל יוֹפִי in Catalogo Surenhuſiano pag. 117. num. 162. affertur ex edit. *Theſſalonicenſi* anni 357. C. 1597. mendoſe, ut puto. Eam anni 327. C. 1567. ipſe vidi.

MCDXXVI b. ר׳ מנחם בן אליקים R. MENACHEM fil. ELIJAKIM.

עָרוּךְ גּוּץ *Aruch breve*, i. e. Lexicon compendioſum, qvo ſecundum ordinem literarum exponuntur voces peregrinæ, v. c. Arabicæ, Chaldaicæ, Latinæ &c. aliæqve notæ difficilioris, in Talmud obviæ, ubi loci Talmudici ſemper citantur, adjecta brevi expoſitione. Incipit ita: אבובראה׃ מין עשב *Abubraah*, herbæ genus. Deſinit autem: חתר פ׳ בו בחמ׳ זכרים יועצים לבובי׳ Auctor in præfatione ait ſe legiſſe librum ר׳ נתן (is autem eſt liber dictus ערוך) qvi nimis ſit longus, atqve adeo conſultum ſibi eſſe viſum de eodem argumento brevius commentari, & omiſſa in eo ſupplere. Appellat autem ערוך גוץ i. e. Aruch *breve* גוץ enim Talmudicis idem eſt, qvod Scriptoribus Biblicis קצר In fine libri legis נשלם ערוך ביושר

MS. exſtat in membrana, codice admodum vetuſto, & qvinqve digitos lato in Bibliotheca Oppenheimeri, dignumque, qvod lucem videat. Videri poterat idem eſſe cum eo, qvo auctor libri ערוך הקצר editi de qvo Vol. I. hujus Bibliothecæ, num. 1727. p. 922. dictum eſt, ad librum ſuum perficiendum uſum ſe eſſe profitetur. Sed obſtant tamen nonnulla. Nam in *Aruch Kazer* edito prima vox, qvæ eſt in *Aruch* illo MS., qvæqve voci אבוב רואה in *Aruch* magno R. *Nathanis* procul dubio

bio respondet, prorsus deest, qvemadmodum in MS. illo aliter nonnihil, qvam in *Nathanis* illo, explicatur. Similiter vox ultima תהר in nostro hoc aliter, qvam in *Nathanis* illo, & edito compendioso, explicatur.

ר׳ מנחם מנלי בן ברוך R. MENACHEM *Manle ben* BARUCH, Judex Synagogæ Leopolitanæ (לבוב) cujus exstat MCD XXVII. c.

זֶרַע בָּרוּךְ *semen benedictum*, i. e. novæ observationes in varias *Halachoth* Talmudicas. *Wandesbeccæ* juxta Hamburgum 490. C. 1730. fol. foliis 58. apud Israel ben Abraham. Auctor adhuc est superstes. Illustrantur ibi *Halachoth* illæ, qvæ à *Samuele Eidels*, Ostraviensi, omissæ sunt.

ר׳ מנחם די לונזאנו R. MENACHEM de LONSANO. MCD XXXIV.

עֹמֶר מָן de qvo pag. 688. est commentarius in *Idra Suta*, qvi cum additis Anonymi observationibus ex MS. prodiit *Amstelodami* 489. C. 1729. 8. fol. 47. & qvidem sub titulo בן דוד *filius David*. Auctor harum animadversionum verbis Menachemi sua subjungit, in qvibus inter cetera R. *Isaaci Loriæ* & discipulus ejus R. *Chajim Vital* ab objectis *Menachemi* vindicantur.

ר׳ מנחם המאירי R. MENACHEM HAMMEIRI. MCD XXXV.

Commentarium ejus in *Proverbia* allegat *Abarbanel* in Qvæst. I. ad *Jes. LII.* 13. fol. 78. col. 1. l. 50. qvod B. *Jo. Andr. Danzius* in nota marginali ad h. l. manu sua notaverat. Nunc vero is prodiit in Bibliis Rabbinicis, à R. *Mosche Francofurtensi* Amstelodami 1724. sqq. sub titulo קהלות משה editis Tomo IV. Auctor ibi vocatur R. *Menachem le beth Meir*, item המאירי Ex hoc patet, nostrum hunc à *Menachemo le beth Meir* de qvo Vol. III. num. MDCXXXV. b. dixi, non esse distinguendum.

ר׳ מנחם לבית מאיר R. MENACHEM ex familia MEIR à priore illo non est distingvendus. Vide, qvæ modo dixi. MCD XXXV. b.

ר׳ מנחם מענדל שרייבר R. MENACHEM MENDEL SCHREIBER ex Synagoga הרנייניץ MCD XXXVIII. c.

יָרֵחַ לְמוֹעֲדִים *Luna in stata tempora*, ex Ps. CIV. 29. compendium Kalendarii Judaici, ex qvo constare potest ratio illud conficiendi. *Francof. ad Mœn.* 486. C. 1726. 8. foliis octo.

MCDXLIII. ר׳ מנחם די ספירה R. MENACHEM de SPIRA vel *Saphira*, de qvo Vol. I. num. 1443. auctor ex nomine R. *Menachem Recanatensis* confictus. Vide qvæ infra scribam ad num. 1457.

MCDXLVII. ר׳ מנחם עזריה מפאנו R. MENACHEM ASARIA, Fanensis.

כנפי יונה aliqvoties MS. in Biblioth. Oppenheimeriana exstare Vol. III. monui. Nuper in eadem aliud exemplum MS. in 8. conspexi. Constat illud sectionibus 102. foliis 78. Partem majoris operis tantum esse suspicor.

MCDXLVII. b. ר׳ מנחם עזריה כהן R. MENACHEM ASARJA, *Sacerdos*.

מציאת עזרי *inventio auxilii mei*, Amstelodami an. 487. 8. fol. 24. apud Hertz Levi. Liber est moralis, præcipiens, qvalem qvisqve in qvocunqve vitæ genere præstare se debeat. Libellus ita est dispositus, ut ab altero latere exstet מציאת עזרי hebraicè, ab altero סם חיים lingva Judæo-Germanica, in qvo tamen idem omnino traditur, qvod in Hebraico legitur. In titulo *Menachem* noster fecisse etiam dicitur librum שע׳ *R. Elieser Hakkaton*, qvem nondum habeo compertum.

MCDLVII. ר׳ מנחם די ריקנאטי R. MENACHEM RECANATENSIS.

טעמי מצות Hunc suspicor esse librum, qvi in Catalogo MSS. Biblioth. Bodlejanæ num. 3759. inter *Huntingtonianos* affertur, sub nomine *Menachem de Saphira* (de qvo num. 1443.) & titulo de excellentia Legis. Codicem illum Cl. *Jo. Gagnerius* in Enarratione manu exarata MSS. Bodlejanorum ita delineavit, qvod titulus habeat: זה הפירוש מן סודות ועיקר מצות עשה ומצות לא תעשה חברו ר׳ מנחם ממקנטי Addit idem: *unde habeat catalogus, DE SAPHIRA, non video.* Mihi qvidem non dubium est in nomine ממקנטי latere מרקנטי i. e. *Recanatensis*: hoc enim nomine noster appellari solet. Cumqve idem de ספירות scripserit, fortasse hinc alterum illud *de Saphira* natum est.

Ceterum à R. *Isaaco Luria* in שלחן ערוך fol. 97. b. l. 9. ספר ריקנטי *liber Recanati* citatur. Qvis autem hic ejus liber sit, non dixerim.

In Bibliotheca Taurinensi A. II. 30, MS. in 4. exstat, teste Catalogo

talogo MS. nostri tractatus de Psalmo & Cantico in die Sabbati, qvo paucis illud explicat, ac deinde de coloribus & qvalitatibus cœli differit.

Ibidem A.IV. 1. in 4. nostro sermo de arbore *Sephiroth* tribuitur in qvo codice præter nonnulla ex *Sohar* leguntur qvoqve animadversiones in fructus vetiti manducationem, & peccati hujus conditionem; item de animarum qualitatibus. Ibid. comm. in Legem A. III. 18 in 4. foliorum 445.

ר' מנשה בן ישראל R. MENASSE fil. ISRAEL. MCDLXIII.

Th. Pocockius in Vita Manassis nostri Anglice scripta, & versioni Anglicanæ libri ejus de termino vitæ Lond. 1699. 8. præmissa, nostrum in *Lusitania* sub Philippo III. ait esse natum, hinc cum Patre *Amstelodamum* perlatum, inde in *Angliam* ad Cromwellum, deniqve *Middelburgum* profectum, ubi circa annum ætatis 53. obierit. Lege plura in Bibl. Anglicana Tom. XIV. Parte I. pag. 89. sq. Idem ita de eo judicat: *c'etoit un homme sans passion, sans legereté, mais helas! sans opulence.* Pocockius vitam illam tum ex sermonibus ipsius Manassis, tum ex scriptis ejus petiisse se testatur. Eum qvotidie octo horas prælegendo in Schola Talmudi & qvatuor typographeo tribuere debuisse, ex ipsius Manassis ad se literis tradit *Henr. Jesse* in præfatione ad librum suum Belgice editum & inscriptum: *De Heerlickheid en heyl van Jehuda en Israel.* Iter in *Brasiliam* an. 1641. esse meditatum, patet ex præfatione ad Partem II. Conciliatoris.

Conciliatoris totius ratio ita habet: Pars I. prodiit *Francofurti* 1632. 4. II. *Amstelodami* 1641. III. ibid. 1650. IV. ibid. 1651. Pars II. complectitur libros *Historicos*, una cum accessionibus ad Partem I. & constat pp. 195. Prodiit apud Nic. de Ravesteyn, anno, ut titulus diserte habet, 5041. sed per operarum errorem pro 5401. i. e. C. 1641. qvod patet ex inscriptione Dedicationis, post titulum legendæ. Pars III. in libros *Propheticos*, cum additionibus ad Part. II. pp. 208. ibidem ex officina Samuelis ben Israel Soeiro, an. 5410. C. 1650. Pars IV. in *Hagiographos & V. Megilloth*, pp. 201. ibidem apud eundem 5411. C. 1651.

M. *Georg. Wöldike*, cui Tract. *Chagiga* Talmudis Hierosol. debemus, parat versionem Latinam operum *Menassis*, variis lingvis scriptorum, & Speciminis loco Supplementum qvæstionum *Conciliatoris* in *Genesin* qvod

qvod in Latinis editis desideratur, absolvit. Testatum id mihi perliteras fecit Celeb. *Jo. Grammius.*

Tesoro dos dinim, i. e. Thesaurus ritualis, partibus qvatuor constans, prodiit Amstelodami 4. an. 405. C. 1645. 8. pp. 625. Partem IV, anno 407. C. 1647. seorsim prodiisse Vol. I. pag. 782. tradidi. Eam vero in meo, qvod ob oculos habeo, ceteris tribus junctam esse video. Itaqve pro Parte IV. leges V. Hanc enim auctor in calce præfationis ad *Thesaurum* illum promittit sub titulo *Oeconomicæ*, qvæ & anno 5407. 8. pp. 210. prodiit. Constat illa tractatibus tribus, qvorum I. capitibus XLII. usqve ad pag. 135. commentatur *de Matrimonio*; II. capitibus novem usqve ad p. 173. de officiis Parentum in liberos & liberorum in Parentes, v. c. de circumcisione ejusqve cerimoniis, de filio primogenito, de cultu Parentum, de maledictione in Parentes, de hereditatibus & peregrinis exponit. Tractatus III. capitibus XIII. usqve ad pag. 207. de officiis & potestate herili, commentatur, ubi de servis &c.

מִקְוֵה יִשְׂרָאֵל *Spes Israelis*, Anglice conversa & Curiæ supremæ in Anglia inscripta 1651. 4. prodiit, qvod ex catalogo Collinsiano Tom. I. pag. 81. didici. Ibidem qvoqve ejus *humble addresse to the Lord Protector in behalf of the Jewish nation*, itemque *Vindiciæ* Judæorum in *a letter to a noble & learned Gentleman* an. 1656. ed. afferuntur.

Libri tres *de Termino Vitæ* per *Thom. Pocockium* una cum vita Auctoris prodierunt Londini 1699. in 12. pp. 116. Vide Bibliothec. Anglican. gallice editam Tomo XIV. Parte I. pag. 88. sqq. Iterumqve ibidem 1709. 8. teste Bibliotheca Hulsiana Tom. IV. pag. 226. n. 2158. In præfatione ad Partem V. Thesauri Ritualis Amstelod. 407. C. 1647. 8. editam de concionibus suis non editis ita tradit *Menasse: Este he, Lector, o onzeno libro, qve ey escrito: alem de mais de* 450. *Predicaçoens, con summo applauso aceitas da* 25. *annos à esta parte, qve gozo a dignidade da Habam de Kaal. E mays de* 300. *epistolas escritas a varios letrados e Senhores sobre muy diversas e difficultosas qvestoens.* Addit idem, se sub manibus habere 1) notas in Josephum. 2) Bibliothecam Sacram, sive de libris omnibus, qvi à Judæis sint editi. 3) de divinitate Legis Mosaicæ contra Atheos. 5) continuationem historiæ Judaicæ inde ab eo tempore, in qvo Josephus desinit, usqve ad suam ætatem.

Notas suas in *Phocylidem* cummaxime imprimi testatur idem in præfat. ad Partem II. Conciliatoris anno 1641. editam.

Conjectu-

Conjecturam Cl. *Fabricii* ſupra p. 709. propoſitam de eo, qvod *Menaſſe* ſit auctor *Colloqvii Middelburgenſis* (qvod a B. *Jo. Mullero* in Judaiſmo detecto ſub nomine *Judæi Luſitani* affertur,) ex eo puto firmari, qvod *Menaſſes*, teſte *Pocockio* in vita ejus, *Middelburgi* ſub vitæ finem verſatus ibiqve fatis functus ſit.

Plura de noſtro leges in Vita ejus à *Th. Pocockio* anglice ſcripta, & in Bibliotheca Fabriciana Parte VI. p. 487 ſqq.

מסירויה MASSERIAWAIH, gente Judæus, & Medicus *Baſorenſis*, Seculo VI. inclinante, *Aaronis* libros, ad mandatum *Merwan*, Califæ, ex *Arabico* tranſtulit, & de ſuo qvoqve nonnulla commentatus eſt, ſpeciatimqve de medicina oculis, ex variolis læſis, facienda. Vide de eo *Joannis Freind* epiſtolam de purgantibus in ſecunda Variolarum confluentium febre adhibendis. Adde Bibliothecam Anglicanam Tomo VI. p. 353. Compara ejusdem *Freindii* Hiſtoire de la Medecine Part. II. p. 5. 8. MCD LXXII. d.

ר׳ מרדכי אשר R. MORDECHAI ASCHER, qvi Codicem Talmudicum *Kodaſchim* una cum R. *Abrah. Chajim* illuſtravit. Vide ſupra in hoc volumine n. LXXVI. MCD LXXII. f.

ר׳ מרדכי בן הלל R. MORDECHAI fil. HILLELIS. MCD LXXIII.

Recte ſupra Vol. I. p. 790. ſuſpicatus ſum, opus ipſum *Mordechai* noſtri *Rivæ Tridenti* an. 319. C. 1559. in fol. minori, ſeu potius in 4. majori prodiiſſe ex officina Joſephi Oteling. Vidi enim librum, conſtantem foliis 192. cui præfatus eſt *Jac. Marcaria*. Eidem editioni præmittuntur lemmata operis hujus per folia 45. qvæ deinde ſeorſim in 8. prodierunt, ſub titulo: סימני וקצורי מרדכי

מָרְדְּכַי קָטָן *Mordechai parvus* MS. in fol. in Biblioth. Oppenheimeri per librarium qvendam Pragenſem recentiſſimum. Ibidem conſpexi מרדכי קטן MS. in membrana in 4. volumine duos digitos lato, qvem feciſſe dicitur R. *Schemuel Schletſtadt* an. 153. C. 1393.

ר׳ מרדכי זיסקינד רוטנבורג R. MORDECHAI *Sueskind* ROTENBURG, fil. *Moſis*. Hujus MCD LXXVI.

שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *Quæſita & Reſponſa* qvoad Partem I. prodierunt Hamburgi 476. C. 1716. 4. Conſtat qvæſtionibus XXXV. & pp. 70.

MCD LXXXVIII. ר׳ מרדכי כאמטינו R. MORDECHAI COMTINO.

כתר תורה in Codice *Danziano* MS. constat foliis 152. in 4. majori, calligraphia non satis prædicanda conspicuo, inqve ejus calce dicitur absolutus ab auctore A. M. 5220. C. 1460. Inde conjeceris, eum Sec. XV. claruisse. Conf. Vol. I. hujus Bibliothecæ p. 795. not. g. & p. 161. item p. 722. Accepi hæc ex literis Rev. *Jo. Benjaminis Martini*, Archidiaconi Ohrdrufiensis, prope Gotham, qvi editionem ejus moliri se profitetur ex codice *Danziano*, qvi nunc in Bibliotheca Academica Jenense exstat. Ex commentario illo locum qvendam affert *Richardus Simon* in Critica super Bibliothecam Ecclesiast. & Prolegomena Dupinii Tom. III. p. 92.

MCDXCII. c. ר׳ מרדכי נאדי R. MARDOCHÆUS NADI.

Conclusiones primi libri Mahas de reparanda Medicina: item medicina theorica de consultationibus, tum de conservanda vel restauranda sanitate, porro arbores theoricæ Medicinæ MSS. exstant in Biblioth. Taurinensi A. I. 30. in fol. Eodem volumine continetur Almansoris liber IX. interprete Leone Josepho: item commentatio de diebus Lunæ, in qvibus sangvinis missio est proficua aut noxia. Deniqve Abrahami Avigdor Regulæ Medicinales.

MDVII. ר׳ משה R. MOSES.

חלקת מחוקק commentar. in *Even Eser* una cum alio in eundem Ordinem R. *Samuelis Veibs*, sub titulo: בית שמואל *Furthi* 486. C. 1726. fol. Operis titulus est: אפי רברבי Vide, qvæ infra scribentur ad num. 2129.

MDVII. c. ר׳ משה R. MOSES, nescio qvis, cujus confutatio R. *Nechemjæ Chaija Chaijon* MS. in Biblioth. Oppenheimeri in 8. plagulis aliqvot exstat.

MDXV. ר׳ משה איסרלס R. MOSCHE ISARLES.

מחיר יין prodiit etiam *Basileæ*, apud Conradum Waldkirch, qvod in nota marginali observat B. *Danzius* ad h. l.

תורת חטאת manu recente apud me exaratus exstat in charta formæ librorum duodecimæ foliis 57. Confer Bibliothecam Uffenbachianam compendiariam MS. p. 36. n. 159.

חדושים

חדושים *observationes* qvædam in *Nidda* MSS, in Biblioth. Oppenheimeri in 4. codice duos digitos lato.

ר' משה אלמושנינו בן ברוך R. MOSCHE ALMOSNINO, fil. *Baruch*. MDXXI.

תורת משה indicem sistit rerum, ordine alphabetico digestarum, qvi ad utrumqve *Talmud* & interpretes celeberrimos remittit, & egregium usum præstat, judice B. *Jo. Andr. Danzio*, in nota marginali ad h. l.

ר' משה אלשיך R. MOSCHE ALSCHECH, MDXXIII. qvem *Augustinus Calmetus* in Supplemento Bibliothecæ Sacræ, in calce Tomi IV. Dictionarii Biblici p. 85. mendose vocat *Mosche Alsee*.

הַבַּצֶּלֶת הַשָּׁרוֹן commentarius in *Danielem*, Wansdesbeccæ juxta Hamburgum, cura R. Abrah. fil. Pinchas, an. 1726. fol. foliis 47. cum textu Hebræo punctato & accentuato, apud typographum Israel fil. Abraham. Hic contextum Hebraicum ab utroqve latere cingit commentarius *Alschechi*: eidem vero contextui in inferiore margine subjicitur commentarius *Raschii* i. e. *Salomonis Isaacidæ*, literis Rabbinicis minusculis. Accedunt excerpta ex *Abarbanelis* libro מעיני הישועה & integer commentarius R. *Mosche Chagis* in Danielem, qvi *Alschechi* illum fere æqvat. Is titulum fert: מפורורי פת הקמח i. e. *fragmenta buccellæ farinæ*, qvo alluditur ad libros *Chagisii*, qvos sub titulo: לקט הקמח edidit. Idem commentarius in Danielem lucem vidit *Amstelodami* 486. C. 1726. fol. foliis 37. Commentarius *Alschechii* cingit textum ab utroqve latere, in inferiori vero margine exstant excerpta ex R. *Schemuelis fili Judæ Valerii* commentar. in eundem librum, qvi inscribitur חזון מועד

חֶלְקַת מְחֹקֵק commentar. in *Jobum*, Jesnitii 482. C. 1722. fol. plagulis 21. foliis 42.

מַרְאוֹת הַצּוֹבְאוֹת commentarium in Prophetas Priores & Posteriores ex editione Veneta anni 363. C. 1603. fol. *Pragensem* vero anni 380. C. 1620. in Priores tantum exhibet Catalogus Surenhusianus p. 78. n. 10. & 11. *Offenbacensis* illa anni 1719. apud Bonaventuram de la Noi curata constat foliis 71. Notandum præterea est, commentarium in Prophetas posteriores ex edit. *Jesnitiensi* anni 1710. deficere, cum ibi nonnulla

nonnulla super caput 26. *Jeremiæ*, tum vero inde à capite 28. ejusdem Prophetæ usqve ad finem omnia, deniqve vero etiam commentatio in *Ezechielem* desint. Confer collectionem Novantiqvorum Theologicorum vernaculam an. 1727. p. 745.

רב פנינים commentar. in *Proverbia* Venet. 355. C. 1595. prodiit. Annus enim in titulo exprimitur per האלשיך, ita qvidem, ut literæ י & א tanqvam in computum non referendæ indicentur.

תורת משה comment. in *Proverbia*, tanqvam *Calloscopii* an. 361. C. 1601. fol. editus affertur in Catalogo Surenhusiano p. 78. n. 12. At vereor, ne hæc sit *Veneta*, qvam hoc anno lucem vidisse Vol. III. p. 737. monui.

MDXXVII. ר׳ משה בוטריל R. MOSCHE BOTRIL, vel *Botaril*. Sæpe enim nomen hoc cum inserto א exprimitur per בוטאריל

MDXXVII. ר׳ משה בילמונטי R. MOSCHE BELMONTE.

d. Ejusdem est versio Hispanica τῶν *Pirke Avoth*, qvæ textui Hebraico substrata aliqvoties prodiit *Amstelodami*, & qvidem qvintum an. 1712. apud Salom. Proops, ubi in aversa tituli pagina Mosi huic accepta fertur.

ר׳ משה בילכייאיץ R. MOSES BELCHIETZ, Vid. infra *Meschullam fil. Abrahami*.

MDXXVIII. ר׳ משה די בירושילייש R. MOSCHE BRASILIENSIS.

b. חזה התנופה *pectus elevationis*, ex Exod. XXIX. 27. MS. in Bibliotheca Oppenheimeri in 4. volumine duos digitos lato. Vixit auctor an. 328. C. 1568. & ab auctore libri המשביר passim laudatur. Liber constat 107. Sectionibus, qvæ de variis argumentis ritualibus, ad *Celaim* speciatim pertinentibus, commentantur.

MDXXXI. ר׳ משה גאלנטי R. MOSCHE GALANTE.

קהלת יעקב i. e. commentar. in Ecclesiasten ex edit. Zaphetensi de qva Vol. III. p. 747. vidi nuper & curatius inspexi in Biblioth. Oppenheimeri. Curata illa est sub Sultano *Morad* (מארד) in ædibus Abrahami Germani (אשכנזי) per Elieserem fil. Isaaci, Typographum, die 3 hebdomadis d. 25. mensis *Chesvan* anno יבקרובה i. e. 343. C. 1583. 4. foliis 103.

ר׳ משה

ר׳ משה גאלנטי R. MOSCHE GALANTE. MD XXXII.

Hujus יְרִכְתֵי הַמִּשְׁכָּן *latera tabernaculi*, qvæ ſcriptio ad *Maimonidem* & auctorem *Arba Turim*, differentiasqve utriusqve pertinet, MS. Venetiis exſtare ex literis Rabbini Veneti accepi.

ר׳ משה בן גדעון אבודיאנטי R. MOSCHE MDXXXIV. fil. *Gideon* ABVDIENTE.

Video librum ejus Hiſpanicum ſub titulo: *Fin de los Dias publica ſer llegado, & fin de los Dias pronoſticado per todos los Prophetas. Gluckſtadii* in 8. editum afferri in Bibliotheca Hulſiana Tomo IV. Parte III. pag. 373. num. 5154.

ר׳ משה בן דיאש R. MOSCHE fil. DIAS. MDXL. c.

Meditaciones ſobre la hiſtoria ſagrada del Geneſis. Amſtelod. 465. C. 1705. 4.

ר׳ משה בן דניאל מראהטין R. MOSCHE fil. DANIELIS. MDXLI. d.

סוּגְיוֹת הַתַּלְמוּד *liber de uſibus*, ſeu *phraſibus Talmudicis* à Cl. *Basbuyſenio* in Clavi Talmudica Maxima recuſus nonnunqvam recedit ab editione *Solicoviæ Ruſſorum* curata an. 1698. qvod B. *Vngerus* in literis, ad *Schudtium* an. 1716. datis, monet, qvi præterea obſervat, in tota illa collectione ingentem ſphalmatum typographicorum numerum deprehendi, qvem & ipſe expertus didici.

ר׳ משה וולך R. MOSCHE WALCH. MDXLIV. d.

ס׳ מְשָׁלִים cujus editor in præfatione monet, librum illum alias vocari קוּא בוך, ex qvo conficio, eundem eſſe, qvi ſub hoc titulo *Bernæ* 365. C. 1605. 4. prodiit.

משה זעקיל מיינעק MOSCHE SEKEL MEINECK. MDXLVII. c.

סִימַּת הַפָּרְשִׁיּוֹת מֵהַתּוֹרָה i. e. *de ratione legendi Paraſchas legis*. Offenbaci 482. C. 1722. 8.

ר׳ משה חאגיז בן יעקב R. MOSCHE CHAGIS MDXLIX.

GIS fil. *Jacobi*, adhuc Altonaviæ juxta Hamburgum commoratur, privata forte contentus, librisqve & responsis scribendis occupatus, & doctrinæ probitatisqve nomine in magna apud suos existimatione, qvæ efficit, ut aliorum opem in se suisqve sustentandis liberalem experiatur. Lucem vidit Hierosolymis, ibiqve, ubi *Moses Galante*, avus, Archisynagogum agebat, Professoris publici, qvem Judæi ראש ישיבה appellant, munere in Schola Judæorum functus est. Avo mortuo magna pecuniæ summa, cujus reditus ad fovendam Scholam & gentem, qvæ ibi est, pauperiorem sustentandam legati erant, fraude nonnullorum subtrahi cœpit. Ad causam igitur hanc agendam in Ægyptum atqve hinc in Italiam, profectus, cum nihil perfecisset, in Germaniam & Belgium abiit, adflictis Judæorum in terra Sancta rebus, eleemosynis collectis, consulturus. Hoc consilio in Belgio Amstelodami primum per aliqvot annos versatus, ibidemqve doctor tironum seu Studiosorum constitutus, lautas res habuit, qvarum jacturam fecit, postqvam ibi R. *Nechemjæ Chaijæ Chaijon*, de qvo suo loco, novis conatibus & scriptis tum consiliis, tum commentationibus una cum *R. Zevi Germano*, Archisynagogo inter Judæos Germanos primum Altonaviensi, hinc Amstelodamensi, se opposuisset. Cum enim Præfecti Synagogæ Lusitanæ Amstelodamensis Nechemjæ illius causam agerent, implorato Magistratus auxilio, factum est, ut R. *Zevi* Londinum, ipse vero in Germaniam abiret, & Altonaviam rerum suarum sedem constitueret, in Italiam forte iterum abiturus.

Hic vero præter scripta supra allata edidit

לֶקֶט הַקֶּמַח *collectionem farinæ*, super varia loca Corporis Mischnici ex variis *Quæsitorum & Responsorum* libris congestam, Wandesbecci, juxta Hamburgum 1726. 8. foliis 66. Index est ejusmodi Scriptorum ritualium, qvi de locis Mischnicis & Gemaricis, eorumqve argumentis sint commentati.

Ejusdem est scriptum breve, *Nechemjæ Chaijæ Chaijon* oppositum, Hanoviæ 487. C. 1726. 4. de qvo infra sub hujus nomine dicemus.

מפּירוּרֵי פַּת הַקֶּמַח *fragmenta massæ farinaceæ*, seu commentarius in *Danielem*, cum commentario *Mosis Alschechi* in eundem, Wandesbecci 1726. fol. supra sub *Mosche Alschech* est commemoratus.

צְרוֹר הַחַיִּים *fasciculus vitæ*, ex 1 *Sam. XXV.* 29. est libellus moralis, constans capitibus X. & foliis 30. ibidem an. 488. C. 1728. in 12 apud

apud Israel f. Abrah. Primum caput exhibet cap. V. Maimonidæ ex ejus Hilcoth *Jesode Hattora*; Secundum usqve ad sextum excerpta alia ex ejusdem Maimonidæ *Hilcoth Deoth*, parte operis *Jad chasaka*: reliqva vero alia præcepta pietatis & prudentiæ ex mente Judæorum complectuntur.

מִשְׁנַת חֲכָמִים וְנִשְׁמַת חֲסִידִים *Traditio Sapientum*, & *Anima piorum* nuper admodum lucem adspexit ibidem anno 493. C. 1733. 4. foliis 138. Hoc volumine prior tantum libri pars, nempe משנת חכמים capitibus XXIV. constans, sistitur; posterior autem capitibus totidem absolvendum prelum cum maxime exercet. Prioris partis caput I. de discendo Talmud. II. de auribus recte adhibendis. III. de recto loqvelæ usu. IV. de dispositione cordis. V. de terrore. VI. de timore. VII. de humilitate; ultimum vero de castigationibus amice recipiendis exponit. Ex his apparet librum esse moralem.

Præter hæc alia in promtu habet, alias edenda. Vidi hominem apud me aliqvoties, & in lingvis variis, in Africa potissimum receptis, ut de ceteris non dicam, exercitatum, scriptorum vero Judaicorum notitia apprime instructum, ac severioris disciplinæ studiosum deprehendi.

ר׳ משה בן חביב R. MOSES fil. CHAVIV, MDL. b.

Hierosolymitanus, discipulus & gener R. *Jacobi Chagis*, auctoris עץ חיים, & socer R. Mosis filii Jonathan Galante. Doctorem ille Judæorum egit Hierosolymis & in exponendo Talmudico corpore cum cura versatus est, tandemqve an. 456. C. 1696. obiit. Didici hæc ex R. *Mosche Chagis* adhuc superstite, & modo commemorato. Scripta nostri sunt

1) גֵּט פָּשׁוּט de ratione dandi libellum repudii & de jure Leviratus, אורטא קיואי *Ortha Kaiwai* suburbio CPoleos anno 474. C. 1714. fol.

2) שְׁמוֹת בָּאָרֶץ *nomina in terris*, i. e. expositio Tractatuum qvorundam Talmudicorum, v. c. *Rosch hasschana*, *Joma*, *Succa* &c. CPoli 482. C. 1722. fol.

3) עֶזְרַת נָשִׁים *auxilium mulierum*, super עגונא ראיתא *Smyrnæ* 489. C. 1729. fol. Horum librorum notitiam literis Judæi cujusdam Veneti debeo.

MDLII. d. משה חיים בן יעקב חי לוצאטו MOSCH CHAJIM fil. *Jacobi Chai Luzato*, juvenis scripsit, & *Jeschajæ Basan*, Præceptori suo, *Patavii* commoranti, dedicavit

לְשׁוֹן לִמּוּדִים *lingvam doctorum*, ex Jes. L. 4. h. e. Præcepta eloqventiæ, sive Rhetoricam, Mantuæ 487. C. 1727. 8. foliis 56. in ædibus & officina *Raphaelis Chajim*, Itali, Medici, cum licentia Superiorum. Libellus in septem abit sectiones. Earum I. definitionem Rhetoricæ suppeditat & explanat, simulqve de tribus generibus *Deliberativo*, *Demonstrativo* & *Judiciali* disserit. II. qvomodo oratio pulchra & jucunda reddatur. III. de IV. Rhetoricæ partibus, Inventione, Dispositione, Elocutione & Pronunciatione, speciatim vero de Inventione & ejus fontibus. IV. de Dispositione, h. e. Exordio, Narratione, Confirmatione & Peroratione, ubi etiam de Syllogismo, Enthymemate, Inductione & Exemplo. V. de Elocutione, ubi de argumentis ab Honesto, Vtili, Jucundo, Facili, Difficili, Necessario repetendis. VI. de ratione argumentandi & probandi, speciatim de Figuris sententiarum. VII. de Figuris verborum. VIII. de metaphoris. IX. de argumentis s. figuris Patheticis, v. c. Exclamatione, Admiratione, Interrogatione, &c. X. de Figuris Grammaticis, Enallage, Paragoge &c. XI. de Comparatione, seu Similitudine. Hinc intelligitur, Rhetoricam hanc ad methodum nostratium scriptam esse. Auctor sua exemplis interdum illustrat ex Scriptura S. & Talmud petitis.

MDLVI. b. ר׳ משה חרש R. MOSCHE CHARAS, apothecarius Ducis Aurelianensis, qvem Ex-Judæum facit *Martinus Lipenius* in Bibliotheca Medica pag. 474. Vereor, ut recte. Neqve enim hujus rei indicium in scriptis ejus ullum deprehendere me memini. Exstant ejus

Nova experimenta viperæ, gallice, Parisiis 1669. 8. & *Germanice* per *P. J. Waldschmidium*, Francofurti 1679. 8. Eadem exstant in ipsius Pharmocopoea Regia Galenica & Chymica, gall. scripta, & Latine conversa ac edita *Genevæ* 1684. 4. Confer *Mercklini* Lindenium Renovatum pag. 825. Omitto cetera diligentius à *Mangeto* Tomo II. Bibliothecæ Medicæ pag. 52. commemorata, qvi tamen Judaismi ejus pristini itidem non meminit.

ר׳ משה די טראני R. MOSES de TRANI MDLVII.
Responsa ejus super argumentis ad *Gittin* & *Chalitza* pertinentibus MSS. exstant in Biblioth. Oppenheimeri in 4.

ר׳ משה בן יהודה בגדי R. MOSCHE MDLXI.

ben JEHUDA ben *Mosche*, de qvo Vol. I. Hunc credo esse, sub cujus nomine Index capitum & argumentorum libri *More Nevochim* MS. exstat in Bodlejana inter Codices Seldenianos num. 104. 4. chartac. Libellus hic inter cetera miscellanea primo loco occurrens, foliis sex constat, atqve ita incipit: תועלות פרקי המאמר הנכבד מורה נבוכים אמר משה הקטן ברבי יהודה בר׳ משה ז״לע עלה ברעתי לכתוב סימנים בתועלות היוצאות וכל פרק ופרק מפרקי המאמר הנכבד מורה נבוכים

Commemoravi supra Vol. I. p. 825. nostri hujus illustrationem commentarii *Aben Esræ* in Legem, qvam *Bartoloccius* sub titulo תפוח זהב (vel potius תפוחי זהב) in Bibliotheca Vaticana exstare scribit. Eam nunc ex parte habeo in membrana exaratam, & usqve ad Paraschem *Toledoth Isaac* deductam. Incipit illa sic: בראשית חכמינו אמרו שהבית נוסף וכל זהו ענין פשטיו מוכן בעצמו haec verba sunt Aben Esræ. Pergit vero ita: ויש אומרים שהבית נושא בלי טעם והטעם שלא יעלה על לב שאין ראשית לשמים ולארץ:
Constat hæc commentationis particula foliis 23. in 4. munita præfatione longiore.

ר׳ משה בן יהודה R. MOSCHE ben JEHUDA, MDLXII.c.

ex Synagoga Embdensi, qvi in lucem protulit R. *Jom Tov Lipmanni* librum ברית מלח de qvo supra sub illius *Jom Tov* nomine dixi.

ר׳ משה בן יהושע נרבוני R. MOSCHE fil. MDLXIV.

JOSVÆ NARBONENSIS.

Hujus expositio tractatus *Averrois* de opinionibus Philosophorum; item traductio Philosophiæ *Averrois* MS. in Biblioth. Taurinensi A. V. 24. exstat. Confer, qvæ supra in hoc Volumine scripsi sub *Ibn Reschad*, & sub *Davide Narbonensi*.

MDLXVI. b. ר׳ משה בן יוסף מבענדין R. MOSCHE ben JOSEPH, *Bendinensis.* Nonnulla institutionis ejus pro pueris prodierunt Francof. ad Mœn. in 8. tribus plagulis, sine anno notato.

MD LXXIIX. b. ר׳ משה יקותיאל קופמן R. MOSCHE JEKUTHIEL KOFMANN. Vide supra ad num. 1285. sub *Jekuthiel fil. Avigdor.*

MD LXXIX. f. ר׳ משה בן ישעיה R. MOSCHE ben JESCHAIJA. In calce libri optat Auctor, ut edere possit reliqva scripta sua: 1) Opus amplum *Chiddusch im* sive Observationum, sub titulo . . . . . מַתְּנַת 2) דְּרוּשׁ משה super Legem. 3) מַסּוֹת משה i.e. observationes super Halachoth & Aggadoth. 4) קֶרֶן עור qvo unum comma 49. diversis modis explicatur. Supra suspicatus sum, *Moschen* hunc ab altero ὁ μωνύμῳ de qvo num. 1579. e. dixi, non esse distinctum. Jam vero aliter censeo, cum nec ipse *Moses* hic, nec Rabbini in censuris, libro פני משה præmissis, libri illius mentionem faciant, qvem R. *Mosi* ben *Jeschaia*, Wengroviensi, tribui. Liber קֶרֶן עור *splenduit cutis*, ex Exod. XXXIV. 29. prodiit *Solicoviæ* anno 481. C. 1721. 4. foliis 44. apud Aaron ben Chajim David. In titulo dicitur esse ex Synagoga בראד (*Brodensi.*)

MD LXXXII. ר׳ משה בן יששכר הלוי R. MOSCHE ben ISASCHAR, Levita.

בְּאֵר משה ab illo scriptum esse, non primus docuit *Schabbatæus* in *Siphte Jeschenim*, qvod Vol. I. p. 831. initio dixi; sed ante eum *Saubertus* in Palæstra pag. 18. & qvidem ex ipso libro monuit.

MD LXXXIX. ר׳ משה לוי אלקביץ R. MOSCHE LEVI ALKABETZ. Tractatus hujus *de divinitatis throno* MS. exstat in 4. in Bibliotheca Taurinensi A. II. 25. eo volumine, qvod nonnulla τȣ̃ *Zohar* & alia Cabbalistica complectitur, num. 15. Ibidem A. II. 21. idem libellus de divinitatis throno, sine addito auctoris nomine, num. 5. & de ejusdem throni visione Jesaiæ facta, num. 6. exstat. Ibidem A. II. 30. in Volumine, qvod R. *Josephi Gecatilia* שערי אורה exhibet; num. 15. occurrit nostri *Conclusio*, item num. 18. tractatus de Sanctis Patribus.

ר׳ משה

ר׳ משה בן מיכאל R. MOSCHE fil. MICHAEL. MDXCIII.

מורה צדק non est nostri hujus, sed Patris ejus, R. *Michael Cohen* de qvo supra n. 1413, ad qvem etiam commentarius in *Choschen mischpath* referri debet.

ר׳ משה בן מימון R. MOSCHE fil. MAIMON MDXCIIII.

Celeberrimus *Daniel Ernestus Jablonskius* in literis ad B. *Gabrielem Groddeckium* Berol. 1699. 4. Februar. datis ita: *Ad prelum apud nos paratur editio omnium Maimonidis operum Hebraica. Eam ante biennium Belgæ susceperant: at mortuo, qvi sumtus erogaturus erat, Patrono, conatus ille evanuit. Nos igitur operi nos accinximus, in editione hac nova id qvæsituri, ut & textus à plurimis mendis, sensum subinde turbantibus, ope MSS. Codicum, qvos non paucos eum in finem congessimus, liberetur, & commentariorum numerus ex libris editis & ineditis multifariam integretur, augeatur, totumqve opus nitidissime prodeat.*

Idem in aliis ejusdem anni literis scribit, *Pocockium, cum in Oriente versaretur, exemplar suum Maimonidis cum variis MSS. contulisse, & variantes lectiones ei adscripsisse, Pocockii vero filium permisisse, ut amici sui Oxonienses ex illo exemplo apographum lectionum variantium faciant, sibiqve ad novam editionem ornandam mittant.* Sed omne hoc consilium in destinatis perstitit.

Lege de *Maimonide Olavi Celsii* Specimen Academicum de R. *Mose Maimonide*, cujus Pars I. Vpsal. 1727. 8. plagulis 5. prodiit. Confer Bibliothec. Lubecensem Vol. X. p. 330. *David Humphreys* initio dissertationis suæ Anglicanæ de doctrina Judæorum de Resurrectione inter cetera præclare de Maimonide judicat, eumqve cum *Platone* & *Cicerone* comparandum censet. Præmissa illa est versioni Anglicanæ Apologiæ Athenagoræ. Lege, sis, Bibliothecam Anglicanam Tom. II. p. 4. Ad nostrum facit *Radulphi Skinneri*, Angli, epistola *Jac. Vsserio* inscripta, & versioni Anglicanæ tractatus ejus *de Pœnitentia* præmissa, qvæ & cum Vita Vsserii, à *Rich. Parr* scripta, inter alias epistolas p. 346. n. CCII. recusa est. In ea sex notantur *Maimonidæ* errores palmarii, reprehensioni obnoxii, sex vero etiam laudantur commoda, ex scriptis ejus repetenda. Eo pertinent 1) Hebraismi ab eo recepti. 2) Patrum apophthegmata, qvibus utitur. 3) Sententiæ & phrases Talmudicæ ad illustrationem N. T. facientes. 4) Loci Scripturæ aliter expositi, qvam qvidem à *Tremellio* & aliis factum est. 5) Pœnæ a Senatu Judaico variis

variis criminibus irrogatæ, & 6. Loci communes Rabbinici. In fidem qvatuor postremorum idonea exempla promuntur.

Commentarius *Maimonidæ* & *Bartenoræ* in *Corpus Mischnicum* Hispanice conversus exstat, de qvo supra, ubi de *Mischna* à me actum est, exposui.

יַד חֲזָקָה vult *Hugo Broughtonus* in comment. in Danielem, ex versione Latina p. 40., qvando ait, Maimonidem Talmud in vulgatiorem lingvam transtulisse. Ibidem enim statim allegat *Asaræ* (i. e. *Issure*) *Bia*, cap. 13.

Non satis intelligo, qvid statuendum sit de volumine MS. Bibliothecæ Taurinensis A. III. 16. in 4. qvod inter cetera teste Catalogo MS. exhibet *R. Jacobi filii* (nomen Patris est omissum) *expositionem R. Maimonidis* in qva continentur 1) liber scientiæ, ubi de fundamentis legis &c. 2) de Scientiis. 3) de doctrina legis. Video qvidem innui hic tres Sectiones priores Partis I. libri I. operis *Jad chasaka*, qvæ vocantur יסודי התורה, הדעות & תלמוד תורה. Num vero ibi ipsi illi Maimonidæ tractatus exhibeantur, an potius iidem à *Jacobo* illo explicentur, non satis liqvet. Posterius tamen horum mihi veri sit similius. Sic ibid. exstat R. . . . fil. Joseph Palkeira expositio libri *More Nevochim*, & ipsius Maimonidæ expositio Mischnæ.

In illius Operis Parte I. lib. I. n. 1. exstat tractatus יְסוֹדֵי הַתּוֹרָה seu *de fundamentis legis*. Eum MS. in 4. possideo, omissis tamen capitibus V. & VI. Scriptio facta est an. 236. C. 1476. Ibidem num. II. legitur ס׳ הדעות sive *Canones Ethici*, qvorum caput I. cum versione *Georg. Gentii* Latina recusum est in *Samuelis Bohlii* Tabulis Grammaticæ Hebr. editionis repetitæ Lipsiensis an. 1657. fol. De illo Tractatu lege *Bibliothecam Fabricianam* Parte V. p. 338. sq. ubi & de *Gentii* versione.

Tractatus V. עַל הַתְּשׁוּבָה *de Pœnitentia* non exstat, qvod supra tradidi, ex versione Latina *Jo. Vlmanni* in Observationibus ejus Philologicis in V. T. seu Deliciis Ruralibus Centuria II. Sed tantum Latina interpretatio tractatus תלמוד תורה Ceterum caput V. & VI. MS. habeo in eo Volumine, qvod modo commemoravi.

In libro II. n. 6. legitur tractatus המילה seu *de Circumcisione*, sine contextu Hebraico, in *Sebast. Schmidii* Tractatu de Circumcisione p. 236-245. editionis II. anni 1700.

In lib. III. n. 7. tractatus שקלים seu *de Siclis*, Hebr. cum versione

sione Latina *Jo Esgers* Lugduni Batav. 1727. 4. recusus exstat, si titulo fidem habeas. Noris autem, esse eam editionem anni 1718. novo titulo ornatam.

קִדּוּשׁ הַחוֹדֶשׁ qvi ibidem n. 8. exstat, caput I. apud me MS. est, cum commentario in 4. nec minus caput XVII. cum commentario R. *Levi ben Chaviv* & canonibus filiorum, ut Judæi ajunt, *Issascharis* Astronomicis. De utroqve lege Bibliothecam Uffenbachianam compendiariam MS. p. 35. n. 165. *Hebr.* & *Latine*, sed qvod ad decem priora tantum capita, lucem vidit cum notis *Henning. Bernhardi Witteri*, Jenæ 1703.

Libro IV. tractatu I. occurrit אִסּוּרֵי בִּיאָה Hic moneo, *B. Jo. Andream Danzium* Tractatus *Maimonidæ* omnes, qvi de causis matrimonialibus agunt, latine translatos in scriniis reliqvisse, qvod patet ex Programmate ejus funebri 1728. edito.

Libro V. tractatus I. מַאֲכָלוֹת אֲסוּרוֹת seu *de cibis vetitis*, ut & *de Vino libaminis Idolorum*, qvem Cl. *Marcum Wöldike*, Danum, in Latinam lingvam convertisse supra monuimus. De illa versione ita ad me præstantissimus *Jo. Grammius* in literis 1727. scriptis exposuit: *Prodierunt ab anno 1722. capita jam tredecim, & , qvæ supersunt, qvatuor brevi eodem modo lucem videbunt. Singulis capitibus subjecit breves notas, in qvibus non modo difficiliores & in Lexicis non obvias voces interpretatur; sed & sæpe varias Hebræorum antiqvas consvetudines, qvæ ad materiam de cibis vetitis referri possunt ex Maimonide, Schylchan Aruch, Talmude, Raschio, aliisqve Scriptoribus Hebræis abunde exponit. Data etiam occasione modeste notat errores, circa has res à Viris doctissimis, Lightfooto, Hottingero, Junio, Aben Esra, Ralbag, Abrabbanele, & inprimis Spencero commissos, qvem non raro privatas Doctorum opiniones, aut proprias conjecturas pro legibus Hebræorum ritualibus venditasse probat. Loca Scripturæ, in qvibus præcipua est sedes interdictorum prolixius explicat, & Judæos secutus auctores, Levit. XI. v. 4. sqq. Genes. IX. 4. Genes. XXXII. 33. Exod. XXIII. 19. Deuter. XXXII. 38. & alibi à plerorumqve aut omnium Christianorum sensu abit. Nonnulla etiam N. T. dicta e Phraseologia Talmudica explicat.* Compara Bibliothecam Lubecensem Tomo VI. p. 342.

Parte III. lib. VI. Tract. II. de נְדָרִים, seu *Votis*, Latine ab Anonymo conversus & MS. apud me exstat. Confer Bibliothecam Uffenbachianam compendiariam MS. p. 45. n. 200.

Ibidem n. 4. עֲרָכִין וַחֲרָמִים ab *Henr. Langenes* edi cœptum esse

Zzzzz supra

ſupra monui. Vidi ego adhuc diſſertationes qvinqve huc ſpectantes, qvarum ultima in capite II. §. 4. deſinens, *Vltrajecti* 1723. prodiit.

Lib. VII. Tract. I. כִּלְאַיִם qvod ad caput VI. Hebr. & Latine præſide *Olavo Celſio*, & Reſp. *Engelberto L. Halenio* Vpſaliæ 1727. lucem vidit. Vide Bibliothecam Lubecenſem Vol. VI. p. 340.

Lib. XIV. Tract. I. סַנְהֶדְרִין *de Synedriis*, qvi Vol. III. p. 777. operarum errore ad lib. IX. eſt relatus, Latine ab Anonymo converſus apud me MS. eſt. Confer Bibliothecam Vffenbachianam MS. compendiariam p. 45. n. 200.

Cl. *Wottonus* in Miſcellaneis ſuis Vol. II. p. 278. meminit amici cujusdam ſui, qvi varios hujus operis Maimonidei tractatus Latine converterit, in lucem, qvam primum per otium fieri poſſit, edendos. Hi tractatus omnes aſteriſco notati exſtant in calce Librorum Jo. Spenceri IV. de Legibus Hebræorum ritualibus ex edit. Cantabrigienſi, & hinc repetita Tubingenſi, ubi omnes operis hujus tractatus ordine enarrantur, additis Latinis ſingulorum, qvi exſtant, interpretum nominibus. *Georg. Gentium* univerſi hujus Operis interpretationem Latine adfectam habuiſſe teſtatur M. *Auguſtus Beierus* loco mox citando p. 106.

Præfatio *Maimonidæ* in caput *Cheleck* MS. hebraice exſtat in Bibliotheca Senatoria Lipſienſi, in codice formæ octavæ oblongæ, qvo & alia, v. c. *Moſne Zedeck*, *Abu Achmed Algvazali* &c. continentur. Præmittitur vero præfationi illi aliud qvid, qvod apud *Pocockium* non exſtat, & fortaſſe adhuc eſt ἀνέκδοτον, ceu in limine Voluminis illius video admonitum.

Ibidem Tract. II. עֵדוּת ſeu *de teſtibus*, una cum כסף משנה hebraice excuſus in *Davidis Millii* Catalectis Rabbinicis, *Vltrajecti* 1728. 8. exſtat.

Tract. V. מְלָכִים *de Regibus* & bellis qvod ad Sect. XI. & XII. Anglice exhibet *Hugo Broughtonus* in Operibus Tomo II. p. 302 - 305. Integri hujus tractatus verſio Latina, à *Georg Gentio* facta, una cum interpretatione Latina præfationis Maimonidæ ad *Jad chaſaka* ſuperſtes eſt inter αὐτόγραφα ejus, teſte M. *Auguſt. Beyero* in Hiſtoria Vitæ *Gentii* p. 110. Idem verſionem tractatus קדוש החדש exorſus erat, auctore eodem p. 111.

Pars IV. נְזִיקִין hebraice MS. in Bibliotheca *Bodlejana* deprehenditur inter Codices *Seldenianos* n. 30. fol. majore membranac. cum commentario brevi & notis marginalibus.

Totum

Totum vero opus *Jad chasaka* ibidem inter Codices *Laudanos* n. 164-166. MS. occurrit, de qvo ita Cl. *Jo. Gagnerius* in Enarratione MS. Codicum MSS. illius Bibliothecæ: Parte III. exstat 1) *Sepher Tabora ἀκέφαλος*, (deest enim pars capitis I. folio uno avulso) 2) *Kinjan* 3) *Neskin.* 4) *Mischpathim.* 5) *Schophetim.* 6) *Naschim.* Part. II. 1) liber *Hammadda.* 2) *Ahava.* 3) *Semanim*, i. e. tres libri priores ex XIV. una cum præfatione totius operis, & indice librorum & tractatuum. Folio 23. & 24. desiderantur XIV. circiter capita, ut ex indice fol. 33. patet. Pars II. habet 1) *Naschim*, 2) *Kiddufcha.* 3) *Haphlaa*, qvi sunt totius operis IV. V. & VI. In fine Partis II. librarius nomen suum expressit per *Jonathan fil. Schabtai.*

Pars operis hujus, in membrana manu antiqvissima luculente exarata, in Bibliotheca Oppenheimeriana exstat in fol. volumine, qvatuor digitos lato. Accedunt notæ marginales à manu recentiore.

Cl. *Christianum Schœtgenium* de *Maimonide* fide in Antiqvitatibus Judaicis mitius sentire, qvam *Camentium* supra p. 779. tradidi. Aliter vero pronunciandum hic esse ex Cl. *Schœtgenii* verbis ad me perscriptis lector intelliget. *De* Maimonide, inqvit, *non mitius sentio, qvam* Camentius, *sed idem judico, & ex dissensu ab antiqvioribus id facere coactus sum. Fraudi fuit viris doctis primo lingva, deinde dialectus facilior, qvam in Talmude, unde tot basiatores nactus est.*

מורה נבוכים *Jo. Buxtorfio*, filio, Latine conversum debemus. De eo *Buxtorfius*, Pater, in epistola ad *Cunæum*, qvæ hujus Epistolis una cum ceteris inserta est, ita: *Filius meus 25. annorum, adhuc juvenis, & sine officio ordinario, præter studium Theologicum, incepit versionem novam libri* More Nevochim, *& majorem partem absolvit. In hujus versionis dexteritate me superat. Hujus libri & ejus auctoris laudem, vel solum Scaligeri p. m. judicium ita celebrat, ut majori non sit opus. Si absolvere possit, qvod sperat, insigne erit industriæ specimen. Præcipue iste liber Theologiæ inservit, &, ex parte, Philosophiæ, qvatenus ea Theologiæ famulatur. Exstat ejus versio Latina antiqva, à Judæo semi latino profecta. Iste Judæus loca difficiliora plerumqve præteriit, alia summo pede leviter transiliit, obscura longe obscurius Latine expressit, multa prave reddidit, & falsa pro veris substituit. Longe alia hæc versio filii mei erit, satis perspicue & Latine proposita, cum difficiliorum idiotismorum & vocum, sive Theologicarum, sive Philosophicarum explicatione. Buxtorfius*, filius, in ejusdem libri laudem multa præclare dicit p. 155. & alibi.

Liber hic *More Nevochim* MS. eſt in Bibliotheca Taurinenſi A. II. 24. in fol. in eo volumine, qvod alia Maimonidæ & aliorum complectitur. Illa ſunt 1) de præceptis affirmativis pro merito comparando. 2) Monita ad avaros. 3) de præceptis negativis, ac eorundem notitia neceſſaria. 4) de ſanctificando Dei nomine. 5) de qvatuor peccatis, qvæ privant hominem divina viſione, cum aliis aſceticis capitibus ſimilibus. 6) de mortuorum reſurrectione R. Samuelis ben Tibbon: hæc ſcilicet eſt verſio epiſtolæ Maimonidæ de hoc argumento hebraice a Tibbonide facta. 7) epiſtolæ encyclicæ R. Maimonidæ ad gentem Judaicam pro legis obſervantia. 8) Ejusdem exhortatio ad filios Iſraelis pro ſpe regni cœleſtis. 9) More Nevochim de qvo jam diximus. 11) Antidotarium. 12) Sermo de legis laude. 13) Sermo de laude Jeruſalem. 14) Jechiel paraphraſis metrica de excidio Hieroſolymorum. 15) tract. de virtutibus moralibus. Idem *More* in eadem Biblioth. A. V. 21. in 4. foliorum 249 occurrit MS. Idem liber, qvamvis nomine ſuo non appellatus exſtat ibidem MS. bis A. V, 18. in 4. foliorum 220. & A. V. 19. in 4. foliorum 186. In calce utriusqve monetur, verſionem hanc libri factam eſſe à R. *Samuele fil. Jehudæ*, *Tibbonide* A. M. 4965. i. e. C. 1205. Occurrit iterum A. V. 11. in fol. in Codice, A. M. 5103. C. 1343. foliis 246. exarato, qvi tamen & alia complectitur, nempe 1) *Maimonidæ Logicam* ex verſione R. Moſis fil. Samuelis Tibbon. 2) ejusdem Articulos XII. de Deo & legibus 3) declarationem, qvomodo Hebræi juſti terram perpetuo poſſidebunt. 4) R. *Samuelis* de reſurrectione. Hæc vero eſt epiſtola Maimonidæ על תחית המתים qvam R. Samuel f. Jehuda Tibbonides ex Arabico Hebraicam fecit. Ibidem A. II. 31. 8. in volumine, plura alia complexo, n. 3. exſtat expoſitio libri *More*, qvæ cujus, vel qvalis ſit, non dixero. Ibidem n. 6. libellus משרת משה R. Kalonymi, qvi vindicias ejusdem libri exhibet.

ס׳ הַמְּצוֹרָע à R. *Moſche Chagis* Amſtelodami 1713. 12. ed. recuſus eſt cum acceſſionibus *Wandesbecci* juxta Hamburgum 487. C. 1727. 12. foliis 220. apud R. Iſraelem.

אִגֶּרֶת תֵּימָן MS. in 4. memoratur in Biblioth. Vilenbrockiana Parte II. p. 17. n. 151.

אִגֶּרֶת לְהַמָּאוֹר הַגָּדוֹל recuſæ *Amſtelod.* 472. C. 1712. 8. apud Sal. Proops.

ס׳ הֶגְיוֹן

ס' הִגָּיוֹן *Liber Logicæ.* Ab hoc non esse distinctum *compendium Logicæ*, qvod MS. exstat in Biblioth. Colbertina, supra Vol. III. pag. 787. suspicatus sum. Jam vero prorsus non dubito, postqvam ipsam illam Logicam *Maimonidæ*, qvæ typis est expressa, manu in membrana exaratam legi, hoc titulo præmisso: הגיון קצר לר' משה בן מימון *Logica contracta R. Mosis Maimonidæ.* Exstat illa apud me in 4. foliis 12.

הַנְהָגַת הַבְּרִיאוּת *de regimine Sanitatis.* Non dubito hunc librum eum esse, qvi una cum D. *Jo. Matth. de Gradi*, Mediolanensis, Consiliis Medicis *Lugduni* 1535. fol. prodiit, sub titulo: *Maimonidis Tractatus V. de regimine vitæ ad Sultanum Babyloniæ Regem.* Vide Bibliothecam Vilenbrokianam Parte I. pag. 42. num. 255. Exstat alias *Magnini Mediolanensis*, *Medici famosissimi*, ejusdem tituli liber: *Regimen sanitatis*, *Argentorati* 1503. 4. foliis 105. latine.

Aphorismi Medici, ex Galeno collecti. Eos juxta cum aliis scriptis Medicis *J. J. Mangetus* in Biblioth. Medica litera M. pag. 372. cuidam mendose vindicat, qvem *Rabum Mossen* (i. e. *Rabbi Mosen*) Medicum antiqvissimum & celeberrimum, vocat, & à *Maimonide*, de qvo alibi egit, distingvit.

שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *Quæsita & Responsa*, Amstelodami 472. C. 1712. 8. Lege præterea de Nostri scriptis *Mangeti* Bibliothecam Medicam lit. M. pag. 129. & pag. 372. in *Rabus Moyses.* Accepi nuper Codicem MS. 4. chartac. qvi inter cetera Maimonidæ & aliorum exhibet Maimonidæ מַאֲמַר הַיִּחוּד seu tractatum *de unitate Dei.* Is ita incipit: אלה הפשטים הנבואיים והשכלים המסודרים אם הראשון לא ישתנה וג' Constat capitibus tribus, & foliis decem. Non dubito eum ex scriptis *Maimonidæ*, qvæ exstant, esse excerptum, quamvis hucdum frustra in fontem inqvisiverim. Scriptio absoluta est an. 236. C. 1476. Ibidem seqvitur eadem manu ejusdem epistola de *Lege* ejusqve mysteriis, item על ענין הקדמות והחידוש foliis 4. Incipit ita: מה ששאלת בענין קדמון וחדש הורה יודע כי חכמי הפילוסופים לא יפסקו· Maimonidæ commentar. in Pentateuchum MS. exstat, si Catalogo MS. credis, in Biblioth. Taurinensi A. III. 16. in 4. num. 1. sed μῦθος. Neqve tamen capio, qvomodo id conciliari possit cum iis, qvæ eodem Catalogo interprete, in fine leguntur: *Ego Abraham Talmid scripsi librum, qvem absolvi an.* 4643. Cum enim hic Anno Christi 983. respondeat, per se patet,

patet, illum ipsius Maimonidæ ætatem aliqvot sæculis antevertere. Cetera tamen fere omnia, qvæ in hoc volumine exstant, sunt *Maimonidæ*.

MDCV. ר׳ משה בן מרדכי זכותא R. MOSCHE fil. *Mordechai* SACVTA.

קול הרמז observationes in qvatuor Mischnæ Ordines posteriores recusæ exstant in editione Corporis Mischnici Amstelodamensi anni 486. C. 1726. 4. tribus voluminibus. Ex literis Judæi cujusdam Veneti intellexi, *Venetiis* exstare *Mosis Sacuti* commentarios MSS. super *Sohar*, tribus voluminibus, nec non ejusdem אמרי בינה MS. itidem super Sohar, tum vero volumen magnum de Nominibus Cabbalæ Practicæ & ערכי הכנויים super *Musicam*, deniqve ס׳ כוונות *R. Isaaci Loria* cum nostri novis observationibus. Atqve hæ ipsæ observationes in *Cavvanoth* MSS. exstant in Biblioth. Oppenheimeri in 4.

MDCVI. d. משה מרקוס MOSCHE MARCUS, Ex-Judæus, in Anglia, qvi Partem III. Criticæ Sacræ Vener. D. *Jo. Gottlob Carpzovii*, *Gvilielmo Whistono* oppositam, Anglice convertit, & notis suis illustravit, *Londini* 1729. 8. Vide, qvæ supra pag. 10. & 68. scripsimus. Idem conversionis suæ rationes singulari libello Anglicano, *Londini* 1724. 8. edito, exposuit, sub titulo: *Principal motives to leave the Jewish faith.* Eum allegat *Anton. Collins* in *the Scheme of literal Prophecy considered* pag. 9.

MDCIX. משה הנביא MOSES PROPHETA. De eo lege doctissimi *Fabricii* nostri Vol. II. Codicis Pseudepigraphi V. T. Exstat etiam *Caroli Josephi Imbonati* dissertatio de Mose Propheta secundum Hebræos Tomo IV. Bibliothecæ Bartoloccii pag. 115. sqq. item alia ejusdem de blasphemia Judæorum in Mosen, pag. 130. sqq. nec non de aliis momentis ad eum spectantibus.

MDCXII. ר׳ משה בן נחמן R. MOSCHE NACHMANIDES.

בִּיאוּר עַל הַתּוֹרָה *Commentarius in Legem.* Hujus editionem *Vlyssiponensem*, alioqvin rarissimam, anni 249. C. 1489. in fol. minore, typis rotundioribus & majoribus, qvam qvidem Rabbinici alias esse solent, expressam, & 151. philyris constantem vidi apud Celeb. *Danielem Ernestum Jablonskium*. Titulus in limine non aderat; opus vero ipsum ita incipiebat: חדושי תורה לרב רבינו משה בר נחמן תנצבה׃ באימה ביראה ברתת בזיע אהלל.

במורא : וכו׳ In calce operis hæc leguntur : אהלל שם כבוד אל רם
ונורא ברוב חסדו עזרנו להשלים להרמבן מאור גולה ספרד דבריו
יקל מדל ומפז ביום ככב אזי בו הוא משרת והחודש לישראל לאב
הואת אבל בשנת ארחם את יה רק באשבונה בחוף ימים
בנויה כלולת הזאת בכל חכמה ודעת בבית הרב ר׳ ערבא ורבן
אשר יצא לעם קדוש לעזרה לרומם דת אלהינו ועל למען יקראו
עמו ולמדו גמולו אל ישלם לו וישלח יחכנו ונובל שי למורא ויכנת
בירת זבול מכון לשבתו לעבדו כל שכם אחד יצה בהקבץ לציון
ההדורה אשר חוק שם בישראל ותורה כתב יקר וטוב מכל סחורה·
תהי נפשו בגן צרורה דפוס נאה והגהה ישרה תאומים גם בתולת
הם בחברה ואברם לא ידעם בו בעברה וגם עם דל אשר הוא שם
פזורה ובה מבחר קהלה והדלה ותורת אל בפי כולם סדורה אליעזר
ארי שבחבורה בלב אמיץ זרוע עם גבורה עשות הרבת ספרים אין ספירת
לעברה את אלהים חי במורא :

Post haec legitur precatio aliqva R. *Mosis Nachmanidæ*, foliis 2.

Ex his verbis inter cetera patet, opus hoc *Vlyssipone* an. 249. C. 1489. in ædibus R. *Arba* mense *Af* prodiisse. Atqve hanc editionem non puto esse distinctam ab illa, qvam Vol. III. pag. 796. in 4. scilicet majori Vlyssipone an. 250. curatam dixi. Vox enim symbolica, anni interpres, ארחם infert qvidem annum 249. at Judæis receptum est, ut totam vocem præter singulas ejus literas in computum referant, eamqve unarii loco habeant. Hoc modo vox ארחם & כר eundem annum, nempe 250. inferent. Neqve veri est simile, idem opus, eodem fere anno repetita vice lucem vidisse.

Exemplum Commentarii illius MS. qvod apud me est Vol. III. pag. 797. commemoravi. Posthæc aliud accepi eo recentius chartaceum, qvod expositionem *Geneseos* & *Exodi* complectitur. Illud evolvens intellexi, commentarium in *Genesin* ab auctore ס׳ יצירה i. e. *de creatione*, in *Exodum* vero ס׳ גאולה seu *de liberatione* esse appellatum. In limine enim expositionis *Exodi* hæc lego : חשלים הכתו׳ ספר בראשית שהוא ספר
היצירה בחידוש העולם ויצירת כל נוצר ובמקרי האבות שהם כענין
יצירה לזרעם מפני שכל מקריהם ציורי דברים לרמוז ולהודיע כל
עתיד לבא בהם ואחרי שהשלים היצירה תתחיל ספר אחר בענין
המעשה

המעשה הבא מן הרמזים ההם ונתיחד ספר ואלה שמות בענין הגלות הראשון הנגזר בפירוש ובגאולה ממנו ולכן חזר והתחיל נשמות יורדי מצרים ומספרם:

Similiter in fine expositionis *Exodi* ita ait: הנה נשלם ספר הגאולה אשר יהוה אלהי ישראל בא בו לבני ישראל עם קרובו:

h. e. *Et ecce absolutus est liber* DE LIBERATIONE, &c. Ex hoc cum ratione colligere mihi posse videor, librum הגאולה seu *de redemtione*, qvem Vol. III. pag. 798. in Bibliotheca *Colbertina* MS. exstare dixi, non esse diversum ab illa *Exodi* expositione, atqve adeo de singulari commentatione accipi non debere.

Commentarius in *Pentateuchum* MS. exstat qvoqve in Biblioth. Taurinensi in 4. A. II. 11. in Codice, qvi plura alia complectitur.

Supra Vol. III. p. 798. attuli nostri סִתְרֵי תּוֹרָה *arcana Legis.* Atqve hæc puto esse, qvæ MSS. exstant in Bibliotheca Taurinensi A. V. 36. in 4. foliorum 139. Accipe titulum ex catalogo MS. ita habentem: R. Moysis fil. Nachman mysteriorum expositiones nusqvam auditæ ex Pentateucho erutæ. 1) de divinis attributis in Pentateucho designatis. 2) Parascha *Toledoth Noach*, de mysteriis & significatis. 3) Parascha *Vajkra elav*: Abrahæ vita cum mysteriis. 4) Parascha *Chaije Sara.* Saræ gesta, & mysteria. 5) Parascha, *Toledoth Isaac*, Isaaci ortus & mysteria. 6) Parascha, *vajehi mikketz*, de carcere duorum annorum Josephi & mysteria. 7) Parascha, *vaijehi Jacob*, Jacobi vita & mysteria. 8) Parascha, *veelle schemoth*, Exodi historia cum mysteriis. 9) Parascha, *Vaijehi beschalldeh*, de Israelis dimissione à Pharaone concessa ejusqve mysteriis. 10) Parascha, *Teruma*, de oblatione ejusqve mysterio. 11) Parascha, *ki jissa*, de siclo & ejus mysterio. 12) Parascha, de Mosis precibus sub ingressum terræ Canaan, ejusqve mysterio 13) Parascha, *Schovetim*, ubi de Judicum gestis & mysteriis. 14) Parascha, *vesoth habberacha*, de Mosis benedictione, & mysterio. In fine hæc legis: completa sunt mysteria Haramban. Deinde ibidem qvædam leguntur de attributis divinis, ut & Tractatus qvidam ex *Sohar*.

ס׳ חֶרְמוֹן *Mosi* nostro in calce libri *Jeziræ* editionis Mantuanæ tribui supra Vol. I. pag. 879. observavi. Jam vero hujus tituli librum MS. inveni in Biblioth. Oppenheimeri in 4. Codex est chartaceus vetus, tres digitos latus, & de præceptis Legis tum affirmativis, tum negati

gati

gativis commentatur. In calce hæc legis: הספר הזה כוונתי וכסמתי בו רעיוני ולהיות הכוונה לעבודת הבורא יתברך ולהיותו עומד להבין בענין סוד דרכי העבודה הראויה ליראי השם ולחושבי שמו וגם אמנם בו עבודתו יתברך; Vol. I. pag. 877. commemoravi דרש seu concionem *Nachmanidæ*, præsente Rege Castiliæ habitam. Eam *CPoli* non ita pridem recusam esse, ex R. *Mosche Chagis* didici.

פירוש על איוב Commentar. in *Jobum* exstat in Bibliis Rabbinicis R. *Mosis* Francofurtensis *Amstelodami* an. 1724. & sqq. editis, sub tit. קהלות משה

Commentar. in librum *Jezira* MS. in 4. fol. 97. in Bibliotheca Taurinensi, ubi inter cetera exstat figura cum IV. Angelis majoribus ad IV. latera throni divini, addita mysterii hujus expositione.

Ejusdem חידושים sive observationes in *Jevammoth* MSS. in Bibliotheca Oppenheimeri in 4. volumine duos digitos lato.

ר׳ משה בר נח יצחק R. MOSCHE fil. NOACH ISAAC. MDCXII. b.

לחם משנה cum aliis similibus exstat in editione τῶν *Mischnajoth* Amstelodamensi anni 486. C. 1726. 4. apud Mosen Francofurtensem.

ר׳ משה בן נסים בנבנשתי R. MOSCHE ben NISSIM BENBENISTE. MDCXV.

Pars III. Responsorum ejus sub titulo: פני משה CPoli 479. C. 1719. fol. prodiit apud Abraham Franco pp. 154.

ר׳ משה הנרבוני R. MOSCHE NARBONENSIS. MDCXVI.

כונות הפילוסופים sive de *intentione Philosophorum*, *Abu Achmed Algazali*, qvem librum a nostro Hebraice conversum esse Vol. I. p. 825. & III. p. 803. monui. Codex ille MS. olim exstitit in Bibliotheca Rostgardiana, in cujus Catalogo pag. 444. num. 8. ita enarratur: *Moses ben Jeschua Hannarboni liber Philosophicus, qui explicatio est libri cujusdam Rabbinici, dicti*; Intentio Philosophorum. *Codex chartaceus in Turcia scriptus, sine loci, temporis Auctorisve mentione.* Hoc exemplum postea pervenit ad *Waldikios*, fratres, Danos, qvibus seqventem ejus delineationem accuratiorem gratus debeo: Abu Chamed Alguali Cauvenoth Happilosophim, *interprete* Mose ben Jehoschua Hannarboni, *qui non modo totum librum in lingvam Hebræam*

convertit, sed & singulis capitibus notas satis elegantes ex Ebn-Rasched, Alexandro Aphrodisiensi, Aristotele, Platone, Maimonide, Abubeker Ebn Alzaf *subjecit, in quibus explicatione & exemplis illustrat, quæ ab auctore obscurius dicta fuerant.* Logica, *sive* ס׳ הגיון *absolvitur paginis* 104 *totaque ad mentem Aristotelicorum conscripta est.* Metaphysica sive חכמת אלהות *tractationem habet de Deo, ejusque causalitate, de Substantia & Accidentibus, de affectionibus unitis & disjunctis, de Existente Necessario, ejusque requisitis duodecim, de formis intellectualibus, de attributis Principii primi, (ubi Interpres prolixam dissertationem de suo inserit, qua defendit sententiam Ebn Rasched de formis intellectualibus contra auctorem, qui eam impugnaverat) de sublimitate modi existendi, quem Deus habet, de corporibus cœlestibus, de intelligentiis motricibus, de dependentia existentiæ rerum creatarum à Deo.* Metaphysica hæc habet pp. 299.

Physica הַטִּבְעִיּוֹת *complectitur quinque Sectiones. Earum* 1) *de affectionibus corporum in genere, motu, loco &c.* 2) *de affectionibus corporum in specie.* 3) *de mixtura & mixtis.* 4) *de anima vegetativa sensitiva & rationali.* 5) *speciatim de rationali, & influentia Dei in animam humanam.* Ea absolvitur paginis 142.

MDCXIX. ר׳ משה נתן R. MOSCHE NATHAN.

אַהֲבַת בַּתַּעֲנוּגִים in Bibliotheca Bodlejana MS. nunc exstat inter MSS. è Museo num. 138. 4. chartac. Codex constat foliis 385. & post titulum, rhythmis expressum, ita incipit: אמר משה בן יהודה ... ואביא מורה הספר כל הכמוס בספר המורה וכדברי אבן עזרא בקצור ובהעלם מופלג כפי האפשר ותורתינו הקדושה אוהבת שלימה הפלוסופיא בבחינת קצת המשכלות אשר יוטבעו בה ... In fine legitur nomen librarii יעקב בן שנען

MDCXXIV. ר׳ משה אבן עזרא R. MOSCHE Aben ESRA,

עֲרוּגַת הַבֹּשֶׂם de qvo Vol. I. ex *Schabtæo* in *Siphte Jeschenim* commentatus sum. Jam accepi commentationem qvandam ex illo libro descriptam, ex qva intelligo, auctorem in eodem argumenta philosophica si non in universum, saltem ex parte, persecutum esse. Librarius illi hæc præmisit: זה המאמר העתקתי מספר ערוגת הבשם שהוא של החכם הגדול ר׳ משה אבן עזרא; i. e. *hunc tractatum descripsi ex libro, Arughat habboschem, qui est Sapientis magni* R. Mosche Aben Esra. Initium hoc est: ואם ... אמר הפילוסוף כי הבורא הקדמון אינו דומה לדבר הוא

הוא דומה אינו בורא· ואנשי המדע פכלמה שיש למעלה ולמטה נמצא באדם ממנו קצת דמיון כפי חיוב טבע:

Ibidem exstat caput ubi præcipitur : להרחיק התואר מהבורא item aliud: בפירוש להרחיק השמות מהבורא tum aliud בפירוש הטבע *de natura*, & השכל *de Intellectu*. Excerpta hæc constant sex foliis in 4. & descripta sunt an. 236. C. 1476.

ר׳ משה עלזז R. MOSCHE ELSVS, i.e. ut puto, *Alsatus*. Ejus institutio brevis de ratione mactandi animalia, ex libro *Jac. Veilii* de eodem argumento excerpta. *Hanoviæ* 478. C. 1718. in folio uno patente, dialecto Judæo-vernacula, apud Jo. Jac. Beausang. MDCXXXV. b.

משה פרעריא דפייבא MOSCHE FRERA de Pheiba, qvi appellandus potius erat *Moses Pereyra de Paiva*, qvod patet ex *Gvilielmi Surenhusii* præfatione ad Biblia Hebraica Amstelod. 1725. 8. per Salom. Props, 8. edita, qvi eum Generosissimum appellat. Narratio illa de X. tribubus *Lusitanice* sub titulo : *Noticias dos Judæos de Cochim mandados por Pereyra de Paiva*, Amstelodami 447. C. 1687. 4. foliis 16. prodiit. Confer qvæ præterea inter Anonymos num. 519. pag. 1209. Voluminis III. & supra in hoc Volumine pag. 97. attuli. MDCXXIX.

ר׳ משה פרווינציאלי R. MOSES PROVINCIALIS. Illius Qvæsita & Responsa Venetiis MSS. exstare ex literis Rabbini cujusdam Veneti intellexi. MDCXXXIX.

משה די קאני MOSCHE DE KANI. Vide infra פיליפ תומס פידיליס MDCXLI. c.

ר׳ משה קורדואירו בן יעקב R. MOSCHE CORDVERO, ben *Jacob*. MDCXLII.

אור יָקָר citatur in libro אור נערב pag. 7. a. l. 10. & in titulo ipso editionis *Furthensis*.

אור נֶעֱרָב verti debet, non *lumen advesperascens*, qvod Vol. I. feci, sed *lumen dulcescens*, ac *mellitum*. Auctor enim ipse in titulo explicat per מָתוֹק *dulce*, & in præfatione scribit : ונערב לכל פה כצוף הדבורים Monuerat hæc B. *Danzius* in nota marginali ad h. l.

In Bibliotheca Oppenheimeri vidi codicem MS. chartaceum, in 4. foliorum 134. sub hoc titulo: ספר הרמק i. e. liber R. *Mosche Corduero.* Initium ejus hoc est: ראשונה כי מיני הגלגולים רבים עד מאד אמנם יתחלקו לב׳ חלקים

MDC XLIII. b. ר׳ משה הקטן R. MOSCHE *Parvus*, seu *Minor* dictus. Tractatus ejus Proverbialis cum expositione *Ben Senis* MS. exstat in Biblioth. Taurinensi A. II. 26. in 4. volumine eo, qvod plura alia complectitur, num. 1. Illum *ben Senis*, descriptori Catalogi MS. prave ita dictum, de *ben Sira* ejusqve adagiis, sat notis, accipio.

MDCXLV. ר׳ משה קמחי R. MOSES KIMCHI.

מַהֲלַךְ שְׁבִילֵי הַדַּעַת Exemplum libri hujus ex edit. Leidensi anni 1631. 8. manu Menasse ben Israel & *Anna Mariæ à Schurmann* notatum, ex Bibliotheca Leyseriana ad me pervenit, qvemadmodum & editionem *Hagenoensem* anni 1519. de qva Vol. III. pag. 811. possideo. De *Augustana* illa anni 1520. 4. confer B. *Georg. Serpilii* disqvisitionem vernaculam de auctore hymni Ecclesiastici: Da JEsus an dem Creutze stund &c. pag. 26.

MDCLII. b. ר׳ משה שיאליטי R. MOSCHE SCHIALITI, Ex-Judæus, Florentinus, an. 1663. 14. Junii baptisatus, cujus exstat *epistola ad Judæos*, anglice Londini in 4. edita. Didici hoc ex Catalogo Bibliothecæ *Anton. Collinsii* Tomo I. p. 82.

MDCLIV. b. ר׳ משה שלעטשטאט R. MOSCHE SCHLETSTADIENSIS, cujus מָרְדְּכַי קָטָן anno 153. C. 1393. factus, MS. est in Bibliotheca Oppenheimeri in 4. volumine membranaceo, unum digitum lato.

MDCLIX. ר׳ משה בן שמעון R. MOSCHE fil. SIMEONIS, Præfectus hodie Synagogæ Judæorum Germanorum Amstelodamensis.

Recudi curavit R. *Mosis Alschech* commentarium in Danielem, cum excerptis ex R. Schemuelis, filii *Judæ Valerii*, in eundem Danielis librum commentario. Amstelod. 1726. 4. Ex ejusdem typographeo Amstelodamensi complures libri luculente prodierunt, inter qvos eminent

Biblia

Biblia Hebræo-Rabbinica ſub titulo מקראות גדולות 4. Vol. in fol. edita, de qvibus ſupra ſuo loco.

ר׳ משה בן תבון R. MOSCHE fil. TIBBON. MDC LXVIII.

Tractatus varii Philoſophici & Medici, ab eo ex Arabico hebraice converſi, MSS. exſtant in Biblioth. Taurinenſi A. VI. 15. in 4.

ר׳ משולם בן אברהם R. MESCHULLAM MDCLXIX. c.

fil. ABRAHAM libros IV. *Ariſtotelis* de rebus naturalibus cum ſcholiis R. *Moſis Belchiez* hebr. convertit anno 5102. C. 1342. qvæ verſio MS. eſt in Bibliotheca Taurinenſi A. V. 10. in 4.

מתיאוס אדריאנוס MATTHÆUS ADRIANUS, MDC LXXV. b.

Ex-Judæus, teſte *Sebaſtiano Munſtero* in epiſtola nuncupatoria Operis Grammatici conſummati, *Baſileæ* 1556. 8. editi pag. 4. ubi ita: *Deinde circa A.C.* 1513. Wolfgangus Capito, *factus in opido Bruchſellenſi verbi Dei præco, nactus copiam cujusdam Judæi baptiſati*, Matthæi *ſcilicet* Adriani, cœpit & ipſe, ſub difficili tamen præceptore, ſatis feliciter hebraicari. Ejusdem meminit aliqvoties B. Lutherus in Epiſtolis, à Jo. Aurifabro editis, Tomo I. pag. 84. ſq. qvæ loca excerpſit B. *Georgius Serpilius* in Disqviſitione vernacula de auctore hymni Eccleſiaſtici: Da JEſus an dem Creutze ſtund &c. De eodem commentatur *Paulus Colomeſius* in Hiſpania Orientali a me edita pag. 255. ad qvem obſervationes meas qvalescunqve inſpicere, ſi lubet, poteris. Introductionem ejus in Lingvam Hebræam ſupra, ut & Vol. II., inter Grammaticas Hebræas laudavi.

מתתיה MATATIAS, neſcio qvis, cujus commentarius ſuper שערי אורה MS. in 4. tribus plagulis exſtat in Bibliotheca Oppenheimeri. MDC LXXX. c.

נ

ר׳ נהומיה R. NEHUMIA. MDC LXXXII. b.

Hugonem Grotium lib. V. c. 14. de veritate R. C. teſtatum, Nehumiam hunc ſua ætate adventum Meſſiæ intra L. annos exſpectari juſſiſſe, deinde vero, ab aliis interrogatum, qvis ille ſit Nehumias, & unde omne hoc hauſerit, ancipitem fuiſſe ſupra pag. 824. docui. Poſtea Cl. *Jo. Chriſtophorus*

rus Kœcherus præsens me monuit de epiſtola 131. ad Fratrem p. 792. Epiſtolarum, in qva hæc legas : *Rogo ex Voſſio & aliis, ſi opus eſt, exqviras, an reperiri poſſit liber Hugonis Broghtoni in Danielem Latine verſus à noſtro Jo. Borelio. Vſus ſum eo libro in carcere, beneficio Erpenii. Et puto, me reperiſſe in eo nomen & locum Rabbini, qui L. circiter annis vixerit ante Domini noſtri adventum, qui ex Daniele intra illos L. annos Meſſiam venturum prædixerat. Rogo, ſi librum nanciſceris, locum qværas, & mihi tranſcribas. Meretur enim poni in noſtro illo opere.* Inqviſivi in illo *Broughtoni* libro in locum, ſed fruſtra fui. *Borelius* tamen in epiſtola dedicatoria verſionis ſuæ p. 6. hæc habet : *Hoc etiam niveo lapillo ſignandum venit, qvod R. Nehumias Chriſtum ab eo tempore, in qvo ipſe loqvebatur, poſt L. annos naſciturum aſſeruit ; ab fine ſeptimanarum retrograde numerans.* Non dubito, hunc *Borelii* locum in animo habuiſſe *Grotium*, qvando de *Broughtono*, tanqvam hujus rei indice, cogitavit.

MDC LXXXIX. ר׳ נחמיה חייא חיון R. NECHEMIA CHAJIA CHAJION.

עוז לֵאלֹהִים Hiſtoriam libri hujus una cum excerptis nonnullis, controverſiisqve inter Judæos ipſos inde natis, prout eam R. *David Nunnes Torres*, Præfectus Synagogæ Judæorum Hagienſis, cum amico qvodam communicavit, habes in *Bibliotheqve Raiſonnée*, Tomo I. Parte II. p. 335. ſqq. Inter cetera p. 339. Auctoris de Deo ſententia ſic exponitur: *Il ſupoſe dans ces mêmes endroits, qu' il y a un Dieu, qui a des proportions, & qui eſt borné par de certaines limites, dont il reſulte une conſeqvence neceſſaire, qu' il eſt corporel. Il appelle ce Dieu, LE VIEUX SAINT DES SAINTS, & lui attribue une Ame, qu' il dit etre l' ame des ames de tous les vivans des ſiecles paſſez du preſent, & de ceux, qui viendront jusqu' à la fin du monde. Il ajoute dans la page troiſieme du feuille 21. que les montagnes, les colines, les rochers, & meme toutes choſes ont des ames, qui ſont une portion de celle du Dieu ſupreme, de ſorte que ſon pouvoir & ſa domination s' etendent par tout. Qu' il y a pluſieurs mondes tellement unis, qu' ils ne font qu' un même corps, ſelon l' idee, qu' il en donne vers la fin du chap. 8. de ſon commentaire intitulé HOS L' ELOHIM, qui eſt à peu pres conforme au Syſteme de Spinoſa, dont il s' eloigne pourtant beaucoup dans la ſuite.* Ex his apparet, Auctoris de hoc argumento doctrinam eſſe Spinoſiſticam, ſiqvidem illa candide & recte ſit propoſita.

Noſter cauſam ſuam adſerere conatus eſt edito libello הַקֹּלוֹת יֶחְדָּלוּן *voces* (ſeu tonitrua) *ceſſabunt* Exod. IX. 29. Amſtelodami 1725.

1715. Poſtqvam enim libri ejus, & doctrinæ illis comprehenſæ, à Judæis in Germania & alibi ſacro fulmine percuſſæ eſſent, ipſe in Turciam profectus cauſam omnem variarum Synagogarum Doctoribus expoſuit, eorumqve judicium vel ore, vel literis promulgatum, in hoc libro declaravit. Eundem vero cum addita a latere reſponſione ſua recudi fecit R. *Moſche Chagis*, *Hanoviæ*, ceu ex calce patet, an. 486. C. 1726. 4. foliis 16. Commentatio ipſa certum titulum non habet, ſed in frontiſpicii initio hæc leguntur: למען דעת כל עמי הארץ כי יש אלהים שופטים בארץ: i. e. *Vt ſciant omnes populi terræ, qvod Deus judicet in terra*, ex 2 *Chron.* XXIV. 24. His nonnulla, ad argumentum & inſtitutum ſcriptionis pertinentia, ſubjiciuntur. Seqvitur in folio averſo declaratio Rabbinorum Synagogæ Francofurtenſis ad Mœnum, eo ſpectans, ut Judæis ſingulis conſtet, excommunicationem R. *Nechemjæ*, ſcriptorumqve & dogmatum ejus condemnationem, adhuc ratam eſſe, etiamſi contrarium Rabbinorum CPolitanorum Judicium, qvod tamen fictum videatur, eundem ab illa immunem pronunciarit. Hæc excipit R. *Moſis Chagis* præfatio, qva, qvæ de *Nechemja* poſt excluſionem ejus è cœtu Judaico acta ſint, exponit, & ſimul commemorat tres R. *Schabbtai Sevi* aſſeclas, ipſiqve *Nechemiæ* noſtro ὁμοψήφυς, noſtræ memoriæ, nempe *Lebh Proſtiz*, Anonymum qvendam, & *Moſche Meir*, Solcovienſem. Poſt hæc legitur commentatio ipſa. Ex Judæo qvodam nuper accepi, *Nechemjam* hunc omnino *Schabtài Zevi* cauſam egiſſe, multosqve hodie in Barbaria inprimis, ubi Nechemja verſatus deniqve & fatis functus ſit, dari, qvi ejusdem placita probent, & ab inſtitutis Magiſtrorum alieni ſeveriorem vitæ rationem inſtituant. Fuiſſe etiam non ita pridem Romæ *Nechemjæ* filium, qvi Patres ſui veſtigiis inſiſtens magnas ibi inter Judæos turbas concitarit, ſicut Vratislaviæ Judæus qvidam Polonus, edito *Dyrenfurti* ſcripto qvodam, idem molitus ſit, qvod tamen Judæorum primipili damnarint, & flammis aboleri fecerint.

ניקולאוס אנטוניאוס NICOLAVS ANTONIVS, MDCXCV. qvi à Chriſtianis ad Judæos defecit. Qvæ de eo in foro acta ſint, una cum ſententia capitali, à Judicibus lata, copioſe & diligenter expoſita leges à *Sponio* in Hiſtoria Genevenſi Tom. I. p. 496 ſqq. editionis auctioris anni 1730. In ſententia illa inter cetera dicitur profeſſus ſe ſingulari ſcripto, non edito, doctrinam de SS. Trinitate oppugnaſſe.

ניקולאוס

MDC XCVII. ניקולאוס לירנוס NICOLAVS LIRANVS.

Postilla ejus in omnes *Prophetas* & *Machabæorum* libros atqve N. T. cum additionibus *Pauli Burgensis*, & notulis *Matthiæ Dorinck* &c. 2. voluminibus in fol. magno, ex editione vetustissima, & nemini ante memorata, refertur in Bibliotheca Vilenbruckiana Parte I. p. 1. n. 1. in fol. Excerpta qvædam ex annotationibus ejus in Vet. & N. Testamentum, *Norimbergæ* 1487. editis, à M. *Eschero* factis, leguntur in Bibliotheca Bremense Class. II. p. 389 sqq.

Ejusdem *Qvæstio de Incarnatione verbi adversus Judæos*, item *Reprobatio cujusdam Judæi tractantis & sonantis contra Evangelium, finita in opido Duderstadt A. D. 1424. in Sabbato ante Dominicam Judica* MSS. memorantur in Bibliotheca Vffenbachiana compendiaria MS. pag. 563. num. V. in 4.

In *Voyage Literaire des deux Religieux Benedictins*, Paris. 1724. 4. ed. p. 5. video, indice Cl. *Christiano Schœtgenio*, afferri verba *Lirani* nostri, qvæ in calce commentarii ejus in Esdram, manu cum ceteris ejusdem commentariis, qvi qvatuor Volumina conficiunt, descriptis, ita sunt concepta: *Ego igitur gratias ago Deo, qui dedit mihi gratiam secundum modulum ingenii mei, super omnes libros in Biblia contentos, primo super illos, qui sunt de canone, incipiendo à Genesi, & procurrendo usque ad finem Apocalypsis, excepto fine Ezechielis, cujus expositionem ex causa rationabili retardavi: Postea vero super illos, qui non sunt de canone, incipiendo à libro Thobiæ, & terminando in libro, qui dicitur secundus Esdræ, ut sic per hanc distinctionem librorum & ordinationem appareat simplicibus, qui libri sunt canonici, & qui non, & qui majoris auctoritatis, & qui minoris. Et qvoniam probabiliter timeo, in pluribus defecisse, tamen propter magnitudinem operis, propter scientiæ meæ parvitatem, ideo de defectibus veniam postulo, & de aliis ad laudandum Deum meos legentes invito; deprecans humiliter & devote, ut apud Deum me velint suis orationibus adjuvare. Actum Parisiis anno Domini millesimo CCCXXX. XIII. Calendas Aprilis.* Ex his intelligitur primum qvidem, qvo anno *Lira* commentarios suos ad finem perduxerit; deinde, qvod *Tobiæ* &c. libros in apocryphis numerarit.

MDCCIII. רבינו נסים RABBENV NISSIM.

Ejus חִדּוּשִׁים sive *observationes* in *Gittin* prodierunt *CPoli* 471. C. 1711. 4.

גרון

נתן המתאי NATHAN HAMATHÆUS. MDCC XXIV. c.

Summa operum *Avicennæ*, hebraice ab eo proposita, exstat MS. in Bibliotheca Taurinensi A. I. 27. in 4. foliorum 160. Catalogus MS. ita habet: *Nadam Amadi Gad* (ita scilicet depravatum est nomen Nathanis Hamathæi) *filii Elieseris, Clanav* (qvid hæc vox sibi velit, non extrico) *seu Substantia generalis, sive excerpta ex Avicenna.* In fine hæc leguntur: *Completum opus est d. 9. Thebeth* (7 Octobr.) 5236. (C. 1476.) *Ego scriptor Vita fil. Josephi Emanuelis. In hac provincia, ubi habito, Dominus erat D. Mahon, quæ excisa est die 7. mensis Chesvan* 12. *an.* 5236. *à Friburgensibus & Bernensibus, qui cum auxiliaribus copiis venerant ad Ducem Burgundiæ. D. Mahon ex Burgundia regressus cum exercitu, ut Friburgum obsideret, hoste occurrente fugatus est die* 1. *mensis Tammuz ac exercitum amisit* 22. *Junii* 5236. In eodem Volumine præterea leguntur 1) expositio vocum operis difficiliorum, 2) tabulæ duæ Astronomicæ. 3) Nomina 542. medicinalia. Confer qvæ supra in hoc Volumine scripsi ad n. 21. sub *Avicenna* in fine, p. 749.

ר׳ נתן חזן R. NATHAN CHASAN. MDCC XXVI. g.

Edidit preces, ad *Jom Kippur Katon* spectantes, Hebraice cum versione Judæo-Germanica. *Sulsbaci* 487. C. 1727. 12. pp. 33. apud Salman ben Aaron.

ר׳ נתן יואל פלקיירא R. NATHAN JOEL PALKEIRA. MDCC XXVI.

צֳרִי הַגּוּף MS. in Bibliotheca Bodlejana n. 3758. inter Huntingtonianos n. 21. in fol. ἀκέφαλος. In fine præfationis Auctor hanc reddit tituli rationem: וחברתי זה הספר וקראתי שמו צרי הגוף יען כי ימצא צרי לצירי גופי ויעלה ארוכה ומרפא לכל מחלה ולכל מכאוב רפאות תעלה: Sensus est, se librum appellasse *opobalsamum corporis*, qvia exhibeat *balsamum*, seu *medicinam* adversus omnes corporis *molestias*. Ex hoc patet, me recte supra Vol. III. p. 850 suspicatum, pro גוף apud *Schabbataum* in *Siphte Jeschenim* legendum esse גוף. Initio paginæ seqventis hæc legis: אמר המחבר זו החכמה מתחלקת לב׳ חלקים חלק עיוני וחלק מעשי Ait Auctor: *hæc scientia dividitur in duas partes, alteram Theoreticam alteram Practicam.* Debeo hanc notitiam Cl. *Jo. Gagnerio*, qvi hæc addit: *Est revera Corpus Medicinæ amplissimum, forte auctore* R. Nathan Joel Palkeira, *cui* Wolfius Tom. I. n. 1726. *tribuit librum* צרי הגוף *ut & alium, varias*

Bbbbbb *veterum*

veterum Medicorum sententias complectentem. Vtrumqve ego unum eundemqve librum putarim: nam noster ubiqve auctores, ibid. nominatos, appellat. Codex constat foliis 301. minutis literis. Idem opus bis exstat MS. in Biblioth. Taurinensi A. I. 29. in fol. foliorum 260. & A. VI. 12. in 4. fol. 465. Prius illud exemplum in Catalogo MS. ita enarratur: Sepher Zure aguf, liber figurarum corporis Nadam filii Joelis, filii Falchera. 1) Medicina theorica. 2) de remediorum confectione. 3) de sanitatis conservatione. 4) de curandis morbis universis. 5) de aromatum nominibus & qvalitate. 6) de rebus naturalibus. 7) de causis. 8) de elementis. 9) de membris & modo remediorum. 10) de temperamentis. 11) de viribus corporeis. 12) de operationibus. 13) de cognoscendis morbis. Hic observari velim, nomen auctoris, librarii vitio, prave exprimi per *Nadam* pro *Nathan*, nec rectius libri titulum vel recitari per *Zure aguf*, vel verti per *figuras corporis*. Lege enim debet *Zeri baggupb*, qvod modo ostendi.

MDCC XXVII. ר׳ נתן בן יחיאל R. NATHAN ben JECHIEL.

ס׳ עָרוּךְ sive *Lexicon Talmudicum*, cujus editio *Basileensis* anni 1599 per *Isaacum f. Mosche* עקנדורף i. e. *Eckendorf*, curata est. *Pragensis* non 477. sed 467. prodiit, i. e. A. C. 1707.

In Bibliotheca Bodlejana, inter Codices Laudanos n. 173. exstat *Munsteri* Dictionarium Chaldaicum ex libro *Aruch* & aliis depromtum, ac *Basileæ* 1527. fol. editum, sed multis accessionibus notisqve, tum in marginibus, tum in charta pura auctum. Illarum accessionum auctor est *William Bedwell*, teste manu ejus in fronte: *Auspicante Deo* 1586. *Willyam Bedwell.* Multa hic inseruit vocabula Syriaca, Arabica, Æthiopica &c. propriis characteribus, cum doctissimis annotationibus, opus, judice Celeb. *Gagnerio*, cui hæc debeo, dignum, qvod lucem videat. Ex eo multa hausit *Edmundus Castellus* in Lexico Heptaglotto, qvi auctorem literis *Bd.* passim indicat.

MDCC XXVII. b. ר׳ נתן בן יצחק R. NATHAN ben ISAAC, edidit

פִּרְקֵי אָבוֹת sive *Capitula Patrum*, sub titulo: אבות דר״נ i. e. *Patres R. Nathan*, non qvod illa R. *Nathanis* capitula sint, qvæ alias sub hac inscriptione exstant, sed qvod commentator *Nathanis* nomen habet. Textus *qvadratis*, commentarius vero *Rabbinicis* literis est expressus; *Altonaviæ* apud Sanvel Popert 1718. 4. pp. 31.

ר׳ נתן

ר׳ נתן נטע בן משה R. NATHAN NETA fil. MOSCHE MDCC XXIIX.

יון מצולה narratio de qvadam Judæorum calamitate lingva Judæo-Germanica, ſine loco editionis notato, anno 485. C. 1725. 8. apud typographum *Jac. ben Chajim* recuſa eſt.

ר׳ נתן נטע בן ר׳ ראובן R. NATHAN NATA fil. R. *Reuben David Tebel*, Judicis Cracovienſis. Scripſit is Hieroſolymis commentarium in *Haggada* Paſchalem an. 406. C. 1644. qvi manu exaratus eſt in Bibliotheca Oppenheimeri in 4. foliorum 74. MDCC XXXII. c.

ר׳ נתן בן שמואל R. NATHAN, fil. SCHEMVEL, ex Synagogæ Furthenſi. MDCC XXXIV. b.

מרפא לנפש *medicina animæ*, ex *Proverb.* XVI. 24. Continet varia præcepta moralia ad vitam recte inſtituendam, itemqve preces & ritus nonnullos Judaicos primum lingva Hebræa usqve ad p. 13. hinc lingva Judæo-Germanica usqve ad p. 27. ſeu libelli finem expreſſa. *Furthi* 472. C. 1712. 8. apud Abrah. Bing & Bonfed Schneior.

Idem ibidem an. 487. C. 1727. 4. recudi curavit R. *Chaja*, Medici, מעשה חייא de qvo ſupra ſuo loco.

ר׳ נתן שפירא ירושלמי R. NATHAN SPIRA, Hieroſolymitanus. MDCC XXXV.

שלחן ערוך Commentatio Cabbaliſtica in Judæorum inſtituta ritualia (על יפ הסוד) MS. in Biblioth. Oppenheimeriana in 4. foliorum 254.

Ejusdem ביאורים *illuſtrationes* Beth Joſeph, qvoad Ordinem *Orach Chajim*, una cum *Biurim* מהרשל i. e. R. *Schelomo Luria* MSS. in 4. volumine chartac. qvatuor digitos lato, MS. ibidem. Vtrumqve hoc ſcriptum ibidem obvium eſt, in alio volumine, una cum ejusdem Nathanis *Biurim* ſuper *Orach Chajim* & *Choſchen miſchpat* in 4. In limine illius codicis exſtat מקור נפתח auctore R. *Iſaaco*, Archiſynagogo Liſſenſi.

ר׳ נתן בן שמשון שפירא R. NATHAN ben SCHIMSCHON SPIRA, MDCC XXXVII.

Hujus תּוֹרַת נָתָן MS. in Bibliotheca Oppenheimeriana attuli Vol. III. p. 856. Postea ex literis Judæi Veneti intellexi, exstare Venetiis MS. hujus tituli librum in duas partes distinctum, qvibus dissertationes Cabbalisticæ ad rationes R. *Isaaci Luria* contineantur, item alium ejusdem tituli super omnia capita Cabbalæ ejusdem Luria. Deniqve & מְאוֹרוֹת נָתָן qvatuor partibus super librum כוונות ejusdem non sine variis accessionibus. Nuper admodum in Biblioth. Oppenheimeri conspexi Anonymi לִקּוּטִים sive collectanea ex libro תורת נתן hinc inde inventa, MSS. in 4. Non dubito huic tribuere בֵּיאוּרִים i. e. illustrationes *ישׁ Arba Turim*, qvas una cum הגהות A. *Isaaci Luriæ* sub R. Nathanis nomine manu exaratas vidi in Biblioth. Oppenheimeri in 4. codice duos digitos lato. Ibidem MSS. exstant ejusdem חִדּוּשִׁים sive observationes novæ in *Bava Mezia* in 4. codice chartaceo foliorum 152.



MDCCLII. סנדאבר SANDABAR, vel rectius SAND-ABAD.

Describam hic, qvæ L. *Piques*, Doctor Sorbonicus, in variis epistolis ad *Gabrielem Groddeckium*, nunc *μακαρίτην*, datis, *Parisiis* perscripsit. Earum una, an. 1699. d. 1. Martii gallice data, & a me Latine conversa, ita tradit: *Non una in titulo libri* Sandabar *exprimendo varietas occurrit. Nam p. 49. MS. Hebraici ita lego.* אמרו כי בארץ דסנדאר אמר הפילוסוף אצל מדינת כך וכך מקום לציידים והיו באים שמה כל היום והיה שם אילן גדול רב ענפים והיה שם קן לעורב אחד ויהי יום אחד והעורב עומד על האילן עד ראה ציד אחד ועל שכמו מכמורת ובידו רשת ומקל והוא יבוא אצל האילן ויחרד העורב ויומר בנפשו ככר הביא זה הצייד דבר לא אדע אם לי או לבלעדי אבל אעמד ואראה מה יעשה הצייד ויפרש מכמרתו ויקיק שם גרגרים מן הבר ויארב קרוב מן הרשת ולא התמהמה אלא מעט עד שבאה יונה אחת והיתה גבירת היונים ועמה יונים הרבה ותשמח היונה ולא ראתה יתלקט וילקטו עמה ויפול כולם ברשת וימהר הצייד שמח וטוב לב ויהי כאשר ראו אותו היונים קמו כל אחד ואחד הנה והנה מתפוררות כה וכה אולי ימלטו וקאמר להם היונה גבירתם אל נא תעשעו כחבל ואל נא תהיה אחד מכם אוהבת נפציה יותר אשל חברתה:

חברתה־ן : *Copiosius hæc exposui, ut conferre ea possis cum fabulis Hebraice editis. Inprimis vero hoc eo spectat, ut constare tibi posit,* Sendabar *nomen esse regionis & urbis, & quidem ex libro ipso. Qvod si Lipsiæ vobis in promtu sint duo volumina, qva narrationes itinerarias varias complectuntur, à Thevenoto collecta, legeris ibi Tomo II, in calce annotationum in narrationem de Æthiopia* (si cette relation est vraye, le Condor du Pere Bolivar sera ...... Et un de ces oyseaux, qvi sont decrits dans le Roman de Sandebad) *In MS. Colbertino num. 5260. qvi continet catalogum universalem librorum Arabicorum, Turcicorum & Persicorum per Haggi Chalipha CPolitan. sub titulo* Revelatio Cogitationum, litera hæc legis: *Libellus* Sendabad, *Persice per* Shansoddin Mohammed, *fil.* Aly *filii* Mohammed, *excellentissimi, qvi obiit anno* (deest nota anni) *Incipit:* Laus & decus sponsali thalamo & nocte urenti indusio amantium. *Et vertit eum in lingvam Turcicam* Estecharoddin (*vel* Estechar Waledin) Mohammed, Bakræus, *ex* Cazbin. *Et meminit* Zahiroddin Mohammed, *filius* scribæ de *Cazbin, libri cognominis* (scilicet Sandabad) *Et vidi in epistola cujusdam Doctoris, qvod esset Medici Arzagiensis Poeta inter Poetas* Togon Shah, *Regis* Nishabur. *Et est ex collectione Compositionum ejus tali nomine. Meminit etiam* Benakitensis, (vide d' Herbelot Bibliotheqve Orientale p. 863. a.) *in historia sua, ubi habetur, qvod* Sendabad Name *Arsaqvaci est. Totus est in exhortationibus & monitionibus. Et in summa inter Compositiones ejus liber* Alfié *&* Salfié *ad expromtionem seu ostensionem virilitatis hujus Regis, Deus scit!*

Post hæc ita pergit *Piqvesius: Potesne dubitare, Domine, librum hunc tuum illum* Sandabar *esse? Vtrinqve enim idem argumentum tractatur, qvod scilicet Rex ille Virum se demonstrare non potuerit,* siqvid in Flacco viri est. *Inspici præterea poterit idem* Thevenotus *de Climatibus* Al hend *&* Al-Send p. 22. Sendan aliis Sendabar: distat à Thana trium dierum itinere, & est sita ad sinum qvendam maris viridis (Persici) distat à Mansura 15 parasangis. Et est emporium omnium celeberrimum ac nobilissimum. *Qva de re* Cl. Seebischium *precatus, inspiceret* Abulfedæ *Codicem Regium, hæc mihi ex eo benevole rescripsit:* Sendan, (vel Sendon) dicunt aliqvi viatores ipsum dici Sendabor, non Sendan. *MS. Schickardi habet:* Sindan Sandan. Vel Sindabu aut Sindabar: facile potuit litera Arabica per alteram depravari. In tabulis *Thomæ Coriatz:* Cintapor, aliis Sintacora, & Cintacola prope Goam. Distat à Tana tribus diebus: sita est ad sinum viridis maris, extrema urbium Guzarat & prima Menabar (vulgo Malcabor & Maabar) in litore. Distat à Manzure 25 fars. *Collectio Viarum:* locus Costi (seu stactes) Cannæ (scilicet Sacchari) &

 Carda-

Cardomomi (nasturtii) Est portus ad mare. Cl. Seebischius *eadem opera me* monuit, Schickardi textum mendis scatere. *Itaqve exemplaria* Oxoniensia *consultum fuerit inspicere. Sufficiant hac de* Sendabar *vel sendabad. Hac est auraria illa, ex qva Sapientiæ tuæ Indica aurum, cælesti influxu est petitum.*

Idem in epistola, 1698. 26. Maji data, ita scribit: *Gaudeo omnino, MS. hoc occasionem mihi fecisse* Cl. Starckium *cognoscendi, & eadem opera intelligendi, qvod ipse Parabolas* Sandabar *Berolini Græce & Latine ediderit. Habeo librum hunc hebraice in 8. editum, atqve ex eo historiam* Henochi *de veris & falsis amicis converti. Hoc vero tibi affirmo, eundem librum Arabice exstare in Bibliotheca Regia, verumqve ejus titulum esse, non* Sandabar, *qvæ vox nibili est, sed* Sendabad. Non dubium mihi est, illum *Henochi* librum, qvem Gallice, ut videtur, à se conversum ait *Piqvesius*, eum esse, de qvo Volum. I. num. 632. dixi. Literæ *Piqvesii*, ex qvibus ista hausi, exstant hodie Lipsiæ in scriniis præstantissimi *Joan. Jacobi Mascovii*, JCti & Senatoris Lipsiensis dexterrimi.

MDCCLIII ר׳ סעדיה גאון R. SEADIA GAON.

Librum אַזְהָרוֹת seu *Admonitionum*, ab eo scriptum esse tradit *Aben Esra* in commentario ad Exodi XX. tanqvam qvo docuerit, qvod Decalogus omnia in universum præcepta comprehendat. Observaverat hoc B. *Danzius* in nota ad h. l. marginali.

Commentarius in *Danielem* legitur etiam in Bibliis Rabbinicis à R. *Mosche Francofurtensi* Amstelodami an. 1724. sqq. in fol. editis.

Carmen ejus rhythmicum Masorethicum hebraice exhibetur, & nonnihil illustratur ab *Hugone Broughtono* in commentario in *Danielem* latine converso pag. 49—51. Exstat in Biblioth. Taurinensi Volumen MS. Hebraic. in 4. foliorum 116. A. II. 20. ubi agitur 1) de Lege & duobus ejusdem finibus, Deo videlicet & scientia. 2) de legis studio instituendo sub virorum doctorum institutione, & cum condiscipulis morum bonorum. 3) de diebus pro studio eodem. 4) de qvalitate lingvæ ac ejusdem effectibus, exercitio & articulatione. 5) de accentibus lingvæ Hebraicæ. 6) Grammatica cum regulis ad eandem spectantibus. 7) de modo punctandi. Catalogus MS. testatur, omne hoc desumtum esse ex libro R. *Sealim*. Non dubium mihi est, errasse in exprimendo nomine librarium, qvod & alias ipsi usu venire deprehendi. Neqve enim datur hujus nominis Scriptor inter Hebræos. *Seadiam* scribere debuisse vel ex eo suspicor, qvod hujusmodi commentatio-

nes

nes Grammaticas & Biblicas dedisse eum constat ex iis, qvæ de *Seadia* Vol. I. pag. 933. sq. dixi.

ר׳ סעדיה בן דוד R. SEADIA ben DAVID. MDCCLIV

Hujus est *commentarius* in *Leviticum*, qvi MS. memoratur in Catalogo MSS. Angliæ, speciatimqve *Bodlejanorum*, num. 3716. olim in Hyperoo Bodlejano num. 250. nunc vero inter MSS. è Museo num. 171. in 4. chartaceo, & qvidem *Arabice*. Auctoris nomen nec in Catalogo, nec in commentario ipso occurrit. Cl. *Gagnerius* autem me docuit, se ex comparatione ejus cum aliis Seadiæ commentariis, v. c. in *Genesin*, qvi est inter *Huntingtonianos* num. 376. 426. &c. intellexisse, hunc in *Leviticum* ad *Seadiam* nostrum esse referendum.

ר׳ סעדיה בר לוי אזנקוט ממורויקוש MDCCLV. d.

R. SEADIA bar LEVI, ASNEKOT *Maroccanus*.

אִגֶּרֶת הַפּוּרִים *epistola de festo Purim*. Amstelod. 407. C. 1647. 12. apud Jos. ben Israel. Continet carmina tria, ordine alphabetico disposita cum punctis. Primum eorum Deum prædicat pro liberatione Judæorum ab Hamane, & historiam Estheræ usqve ad nuptias ejus, tributis cuiqve alphabeti literæ qvaternis versibus. Secundum, itidem alphabeticum, continuat eandem historiam, cui subjicitur Acrostichon auctoris nomen exhibens: אני סעדיה וכו׳ Seqvitur carmen simile tertium. Primo carmini præmittitur & ultimo subjicitur Acrostichon, hæc exhibens: אין כמוך וג׳ Finem facit carmen eucharisticum, cujus singuli versus ordiuntur à voce ברכו Debeo hæc *Woldickiis*, fratribus.

ר׳ סעדיה בן מימון אבן דנאן R. SEADIA MDCCLVI

ben MAIMON ABEN DANAN, qvem fide Catalogi MSS. Anglicanorum editi Vol. I. *Abendanam* vocavi, pro qvo tum initio scriptionis suæ, tum alibi aliqvoties אבן דנאן appellatur. *Miscellanea* ejus, qvæ in Catalogo laudato num. 3729. afferuntur, & olim in Hyperoo Bodlejano num. 263. exstiterunt, nunc autem in Museo num. 104. in fol. Codice chartaceo inveniuntur, continent, ut in voluminis limine notatum est, 1) commentationem de scriptura Hebraica & literis Hebraicis. 2) Expositionem cap. 53. Jesaiæ 3) Dissertationem de ætate hominum in prioribus sæculis, 4) Dissert. aliam de pœna eorum, qvi opprobrio afficiunt

afficiunt proximum. 5) Differt. de differentia inter conjugationes graves & leves. 6) Explicationem paragraphi capitis III. Tractatus de Heterogeneis. 7) Brevem Chronologiam. 8) Responsionem ad consultationem aliqvam de Sponsalibus. 9) Proverbia rhythmice scripta. 10) Indicem versuum in libro *En Israel*, & 11) Explanationem vocum difficilium in *Rabboth*.

In Tractatu primo per folia tria singulæ alphabethi Hebr. literæ explicantur. De litera א v. c. ita: אלף שכם מענין ואאלפך חכמה׃ ומענין אלפנו מבהמות הארץ ומעוף השמים יחכמנו In fine hujus tractatus notatur mensis Nisan an. 236. i. e. C. 1476. unde de auctoris ætate judicare licet. Expositio Jesaiæ cap. 52. 13. sqq. à folio qvarto verso usqve ad fol. 7. producitur, qvod, relatis variorum Interpretum sententiis, de Hiskia Rege accipit. Hinc à fol. 9. ad 14. seqvitur expositio loci cujusdam capitis tertii Codicis כלאים sive *de Heterogeneis*. Eam excipit fol. 14—19. Chronologia è variis monumentis & codicibus concinnata & deducta usqve ad noctem emortualem R. Mosis Maimonidis. Hic natus dicitur Cordubæ die Sabbati, qvi fuit 14 mensis Nisan anni 1446. Aeræ Contractuum, mundi autem conditi 4893. defunctum, autem in Zoan Ægypti (צואן מצרים) nocte Sabbati die 18. mensis Cislev anni Aeræ Contractuum 1517. mundi autem conditi 4964. ætatis circiter 72. Cadaver ejus in tractu Tiberiensi (בפחת טבריה) juxta R. Jochanan & R. Cohana primum traditur sepultum. Confer hæc cum iis qvæ Volumine I. pag. 834. de anno natali & emortuali Maimonidæ allata sunt. Seqvitur in Codice Responsio ad Consultationem de Sponsalibus fol. 19—22. Eam excipiunt משלי ר' האיי i. e. *Proverbia R. Hai* ab alia manu, sicut & reliqva, qvæ seqvuntur, scripta. Illa alias dicuntur מוסר השכל de qvo libello commentatus sum Vol. I. pag. 344. & III. pag. 227. In fine est computus ab O. C. usqve ad nativitatem Domini nostri. Post hæc conspicitur Index locorum Scripturæ Sacræ, qvi in libro *En Jacob* explicantur, fol. 26—62. una cum Indice rerum libri העמורים cujus auctor non appellatur; fol. 64—67. Eum seqvitur expositio vocum difficiliorum, qvæ in *Rabboth* super Pentateuchum exstant, ex libro *Aruch* petita fol. 67—74. Hinc fol. 74—83. occurrunt qvæstiones 18 Cabbalisticæ R. *Jehuda Chajit*, de qvo dixi Vol. I. & III. n. 714. cum responsione R. *Alkastiel Xativiensis* Hispani, (ר' אלקאשטיאל מעיר שאטיבה) qvi ibidem in limine responsionum *Josephi* prænomine vocatur.

Seqvi-

Seqvitur responsio R. *Hai Gaon* data ad qvæstionem R. *Palthui* (פלטוי) de *decem Sephiroth* & tredecim *Middoth* fol. 83—85. Atqve hanc non puto esse distinctam à *Quæsitis & Responsis* super librum *Jezira*, (in qvo scilicet de eodem argumento agitur) qvæ MSS. in Bibliotheca Oppenheimeriana exstare Volumine III. hujus Bibliothecæ fol. 227. monui. Accuratam hanc Codicis istius delineationem debeo diligentiæ & amori Cl. *Gagnerii.*

ע

עבדאל רחמן בן יצחק ABDAL RACHMAN MDCCLX. b.
ben ISAAC. Vide, qvæ supra scripta sunt ad num. 777. sub R. *Jehuda ben Schelomo.*

ר' עובדיה ספורנו R. OBADIAS SPORNO, MDCCLXIII.
cujus אור עמים Bononiæ an. 1471. 4. lucem vidisse falso nonnullis credi supra Vol. II. num. 444. in notis ostendi. Nihilominus tamen *Peregrinus Anton. Orlandi* in Tract. de Origine & progressu artis Typograph. pag. 373. forte ex *Beughemii* Incunabulis Typographiæ eandem editionem affert, addito etiam *Balthasaris Azzoguidi*, tanqvam typographi, nomine, sub qvo tamen pag. 110. inter scripta cetera ab eodem Lat. edita hebraicus hic liber non commemoratur.

ר' עזרא בן שלמה R. ESRA fil. SCHELOMO, MDCCLXXI.
filii Catlinii, qvi alias dicitur *Estrock Salomon.* Hujus *Mysterium Dei, datum timentibus se*, seu expositio variorum tractatuum R. *Josephi Vaccari* super Pentateuchum MS. est in Biblioth. Taurinensi A. III. 23. in 4. num. 3. In calce legis: Jacob fil. Barsillai filii R. Isaac Hispani scriptor libri hujus, 2 Thebat an. 5214. (i. e. Christi 1454.)

עזריאל ESRIEL. Hujus expositio orationis matutinæ MDCCLXXII.
MS. exstat in Bibliotheca Taurinensi A. III. 21. in 4. num. 3.

ר' עזריה R. ASARIA, nescio qvis, cujus Tractatus MDCCLXXII. b.
Hebr. MS. exstat in Bibliotheca Taurinensi A. I. 23. in 4. foliorum 195. in qvo, teste catalogo MS. agitur 1) de literarum varia pronunciatione & virtute, 2) de VII. Angelis, VII. Cœlis & VII. stellis in literis alpha-

beticis repræſentatis. 3) de literarum aliqvarum notione & virtute ad ſecreta myſteria noſcenda. 4) de myſteriis articulationum, & nominibus Angelorum cum virtute cuilibet conveniente, & conjuratione ad præſtolanda auxilia. 5) de divinis attributis. In calce hæc legis: *Finit ſermo docti R. Aſariæ, qvem recepit ex ore docti Rav.*

MDCCXCI. d. ר׳ עמנואל חי בן אברהם ריקי R. IMMANVEL CHAI fil. *Abraham Reki.*

הון עָשִׁיר *opes divitis*, ex Prov. X. 15. commentarius in *Miſchnajoth Amſtelodami* 491. C. 1731. 4. pp. 168. apud Sal. Proops.

מִשְׁנַת חֲסִידִים *traditio piorum*, liber, Liburni anno ætatis 34. compoſitus, prodiit *Amſtelodami* 487. C. 1727. 8. foliis 135. Commentatio eſt Cabbaliſtica ſuper capita varia ex ſcriptis Cabbaliſticis, nominatim *Iſaaci Luriæ*, tum editis, tum MSS. decerpta. Ejusdem

חוֹשֵׁב מַחֲשָׁבוֹת cogitans cogitationes, ex 2. *Chron. XXVI.* 26. video laudari in titulo libri הון עשיר & in cenſuris Rabbinorum qvorundam eidem præmiſſis, tanqvam talem, qvo agatur de מידת המקוה & aliis argumentis, huc pertinentibus, qva occaſione varia Scripturæ loca illuſtrentur.

MDCCXCII. ר׳ עמנואל בר יַעֲקב R. IMMANVEL bar JACOB.

ס׳ כְּנָפַיִם *liber alarum.* Non dubito, hunc eſſe eum, qvi in charta ſcriptus & octavi ordinis formam referens, in Bibliotheca Bodlejana inter Codices Eduardi Bernardi num. II. in 8. exſtat. Deeſt libro titulus, & pars aliqva ipſius tractationis, in qva poſtqvam auctor oſtendiſſet, commentationem hanc ſuam reliqvis hujus generis omnibus præferendam eſſe, iſta ſubjungit: וחברתי בזה שש לוחות קראתיו שש כנפים למהירות המלאכה ולקלותה אשר נער קטן נוהג בהם עד שיראה אצל החשבונים שקפצה להם הארץ והם עצמם כמעופפים Ait auctor, ſe tabulas illas ſex elaboraſſe & vocaſſe *Sex Alas* ob brevitatem & facilitatem operis, qvæ tanta ſit, ut vel puer earum ope rem diſcere & volare qvaſi poſſit. In antecedentibus Calendarium ſuum adeo accuratum & artis plenum eſſe contendit, ut ceteris omnibus anteferri mereatur. Rationes, qvas in hanc rem affert, tres, ipſius

ipsius verbis expressas, accipe: הא׳ שכבר פשט המנהג אצל שאר החשבונים לגרוע ערך החלוף הזמן המולד או הנגוד האמתי בסוף חשבונם וזה להם טעות גדולות כי באמת ראוי להוסיפו כמו שביארתי במאמר המיוחד לי ערך החלוף· וקרה לפעמים שיעלה החלוף מזה הטעם בין חשבונם ובין זה החשבון המדוקדק י״ד דקים שהוא כל סך ערך החלוף לדעת אלבתני· הב׳ שכבר נמשך המנהג אצל שאר החשבונים לסמוך בכל החשבונותיהם על דעת החכם אלבתני· וזה ראוי להם כי לוחות החכם בטלמיוס אין לסמוך עליהם היום כמו שכתב הא״ע (i. e. Aben Esra) ואם מונים לדעת אלבתני כל החשבונות הן במהלכי חמה ולבנה הן במקום גובה השמש ותקונו· והנה דברי מנהגיהם סותרים זה את זה שהם חושבים ערך החלוף הכתוב בלוחות לדעת בטלמיוס המיוסד והבנוי לפי דעתו במקום גובה השמש ותקונו· ואנו סדרנו על החשבונות לדעת אלבתני הן במהלכי חמה ולבנה הן במקום גובה השמש ותקונו הן בסך ערך החלוף· ויקרה לפעמים שיעלה החלוף בין חשבונם ובין זה החשבון המדוקדק כמו ר׳ דקי שעה·

In his inter cetera *Immanuel* meminit scripti cujusdam sui, sub titulo ערך החלוף Post hæc ratio & usus tabularum illarum, seu כנפים, qvas appellare placuit, ostenditur per tria folia. Codex desinit in sexta tabula, cujus unum duntaxat folium est residuum. Tabulæ constructæ sunt pro anno רעז i. e. 277. C. 1517. qvi annus videri potest, qvo auctor scripsit, usqve ad annum רפד 284. C. 1524. qvibus titulus datur: מחזורים שלמים *cycli completi.* Prima habet paginas tres: Secunda pagg. 20. III. pag. unam. IV. pagg. duas. V. pagg. 11. & VI. pp. 2. Accepi ego ex Vffenbachianis binos codices chartaceos 4. in qvorum in Bibliotheca Vffenbachiana MS. compendiaria pag. 37. num. 175. & 176. ista est mentio. *Num. CLXXV. Codex chartaceus in 4. foliorum LXX. continet 1) Systema Astronomicum, titulum habens* שש כנפים *i. e. Sex alæ, quia in sex capita divisum est: Auctor est R. Salomo Talmid. Adjectæ sunt huic Systemati tabulæ non paucæ. 2) Incerti commentarium in præcedentem librum. Num. CLXXVI. codex chartaceus in 4. foliorum 27. exhibet eundem librum sex alarum, recenti calamo conscriptum, non tamen ita pulcrum, ac ille erat, aut tot figuris exornatum, una cum initio tractatus R. Mosis bar Maimon, de consecratione Novilunii.* Inspexi

ſpexi ego utrumqve curatius, & deprehendi, prius illud volumen non tam ipſum librum *Sex alarum* exhibere, qvam commentarium in illum, cujus auctorem puto eſſe R. *Simeonem* fil. פזי (*Paſſi*) qvod nomen in primo folio averſo diſerte video expreſſum. Hic vero commentarius eo dicitur pertinere, ut, qvæ *Immanuel* noſter in ſua expoſitione ad Tabulas illas tradiderit, ampliorem lucem accipiant. Nam *Immanuelis* tanqvam auctoris nomen clare appellatur, qvemadmodum & titulus libri שש כנפים aliqvoties occurrit in ipſo opuſculo, qvando ediſſeruntur, qvæ ſingulis tabulis contineantur. Itaqve non video, cur in Catalogo edito *Tabulæ* illæ, ſeu *Alæ*, acceptæ ferri potuerint R. *Salomoni Talmid*, qva de re vide, qvæ infra num. 2026. ad *Salomo Talmid* amplius dicentur. Alter Codex num. 176. olim Vffenbachianus, eandem commentationem, iisdem verbis deſcriptam, ſed non integram, exhibet. Deſinit enim in Ala Prima. Accepi præterea ex Vffenbachianis aliud volumen chartaceum, de qvo Catalogus compendiarius pag. 31. num. 153. præcipit, ita qvidem, ut primo loco occurrere dicatur opuſculum, tanqvam commentarius in R. *Immanuelis* לוחות בעל הכנפי' Eſt vero eadem commentatio, qvam num. 175. ſiſtit, ſed non integra. Conſtat enim foliis tantum XV. & in initio Tabulæ III. deficit. Deinde ſeqvitur ס' הגלגל.

Nactus ſum nuper *Georgii Chryſoccæ* commentatiunculam Græcam MS. ſub titulo: Ἔκδοσις εἰς τὸ Ἰουδαϊκὸν ἑξαπτέρυγον. Illius meminit *Lambecius* in Commentariis Bibliothecæ Vindobonenſis VII. p. 244. 243. & 259. Deſcripſi autem ex Codice MS. bombycino, variis ſcriptis Geographicis & Aſtronomicis Græcis, qvæ tamen omnia, ſi hunc tractatum exceperis, edita proſtant, referto, & foliis 196. in 4. conſtante. Eum benevole mecum communicavit Reverendiſſimus *Ericus Benzelius*, Epiſcopus hodie Lincopienſis, doctrina & egregiis in literas meritis inſignis. In MS. Benzeliano *Chryſoccocæ* nomen nusqvam expreſſum legitur; ejus tamen eſſe nemo dubitabit, qvi, qvæ hic deſcripta ſiſtam, cum *Lambecianis*, ex *Chryſococca* petitis, comparaverit. Accipe ſcriptionis initium:

Ἔκδοσις εἰς τὸ Ἰουδαϊκὸν ἑξαπτέρυγον.

Τῆς τῶν πλανωμένων ἀστέρων φορᾶς ποικίλης γε οὔσης καὶ πολυειδοῦς, ποικίλας τε καὶ διαφόρους ἐφόδους, καὶ πολλοὺς Ἑλληνικοὺς τε καὶ Βαρβαρικοὺς κανόνας πρὸς κατάληψιν τοῦ τόπου τῆς αὐτῶν κινήσεως, οἱ περὶ τὰ σφαιρικὰ ἐσχολακότες ἡμῖν ἤδη παραδεδώκασιν· ὅθεν ἱκανὰ μὲν ἦν καὶ τὰ περὶ τῆς τῶν συνοδικῶν τε καὶ πανσεληνιακῶν συζυγιῶν τῶν φώτων διακρίσεως

κρίσεως πρὸς αὐτὸν εἰρημένα τε καὶ ἐκτεθειμένα. Καὶ ὐδεὶς ἂν λόγ@ πείσειν καὶ ἡμᾶς ἔμελλε περὶ τῶν αὐτῶν ὅλως τι φθέγξεσθαι. Επεὶ δὲ ὁ μακρὸς καὶ πολὺς Χρόν@ καινὸν ἀεί τι προΐσχεται, ἀνῆκε δ' ἐν τοῖς ἡμετέροις Χρόνοις καὶ ἑτέραν σύςασιν κανόνων, Ιυδαϊκῶν μὲν ἐυμεταχειρίςων δ' ὅμως καὶ προχειροτάτων πρὸς τὰς τῶν συνοδικῶν τε καὶ πανσεληνιακῶν συζυγιῶν τῶν φώτων ἑυρέσεις καὶ τὰς ἐκλειπτικὰς τύτων διακρίσεις. Προσήκει δὲ τοῖς τῆς σοφίας ἐφιεμένοις μηδενὸς μὲν ἀπείρως ἔχειν, ἀλλὰ πανταχόθεν συλλέγειν κάλλιςα καὶ συντείνοντα πρὸς τὴν ταύτης ὑψηλὴν ἀκρώρειαν, καθάπερ ἐςὶν ἰδεῖν καὶ τὰς μελίσσας πᾶσι μὲν βλαςήμασιν ἐπικαθεζύσας, ἀφ' ἑκάςυ δὲ τὰ Χρήσιμα λαμβανύσας, ἤδη καὶ ἡμεῖς μικρόν τι περὶ τύτων διαληψόμεθα, ὁμῦ μὲν καὶ καθ' αὐτὸ τῦτο ὅπερ εἴρηται, καὶ ὡς ἐυμεταχειρίςων γε καὶ προχειροτάτων ὄντων, ἐπειδὴ καὶ τὺς προχειροτέρυς τῶν κανόνων ἐγκρίνομεν, ὁμῦ δὲ καὶ ὡς Ιυδαϊκῶν, ἵνα μὴ ὦμεν καὶ Ιυδαϊκῶν κανόνων ἀνήκοοι. Εχει δὲ ὕτως.

Εν Ιταλίᾳ πόλις ἐςὶ Ταραγκῖναι καλυμένη. Εν ταύτῃ τοίνυν ἀνήρ τις σοφὸς τὰ μετέωρα γεγονὼς Ιυδαῖ@ τὺς προκειμένυς ἡμῖν κανόνας, τὺς καὶ πτερὰ (i. e. כנפים) ἐπιγεγραμμένυς συντέθεικεν, ἐπειδὴ ἔθ@ ἐςὶ τοῖς Μαθηματικοῖς τῶν Εβραίων τοῖς παρ' αὐτὸν ἐκτεθεῖσιν Αςρονομικοῖς κανόσι πτερὰ ἐπιγράφεσθαι. Τῷ παλαιῷ ἔθει καὶ ὗτ@ ἑπόμεν@ τὸ μὲν παρ' αὐτῷ συντεθὲν σύνταγμα τῶν κανόνων, ὡς ἐξ διῃρημένον τμήμασιν Εξαπτέρυγον ὠνόμασε, πτερὰ δὲ τὺς κατὰ μέρ@ ἐν αὐτῷ κανόνας, χρησάμενοι εἰς τὴν τύτυ σύςασιν τοῖς Εβραϊκοῖς ἔτεσιν (ἐςὶ δὲ τὸ πρῶτον αὐτῶν ἔτ@, τὸ πρῶτον ἔτ@ τῆς τῦ κόσμυ παραγωγῆς, ἀρχόμενον ἐπὶ τῆς νεομηνίας τῦ παρ' αὐτοῖς Τισηρὶ) καὶ πρὸς τὸν τῆς εἰρημένης πόλεως μεσημβρινὸν κατὰ μῆκ@ ἀπεχύσης ἀπὸ τῦ δυτικωτάτυ τῆς οἰκυμένης γῆς μοίρας τριάκοντα τρεῖς, λεπτὰ τριάκοντα, κ. τ. λ.

Poſtqvam auctor commentationem ſuam per duas circiter plagulas ita perſequutus eſt, ſeqvuntur πτερὰ ſeu *alæ* ſex. *Ala* prima per latercula varia exhibet 1) ἐννεακαιδεκαετηρίδων κίνησιν συνοδικῶν. 2) ἐννεακαιδεκαετηρίδων κίνησιν πανσεληνιακῶν. 3) κίνησιν ἁπλῶν ἐτῶν τῶν ἐννεακαιδεκαετηρίδων. 4) μηνῶν τῦ Χρόνυ. Hæc omnia folio una conſtant. *Ala* ſecunda ſiſtit ζώδια καὶ μοίρας ἰδιάς κινήσεως τῆς σελήνης, foliis XI. *Ala* tertia repræſentat 1) κανόνα τῆς ἡλίυ ἰσημερίας, & 2) κανόνα ἐξάρματ@ πόλυ καὶ ὡρῶν ἐποχῆς folio dimidio. *Ala* IV. per latercula deſcribit ζώδια ἰδίας κεκριμένης qvod ad Solem, folio uno & dimidio. *Ala* V. eadem ζώδια ἰδίας διακεκριμένης, qvod ad duodecim ſigna cœleſtia, ſecundum conſvetum ordinem, facto initio ab ariete, & fine in piſcibus, foliis

 ſex,

sex. *Ala* VI. itidem habet ζώδια ἰδίας κεκεχμένης. præmisso signo O foliio uno.

Meminit hujus ἐκδόσεως ex *Lambecio* præstantissimus *Jo. Albertus Fabricius* in Bibliotheca Græca, tum alias, tum Volumine X. p. 694. in notis ad *Allatii* librum de *Georgiis*.

Ἔκδοσις hæc seu *editio* Ἑξαπτερύγου seu *Sexalaris* omnino spectat ad *Immanuelis* nostri שש כנפים Nam & titulus respondet, & tractandi ratio, & à *Chrysococca* eadem tituli ratio redditur, qvam ab *Immanuele* allatam esse, ex MS. Bernardino Bibliothecæ Bodlejanæ paulo ante monui. Nec temporis, qvo *Immanuel* & *Chrysococca* vixit, rationes adversantur. *Chrysococcæ* ætas in extrema Palæologorum tempora i. e. A. C. 1346. incidit. Vide Allatium & *Fabricium* l. c. Jam memini, in Catalogo MSS. Hebraicorum Bibliothecæ Taurinensis manu exarato afferri opera *Euclidis* hebraice conversa in 4. foliorum 91. in qvorum calce hæc legantur: *Ego Emanuel fil. Jacobi exscripsi Euclidem die* 1. *Thebeth an.* 5106. *C.* 1346. *Emanuelem* hunc de nostro accipiendum esse non dubitabit, qvi ex ipso ejus hoc scripto Astronomico recte collegerit, eum Mathematicis studiis deditum fuisse. Ita in eodem catalogo commemoratur *Emanuelis delle Ale* i. e. *Immanuelis ab Alis*, seu *Baal Hakkenaphajim*, *Modus Lunationum & Eclipsium inveniendarum*, qvi ibidem A. 2. 3. in 4. foliis 24. legatur. Vnum tamen obstat, qvod nempe in MS. *Bernardino* tabulæ illæ ad an. 277. i. e. C. 1517. & seqventes relatæ dicuntur. Si enim hoc anno *Emanuel* vixisse & scripsisse existimatur, necesse erat, eundem Chrysococca tribus circiter Sæculis inferiorem dicere. Responderi tamen poterit, recentiorem alium fuisse, qvi *Immanuelis* nostri præcepta ad annos illos accommodarit. Mihi saltem admodum veri videtur simile, *Chrysococcam* illas *Immanuelis*, qvi primum se methodi hujus auctorem profitetur, *Alas* ob oculos habuisse. Nec videntur diversæ esse a *tabulis Astronomicis*, qvas *a Judæo qvodam ante annos trecentos* (vide, qvomodo & hic temporis ratio cum illa, qva *Immanuel* vixit, consentiat) *conditas, & ad longitudinem latitudinemqve illius loci accommodatas* Peirescius a *Salomone Azubbio* anno 1633. accepit. Vide, qvæ infra ad num. 1955. b. scribentur.

MDCC XCII. b. ר׳ עמנואל די לייאון R. IMMANVEL de LEON.

Ejus *Triumpho Lusitano* hunc habet titulum pleniorem: *Triunfo Lusitano nos desponsorios del Rey de Portugal Don Pedro II. con Donna M. Sophia Isabella Babiera.*

Babiera, por Manuel de Ledo Bruſſelas 1688. 4. Didici illum ex Bibliothecæ Hulſianæ Tomo IV. Parte III. p. 344. n. 1602.

Ejusdem *Examen de Obrigaçones* exhibet dialogum inter Parentem & filium, ubi hic diſputat contra officia, Parentibus a liberis debita, Parente eadem viciſſim adſtruente.

ר׳ עמנואל פורטו R. IMMANVEL PORTVS, *Tergeſtenſis.* MDCCXCIV.

Eſt jam in manibus meis commentatio, qvam Vol. III. p. 878. ex alio qvodam libro commemoravi. De illa nunc & rectius & plenius ita habe. Titulus eſt: *Dipluranologia, qva duo ſacræ Scripturæ oracula de regreſſu Solis tempore Ezechiæ, & immobilitate Luminarium ſub Joſue declarantur*, ab Emmanuele Porto, Rabbino. *Ad Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Dominum D. Rubertum Papaſavam, Abbatem. Patavii typis Sebaſt. Sardi, MDCXLIII. Superiorum permiſſu*, in 4. pp. 72. *Dipluranologia* Græca vox eſt, ex διπλῆς & οὐρανολογία conflata, qvæ *duplex* illud argumentum Aſtronomicum, qvod hic tractatur, ſummatim innuit. De altero eorum, nempe *Solis regreſſu*, fuſius, de altero vero, nempe immobilitate luminarium brevius diſſerit. De priori qvod ad verba Jeſaiæ ita pronunciat p. 20. *Itaqve exiſtimo, Prophetam hic proponere Regi unum duntaxat ſignum, h. e. regreſſum Solis, qvem poſtea accidiſſe commemorat hiſtoria: loqvive in hunc ſenſum:* Ivit umbra decem gradibus, ſignum erit, ſi revertatur decem gradibus. *Cui reſpondit Rex, nondum adhuc perfecte umbram decem gradibus declinaviſſe, ſed leve eſſe declinare, i. e. parum eſſe, qvin declinaverit decem gradibus; & qvia dixerat Iſaias, ſignum erit, ſi revertetur, ac ſi in dubium revocaſſet Solis regreſſum;* ideo ſubjungit *Ezechias*, non ſic; *quaſi dicat nolo hoc eſſe ambiguum. In Lingva enim Hebraica particula* Ki, *qvam dixi accentu Grammatico notari, habet quadruplicem ſignificationem: hic uſurpatur pro ſic; atqve adeo ſenſus verborum Regis eſt hic: Tu Jeſaia regreſſum Solis confirmaturum ſanitatis meæ recuperationem &c. proponis mihi cum dubio, dicendo:* Si revertetur umbra decem gradibus: *at ego deſidero, ut abſqve ullo ſigno ambiguitatis certo certius mihi promittas, Solem decem gradibus retroceſſurum.* De miraculo in Joſuæ gratiam facto p. 59. ita ſtatuit, *qvod ambo luminaria, Sol & Luna ab utroqve motu ceſſaverint*, idqve per דום i. e. *non moveri*, indicari ait, qvemadmodum & idem exiſtimat inferri, ſi vel maxime per *tacere* convertatur.

Commentationem hanc auctor Italice primum ſcriptam (qvam etiam

etiam impressam puto, qvamvis adhuc mihi non visam) Imperatori Ferdinando III. dedicavit: deinde Hebraice conversam ad *Laurent. Dalnakium*, Transsylvanum, misit, qvi eam Latine est interpretatus. Idem vero exemplum Hebraicum ad P. *Georgium Scemberger* in Germaniam, illud videndi cupidum (vid. p. 23.) misit ejusqve dubiis & exceptionibus in uberiore hac Latina versione respondit: qvod idem facere inprimis instituit, in scripta ad Scembergerum epistola, qvæ p. 32. usqve ad finem legitur. *Italica* itaqve illa scriptio brevior fuit, qvæ Hebraice postea ab ipso conversa, & multum aucta, & responsionibus inprimis ad exceptiones instructa, sed manu scripta, in Latinum sermonem per Dalnakium conversa lucem adspexit. Jam rectius intelligas *Porti* nostri præfationem ad versionem illam Latinam, qvam totam hic vel ideo describam, qvod *Porti* ejusqve rationis & vitæ genus aliqva ex parte delineat. *Liberalibus*, inqvit, *ingeniis dum pro meo modulo sanctæ lingvæ siderumqve scientia erudiendis operam navo, qvorundam curiositati satisfieret, meam de miraculoso Luminarium statu opinionem in pauca contuli. Augustissimo Imperatori* FERDINANDO III. *cum Etrusco idiomate cum obtulissem, qvod unice in votis erat, Clarissimi etiam in Germania viri sententiam & dubia impetravi.* (Hic est ille P. Georgius Scemberger, cui libellum suum Hebraice conversum ibidem miserat, qvod ipse in limine epistolæ ad eum scriptæ p. 32 testatur.) *Inde factum, ut labore iterato Auditoribus meis gratificaturus Disputationem Hebræo sermone scriptam cum paucis hactenus communem voluerim. Cujus laboris si non alium sane percepissem fructum, hunc saltem gratissimum arbitrarer, qvod eo applausu fuerit exceptus, ut ab eruditissimo Dalnaky Transsylvano, Latinam consvetudinem, simulqve ad Hebræa studia exhortationem promeruerit. Hanc unaqve ad graviores viri Reverendi oppositiones meam Responsionem, plurimorum consilio liberiori jam luci committo, tuæqve, humanissime lector, benignitati, ut exiles conatus nostros utilitati publicæ dicatos, ad majora excites.* Præfatio hæc Dalnakii, ad L. Hebr. studium inprimis cohortans, constat foliis qvinqve.

Qvod ad *Portum* attinet, eum qvidem inter Christianos Italos numerat *Calmetus* in Supplemento ad Bibliothecam Sacram, in calce Tomi IV. Dictionarii p. 54. Sed procul dubio falsus est. In titulo enim ipse *Rabbinus* vocatur, qvem titulum Judæis receptum esse constat. Inter eos qvi carmina in elogium libri & auctoris præmiserunt, sunt qvidem Christiani, v. c. *Jo. Rhodius*, *Thomas Bartholinus*, & *Benedictus Arcosinus*: at primum inter eos locum tenet R. *Leo Mutinensis*, qvi Ex-Judæum laudibus prosecuturus fuisse non videtur, qvemadmodum

Portus

Portus primum ipsi locum non erat daturus, si ipse Judæus non fuisset. Deniqve ad P. *Scembergerum*, Pontificium, scribens, ait; *id autem optime intelligetur ex eo, qvod primum dicitur, qvod Angeli laudant Deum actionibus, qvas eis jubet, ut Rabbini antiqvi, & etiam vestri Doctores volunt*: ubi Rabbinos Judæorum, qvos ipse a Christianis Doctoribus, qvos Scembergerus majoris faciat, satis distingvit. Eodem sensu p. 63. Jonathanem ben Vsiel commemorans ait: *cujus qvidem auctoritas plurimi apud nos est*. Qvæ qvidem omnia si in cumulum conferantur, manifestum evadit, Emanuelem *Portum* & Judæum fuisse gente, & talem semper mansisse. Ceterum, qvando jam constat, illam *Porti* dissertationem de duplici miraculo Astronomico Italice primum editam esse, qvemadmodum ejusdem *brevis institutio Geographica* Patavii 1640. 4. lucem vidit, qvod Vol. III. p. 878. monuimus, in promtu sunt duo illi libri, qvos ab eo editos esse Bartoloccius Tom. IV. testatur.

ר׳ עמנואל רוסאליס R. IMMANVEL ROSALES MDCCXCV.

idem cum *Jacobo Rosales*, de qvo Vol. III. n. 1108. ubi Supplementa hæc vide. In *Bibliotheca exqvisitissima*, qvæ *Hagæ* 1732. veniit, p. 205. n. 1425. seqventem nostri librum video afferri: *Verdadera composicion del mundo Philosophica, y Mathematica, por el Doctor Manoel Bocarro Frances Poeta Laureado* MS.

ר׳ עמנואל בן שלמה R. IMMANVEL ben SCHELOMO. MDCCXCVI.

מחברות seu carmina ejus *Buxtorfius* in Biblioth. Rabbinica p. 367. ait esse excusa *CPoli* an. 1540. apud *Gersonem Schunzen*. Recte vero B. *Wagenseilius* in Supplementis ad eam MSS. observat, non apud *Gersonem*, sed potius *Eliezerem*, Gersonis filium, librum prodiisse. Ita enim inscriptio libri fert: על ידי הצעיר המחוקקים אליעזר בכר גרשום שונצין מחברות התופת והעדן MSS. apud me bis exstant ex *Vffenbachianis*. Vide Bibliothecam Vffenbachianam MS. compendiariam p. 28. n. 142. & 145.

עמנואל תרימיליאוס IMMANVEL TREMELLIVS. MDCCXCVII.

De eo conferri velim *Paulum Colomesium* in Italia Orientali, à me in lucem prolata, p. 110. sq. ubi inter cetera tradit, Catechismum, quem *Tremellius* hebraicum fecit, *Calvini* esse.

MDCCCI. ר׳ עקיבה בן יוסף AKIBA ben JOSEPH.

De ratione ejus אותיות seu *alphabeti*, qvo ostenditur, qvibus & qvot apicibus singulæ literæ Hebraicæ, præter *Jod* in Cod. Sacro instruendæ sint (qvos apices Hebraei תגין, כתרים, זיונים appellant) vide *Hackspanii* Miscellanea in Expositione Cabbalae Judaicae §. 32. sqq.

MDCCCIII. ר׳ עקיבה בער בן יוסף R. AKIBA BEHR, fil. JOSEPH.

אביר יעקב recus. est *Furthi* 489. C. 1729. in 4. foliis 42. apud Salman ben Bonfed Schneior.

MDCCCIV. עקילס AQVILA, *Ponticus*.

Num *Aquila* in versione sua varia Scripturæ loca, ut Christianis ægre faceret, perverterit, disqvirit *Pet. Wesseling* in Observationibus Variis lib. I. p. 73. sqq. ibidemqve duo ejus fragmenta emendat.



MDCCCVI. פאביאנוס פיאוגי FABIANVS FIOGHI.

Dialogum ejus *de Fide inter Catechumenum & Patrem catechisantem* Italice scriptum ex editione Rom. 1601. 4. qvam *alteram* vocat, affert Bibliotheca Fabriciana Parte IV. p. 183. At nolim, dubites, operarum vitio id esse factum. Est enim mihi in manibus & prior libri editio Romana anno 1582. 4. & posterior, qvæ diserte in titulo altera vocatur, & in annum MDCXI. refertur.

MDCCCVIII. פאולוס בורגינסיס PAVLVS BVRGENSIS.

De eo lege præter supra citatos p. 900. Vol. III. *Pauli Colomesii* Hispaniam Orientalem à me MS. cum notis editam p. 212. sq.

Scrutinium Scripturarum esse videtur liber ille, qvi bis manu exaratus exstat in fol. in Bibliotheca Heilsbronnensi, sub titulo: *Dialogus* Pauli Burgensis *inter Paulum & Saulum contra Judæos.* Lege Catalogum illius Bibliothecæ à Rev. *Hockero* editum p. 100.

באולוס די הירידיאה PAVLVS de HEREDIA. MDCCC IX.
nspice de eo *Pauli Colomesii* Hispaniam Orientalem p. 217. nihil tamen præter ea, qvæ *Gesnerus* attulit, tradentem.

באולוס ווילהלם הירש PAVLVS WILHELMVS HIRSCH. MDCCCX. b.

Ex Judæus, patria *Pragensis*, & *Cracoviæ* literis Talmudicis operatus, qvod ex p. 30 & 31. libri ejus de *Tekuphoth* intelligitur. Qvod ille de *Tekuphoth* illis contra Judæos data opera ursit, id tanqvam argumentum novum Anti-Judaicum recitatur in Relationibus innoxiis de Novis & Antiqvis Theologicis an. 1710. p. 730. sqq.

Ejusdem Beschreibung des Jüdischen Weyhnacht Fests. 1715. 8.

Der Juden lächerliche Zurüstung zum Sabbath. 1722. 8.

Beschreibung des betrübten Endes Rabban Jochanans. 1728. 8.

Nachricht von der Bedeutung der beyden Redens-Arten Capore wären, Krie reissen. 1730. 8.

באולוס יוסף PAVLVS JOSEPHVS, Ex-Judæus, MDCCC XI.
inter Judæos olim *Joseph bar Zadock*, de qvo supra in his Supplementis num. CMLVII, b. dictum est, appellatus. Ejus

Scala vera Jerusalem Vindobonæ an. 1626. 4. germanice edita exstat in egregia *Godofredi Thomasii*, Medici Norimbergensis præstantissimi, Bibliotheca Norimbergæ. Summa libri capita percipies ex Bibliothecæ Fabricianæ Parte IV. p. 295. *In Dedicatione ad Ferdinandum II. Imp. extollit Ecclesiam Romanam, Lutherum & Calvinum ut hæreticos traducit, narratque, se Noribergæ audivisse Jo. Saubertum, (quem Saupartbum appellat) Joannis Apocalypsin pro concione explicantem, & aliquot dies in præsentia Senatorum Scholarcharum, collocutum esse cum Pastoribus aliquibus, atque etiam tum, sicut unus, cum scriberet ederetque hunc tractatum, fuisse cæcum, in eoque se exponere causam, cur Romanam sibi delegerit Ecclesiam.*

Ex ultimis his verbis patet, *Scalam* illam *veræ Jerusalem* jam ante prodiisse, qvam ad Pontificios accederet, procul dubio sub alio titulo. Itaqve acceperim *de demonstratione, Christum esse verum Messiam*, qvam *Norimbergæ* 1612. 8. ab eo editam dixi. Repetitæ vero illi editioni accesserunt ea, qvæ ad laudem Romanæ Ecclesiæ, ad qvam tunc secesserat, pertinent.

De *Grammatica* nostri *Hebraica* lege in his Supplementis supra p. 191. ubi de Grammaticis Hebraicis.

MDCCC XI. d. באולוס ישעיה PAVLVS JESCHAJA, Ex-Judæus. The Messias of the Christians and the Jews, 1655. 8. anglice, qvem librum in *Anton. Collinsii* catalogo Part. I. p 32. memorari video.

MDCCC XI. e. באולוס ישראלי PAVLVS JSRAELITA, Ex-Judæus, idem est qvi alias vocatur *Paulus Ricius*. *Paulum Israelitam* eum appellat *Galatinus* de Arcanis Cathol. Veritat. p. 22. ubi de Cabbala eum ait scripsisse, nec non *Erasmus* in epistola, qvadam ex qva locum affert *Colomesius* in Italia Orientali p. 18. Sub hoc nomine nempe *Pauli Israelitæ* in Bibliothecæ Colbertinæ Parte II. n. 4986. video commemorari scripta seqventia:

1) de 613. Mosaicæ sanctionis edictis, Papiæ 1510. 4.
2) Disputationem Philosophicam Talmudisticam pro veritate Christiana tuenda: ibid. 1511. 4.
3) Isagogen in Cabbalistarum sive allegorisantium eruditionem: ib. 1510. 4.
4) de novem doctrinarum ordinibus, & totius Peripatetici dogmatis nexu: ibid. 1510.

MDCCC XI. f. באולוס באראדיסוס PAVLVS PARADISVS, Venetus, Ex-Judæus, in Judaismo *Pauli Canossæ* nomine dictus, & literarum Hebr. Interpres Regius Parisiis constitutus, floruit an. 1530 seqq. Exstat ejus *dialogus de modo legendi Hebraice*, Paris. 1534. 8. de qvo supra in his Supplementis inter Grammaticos Hebraicos, tum vero in notis ad *Colomesii* Italiam Orientalem p. 68. dixi.

MDCCC XII. באולוס מפראג PAVLVS PRAGENSIS. Cave, eum distingvas ab *Elchanon Paulo*, de qvo Vol. I. & III. n. 224. & in his ad illum locum Supplementis dictum est, qvæ hic velim conferri. Notes præterea, Paulum illum non *Pragæ*, sed *Norimbergæ* sacro lavacro esse tinctum.

Symbolum Apostolicum ex V. T. adstructum, de qvo Vol. III. p. 910., prodiit ita inscriptum: Der Apostel Symbolum von Wort zu Wort aus dem Alten Testament probiret, und erweiset, in Fragstück gestellet durch Paulum von Prag jetzund in Leipzig. Wittebergæ 1580. 8. Constat plagulis septem.

פאולוס קריסטיאני PAVLUS CHRISTIANI. MDCCC XVI.

De hujus ſcripto ad *Eiſenmengeri* Judaiſmum Detectum pertinente vide *Secretarium negotioſum*, vernacula L. editum, Expedit. XIV. p. 168. ſq. Ibidem p. 179. usqve ad p. 186. legitur ejusdem epiſtola ad fratres ſuos uterinos & Judæos generatim ſcripta, lingva Germanica. Prodiit illa primum Hebr. & German. Halæ an. 1711.

פאוליס קריסטיאן קירחנר PAVLVS CHRISTIANVS KIRCHNER. MDCCC XVI. b.

De eo Vol. III. p. 912. verba B. *Schudtii* ex Memorabilibus ejus Judaicis attuli. Scias autem, ea non ad illum Kirchnerum, cujus ſcripta ibi enarravi, ſed ad alium *ὁμώνυμον* pertinere. Id me docuit Rev. *Jo. Benjamin Martini*, Archidiaconus Ohrdrufienſis per literas, an. 1729. 27 Septembr. datas. His enim teſtatur, ſe *Kirchnerum*, libellorum illorum Scriptorem, ex ſacro fonte ſuſcepiſſe, & domi ſuæ freqventer aluiſſe: hominemqve literarum Hebraicarum maxime rudem inveniſſe.

Cum ille in *Ceremoniali Judaico* Judæis uſum ſangvinis Chriſtianorum apud puerperas imputaſſet, Judæi Sileſii eum apud Magiſtratum in jus vocarunt. Ille vero fuga ſibi conſuluit. Vide Relationes Innoxias vernaculas de Novantiqvis Theologicis an. 1716. p. 1274. *Ceremoniale* illud lucem qvoqve vidit *Ratisbonæ* 1720. 8. conſtans plagulis ſex & pp. 96. Caput ejus XXIV. ſeu ultimum de *Chaliza*, ſeu ritu detrahendi calceum, exponit, qvod excipitur ab alio ſub tit. Kurtze einfache Jüdiſche ceremonien, foliis ſex. Ibi in titulo vocatur: Paulus Chriſtian converſus, bekehrter Rabbiner. Non adeſt præfatio, nec dedicatio.

פאולוס ריקיאוס PAVLVS RICIVS, Ex-Judæus, qvi alias *Paulus Iſraelita* vocatur, de qvo paulo ante num. 1811. e. dixi. MDCCC XVII.
Confer de eo *Pauli Colomeſii* Italiam Orientalem, à me editam, p. 17. ſqq. Hic, velim, ceteris addas, Commentarium ejus in Pſalmum I. Auguſtæ Vindelicorum an. 1519. 4. prodiiſſe. Lege Collectionem vernaculam Novantiqvorum Theologicorum an. 1730. Sect. I. num. 3.

פאולוס שטפילשטינר PAVLVS STAFFELSTEINER. MDCCC XVII. b.

Titulus libri Germanici, qvo Pſalmum XXII. à Judæis corruptum eſſe

esse probare conatus est, ita habet: Wiederlegung der grossen Verfälschung der Jüdischen Lehrer des XXIIsten Psalms. Norimberg 1536. 4.

MDCCC XXI. פטלמי PTOLEMÆVS.

Almagestum ejus sub titulo ס׳ הגדול *libri magni* per R. *Jac.* fil. *Simson Antoli*, hebraice conversum MS. exstat in fol. foliorum 178. A. I. 14. in Biblioth. Taurinensi. Exaratus est codex membranaceus A. M. 5039. C. 1279. cum figuris & notis marginalibus. Ibidem A. I. 15. occurrit חבור ס׳ אלמאגיסטו מבן רשד החסיד i. e. *compositio in librum Almagesti per filium Resched Pium.* Exhibet figuras cum notis marginalibus. *Enucleatus est liber iste*, (qvod additur) *à Philosopho* Ben Resched, *inter selectiores, qvi Ptolemæi Almagestum commentationibus illustrarunt. Opus* Neapoli *completum* à Jac. fil. R. Simsonis Antoli, A. M. 4996. C. 1236. Prior qvaternio scriptus est manu ipsius *ben Resched*, reliqvi manu *Jacobi fil. Simson Antoli.* Scilicet est hæc commentatio *Ibn Resched*, vulgo *Averrois*, in Almagestum Ptolemæi, qvam R. *Jacob Antoli* hebraicam fecit. Ibidem A. I. 16. occurrit in 8. foliorum 50. Compendium Almagesti ex Arabico hebraice ab eodem *Jac. Antoli* conversum, de qvo Vol. I. p. 20. dixi.

Ibidem A. I. 24. invenitur liber de natura Astrorum & eorum influxu, de circulis cœlestibus, ac diversitate influxuum, qvi, teste Catalogo, *Ptolemæi* esse creditur. Scriptor se appellat *Mosen fil. Abrahami, fil. Nehemiæ.*

MDCCC XXIV. פיטרוס אלפונסוס PETRVS ALPHONSVS, Ex-Judæus.

Lege de nostro *Herman. Corneri* Chronicon an. 1104. in Scriptoribus à Jo. Georg. Eccardo editis, Tom. II p. 636.

MDCCC XXIV, b. * פיטרוס ויגנאליאוס PETRVS VIGNALIVS, seu VINEALIS, Rhedonensis, Judæus conversus, Lingvæ Hebraicæ Professor Regius, obiit in Regio Collegio Parisiensi an. 1640. mense Junio ætatis 105. post occupatam per 50 annos Regiam Cathedram sepultus in æde S. Stephani de Monte.

Epitaphium ejus:

D. O. M.

Pet. Vineali Rhedoni, *Lingvæ primitivæ annos plus L. Professori Regio, egregio, assiduo, facili, diserto, jucundo, efficaci, Homini sancta illa in paupertate*

vertate liberalissimo, aperto egentibus, benigno suis: invictæ ab omni difficultate bonitatis ac patientiæ Seni: Christiano semper cælibi.

Ordo Regiorum Professorum

Decano M. L. M. P.

An. Regis Æterni CIↃ. IↃC. XL. V. *Kal.* VIbris

Sic Vinealis vixit, & centum integer
Excessit annos sobriè, jucundius
Qvam vita fert, casteqve. Sic vitam rege,
Qvi semper optas vivere, & breve hoc diu.

Accepi hæc Parisiis ad me missa, à Rev. Magno Crusio, Pastore hodie in Holsatia Barmstedense. Confer Pauli Colomesii Galliam Orientalem pag. 146. ubi ex *Jac. du Breul* Antiqvitatibus Parisiensibus pag. 758. commemoratur, *Vignalium* nostrum *Genebrardo* an. 1562. successisse. Scias vero ibi legendum esse an. 1592. qvod recte monuit Cl. *de la Monnoie* in notis ad *Pauli Colomesii* Bibliothecam Selectam Parisiis 1731. recusam, pag. 347.

פיטרוס טירירה PETRVS TEIRERA, vel potius TEXERA. Ita enim scribendum fuisse docuit me Judæus Lusitanus eruditus, qvemadmodum & hoc familiæ nomen inter Judæos Lusitanos, celebre est. MDCCC XXIV. b.

פיטרוס פליגיליאוס PETRVS FLEGELIVS, *Judæus natus, sed fonte postea cælestis lavacri ablutus, caducam vitam exhalavit* an. 1564. Ita *Melchior Sebizius* in Appendice Chronologiæ de Professoribus Academiæ Argentoratensis pag. 291. ubi eum inter Professores Hebraicæ Lingvæ Argentoratenses numerat. Exstat illa Appendix cum aliis monumentis historicis in calce der fünf Christlichen Predigten vom geistlichen Schul-Brunnen, qvæ anno 1638. in Jubilæum Academiæ Argentoratensis habitæ prodierunt Argentorati 1641. 4. MDCCC XXVI. b.

פיטרוס גאלתינוס PETRVS GALATINVS. De eo praeter supra citatos leges, si placet, *Pauli Colomesii* Italiam Orientalem à me editam pag. 25. sq. *Thomam Crenium* Tomo I. Methodorum num. XIII. c. 9. pag. 528. & Parte III. Animadversionum pag. 72. MDCCC XXVII.

פיליפוס די אקינס PHILIPPVS AQVINAS. MDCCC XXX.

De hoc *Jo. Bourdelotius* in praefatione ad Lectiones in IV. Psalmos Parisiis

ſiis 1619. edita ita: *Ad rhythmicam proſam tranſeo, quæ virum eruditiſſimum, Thomam* (lege *Philippum*) Aqvinium *auctorem aſſerit, qvi paraphraſin meam Latinam, ut hoc opus haberet majeſtatis ſuæ pondus, ad Poeſeos Hebraicæ ſtudium transtulit.*

MDCCCXXX. b. פֿיליף אירנסט קריסטפילש PHILIPPVS ERNESTVS CHRISTFELS, Ex-Judæus, qvi Excellentiſſ. Comiti Hohenlohico Schillingsfurſt adhuc eſt à conſiliis cameræ. De hoc lege nonnulla in Cl. *Jo. Gerardi Pagendarmii* notis ad disputat. de Codice Judæorum Olsnenſium Hebræo pag. 7. ſq. Ex Rev. *Engerero* intellexi, eum parare ſingularem commentationem Anti-Judaicam ſub titulo: עינים להם ולא יראו *oculos habent, ſed non vident.* Præterea vero moliri expoſitionem omnium Sectionum Evangelicarum, qvæ pro concione explicari conſueverunt, ita qvidem, ut difficiliora tantum loca explicentur. Ita v. c. obſervat, *Thomam* etiam *Didymum* appellari ſolitum, moneri, ad retundendam Judæorum calumniam, per qvam & reliqvorum Apoſtolorum & *Thomæ* ſpeciatim nomen in probrum converterint, eum טָמֵא i. e. impurum appellantes. Hunc itaqve תּוֹמָא i. e. *Didymum* non טָמֵא vocatum fuiſſe Scriptura teſtatur. Hujus operæ ſpecimen Auctor ad filium ſuum, Miniſtrum verbi divini Wechingenſem miſit.

MDCCCXXX. d. פֿיליף ניקודימוס לעבריכט PHILIPPVS NICODEMVS LEBRECHT, Ex-Judæus.

מַחְמַת תְּקוּפוֹת de *Tekuphis*, ſive von denen ſo genannten vier Bluts-Tropfen, welche jährlich viermahl zum gewiſſen Zeichen und Denckmahle unter den Jüden vom Himmel hernieder fallen ſollen, ſo aber in dieſen wenigen Bogen aus göttlicher Schrifft und aus ihren eigenen Schrifften wiederleget wird. Lipſ. 1729. 4. plagulis tribus.

Ejusdem חַד גַּדְיָא ein Zicklein, das iſt, ein merckwürdiges Rätzel aus der Jüdiſchen Oſter-Liturgie, welches in ſich begreiffet die Begebenheiten und Schickſahle des Jüdiſchen Volcks, ſo ſie von Ausgang Ægypti an biß auf die Zukunft ihres annoch täglich erwartenden Meſſiæ darunter verſtehen. Lipſ. 1731. 4. 5 [illegible]agulis. Vide Collectionem vernaculam Nov-antiqvorum Theologicorum an. 1731. pag. 42. ſq. Poſt expoſitas variorum de hymni iſtius ſcopo ſententias, canticum ipſum lingvis Hebræa, Judæo vernacula & Germanica pura exhibetur, tandemqve ſubjicitur interpretatio hiſtorica,

rica, ab *Hermanno Hardtio* olim Latino ſchediaſmate propoſita. Confer, qvæ infra inter Anonymos ſub titulo : הגדה של פסח afferentur.

פִּילִיף טוֹמַס פִּידֵילִיס PHILIPPVS THOMAS FIDELIS, Ex-Judæus, in Judaismo *Moſche de Cani* vocatus, de qvo *Jo. Paſtritius* in epiſtola ad *Gabrielem Groddeckium* Roma XIV. Kal. Aug. 1698. data, & hodie in ſcriniis Celeb. *Mascovii*, JCti & Senatoris Lipſienſis, obvia, ſcribit: *Nuper converſus ad fidem Chriſti Magiſter lingvæ Hebraicæ, ſeptuagenario major, Moyſes de Cani, baptiſatus eſt die 25. Maji in templo S. Mariæ ſuper Minervam, ab Epiſcopo Interamnenſi, Vices gerente, Patrino Viro Cardinali Ferrario, ſummo populi concurſu. Septuagenario major per XL. annos docuerat lingvam plurimos Chriſtianos, qvorum aliqvi Cardinales, Epiſcopi, Prælati, & præcipue Lectores Theologiæ, adeo, ut ipſi Romam plurimum debere dixerit Fauſtus Naironus, qvod L. Hebræam fere toti Romæ communicaſſet, alias emenſo ſtudia Philoſophiæ Theologiæ, Jurisprudentiæ & Medicinæ. Et tamen etiamſi tot Theologi eum flectere ad abjurandam religionem Hebr. ſtuduerunt, per tot annorum ſpatia non potuerunt. Qvid fiet de aliis? Vidi ego Præſulem Laurentium, ceterosqve ejus diſcipulos in vinculis charitatis agere cum ipſo perhumaniter, & tamen obduratus adhuc in Judaismo perſeverabat. Neqve pravis moribus imo honeſtis prædi- tus erat, ſolitus etiam pecuniam erogare pauperibus Chriſtianis pietatis gratia æqvi ac veritatis amantiſſimus. Interrogavi, qvo impulſu converſus fuerit; dixitqve, ſe cogitaſſe, qvod tot Meſſiæ apparuerant, nec tamen poſt elapſum tempus ullus ex his in Judaismo acceptis verum ſe comprobarat. Secundo, qvod à ſex annis, cum lectionem Theologiæ in templo JEſu Mariæ audiret, ille ſe ad Patrem Venerabilem, qvem ſupremum eorum Religioſorum moderatorem poſtea comperit, miſerit; & ſigno crucis in fronte conſignatus fuerit, non ſine ſuo terrore, noctu circumfuſus luce per triennium fuerit integrum, ipſeqve obſtiterit occultando caput, qvod nollet videre & non agnoſcere, qvis eſſet: Primis diebus rem communicaſſe Fratribus illis, qvos interrogavit, qvanam in exiſtimatione eſſet apud illos moderator ille? Ii vero unqvam ſanctum haberi reſponderunt, ſerioqve eum hortati ſunt, ne divinas inſpirationes repelleret. Itaqve poſt triennium ſplendor ille diſparuit ſine fructu. Poſt alios tres annos agnoviſſe fatetur veritatem, ſed ex Dei miſericordia. Tertia, audire ſibi videbatur: Saule, Saule, qvid me perſeqveris? Et ſe Sauli ſimilem eſſe pronuntiabat, qvod ille eqvo deturbatus, ipſe vero proſtratus in lecto jam pene moriturus eſt illuminatus. Reſcivit poſtea preces pro ipſo factas à pluribus, ab integro Monialium valde piarum monaſterio per multos menſes, rogatu P. Thomaſii, Lectoris Pſalterii Gallicani, ab aliis per 20 annos, ab aliis per annos & menſes. Itaqve precibus flexum Deum & Dominum colligebat. Nunc vero nomine* Philip-

pus Thomas Fidelis *lætus nimis recuperat indicis valetudinem*, *& prosequitur Linguæ Hebraicæ magisterium.* Hæc *Pastritius*, cujus fidei, & simul lectoris judicio omnia permitto.

MDCCC XXXV. b. פייבש מומיץ PHEIBSCH *Metensis*, auctor libri מסך המתח de qvo infra inter *Anonymos* suo loco dicemus.

MDCCC XLV. פיפרקורן PFEFFERKORN, Ex-Judæus.

Effigies hominis hujus præmissa est Collectioni Nov-antiqvorum Theologicorum vernaculæ anno 1728. Sectione II. Nomen ibi tantum per literas initiales J. P. exprimitur, eas vero nostrum denotare verisimile esse ostenditur pag. 152. sqq. ubi & vita ejus summatim perstringitur. Adde *Jo. Nicol. Weislingeri*, Pastoris inter Pontificios Capellensis in Brisgoja, Warhafte Nachricht von dem Autore der verschriener Epistolarum Obscurorum Virorum, Constantiæ 1730. 8. ed. ubi fuse qvidem, sed sublesta fide, de controversia, inter *Reuchlinum* & *Pfefferkornium* agitata, exponitur, exhibitis simul *Hutteni*, *Franc. Sickingensis*, *Reuchlini* & nostri hujus effigiebus. De eadem controversia lege qvoqve Acta Judiciorum inter Jac. Hoogstraten & Jo. Reuchlinum, Hagenoæ 1518. 4. item *Eleutherii Bizeni* (i.e. Vdalrici Hutteni) Encomium Jo. Reuchlini, tum vero *Hermanni Hardtii* Moguntinam Reuchlini historiam. Helmstad. 1715. 8.

Speculum manuale Germanice dicitur Hand-Spiegel; & distinctum est ab ejusdem *Speculo Judæorum*, seu Jüden-Spiegel, qvod *Coloniæ* 1508. 4. qvatuor plagulis germanice editum exstat in Bibliotheca præstantissimi D. *Gothofredi Thomasii*, Medici Norimbergensis, ceu Rev. *Jo. Helvicus Engererus* me docuit. Hoc ipsum vero *Speculum Judæorum* idem est, atqve *Speculum adhortationis Judaicæ*, de qvo Vol. III. pag. 942. Qvæ enim ex eo B. Schudtius Parte IV. Memorabilium Judaicorum pag. 247. recitat, ea in *Speculo* illo *Judæorum* legi idem *Engererus* testatur.

Narrationem de ratione Paschatis Judaici, ex editione *Coloniensi* an. 1509. plagulis qvatuor in 4. germanica lingva expressam, laudatus modo *Thomasius* possidet. Titulus est: Von der Jüden Ostern, und daß die Jüden Ketzer seyn des Alten und Neuen Testaments.

Hostis Judæorum copiosius enarratur in Collectione Nov-Antiqvorum Theologicorum vernacula an. 1731. pag. 509. sq. qvæ opera etiam pag. 513. sqq. præstatur alteri ejus libello ita inscripto: *In laudem & honorem illustrissimi maximiqve Principis & Domini*, *Maximiliani* &c. Idem hic

hic posterior tractatus germanice *Augustæ* 1510. tribus plagulis in 4. editus apud laudatissimum Thomasium exstat, sub titulo: Wie Kayser Maximilianus dem Pfefferkorn vollmächtig Gewalt gegeben hat, den Juden alle falsche Bücher zu nehmen, &c.

Scriptis *Pfefferkornii* Vol. I. & III. à me enumeratis velim addas ejusdem Mitleydliche Klaeg über alle Klaeg an Unsern allergnädigsten Kayser und gantze deutsche Nation durch Johann Pfefferkorn gegen den ungetreuen Johann Reuchlin und wydder seynen falschen raytschlacht vormals vor die treulosen Juden und wydder mich geübt, und unchristlichen ußgegossen. 1521. 8. Hunc libri titulum habes in Catalogo Bibliothecæ Heilsbronnensis à M. *Jo. Ludov. Hockero* edito p. 200.

Qvid libri sit, qvem Bibliotheca Reimmanniana Part. I. p. 474. affert sub titulo: *Jo. Pfefferkorn, Ex-Judæus, contra Judæos, & quomodo sint convertendi?* Colon. 1507 4. non dixerim; qvemadmodum nec satis mihi constat, qvis sit ille *Pfefferkornius*, cujus *Historiam Landgraviatus Thuringiæ, (exemplum, à qvo nihil resectum, cum reliqua exempla publica auctoritate mutilata sint)* afferri video in Bibliotheca Venerab. *Salomonis Ernesti Cypriani* pag. 53. in fol.

Monui Vol. III. pag. 944. *Objectiones in dicta Talmud* MSS. in Catalogo *Seideliano, Pfefferkornio* nostro acceptas ferri. Jam sciat Lector, eas esse *Theobaldi de Saxonia*, qvas supra inter Scriptores Anti-Judaicos exhibui. Qvæ enim in Catalogo citato inde afferuntur, ea in his inveni.

Pfefferkornium nostrum ab ὁμωνύμῳ, qvi Halis flammis ustulatus est, distinctum, eoqve juniorem esse, constare præter ea, qvæ Vol. I. pag. 988. & III. p. 944. dixi, potest ex scripto vernaculo, qvod anno 1514. 4. prodiit sub titulo: Die Geschicht und Bekendnuß des getauften Juden zu Hall, vor S. Moritzenburg auf dem Juden-Kirchhoff mit glüenden Zangen gerissen, darnach gepraten. Constat illud dimidia plagula, & invenitur in Bibliotheca Heilsbronnensi, cujus catalogus à Rev. *Hockero* editus illius meminit pag. 156.

פירראגוטוס FERRAGVTVS, Judæus Medicus. Illum una cum altero qvodam Judæo, *Bubabylia Bengesta*, Carolus M. Archiatrum habuit, & utriqve commisit, ut Tacuin (תקוימ) i. e. *tabulas Sanitatis* conficerent, teste D. *Jo. Freind* in *Histoire de la Medecine*, Parte III. pag. 6. b. qvi eas comparat, imo easdem esse suspicatur cum *Tacuin*, qvæ sub *Elluchasem Elimithar* nomine exstant. Provocat idem *Freindius* ad *Bu-* MDCCCXLV. b.

lanm in Historia Vniversitatis Parisiensis Tomo I. pag. 573. Ibi vero frustra hoc omne quæsivi.

MDCCC XLVI. c. ר׳ פרחיה הכהן R. PERACHIA *Sacerdos.*

פִּרְחֵי כְהוּנָּה *Flores Sacerdotii.* Qvæsita & Responsa. CPoli 486. C. 1726. fol. qvod ex literis Judæi cujusdam accepi.

MDCCC XLVII. b. פרידריך אלבריכט אוגוסט FRIDERICVS ALBRECHT AVGVSTVS, Ex-Judæus, in Judaismo R. *Jehoschua ben Abraham* dictus, de qvo Vol. III. num. 783. b. actum est.

MDCCC XLVIII. פרידריך אלבירט קריסטיאני FRIDERICVS ALBERTVS CHRISTIANI. De eo Bibliotheca Reimmanniana ita. Part. II. pag. 914. *Aversum appellare se debuisset Judæum, non conversum, malæ fidei & vitæ auctor. Qvi relicta Judæorum Synagoga A. C. 1674. in Ecclesiam Christianam ingressus qvidem est, & in Academia Lipsiensi Talmudicæ lingvæ lector constitutus, sed intemperantiæ deditus & gulæ, & ære alieno prægravatus, opibus alienis immisit manus, & surreptis, nescio cui, 300 à 400 imperialibus, excessit, evasit, erupit, rediitqve rursus ad vomitum.*

MDCCC XLIX. פרידריך ווילהילם קריסטליב FRIDERICVS WILHELM CHRISTLIEB, Ex-Judæus, cujus liber vernaculus sub titulo: JEsus Christ und Sohn GOttes nach Cabbalistischer Art erwiesen. Rintelii 1697. 4.

MDCCCL. b. פרידריך ווילהלם קריסטוף תאופנבורג FRIDERICVS WILHELMVS CHRISTOPHORVS TAVFENBVRG, Ex-Judæus, sed perversus.

Formulam Juramenti Judaici, vernaculo sermone conceptam, edidit *Wernigeroda* 1723. fol. qvæ jam ante *Mulhusii* & tertium *Scaphusii* 1722. prodierat. Vide Neue Zeitungen aus der gelehrten Welt an. 1725. qvæ Tiguri prodierunt, an. 1725. pag. 403. sq. ubi & alia ejus scripta, prelum exspectantia, enumerantur.

In precatione, *Fundamento fidei* subjecta, veniam à Deo petit auctor blasphemiarum, in Christum olim à se conjectarum. Vidi hunc libellum seorsim sine concione B. *Lungershausenii* in baptismum ejus ha-

habita, Mulhusii 1719. plagulis una & dimidia editum, in cujus titulo Mulhusii dicitur sacris initiatus.

פרידריך ווילהילם רייך FRIDERICVS WILHELM REICH, Ex-Judæus MDCCCL. c.

Das andere Tractätlein von den Jüdischen Fabeln und Aberglauben, so sie haben von ihrer Geburt an, bis zur Beschneidung und Kirchgang, was sie dabey vor Ceremonien und Aberglauben brauchen, und wie dieser Aberglaube wiederleget wird. Gothæ 1719. 8. pp. 30. Ex præfatione patet, eundem antehac similem tractatum de fabulis & superstitione Judæorum circa mortem & sepulturam edidisse. In nostro hoc auctor negat p. 8. puerperas Judaicas Christianorum infantum sangvine uti.

פרידריך קריסטיאן אוגוסטי FRIDER. CHRISTIANVS AVGVSTI, MDCCCL. d.

Ex-Judæus, Gymnasii Gothani nunc Collega, an. 1731. Præside *Jo. Henr. Stusio*, Rectore, disputantium more defendit Theses XV. *de ludiis Judæorum hodiernis*, de qvibus lege Celeb. *C. A. Heumanni* Viam ad Historiam Literariam p. 192. edit. tertiæ.

פרידריך קריסטיאן מאיר FRIDERICVS CHRISTIANVS MEIER, Ex-Judæus. MDCCCLI.

Davidisches Blümlein aus dem 91 Psalm, darinnen die Eigenschafften des HErrn Messiæ aus der Rabbinen und Cabbalistischen Büchern angeführet werden, auch wie die Jüden in der Succa unter dem Schatten der Bäume annoch sitzen, aber die gläubigen Christen unter dem Schatten GOttes, nebst gwisser Ursach ihrer Verstockung. Jenæ 1715. 4. plagulis 2 & dimidia. Auctor ibi inter cetera tradit, se inter Judæos doctorem egisse, opibusqve valuisse, & Hierosolyma qvondam fuisse profectum, ut ibi qværeret Messiam.

פרידריך ראגסטאט די ווילי FRIDERICVS FAGSTATT de WEILE, alias *Veil.* Vitam ejus cum effigie totaqve conversionis ad Christum serie leges ab ipso expositam in præfatione ad librum ejus Belgice sub titulo: *Noachs Prophetie van de salige Roepinge en Bekeringe der Heydenen*, super Geneseos IX. 27. Amstelodami 1685. 8. editum. *Metis* ad Mosam natus est Parentibus, qvorum majores, ex MDCCCLII.

Hiſpania exules cognomen *de Weile*, aut *Weil*, aut ſecundum Hiſpanorum pronunciationem, *Veil* perpetuo vel plerumqve adhibuerunt, qvamvis vulgus atavum ejus *Ragſtadt* appellare communiter conſveverit, tum ob divitias, tum ab urbe *Raſtatt*, opido *Lotharingiæ*, qvod rerum ſuarum ſedem legerit, eandemqve ædificiis, ibi ſuo ſumtu ſtructis, *divitem* & *locupletem* (*Reychſtatt*) reddiderit. Cognomen *Veil* vel *Weille* repetit à Gallico *reveiller*, i. e. *excitare*, qvod majores ſui ex Hiſpania delati ex eo tulerint, qvod gentis ſuæ ibidem commorantis *curam* ſolicite habuerint. Pater ipſius *David Veil* vel *Weille*, à vulgo autem *David Ragſtatt Veil*, fuit appellatus, variarumqve Synagogarum Doctor & Præfectus conſtitutus Matrem habuit ex *Picardia*, & gente *Elieſeris Trevirenſis*, inter Judæos celebrati, oriundam. Ab his Parentibus in exteras Judæorum ſcholas eo conſilio miſſus fuit, ut ſuæ gentis doctorem aliqvando agere poſſet. Dum vero in his eſſet, pervulgata illa *Eliæ* traditione de adventu Meſſiæ, poſt qvatuor mundi millennia aliqvando exſpectando fuit adductus, ut promiſſum Meſſiam jam pridem veniſſe ſuſpicaretur. Hac excitatus Prophetarum ſcripta diligenter ſcrutatus eſt, collatis Talmudicis Rabbinicisqve ſcriptis, &, qvemadmodum ex illis variis argumentis, qvæ longiuſcule recitat, perſpexit, Meſſiam, qvem Evangeliſtæ prædicant, verum illum eſſe; ita præterea intellexit, Doctorum Judaicorum exceptiones ſomniis & ψευδερμηνείαις abſolvi. Conſilium itaqve capiens CHRISTI nomen profitendi adiit D. *Jo. Alexandrum Neuſpitzer*, Reformatæ Eccleſiæ Clivenſis Doctorem, proxime ſibi habitantem, eumqve inſtituti ſui approbatorem & promotorem invenit. Paulo poſt & Judæis Clivenſibus tum in Synagoga die Sabbati, tum alibi repetita vice conſilii ſui rationes expoſuit, deinde vero in *Neuſpitzeri* ædes receptus & liberaliter habitus, doctrinisqve Chriſtianis initiatus eſt. Novem circiter menſibus elapſis, Academiam *Groningenſem* adiit, & biennio poſt à Claſſe *Middelſtamana* Omlandiæ inter Candidatos Miniſterii receptus, anno 1672. *Leidam* profectus eſt. Inde in alias urbes, & inter has *Middelburgum* delatus, a Senatu Eccleſiaſtico inter Proponentes anno 1677. receptus, eodemqve anno Eccleſiaſtes *Oſſeniſſenſis* conſtitutus anno 1680 *Spiickium* vocatus eſt. Hæc ſummam exhibent eorum, qvæ Noſter de rebus ſuis ipſe copioſe l. c. expoſuit, ita qvidem, ut eorum veritas & fides ex additis idoneis teſtimoniis & documentis eluceſcat.

Præter cetera ejus ſcripta Vol. I. & III. allata, in Catalogo qvodam invenio commemoratum libellum belgicum, *Amſtelodami* 1682. 12. ſub

sub titulo : *Jesus de ware God.* Eum non puto distinctum ab illo, qvem Vol. III. p. 948. sub titulo : *de Heerlyckheid Jesu Christi* &c. Amstelod. 1683. 8. editum dixi, nisi qvod *belgicus* ille primas tantum lineas commentationis illius uberioris complexus esse videatur.

פריפוט דוראן PERIPOTH DURAN. MDCCC LIV.

Ejus מַעֲשֵׂה אֵפוֹד in Bibliotheca Oppenheimeri MS. exstare Vol. III. p. 951. monui. In eadem nuper vidi aliud ejusdem libri exemplum in 4. majori exaratum, & duos digitos latum, in qvo auctor *Abraham Duran* vocatur, liber autem ipse Grammaticam & Astronomica complecti dicitur.

פרנציסקוס דונאתוס FRANCISCUS DONATUS. MDCCC LIV. d.

De eo Vol. III. p. 953. *Qvetifium* & *Echardum* consulendum svasi, nempe in Bibliotheca Scriptorum Ordinis Prædicatorum Tomo II. p. 482.

ר׳ פתחיה בן דוד לידה R. PETACHIA fil. *David* LIDA. MDCCC LVIII. c.

Is una cum genero & filio suo nonnulla Patris, *Davidis Lida*, scripta junctim edidit Francofurti ad Mœnum 1727. fol. sub titulo : יד כל בו de qvo in his Accessionibus supra suo loco diximus. Nonnulla, qvæ in illo Volumine exstant, ipsum *Petachiam* habent auctorem. Edidit idem Patris sui librum עיר דוד de qvo itidem suo loco. Egit ille Præfectum Synagogæ יאס & לאקטא deinde vero Synagogæ פלאווטיים & זאלרוו

צ

ר׳ צבי הירש בן אהרן R. ZEVI HIRSCH, ben *Aaron.* MDCCC XCI.

קַב הַיָּשָׁר recus. Hebraice *Amstelod.* 482. C. 1722. 12. pp. 186. apud Salom. Proops. Versio *Judæo-Germanica* seorsim lucem vidit *Sulsbaci* 484. C. 1724. 4. pp. 98. apud Salman ben Aaron.

צבי הירש בן חיים ZEVI HIRSCH ben CHAJIM. MDCCC LXV.

Hujus est

דַּרְכֵי

דַּרְכֵי נֹעַם *Viæ jucundæ*, ex *Proverb.* III. 17. i. e. institutio itineraria, Judæo-Germanica, in qva præter preces itinerarias varias, terra & mari, die Sabbati & profesto faciendas, exstat index itinerum potiorum ad præcipuas urbes suscipiendorum. *Wilmersdorfii* 484. C. 1724. 16. plagulis 13.

MDCCC LXI. b. ר׳ צבי בן יעקב R. ZEVI fil. JACOBI.

Amstelodamo abire & Rabbinatu cedere coactus est, postqvam, invitis Synagogæ Judæorum Lusitanorum Præfectis, *Nechemjæ Chaja Chaijon* destinatis & scriptis se una cum R. *Mosche Chagis* graviter opposuisset. Inde itaqve Londinum in Angliam commigrans Leopolin cum Rabbini auctoritate paulo post est vocatus, ubi eum ante triennium circiter fatis functum esse accepi.

MDCCC LXXIII. צדוק זעצר ZADOCK SETZER, i. e. *typotheta*.

Liber, qvem typis expressit, non autem elaboravit, עמק יהושע cum accessionibus Auctoris עמק השווה recusus est Amstelodami 488. C. 1728. 8. foliis 54.

MDCCC LXXIV. ר׳ צדקיה בן אברהם R. ZIDKIJA fil. ABRAHAMI, *Medicus*.

Pars II. libri ejus שִׁבֳּלֵי הַלֶּקֶט MS. & nunqvam edita est in Biblioth. Oppenheimeri volumine membranaceo, duos digitos lato. Incipit ita: הלכות אסור והיתר In fine *Levi b. Abraham Chalpon* (חלפון) testatur, se librum hunc absolvisse an. 238. C. 1478. Folio autem primo auctoris nomen consignatum legitur.

ק

MDCCC LXXXIII. קוסטא אבן לוקא COSTA IBN LVCA.

Huic Vol. I. p. 1002. ex fide Catalogi MSS. Angliæ in lucem editi, tribui *Arithmeticam Hebraicam*. De eo vero codice rectiora docet Cl. *Jo. Gagnerius* in Enarratione MSS. Bibliothecæ Bodlejanæ manu exarata. Continet enim varia opuscula, qvorum primum sic incipit: ספר ארשימידיס בכדור ובאצטונא העתקת קסתא בן לוקא i. e. *Liber Archimedis de globo, sive de sphæra & Cylindro translatio* ꝑ *Kosta Ibn Luca*. Hinc patet

versio-

versionem esse libri cujusdam Archimedis, ni fallor, deperditi. In fine hæc legis: תם ונשלם תהלה לאל עולם. נשלם ס' ארשימידאס בכדור והשלמתיו אני יצחק כמר יהודה שויטל בעיר סרגוסה. ושלמתיו ביום שלישי יא לחדש אדר ראשון שנת רנב ליצירה: Librarius *Isaac ben Jehuda Schuitel* hic profitetur, se illum *Archimedis* librum absolvisse (describendo) die tertio (hebdomadis) & undecimo mensis *Adar* secundi, anno 252. C. 1492. in urbe *Cæsaraugustana*.

קלב CALAF, idem procul dubio est, qvem supra גלב appellavi p. 172. ubi vide, qvæ scripta sunt. MDCCC LXXXIII. b.

די קלאויסברג DE CLAUSBERG. Vide infra קריסטיאן *de Clausberg*.

ר' קלונימוס R. KALONYMUS. Ejus משרת משה de qvo Vol. III. p. 969. MS. in Biblioth. Taurinensi A. II. 31. in 8. n. 6. illius Voluminis, qvo alia plura continentur. MDCCC XCI.

קלונימוס מבית קלונימוס KALONYMUS ex familia Kalonymorum, qvi אגרת בעלי חיים ex Arabico hebraicum fecit. Vide Vol. III. p. 971. Exstat illa MS. in Biblioth. Taurinensi A. VI. 17. in fol. qvod didici ex catalogo ejus MS. ab eruditissimo Abbate *Benzini* mecum communicato. Idem catalogus epistolam hanc ait esse petitam ex magno volumine, Arabice ab *Abi Alzafri* scripto. Nomen hujus Scriptoris Arabis in præfatione ad commentationem hanc Hebraice conversum effertur per אבואל צפה qvod l. c. p. 971. ostendi. MDCCC XCII.

קלימינס בן קלימינס CLEMENS fil. CLEMENTIS, filii *Meir*, qvi Logica & Topica *Aristotelis* hebraice transtulit an. 5074. C. 1314. Vide, qvæ supra in hoc volumine scripsi sub *Aristotele*, & sub *Averroe*, ubi Topica A. C. 1314. libros autem de Cœlo & mundo anno 1317. ætatis suæ trigesimo convertisse dicitur. MDCCC XCIII. b.

קרולוס גוטליב ווילך CAROLUS GOTTLIEB WILLICH, Ex-Judæus, *Sendomiriensis*, ex Polonia inferiori, in Judaismo *Jochanan Moses* dictus. Doctrinæ salutari per integrum annum à Rev. MDCCC XCIV. c.

Jacobo Henrico Balthasare, Doctore & Professore Theologo Gryphiswaldensi imbutus, ac deinde sacro lavacro ab eodem an. 1717. 22. Maji tinctus, edidit

Wahre Erleuchtung der geseegneten Kindschafft Abrahams, und wahrer Weg zur Seeligkeit, Halæ 1729. 8. plagulis 2. Catechismi Judaici, 50 qvæstionibus comprehensi, & ex majori auctoris opere, qvod *Gloriam Christi* inscripsit, excerpti, formam exhibet.

MDCCCXCV. קרולוס מריאה די וייל CAROLUS MARIA *de* VEIL.

Eum ita describit *Augustinus Calmetus* in Supplemento Bibliothecæ Sacræ, qvod exstat in calce Tomi IV. Dictionarii Biblici, p. 91. *Homo in Religione varius fuit. Ex Judæo enim* Metensi, Bossveti *svasu, Catholicis se junxit, Patribus S.* Genovefæ *adgregatus. Hinc Pastor in diœcesi* Senonensi *constitutus, ad Ecclesiam Anglicanam transiit, tandemqve Ministrum V. D. inter Anabaptistas egit, deniqve ineunte Seculo XVIII. sine ullo fere religionis indicio obiit.* Hæc fidei ejus & lectoris judicio permitto. Conferatur idem p. 112.

MDCCCXCV. d. קריסטוף דוד בירנארד CHRISTOPHORUS DAVID BERNARD, Ex-Judæus. Scriptis ejus, supra commemoratis, hæc adde:

Unpartheyische Beurtheilung des Eydschwuhrs eines Juden gegen einen Christen etc. Tubingæ 1728. 8. plagulis decem. In parte opusculi priore sententiam Judæorum de jurisjurandi vi tum in genere, tum speciatim illius, qvod Christianis præstatur, ex scriptis Talmudicis & Rabbinicis copiose disserens, falso illis ostendit exprobrari, qvod eo ad fidem præstandam adstringi se negent; sicut parte posteriore ostendit, qva ratione Magistratus, in praescribenda Judaeis jurandi formula caute versari, & versutiis eorum viam praecludere possint. Neminem huc dum legi, qvi curatius & candidius in hoc argumento edisserendo sit versatus. Confer Sammlung von Alten und Neuen Theologischen Sachen an. 1728. p. 1126.

מַקַּל דָּוִד *Baculus Davidis*, ex 1 *Sam.* XVII. 40. Gründliche Unterweisung, worinn man den Ungläubigen, insonderheit aber den Jüden zeigen kann, daß etc. Tubingæ 1730. 8. plagulis sex. Compara die Würtenbergischen Relationes von gelehrten Neuigkeiten an. 1730. Sect. IV. p. 60. sqq. ubi & p. 61.

p. 61. scripta ejus adhuc edita enarrantur, inter qvæ etiam est tractatus vernaculus *de incarnatione Messiæ*, super caput *Jesaiæ* VII. an. 1724.

Paratam se habere responsionem ad librum Anti-Christianum, *Chissuk Emuna*, testatur ipse in præfatione ad librum primo loco hic allatum, p. 3.

קריסטוף מאנדיל CHRISTOPH. MANDEL, MDCCC XCV. k.

Budensis, cognomine *Hunger*, ex Judaismo ad Christianismum digressus, anno 1534. edidit libellum demonstrantem: Daß JEsus Christus sey das einige Göttliche Wort etc. Norimbergæ 1530. 4. Lege Cl. *Jo. Adami Bernhardi* Historiam eruditorum curiosam, germanice editam p. 534. Eum inter Ex-Judæos, qvi contra Judæos scripserint, numerat auctor libri de cerimoniis & imposturis Judæorum, à *Conrado Husero* Latine editi p. 3. Ibidem p. 12. video laudari epistolam ejus qvandam, in qva profiteatur, Turcarum Imperatori res in Hungaria ideo ex animi sententia fluere, qvod nimia Judæis licentia concedatur.

קריסטיאן גרשון CHRISTIANVS GERSON. MDCCC XCVI.

De eo præclare sentientem & judicantem lege Rev. Reimmannum in Bibliotheca Systematico-Critica Vol. I. p. 915. *Virum* appellat *SS. & Talmudis & placitorum Rabbinicorum bene peritum, aliarum etiam literarum non omnino rudem, &, qvod caput rei est, summa integritate fidei & vitæ præditum, Perspicuitatis insuper & ordinis studiosum; & in hoc opere* (Talmude Judæorum) *ita versatum, ut nemo ante eum Theologiam Talmudicam & Rabbinicam tradiderit nervosius, nemo fortius debellarit.*

קריסטיאן לעברעכט פילס CHRISTIANVS LEBRECHT FELS. MDCCC XCVII.

Idem *Lubecæ* qvoqve tirones ad Hebraicas literas erudivit, qvod patet ex insigni B. *Augusti Pfeiferi* testimonio ipsi perhibito. Lege illud in Cl. *Seelenii* Athenis Lubecensibus Parte IV. p. 516.

קריסטיאן די פומיס CHRISTIANIS de POMIS, MDCCC XCVII. c.

Ex-Judæus, & ipse inter Christianos ementitos & subdolos numerandus: *Homo innumeris beneficiis*, (B. *Omeisii* verba ex Gloria Academiæ Altorfinæ legis p. 13.) *à nostro cœtu cumulatissimus, versipellis autem, & ex mendaciis ac fraudibus conflatus totus, qvi multiplici ære alieno, subdola specie contracto, postqvam*

suis fucis & sutelis plurimis sublevisset os, & glaucoma ob oculos objecisset, effuso cursu clanculum se hinc subduxit, nescio, ubinam gentium nunc latitans, famosus iste, saltem apud nos, nequitiæ artifex & magister.

Comparatio agni Paschalis V. T. cum agno Paschali N. T. oratione Hebræa memoriter proposita, Altorfii 1669. 4. pp. 23. cum versione Latina à latere.

Vtramqve hanc scriptionem vidi in Bibliotheca Academiæ Altorfinæ. Vtriusqve etiam meminit B. *Sigismundus Jac. Apinus* in Vitis Professorum Philosophiæ Altorfinorum p. 105.

MDCCC XCVII. d. קריסטיאן פרידריך קאץ CHRISTIANVS FRIDER. CATZ, Ex-Judæus.

Erkannte Göttliche Warheit aus den Schrifften Alten und Neuen Testaments. Waldenburgi 1716. 8.

Des zwölff-jährigen JEsu von Nazareth Verstand in Fragen und Antworten, darüber sich die Jüden verwundern. 1703. 8.

MDCCC XCVII. e. קריסטיאן פרידנרייך CHRISTIANVS FRIEDENREICH, qvi se Rabbinum conversum appellat.

Buch des wahren Glaubens, worinn aus Mose und den Propheten klar und deutlich erwiesen wird, daß JEsus der warhafftige Messias sey: an. 1732 4. 3 plagulis, sine loci indicio.

MDCCC XCVII, g. קריסטיאן פיטר ליב CHRISTIANVS PETRVS LEBH, Ex-Judæus, qvi per plures annos Vpsaliæ literas Orientis docuit. Parat is librum Svecicum sub titulo: *Speculum religionis Judaicæ*, capitibus LVIII. comprehensum, qvo ritus Judæorum hodie receptos exponet. Eorum I. aget de festis Judæorum natalitiis. II. de ritibus, ad puerum, septem dies natum, pertinentibus. III. de circumcisione &c. & ultimum de resurrectione. Indicem omnium capitum leges, si placet, in Niedersächsischen Nachrichten, Hamburgi 1731. editis p. 666 sq. & Leipziger Gelehrten Zeitungen 1731. p. 884.

MDCCC XCVII. h. קריסטיאן די קלאויסבירג CHRISTIANVS de CLAVSBERG, Ex-Judæus, literarum & rerum Judaicarum gnarus, Matheseos qvoqve & inprimis Arithmetices peritus. Is *Clausthaliæ* primum

mum apud B. *Calværium* versatus, & ibidem ad salutarem doctrinam perductus, sacroqve lavacro tinctus, *Clausbergii* cognomen adoptavit. *Gedani* postea & deinde *Hamburgi* est versatus. In priore urbe Hebraica Talmudica & Rabbinica se docuisse testatur in Dedicatione tractatus, qvem inscripsit:

Licht und Recht der Kaufmannschaft, bestehend in ausgerechneten so wol auf Wechsel- und Waaren-Handel nach allen vorfallenden Wechsel-Coursen und Preisen gerichteten, als auch sonst im gemeinen Leben nützlichen Tabellen. Pars operis I. prodiit Gedani 1724. II. ibid. 1725. & III. ibid. 1726. fol. Ex eo nata ipsi est cum aliis qvibusdam Arithmeticis controversia, scriptis aliqvot reciprocis agitata, qvam in rem lege Bibliothecam Lubecensem, Vol. XII. pag. 660. Alia ipsum publico destinare ex præfatione, Operi illi præmissa, apparet. Prodiit interim Hamburgi ejusdem Hamburger Wechsel-Arbitragen-Manual; tum vero kurtz-gefassete Erklährung des eigentlichen Innhalts der Multiplication, Division, Regula Detri, Multiplex oder Conjointe, und den gemeinen Proben, Hamburgi 1731. 8. plagulis 7. Specimen hoc est operis Arithmetici amplioris, qvod prelo pridem paratam & promissum in mundo habet. In præfatione ad hunc libellum de scriptis suis adhuc editis disserit, & adversariis suis respondet.

קריסטוף באולוס מאיר CHRISTOPH PAVLVS MEIR, Ex-Judæus. MDCCCXCIX.

Kurtze, doch sehr lächerliche Auslegung des Hohen-Liedes Salomonis. Francof. ad Mœn. 1679. 4.

ר׳ קרשפיא הנקדן R. CRESPI *Punctator*. Ejus exstat fabula de cupido & invido inter *Mischle Schualim* R. *Berachiæ Hannakdan* p. 377. edit. Hebr. Latinæ. Videtur enim ille *Crespi* ab ipso *Barachja* distingvendus, cum hic in limine libri profiteatur, se aliorum fabulas suis auxisse, i. e. pluribus, à qvibus proinde ultima illa tanqvam alterius sejungitur. MDCCCXCIX. b.

ר

ר׳ ראובן בן חנניה R. RVBEN fil. CHANANIA, qvi in titulo libri mox commemorandi vocatur *Reuben* מִזְרָחִי i.e. *Orien-* MCMIV. b.

Orientalis; eo qvod, ceu ipse in præfatione monet, genus suum ab *Elia Orientali* ducat.

מַעְיַן גַּנִּים *fons hortorum* CPoli, 481. C. 1721. fol. foliis 166. apud R. Jonam fil. Jacobi. Eo vero continentur Responsa ad Qvæsita nonnulla & commentationes variæ de argumentis potissimum ritualibus usqve ad pag. 53. Inde usqve ad finem seqvuntur conciones in loca qvædam Paraschαrum Pentateuchi omnium habitæ. In præfatione ait se ad prelum habere parata 1) באר מים חיים commentarium in *Sohar*. 2) נוזלים מן הלבנון commentar. super Tikkunim. 3) פרי עץ הדר commentar. in *Rambam*. 4) כפות תמרים commentar. super *Rabboth*. 5) עץ אבות Decisa, sive Responsa. 6) ערבי נחל comment. super *Pirke Avoth* & *Megilloth Esther*. 7) כתם פז super *Orach chajim*, & *Even Eser*.

MCMV,b. ראובן שמעון REVBEN SCHIMON, Ex-Judæus Amstelodamensis, a D. *Jo. Wilhelmo Petersenio* qvondam baptisatus. Exstat ejus *Confessio fidei*, germanice edita *Plænæ* 1688. 4.

MCMXII. ריימונדוס מרטיני RAYMVNDVS MARTINI. De eo lege nunc *Pauli Colomesii* Hispaniam Orientalem, à me editam, pag. 209. sqq. Nonnulla de eodem tradit *Champerius* de Medicinæ claris Scriptoribus, qvi de Judaismo ejus pristino nihil habet, qvod Cl. *Christianus Schœtgenius* per literas mihi est testatus. B. *Esdræ Edzardi* Annotationes ad Pugionem ejus supra pag. 572. sqq. exhibui.

MCMXV. רפאל רביניאו RAPHAEL RABBENIO. De scripto ejus, *Blasio Garofalo*, sive *Caryophilo*, qvi de Poesi Hebræorum commentatus est, opposito, aliisqve huc pertinentibus, lege Vener. C. M. *Pfaffii* Introductionem in Historiam Theologiæ Literariam Tom. I. pag. 86. Excitavi ego Vol. III. pag. 999. Tomum II. Ephemeridum Venetarum literariarum. Jam addo pag. 499.

ש

MCMXIIX. ר׳ שאול לוי מורטירה R. SCHAVL LEVI MORTERA. Attuli Vol. III. pag. 1002. opus ejus MS. pro veritate reli-

religionis Judaicæ. Illius partem II. apologiam Talmudis, *Sixto Senensi* oppositam, complecti, ex Judæo qvodam Lusitano erudito intellexi.

ר׳ שבתי בן יוסף R. SCHABTAI ben JOSEPH. MCMXXIII.

Eum *Alphonsus Lasor à Varea* in Vniverso Terrarum Orbe Tom. II. p. 64. mendose appellat R. *Jos. Schbtaiberi.* Idem ejus nomen eruditi diverse exprimere solent, aliis Auctorem *Sabbatæum*, vel *Schabbatæum*, aliis *Sabathæum*, vel *Schabtæum*, nunc etiam *Schabtai*, vel *Schabsai*, item *Scebtai*, aut *Sabetei* appellantibus, monente hoc Cl. *Jo. Gerardo Pagendarmio* in notis ad Disputat. de Codice Judæorum Olsnensium Ebræo, pag. 8. qvi & addit, B. *Christianum Theophilum Vngerum* in literis ad B. Georg. Abrah. Michaëlem datis *Sabetei* scriptionem præferre. Atqve idem confirmatur literis, qvas à τῷ μακαρίτῃ ipse accepi, qvamvis idem alias etiam nostrum *Sabathai* vocarit. Patet hoc ex epistola ejus, anno 1709. scripta, qvæ in Diario Eruditorum Veneto, *Galleria de Minerva* inscripto, Tomo VI. pag. 312. legitur. Describam verba ex libro rarius in oris nostris obvio, vel ideo, qvod potiora vitæ ejus momenta describunt. *Commoratur*, inqvit, *apud Silesios nunc temporis eruditus Judæus*, R. Sabathai ben Joseph, *author libri Hebraici, qvem* שפתי ישנים, *sive* Labia dormientium *inscripsit, & A. C.* 1680. 8. (leg. in 4.) *Amstelodami publicavit. Patriam is* Pragam *habet, Bohemiæ principem urbem, ubi Juvenis in cœtu qvodam gentis suæ cantoris munus administravit. Deinde cum de hac eruditionis Hebraicæ Synopsi concinnanda cogitare cœpisset, varia per Europæ Synagogas itinera suscepit, ut omnis generis scripta Rabbinica tanto facilius indagaret. Hinc multos annos apud Belgas non modo Judæis acceptus, sed Christianis etiam, literarum Hebraicarum studiosis, familiaris vixit. Nunc Senex in Silesiam nuper è Belgio reversus editionem novam & auctiorem libri supra memorati parat, in qvo catalogus scriptorum Hebraicorum uberrimus exhibetur. Valde commendatur hæc* R. Sabathai *Bibliotheca non solum in* Morhofii *Polyhistore Tom. I. lib. IV. pag. 57. editionis Lubecensis* 1708. *sed etiam in* Placcii *Theatro Anonymorum & Pseudonymorum* pag. 777. *ubi* Gabriel Groddeckius, *Gymnasii Gedanensis Rector* (lege Professor Oriental. Lingv.) *huic Auctori primas tribuit inter omnes, qvi de scriptis Hebræorum qvædam adnotarunt. Versionem ejus Latinam &* Christianus Wormius, & Gustavus Peringerus, *è Septentrione jam dudum Reipublicæ Literariæ promiserunt; sed neuter, qvod sciam, fidem publice datam adhuc dum liberavit. Ipse R.* Sabathai, *lingvæ qvoqve Latinæ non ignarus, ingenue fatetur, se in Alphabeti, qvod vocant, literis tribus primis* Bartoloccii *Bibliothecam Rabbinicam in subsidium vocasse. Filium habet similiter eximie doctum, qvi Typographiæ Hebraicæ Dyrenfurtensis curam nunc gerit.*

gerit. Dyrenfurtum *autem est opidum ad Viadrum, qvatuor plus minus milliaribus Germanicis* Vratislavia *dissitum.* Hæc ille.

Bibliothecæ illius Rabbinicæ, auctoris ipsius manu auctæ, exemplum in manibus Judæi *Beerl*, typographi Dyrenfurtensis, qvi gener est filii R. *Schabtai* natu maximi, nunc esse, qvi & eundem librum novis accessionibus locupletare indies pergat, docet Cl. *Jo. Gerardus Pagendarmius* in notis ad Disputationem modo laudatam pag. 9.

Est nunc inter meos codex chartaceus MS. in 4. foliis 83. constans, & eundem librum R. *Schabtai* sistens, videturqve ipsius auctoris fuisse πρωτόγραφον, qvod variæ emendationes, lituræ, additiones & insertæ indicant schedæ. Compara Bibliothecam MS. compendiariam Vffenbachianam pag. 47. num. 213.

Habeo etiam versionem ejusdem Germanicam, ab Ex-Judæo factam, olim *Mayerianam*, deinde *Vffenbachianam*, de qva Vol. III. pag. 1005. dixi.

MCMXXVI. ר׳ שבתי בן מאיר כ״ץ R. SCHABTAI fil. MEIR, generis Sacerdotalis. Ejus פּוֹעַל צֶדֶק sive præcepta 613. recusa sunt *Pragæ* 482. C. 1722. 8. apud nepotes Juda Bak pp. 27.

MCMXXXI. שבתי צבי SCHABTAI ZEVI, Pseudo-Messias Judæorum. De eo lege narrationem Anglicanam: *the counterfeit Messiah, or false Christ of the Jews at Smyrna an.* 1666., qvæ exstat in libello: *Two Journeys to Jerusalem*, Londini 1685. 12. per R.B. edito, pag. 128. sqq. Exstat qvoqve *Jacobi Tausk* von Prage Lied von den Messiah Schabbasi Zevi, *Vratislav.* 1670. 8. de qvo libello supra in his Supplementis dixi num. 1125. c. Historiam ejus arcanam, nec dum editam, inter Judæos exstare disco ex Cl. *Callenbergii* Continuatione II. narrationis suæ vernaculæ de conatu gentem Judaicam ad Christum perducendi, pag. 198. Ibidem qvoqve in seqventibus ex colloqvio, cum qvodam Judæorum Magistro habito, refertur, *Schabbasi* qvendam, Cabbalisticæ doctrinæ gnarissimum, ante sexaginta annos in terra Sancta claruisse, multisqve miraculis editis Messiam se venditasse, tandem vero evanuisse. Eundem asseclas adhuc habere permultos, qvi eum rediturum esse certissime sibi persvasum habent. Talem non ita pridem Halis qvoqve fuisse, qvi, qvamvis oculis captus, librum confecerit, artium Magicarum plenissimum, cujus ipse apographum habeat, hinc vero in Belgium sit profectus, totum

tum hoc negotium amplius rimaturus. Cum ipsi obverteretur, *Schabbataeum* hunc nebulonem fuisse, & Turcarum tandem superstitionem amplexum; respondisse, suum illum *Schabbaß*, vel *Schabbataeum*, ab altero illo omnino esse diversum. Qvæ enim de suo illo narrarit, ea *Hierosolymis* inter Christianos æqve ac Judæos exploratæ fidei esse, & ab iis, qvi ex illis oris adventare soleant, omni asseveratione confirmari. Lege plura l. c. qvæ vel ideo hic describere placuit, ut constet, qvanta sit vis mendacii apud hos homines, qvi veritati manus dare præfracte recusant. Eadem referuntur in Dialogo habito cum Judæo in Sammlung auserlesener Materien zum Bau des Reichs GOttes, Sect. VIII. pag. 889. sqq. Confer, qvæ scripsi supra sub *Nechemja Chaja Chaijon.*

De *libro Precum*, in impostoris hujus honorem edito, de qvo Vol. I. pag. 1027. feci mentionem, dixi etiam Vol. II. num. 769. c. inter Anonymos sub titulo: תקון קריאה Exemplum ejusmodi nunc ipse possideo.

ר׳ שבתי רפאל בן דוד R. SCHABTAI RAPHAEL ben DAVID. MCMXXXI. b.
De hoc & ejus libro, Vol. III. pag. 1012. commemorato, hæc tradit *Jo. Pastritius* in literis Romæ 1698. VIII. Id. Junii ad B. Gabrielem Groddeckium datis: *Loqvitur de Dei & Angelorum nominibus in ordine ad* אמונה *Suntqve portenta nominum ex plurimis literis compactorum, & meo sane judicio Magicorum. Inter* Adrianopolin & Philippopolin *ejus patriam esse audivi à Neophyto qvodam, ejus olim contubernali. Paucis paginis in 4. absolvitur.*

ר׳ שבתי שעפטל הורוויץ R. SCHABTAI SCHEPHTEL *Horwitz*, MCMXXXII.
cujus שֶׁפַע טַל *Francofurti ad Mœn.* 479. C. 1729. foliis 80. in fol. recusum est.

ר׳ שכנא R. SCHACHNA. MCMXXXIV. d.
Hujus puto esse responsum, qvod dedit in causa desponsationis cum fœmina, invitis Parentibus illius susceptæ, MS. in Biblioth. Oppenheimeri recens in 4. ubi simul alia ad *Gittin* Judæorum spectantia edisseruntur.

ר׳ שלום בן אברהם R. SCHALOM fil. ABRAHAMI. MCMXXXV.

Ei nomen fuisse קַב וְנָקִי, qvo titulo expositio ejus Psalmorum

rum Judæo-Germanica appellatur, ex eo B. *Jo. Andreas Danzius* in nota marginali ad h. l. suspicatur, qvod ab editore commentarii illius in titulo vocetur רב הגדול קב ונקי Addit tamen, verba hæc ita qvoqve verbi posse: cum compendiosa interpretatione (doctoris magni) qvæ dicitur קב ונקי Ita vox antecedens פירוש cum ceteris cohærebit per appositionem.

Commentarius ejus in *Proverbia* hodie est in Bibliis Rabbinicis a R. *Mose Francofurtensi* Amstelod. 1724. sqq. sub titulo קהלות משה editis, qvemadmodum & olim in Bibliis Rabbinicis Bombergianis exstabat.

MCM XXXV. d. **ר׳ שלום בן יוסף ענבי** R. SCHALOM ben *Joseph* ANBI.

עִיּוּן עִקָּרִים *consideratio fundamentorum* MS. in Bibliotheca Oppenheimeri in 4. volumine unum digitum lato. *Schalom* noster ibi vocatur מעתיק *translator*, qvod argumento est, eum pro auctore non esse habendum. Visus mihi est de Arithmetica præcipere.

MCM XXXVI. **ר׳ שלום בן שמריה** R. SCHALOM ben SCHEMARIA.

Est inter meos codex chartaceus MS. in 8. foliorum 69. qvo continetur 1) liber moralis sub titulo מעייני החכמה fontes sapientiæ, & 2) שר שלום princeps pacis. Vterqve nostro ibi adscribitur. Confer Biblioth. Vffenbachianam MS. compendiariam pag. 51. num. 223.

MCM XXXIX. b. **ר׳ שלמה** R. SCHELOMO.

שִׁיר הַמַּעֲלוֹת MS. in Bodlejana hodie inter Laudanos L. 15. 4. chartaceus exstat, post fol. 12. Initium est: על טובות ועל גמולות רבות ועצומות נגלות ונסתרות . . . . שמו שיר המעלות לשלמה: Docuit hoc me Cl. *Jo. Gagnerius* in Enarratione MS. Codicum MSS. Hebraic. Bibl. Bodlejanæ.

MCM XLIII. **ר׳ שלמה בן אברהם** R. SCHELOMO ben ABRAHAM AVIGDOR.

Ex libro ejus Astronomico ס׳ הגלגל inscripto excerpta apud me sunt manu exarata an. 374. C. 1614. in 4. Compara Bibliothecam Vffenbachianam compendiariam MS. pag. 48. num. 215.

ר׳ שלמה

ר׳ שלמה בן אברהם R. SCHELOMO ben ABRAHAM ben *Adrath*. MCMXLV.

שֶׁבַע שִׁיטוֹת *ſeptem commentationes* ſuper Tractatus qvosdam Talmudicos CPoli 485. C. 1725. fol.

חִדּוּשִׁין obſervationes in Codicem Talmudic. *Horajoth*, prout *Amſtelod.* 487. C. 1727. 8. prodiit.

שִׁיטוֹת ſuper Tractatum *Schevuoth*, *Theſſalonicæ* 489. C. 1729. fol. Vtrumqve editum eſſe, ex literis Judæi cujusdam accepi.

תּוֹרַת הַבַּיִת MS. in Bodlejana inter Codices Laudanos B. 99. 4. membranac. qvi in Catalogo MSS. Angliæ edito vocatur liber ritualis. Eſſe vero hunc, qvem appellavi, librum*, à Cl. *Jo. Gagnério*, modo laudato, edoctus ſum. Scriptus eſt codex an. 5223. C. 1463.

In Biblioth. Taurinenſi A. II. 31. in 8. num. I. exſtat MS. noſtri hujus epiſtola reprehenſoria & inſtructoria pro Hebræis in Provincia, qva eos ad ſtudium legis & lingvæ Hebr. cohortans à ſtudio Philoſophico & Latina lingva avocat. Accedit R. Jedajæ fil. Abrahami ad eundem reſponſio apologetica pro iisdem Hebræis. Vtrumqve opuſculum exſtat in Reſponſis *Salomonis* noſtri. Ejusdem comment. in *Aggadoth* MS. una cum Maimonidæ commentario in *Schemone Perakim* & *Pirke Avoth*, tum *More Nevochim*, codice membranac. in 4. exſtat.

ר׳ שלמה אדהן R. SCHELOMO ADHAN. MCMLIII. b.

Memoria de los 613. *Preceptos de la Ley, y de los Sabios* i. e. Memoria 613. præceptorum Legis & Sapientum Hebraice & Hiſpanice. *Amſtelod.* 487. C. 1727. 8.

ר׳ שלמה אסקי R. SCHELOMO VSCHI, vel potius VSQVE. MCMLIV. b.

Sub hujus nomine exſtant *los Sonetos, canciones, mandriales, y ſextinos del Poeta Fr. Petrarcha, traduzidos*, parte I. Venet. 1567. 4. Didici id ex Bibliotheca Anonymiana, Hagæ Comitum 1728. edita. Vide ibi inter libros Miſcellaneos in 4. p. 273. num. 3712.

ר׳ שלמה די אולידירה R. SCHELOMO DE OLIVERA. MCMLV. b. Vidi Pentateuchum cum Haphtharoth elegantiſſime edi-

editum Amstelodami 486. C. 1726. 8. cui subjicitur lingva Hispanica. Calendarium facile, auctore *Salomone* nostro, in qvo menses Lunares cum Solaribus comparantur.

MCMLV. b. ר׳ שלמה אזובי R. SCHELOMO ESOBHI, vel ASVBHI.

Eum tabulas qvasdam Astronomicas, *Tarascone* ante annos trecentos conditas, cum *Peirescio* communicasse supra Vol. III. pag. 1025. tradidi. Fortasse illæ sunt tabulæ Astronomicæ R. *Immanuelis fil. Jacobi*, qvæ sub titulo שש כנפים exstant, & à me supra in his Supplementis num. 1792. sunt enarratæ. In limine enim expositionis Græcæ, qvam ibi, tanqvam his tabulis respondentis, laudavi, Ταραγχῶναι, Italiæ urbs, tanqvam ad cujus meridianum tabulæ illæ sint confectæ, affertur. Jam vero fieri facile potuit, ut illa Italiæ urbs cum *Tarascone* Arragoniæ confunderetur.

MCMLV. c. ר׳ שלמה מהאחמים R. SCHELOMO ME-HAACHAMIM, incola Mantuanus.

בָּאסו הַשִּׁירִים אֲשֶׁר לִשְׁלֹמֹה *Bassus hymnorum Salomonis*, i. e. מִזְמוֹרִים וְשִׁירוֹת וְתִשְׁבָּחוֹת אֲשֶׁר הֵבִיא בְּחָכְמַת הַנִּיגּוּן וְהַמּוּסִיקָה לִשְׁלוֹשָׁה ד׳ ה׳ ו׳ ז׳ ח׳ קוֹלוֹת Venet. 383. C. 1623. 4. apud Jo. Caleoni. Hymni sunt, qvos in Synagogis alias recitare solent Judæi, notis Musicis nostratibus instructi.

MCMLVI. b. ר׳ שלמה איילין בן יעקב R. SCHELOMO AILION ben JACOB obiit *Amstelodami* d. 1. *Ijar* i. e. *Aprilis* 10. anno 1728. qvod mihi ex epicedio ejus à *Jechiele* fil. *Nathanaelis Pua*, hebraice in memoriam ejus condito, constat.

MCMLVII. ר׳ שלמה בן אליעזר הלוי R. SCHELOMO fil. ELIESER, Levita.

עֲבוֹדַת הַלֵּוִי R. *Mosi Nachmanidæ* acceptum ferri *Buxtorfius* pag. 390. Biblioth. Rabbinicæ tradit. Ad hæc vero rectius B. *Wagenseilius* in Supplementis ad eam suis MSS. ita: *Eleganter* 613. *præcepta disposita sunt in hoc libro, secundum ordinem textus sacri; prout in eo habentur, ita ut cuiqve Paraschæ sua assignentur præcepta, qvæ continet. Ceterum deceptus fuit* Buxtorfius *à qvo-*

à qvodam, qvi libri hujus auctorem esse RAMBAN falso ei persvasit. Verus auctor fuit R. Schelomo ben Eliešer Hallevi. *Fatetur se in enumerandis præceptis secutum esse* Maimonidæ *auctoritatem. Male id accepit imperitior qvidam, & præterea* Maimonidem *in* Nachmanidem *convertit.*

ר׳ שלמה באסולה R. SCHELOMO BASVLA, vel potius באזילה *Basila*: sic enim in Indice qvodam librorum Rabbinicorum, *Venetiis* ad me misso, scribitur, in qvo & commemoratur liber ejus: אֱמוּנַת חֲכָמִים i. e. *de fide Sapientum* Mantuæ 480. C. 1720. 4. editus. Disputatur ibi contra Philosophos pro veritate doctrinæ Judaicæ. Habeo nunc librum in manibus, Venetiis missum. Titulus est: ס׳ אֱמוּנַת חֲכָמִים חברו כמהו״ר אביעד שר שלום בכמהר״ר מנחם שמשון באזילה: i. e. *liber de fide Sapientum, qvem confecit R. Abbiad Sar schalom, fil. R. Menachem Simson Basila*: con lic. de Super. i. e. *cum licentia Superiorum.* Mantuæ 1730. 4. foliis 54. ex officina S. Benedicti per Albertum Pazzoni typographum Archiducalem. In verso titulo folio hæc literis majusculis leguntur: *Ait auctor: disputant Philosophi, num anima de corpore in corpus migret; fieri etiam potest, ut sententiam meam in hoc tractatu non satis evidenter demonstrarim. Ex vero itaqve affirmo, me non invenisse in Philosophia argumentum ullum demonstrativum, aut rationem pro alterutra sententia evidentem. Itaqve eam qvisqve sententiam suam faciet, qvam veri similiorem crediderit.* In præfatione laudat Patrem suum, una cum *Mosche Sacut, Jehuda Beriel, & Benjamine Cohen*, ex qvorum disciplina profecerit, speciatimqve Physicæ & Astronomiæ studuerit. Cavere ibidem jubet à *Bedersensis* (בדרשי) epistola ad Schelom. fil. Addereth affirmantis, ex Philosophia intelligi, animam hominis non transmigrare, (כי אין הנפש מתגלגלת) Eam enim sententiam comparat cum illa *Alexandri Aphrodisiensis*, qvi hominum animas, si Philosophorum illas exceperis, una cum corporibus interire tradiderit; opponit vero eidem Platonicos æqve ac Aristotelicos. Latinos Scriptores evolvisse nostrum, ut ex opere ipso, ita ex eadem præfatione intelligitur. In ea enim præter *Johan. Cottunium de triplici statu animæ* (*Patavi* 1645. fol. editum) allegat *Jul. Cæsarem Lagallam*, qvi argumentum hoc de immortalitate animæ ceteris omnibus curatius & diligentius sit persecutus; qvemadmodum tum Philosophos Græciæ veteres, Platonem & Aristotelem tum ex recentioribus inprimis Italis Christianos freqventer in tractatione affert. Tota commentatio, triginta constans capitibus, in universum eo refertur, ut appareat, Philosophiam non esse idoneam ad causas rerum certas red- MCM LXIII.

dendas, sed opus esse tum Scriptura Sacra, tum traditione & Cabbala veterum. Qva occasione nonnulla capita specialia ex mente veterum Judæorum contra Philosophorum sententiam exponuntur & stabiliuntur.

MCM LXVI. ר׳ שלמה בן גבירול בן יהודה R. SCHELOMO ben GAVIROL, ben Jehuda.

אַזְהָרוֹת *Venetiis* 412. C. 1652. 8. prodiisse videntur, non 415. Nam Hebraice annus exprimitur per התיב ubi τò ה in computum non videtur referendum. Itaqve relinqvitur annus 412. Recusus deniqve idem libellus est *Londini* 474. C. 1724. 8. cum commentario R. *Jacobi fil. Schemuelis Chagis*, de qvo scripsi Vol. III. p. 455.

ס׳ מִצְוֹת qvi inter *Laudanos* B. 59. 4. MS. chartac. in Catalogo MSS. Angliæ edito numeratur, Vol. I. p. 1044. suspicatus sum non esse distinctum à libro אזהרות Et recte me conjecisse nunc ex Cl. *Jo. Gagnerii* Enarratione MS. codicum MSS. Hebr. B. Bodlejanæ intelligo. Ibi enim libellus hic ita dicitur incipere: שמר לבי משה מענה היוה מאד נענה ירא האל ומנה דברי הישרים.

Idem vero est initium libri אזהרות, qvem habeo ex editione Londinensi modo allata, nisi qvod edita pleniora sint & correctiora. Ibi enim hæc legis: שמר לבי מענה היה במאד נענה ירא האל ומנה דבריו הישרים Codex ille MS. qvi adjunctos habet commentarios Rabbinorum, *ben Susan* (forte *Sosan*) & ben *Todros*, absolutus est die VI. mensis Sivan, anno רסט 269. C. 1509. qvod in calce monetur. Jam intelligo, eundem librum cum commentario MS. exstare in 4. foliorum 100 in Bibliotheca Taurinensi sub titulo: מִצְוֹת i. e. *Præceptorum Legis.* Ibidem MS. occurrit nostri כתר מלכות A. V. 22. in eo volumine, qvod plura alia continet.

MCM LXVII. שְׁלֹמֹה בֶּן דָוִד SCHELOMO fil. DAVIDIS, Rex.

Psalterium, qvod nomen ejus mentitur, & à doctissimo *Jo. Alberto Fabricio* nostro in Codice Pseudepigrapho V. T. editum est, notis Criticis illustratur & emendatur à Celeberr. *Christoph. Augusto Heumanno* in Actis Eruditorum Lipsiensibus Latinis an. 1713. p. 539 sqq.

Supra n. CXLIV. b. recepi, me de *Clavicula Salomonis* h. l. dicturum esse, qvam *Abrah. Colorno*, jussu Ducis Mantuani *Italicam* fecerit. En

En tibi specimen versionis illius, cujus caput I. post præmissam summam ejus: *dell' amor divino, che deve precedere nell' imparar la scientia;* ita habet: *Disse Salomone figliuolo di David, Re d' Israel, il principio della nostra chiave è temere Iddio, & qvello adorare, e con contritione di cuore & somma divotione honorare, & invocar lo, in tutte le cose, che vogliano fare & operare: cosi Dio te guiderà nella buona strada: qvando vorrai poi acqvistar notitia della scientia, & arte magiche, è anco necessario haver preparato l' ordine dell' hore, de i giorni delle Lune, senza l' osservazioni delle qvali non si può ne si potra far cosa alcuna: ma qvelle diligentamente osservate, si potra facilmente arrivare al desiato fine & effetto. &c.*

Ex hac *Italica* versione nata est *Gallica*, cujus aliqvot capita una cum reliqvorum summariis apud me manu descripta exstant. Accipe eadem, qvæ modo Italice descripsi. Chap. I. *de l' amour divin, qvi doit preceder l' acqvisition de la Science. Salomon fils de David, Roy d' Israel, a dit, qve le commencement de notre clef est de craindre Dieu, de l' adorer, de l' honorer avec contrition de coeur, & de l' invoqver dans toutes les choses, qve nous voulons faire & operer, avec une trés grande devotion, & qu' ainsi Dieu nous conduira dans un bon chemin. Qvand tu voudras donc acqverir la connoissance des sciences & arts magiqves, il est necessaire, d' avoir preparé l' ordre des heures, des jours, des Lunes, sans l' observation des qvels on ne pourra faire aucune chose, mais si on les observe avec diligence, on pourra facilement en tout & par tout parvenir à la fin & à l' effet, qu' on souhaite.*

Gallicæ huic conformis est *Latina* interpretatio, qvod intelligo ex indice capitum illo, qvem nuper secundum eam *Theophilus Sincerus* in der Nachricht von alten und raren Büchern Sect. II: p. 75. ex exemplo MS. suppeditavit. Capita enim illa eorumqve inscriptiones Gallico meo prorsus respondent. Titulus qvidem generalis profitetur, librum ex Hebræo *Latine*, ex mandato Ducis Mantuani, esse conversum. Id autem vix crediderim aliter intelligendum, qvam qvod versio hæc *Italicam*, qvam per *Abrah. Colornum*, jussu Ducis Mantuani, factam esse intelleximus, exprimat.

Ceterum tota commentatio in duos libros abit. Prior paginis 138. in 4. constans capita habet XVII. Illorum I. qvod exhibui, de *amore divino* exponit. II. de diebus, horis & virtutibus planetarum (ubi operarum vitio apud *Sincerum* legis *plantarum*) III. de artibus. IV. de confessione ab exorcisaturo facienda. V. de precatione & conjuratione fortiore & efficaciore. VIII. de conjuratione efficacissima. VIII. de

de amuletis (medailles) & pentaculis, eaqve conficiendi ratione. IX. de experimento furti, & qvomodo illud ſit perficiendum. X. de experimento inviſibilem ſe præſtandi, & qvomodo heic agendum. XI. de experimento amoris. XII. de experimento, vel operatione pomi. XIII. de experimento amoris in ſomno. XIV. de experimentis & operationibus, qvæ in odium & perniciem inimicorum fiant. XV. qvomodo perficiantur ludi, illuſiones, inviſibilitas & aliæ deceptiones. XVI. qvomodo alia experimenta extraordinaria & operationes præſtentur. XVII. de pentaculis, canderiis aut amuletis, eorumqve materia. His ſubjiciuntur pentacula ipſa, propriis ſuis figuris, coloribus & characteribus, literisqve Hebraicis & Chaldaicis expreſſa ſecundum artem, qvam ſe edoctum, pentacula vero ipſa, juſſu Ducis Mantuani, experientia probata eſſe *Abraham Colorno* teſtatur. Illorum exſtant ſeptem *nigra*, *Saturno* propria: totidem *cærulea* ad *Jovem* relata. Sex *rubra Martis*: ſeptem *flava*, *Solis*: Qvinqve *viridia*, *Veneris*. Qvinqve diverſorum colorum *Mercurio* propria, & *ſex*, deniqve coloris terræ albæ pro *Luna*. Delineatio horum pentaculorum paginas 47. conficit.

Liber II. paginarum centum in 4. capitibus XX. abſolvitur. Primum illorum diſſerit de hora, qva, omnibus rite præparatis, exercitium artis provehi debeat. II. qvomodo magiſter artis præſtare ſe debeat. III. qvales ſocii & diſcipuli artis ſe præſtare debeant. IV. de jejunio, cautelis, & cuſtodia ſui. V. de balneis, eorumqve confectione. VI. de veſtibus, tibialibus & calceis. VII. de locis, in qvibus omnium optime artes illæ & operationes perfici poſſunt. VIII. de cultro, enſe, artago, pugione ferreo, cuſpide, virga, baculo & aliis inſtrumentis. IX. de ſuffitu thuris, ſuffumigationibus, incenſis & odoribus, rebus item aliis, qvibus ad artes Magicas opus eſt. X. de aqva & hyſſopo. XI. de lumine & igne. XII. de calamo, atramento & aliis coloribus. XIII. de penna hirundinis & corvi. XIV. de ſangvine veſpertilionis, columbæ & aliorum animalium. XV. de charta virginea, qvomodo præparanda, & qvomodo illa ſit utendum. XVI. de cera vel terra virgine. XVII. de acu & aliis inſtrumentis ferreis. XVIII. de panno ſericeo. XIX. de characteribus. XX. de ſacrificiis, qvæ offeruntur ſpiritibus, & qvomodo fieri debeant.

Huic libro II. hæc præmonitio præmittitur, qvam Latine à me converſam adponam: *Hæc* Salomonis *commentatio in duos libros diſtincta eſt, in qvorum priore oſtenditur, qvæ experimenta, experientiæ & operationes (homi-*

(hominum æqve) ac Spirituum sint fallaces : in hoc vero præsenti docebitur, qvomodo artes magicæ ad eum finem, qvi propositus est, & qvi non minus, qvam reliqvæ operationes, in votis est, perduci possint.

Opera tamen danda & diligenter cavendum est, ne hæc Clavis Arcanorum in manus hominum stultorum, stupidorum & imperitorum incidat. Ille enim, qvi illam possederit, ac memoria tenuerit, non solum omnes artes magicas ad scopum suum diriget, & perducet, sed errores etiam & hallucinationes, qvas commiserit, facile emendabit. Propterea etiam nulla ars aut operatio, cujuscunqve sit generis, finem suum adseqvetur, nec qvisqvam hujus artis magister, aut exorcisans artem hanc in potestate sua habebit, qvi veritatem rei cujusqvam aut operationis perspicere non possit.

Qvæ causa est, cur omnes & singulos, in qvorum manus hæc Arcanorum clavis inciderit, vehementer volo rogatos, ut eam cum nullo communicent, qvi non sit fidus, aut arcanum celare neqveat, vel artium non sit peritissimus. Imo unumqvemqve libri hujus possessorem per nomen Dei ineffabile & tetragrammaton (יהוה) *per nomen Adonai, & per cetera omnia celsissima & sanctissima Dei nomina precor, ut commentationis hujus æqve ac animæ suæ rationem exactissime habeat, nec illius copiam stulto cuiqvam aut imperito faciat.*

Vidi ego itidem versionem *Latinam* MS., Gallicæ illi conformem, qvod ex capite I. hic descripto, intelliges: *Dixit Salomon, filius Regis Israel: Clavis nostra initium est, timere Deum, & ipsum invocare in omnibus, quæ volumus facere & operari: & ita nos Deus recto tramite gubernabit. Cum igitur magicarum scientiarum & artium scientiam volueris adipisci, necesse est, habere ordinem lunaticorum dierum & horarum, sine qvorum observatione nihil fieri poterit, &, qvibus diligenter observatis de facili poteris ad optatum pervenire effectum.* Inter *Gallicam* tamen & *Latinam* id discriminis video intercedere, qvod in capite II. *Latinæ* multa desunt, & pars capitis III. ubi de circulo Magico exponitur, secundo est juncta. Accedit vero præterea ad reliqva capita, in Latina novum aliqvod *de characteribus & nominibus*, qvod, breve qvippe, hic describam: *Characteres* inqvit, qvi sunt literæ divinæ, & alia divina nomina, Hebraicis literis exarata, melius duxi esse, ut existant, ad amussim reponenda. Majoris enim sunt efficaciæ & virtutis. Versicula vero, sacro pentaculo circumdata, & ex S. Scriptura desumta transtuli in Latinum, qvoniam debent ab incantatore proferri, & identidem inculcari. Sunt enim effectus & intentiones expressivæ maximæqve virtutis, cum omnia sint Dei verba. Et qvoniam præhabita in Clavicula reperiuntur, sine aliqva annotatione,

ne, ideo congruum mihi visum est, apponere singulis eorum virtutes ad commodiorem elegantiam exarantis, prout experientia didici & cognovi *Hac Abrahamus.* Patet, hæc omnia, observationis instar, ad caput antecedens, qvod *Pentacula* ipsa delineat, ab *Abrahamo Colorno*, interprete Italico, esse adjecta. In secundo libro versio mea *Latina* capitibus constat XXIV. (qvamvis XX tantum exemplum a *Theophilo Sincero* visum, exhibeat) qvando *Gallica* habet XX aliter nonnihil & alio qvoqve ordine distincta. Eorum ultimum, nempe XXIV. in Gallica prorsus deest, atqve *de imaginibus Astrologiæ* hunc in modum exponit. *Non est mirum, si huic nostro operi addimus etiam caput de imaginibus Astrologiæ, qvoniam hic pertractantur ea, qvæ sunt communia ad qvascunqve Magicas facultates: & ideo scias, qvod nullum experimentum recte ad finem optatum perduci potest, nisi omnibus his diligenter observatis. Inde oportet, qvod, qvi librum hunc recte vult intelligere, legat eum de capite usqve ad finem, & hoc freqventer. . . . Si tamen aliqvam imaginem Astrologicam vel potius Astronomicam vis conficere, primo debes eam facere è cera, sicut superius dictum est. Si facienda sit de cera, vel de plumbo, eadem omnia serva, qvæ servasti de cera. Postea ex ipsa materia fabrices imaginem die & hora, ut in experimento vel ad fortunium vel ad infortunium alterius. Si faciendi sunt characteres, vel nomen, in pectore vel fronte figuræ hoc facias cum acu vel stylo ferreo &c.*

Deniqve & illud addere fas sit, qvod *Latinæ* huic versioni præmittatur prologus, cujus hoc habe initium: *Recordare, fili mi carissime Roboam, qvod Salomon cunctorum Sapientum à Deo accepi. Tum respondit Roboam: qvid demerui, qvod in aliqvo non assimilabor Patri meo Salomoni, qvi per angelos Dei meruit habere sapientiam & scientiam omnium creaturarum. Et dixit Salomon: attende, fili, vocem meam, & intelliges mirabilia Dei. Qvadam enim nocte, cum dormitum irem, nominavi sacratissimum nomen Dei* יה *(Jah) atqve (ita) ineffabilem Dei sapientiam postulavi, & cum claudere cœpissem oculos, apparuit mihi angelus Domini, hoc modo, & talia mihi affabiliter effando: Salomon, non vana est deprecatio tua apud altissimum, & qvia non postulasti dies multos, nec petiisti tibi divitias multas, neqve animas inimicorum tuorum, sed postulasti tibi intelligentiam ad faciendum judicium, hæc dicit Dominus: Ecce feci secundum verbum tuum, dedi tibi cor sapiens & intelligens, ita ut similis non fuerit, nec sit post te surrecturus. Cum evigilassem & cognovissem verbum, qvod mibi factum erat, cognovi, in me esse omnem sapientiam & intelligentiam creaturarum, qvæ in cælo sunt, & sub cælo, & vidi, qvod omnes scientiæ sapientum hujus seculi vanæ sint & nugaces, & qvod nulla ars esset perfecta, composuiqve qvoddam opusculum, qvod secretum secretorum nuncupavi, in quo clausi & servavi*

&

& occultavi omnia secreta artium quarumcunque magicarum, sine quo secretum sive experimentum aliquod harum scientiarum nullo modo valet adimpleri. Hoc modo Claviculam appellavi, quia, sicut clavis aperit thesaurum, ita hæc sola magicarum artium & scientiarum aperit scientiam & intelligentiam. Videns igitur, mi fili, experimentum aliquod vel de meis vel de alienis, & sint in eis omnia præparata, & dies, & horæ, & omnia, ut tibi videbitur, bene ordinata, fallax tamen erit & vacua sine meo opusculo, in quo clausa sunt omnia secreta, & arcana, quæ fieri potuerunt. Et quod dico de una arte & de uno experimento, id sentio de omnibus, quæ sunt in mundo, & fuerunt & erunt in futurum. Idcirco, fili mi, Roboam, præcipio tibi per benedictionem, quam à patre tuo exspectas, quatenus faciendam cures capsulam eburneam, & in eam hanc claviculam meam reponas, & serves, & claudas, & cum transiero ad patres meos, rogo te, eandem in sepulcrum meum vel sepulturam deferas, mecumque communiter deponas, ne in manus iniquorum devenire possit in aliquo tempore. Et sicut Salomo jussit, ita factum est. Cum igitur obiisset, per aliquod tempus longum sepultum. Tunc quidam Philosophi Babylonienses, cum simul convenissent, inierunt consilium, ut tanti Viri sepulchrum in ipsius honorem renovarent, ac pulchrius redderent; ad hoc potissimum, ut ejus memoria per secula perduraret. Cumque foderetur, sepulchrum & renovaretur, inventa in eo capsula eburnea, & in ea clavicula secretorum, quam læto animo acceperunt, & cum aperuissent, eam nullus eorum intelligere poterat, propter obscuritatem verborum, & obvolutum sensum obscurioris scientiæ. Non enim erant digni hujusmodi thesaurum possidere. Quare cum surrexisset unus inter eos, vultu decorus ac ætate præstantior, qui vocabatur Zoë, *græcus, dixit illis: nisi jejunaverimus, & petierimus a Domino cum lacrymis hujus libri interpretationem, nunquam ad ejus notitiam poterimus pervenire. Fugit igitur unusquisque ad cubiculum suum.* Zoe *vero, existens pronus in terram, cœpit flere amare, & percutiendo pectus suum dixit: Quid ego demerui, quod quidem scientiam tanti viri intelligere neque interpretari queo. Etsi non erat aliquid ita in natura secretum, quod celaret mihi Dominus quare sunt hæc verba ita obscura? quare hoc sic ignoro? Et flexis genibus, manus ad cœlos extollens, demisso capite oravit ad Dominum dicens: Creator omnium Deus, qui cuncta cognoscis, qui Salomoni, filio Regis David, tantam scientiam tribuisti, concede mihi, quæso, Sancte Pater omnipotens, ineffabilem hujus scientiæ virtutem attingere, ut ad Claviculæ Secretorum notitiam, te adjuvante, merear pervenire. Et continuo apparuit illi angelus Domini, dicens: ne mireris, si obvoluta & obscura tibi videbuntur secreta Salomonis. Voluit enim Deus, ut tanta scientia ad manus iniquorum pervenire non possit, quo circa mihi promittas, quod non revelaveris, quæ ostendo tibi, creaturæ viventi in æternum, nisi fuerit in eo tanta scientia, ut quæ eidem revelaris, in se retinere sciat. Respondit* Zoë: *promitto tibi, quod nemini revelabo, nisi fuerit in timore Domini,*

ac multitudine disciplinæ peritus, securus & fidelis. Tunc dixit ei Angelus: vade & lege Claviculam, & verba, quæ erant obscura, tibi per omnia patefient. Et posthac ascendit angelus in cœlum, in flamma ignea. Tunc lætatus Zoë, ac hilari existens animo, cognovit, qvod angelus Dei erat & vidit opusculum Salomonis transmutatum, ita, ut plane cunctis patefieret. Et cognovit Zoë, qvod hoc opus ad manus insipientium pervenire posset, dixit. Conjuro illum, ad cujus manus pervenerit hoc secretum, per potentiam Creatoris ac sapientiam ejus, ac per omnia, quæ desiderat ac facere proponit, ut hunc thesaurum nulli tradat indigno, nec patefaciat, qvi sapiens non fuerit ac timens Deum. Qvod si fecerit aliter, rogo Deum, ut nunqvam, qvod facere intendit, ad optatum finem perducere possit, nec valeat perducere. Talem autem Claviculæ dispositionem reseravit Salomon in capsula eburnea. Capita autem Claviculæ sunt, ut seqvitur, duobus contenta libris, ac per ordinem declarata.

Hæc bona, spero, lectoris venia, utut longiuscula, describenda putavi, qvia præfationem hanc in nullo *Italicæ* vel *Gallicæ* versionis exemplo inveni, ex qva tamen historia totius libri, vel potius fabulæ & figmenti intelligitur. Qvalis scilicet commentatio ipsa est, nempe in cerebro hominis superstitiosi nata, talem addi decebat originem. Deniqve harum versionum conditionem & summa capita ideo putavi enarranda, ut constare possit, qvæ inter illa & alia, qvæ circumferuntur, exemplaria differentia intercedat. Sic v. c. hinc intelligitur, *Claviculas Salomonis*, & *Theosophiam Pneumaticam*, qvas ab *Andrea Luppio* Vesaliæ an. 1686. 4. editas dixi, longe aliter esse comparatas. De his videbis, si placet, *Theophilum Sincerum* in Notitia librorum veterum & rariorum vernacula Sect. II. p. 72. sqq. qvi ibidem observationem qvandam a celebri qvodam Astrologo Norimbergensi de diebus ab Ægyptiis olim vetitis, & ejus judicio adhuc cavendis, in exemplo suo manu descriptam, subjicit.

Exstat etiam aliud exemplum MS. sub eodem qvidem titulo, sed qvod ratione argumenti à prioribus longe diversum est: *Clavicula Salomonis, seu Occulta Occultorum Orationes Semiforas, liber de secretis secretorum, septem altitudines, & de duodecim altitudinibus Salomonis.* Ad calcem libri leguntur hæc verba: *Explicit sanctum Almadel Salomonis Regis, de secretis secretorum, & de XII. altitudinibus cœli, datis ab Angelo Salomoni Regi Jerusalem, scriptum & completum per me Johannem de Flexia sub anno Domini* MCCCCXXXIV. XXIII. *mensis Februarii.* Exemplar hujusmodi est apud doctissimum *Fabricium* nostrum, qvod ipse in Codice Pseudepigrapho V. T. p. 1052. descripsit.

Idem,

Idem, qvem dixi, *Andr. Luppius* loco & anno citatis edidit *Semiphoras & Schem hamphorasch Salomonis Regis*, una cum *Arbatel de Magia veterum*, lingva Germanica, in cujus calce alia huc pertinentia, & inprimis *clavem principem ad Magiam divinam* ſperare jubet, qvorum tamen nihil, qvod ſciam, prodiit.

Vidi qvoqve libellum MS. paginarum. 28. in 4. germanicum, cujus inſcriptio Latina ita erat concepta: *Magia cœleſtis, docens modum converſandi cum Angelis, primum inventa à Rege* Salomone, *deinde aucta à famoſo Mago & Cabbaliſta* Mackzan. Conſtat Sectionibus XXXVII. in qvarum prima allegatum video *Leonem Hebræum* lib. II. *de Amore*, ſcilicet, qvod ſuſpicor.

Agmen claudat *SALOMONIS TRIMOSINI Cabbala priſcorum Sapientum* MS. lingva vernacula in 4. paginarum 20. Sed ohe! jam ſatis eſt.

De aliis libris, *Salomoni* ſuppoſitis, hunc habe locum ex *Joſephi*, Chriſtiani Scriptoris, Hypomneſtico, qvod *Fabricius* Volum. II. Codicis Pſeud-epigraphi Vet. Teſt. edidit: Εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι, inqvit pag. 176. πλεῖστοι λόγοι, οὓς ἀπέκρυψεν ὁ εὐσεβὴς βασιλεὺς Ἐζεκίας, οὐδὲν ὄφελος ἐπὶ πολλοῖς εὑρίσκεσθαι λόγους, τοὺς δὲ δαιμόνων ἐκφευκτικούς, καὶ παθῶν ἰατρικοὺς καὶ κλεπτῶν φωρατικούς, οἱ τῶν Ἰουδαίων ἀγύρται παρ' ἑαυτοῖς φυλάσσουσιν ἐπιμελέστατα, τῶν πιστῶν τῆς ἁγίας ἐκκλησίας τούτοις οὐ κεχρημένων, διὰ τὸ τῇ Χριστοῦ πίστει καθοσιοῦν ἑαυτοὺς δεδιδάχθαι.

ר׳ שלמה בן וירגא R. SCHELOMO ben YIRGA. MCMLXXI.

שֵׁבֶט יְהוּדָה *Furthi* qvoqve prodiit 484. C. 1724. 8. apud Abrahamum Bing. De *Georg. Gentii* verſione Latina, qvamqve male ex ea ſuſcepta mulctatus ſit, lege M. *Auguſtini Beyeri* Hiſtoriam Vitæ *Gentii* pag. 96. ſq. Ex eodem etiam diſces, eandem verſionem Amſtelod. an. 1654. tanqvam ſecundum editam, *Jo. Seldeno* inſcriptam eſſe, qvi tamen (Seldenus) epiſtola ſingulari, ibidem legenda, teſtatus ſit, exemplum anni 1654. ab illo anni 1651. non niſi qvod ad novam Dedicationem differre, cum prius illud Senatui Hamburgenſi ſit inſcriptum. Idem de exemplis, qvæ annum 1680. referunt, affirmandum puto.

ר׳ שלמה זלמן בן שמעון R. SCHELOMO *Salman* ben SCHIMON, *Wezlarienſis* (וועצלר) MCMLXXII. b.

חקירות הלב *scrutinium cordis*, liber moralis ab auctore anno 478. C. 1728. lingva Judæo-Germanica ſcriptus, & poſt fata ejus *Amſtelod.* 491. C. 1731. 8. foliis 74. apud Sal. Props editus. Conſtat is capitibus LXI. qvorum primum oſtendit, omnia hujus mundi eſſe vana; ultimum vero de ſeculo futuro & beatorum conditione feliciſſima commentatur.

MCM LXXII. d. ר׳ שלמה זלמן דעסויא R. SCHELOMO *Salman*, Deſſavienſis.

אגרת שלמה *epiſtola Salomonis*, Wandesbeccæ juxta Hamburgium 492. C. 1732. 8. apud Iſrael ben Abraham. Leguntur hic epiſtolæ 55. varii generis, dialecto Judæo-German. in exemplum ſcriptæ, foliis 22. Seqvitur tractatus alius Hebraicus, ſub titulo: כתבי שלמה *ſcripta Salomonis*, qvo moralia traduntur usqve ad fol. ultimum.

MCM LXXIII. ר׳ שלמה זלמן בן יהודה R. SCHELOMO SALMAN ben JEHVDA.

יסוד הניקוד *fundamentum punctationis*, Amſtelod. 490. C. 1730. 4. apud Moſen Francofurtenſem pp. 82. decem Sectionibus. Earum prima agit de literis. II. de vocalibus. III. de Scheva. IV. de Dagheſch. V. de legendi ratione, Milel, Milra, Metheg. VI. de Verbis. VII. de verborum conjugationibus. VIII. de Nominibus. IX. de מלות ſive Particulis, & X. de דקדוק המליצה ſive דרכי לשון הקדש i. e. ratione interpretandi voces obſcuriores, ſecundum rationes Grammaticas.

MCM LXXV. ר׳ שלמה זלמן בן משה R. SCHELOMO *Salman* fil. MOSIS.

מנחה חדשה *oblatio nova*, i. e. *Pirke Avoth*, cum commentario ex *Raſchi*, *Rambam*, R. *Obadia Bartenora*, *Abarbanele*, item libris, *Pirke Moſche*, *Beth Lechem Jehuda*, *Lebh Avoth*, & MSS. qvibusdam jam ante edito, recuſ. Francof. ad Mœn. 482. C. 1722. Vide Vol. III. p. 432.

קהלת שלמה *congregatio Salomonis*, i. e. collectio ritualis Hebraica & Judæo-Germanica de variis inſtitutis precibusqve Judaicis in lotione manuum, Keriath Schema, prandio &c. receptis, qvibus medicamina varia ſubjunguntur. Accedit in calce חנוך קטן de qvo Vol. II. num. 222. inter Anonymos ſcripſi.

ר׳ שלמה

ר׳ שלמה בן חנוך R. SCHELOMO ben CHA- MCM LXXVI.
NOCH, CPolitanus, procul dubio est, cujus meminit R. *Schemuel Sirsa* in libro suo מכלל יופי, sub nomine R. *Schelomo* אלקנסטין i. e. ut interpretor, CPolitani. Locum infra describam ad num. 2123. In eo enim liber מגלה עמוקות cujusmodi aliqvem noster scripsit, citatur, auctor vero *Samueli* illi fere fuit æqvalis. Noster enim scriptis claruit A. M. 5113. qvod Vol. I. ex Bartoloccio traditum est.

ר׳ שלמה בן חסון R. SCHELOMO fil. MCM LXXVI, b.
CHASON.

בית שלמה *domus Salomonis*, i. e. Quæsita & Responsa super *Arba Turim*, Thessalonicæ 480. C. 1720. fol. pp. 172. apud Abrah. ben David Nachman.

ר׳ שלמה בן יהודה ליב R. SCHELOMO fil. MCM LXXXII. c.
JEHVDA *Lebb*, nonulla R. *Ascher* & aliorum edidit. Vide qvæ supra in his Supplementis ad num. 363. à me scripta sunt.

ר׳ שלמה בן יהודה ליאון R. SCHELOMO MCM LXXXIII.
ben JEHVDA *Leon*, *Templo*. *Grammatica* ejus *Hebraica*, Hispanice scripta, charta pura distincta, & annotationibus MSS. instructa exstitit in Biblioth. R. David Nunnes Torres, teste Catalogo Bibliothecæ ejus *Hagæ* edito, p. 12.

Conciones qvædam ejus Lusitanicæ lucem viderunt Amstelodami 454. C. 1694. 4.

ר׳ שלמה בן יוסף פרופס R. SCHELOMO MCM LXXXVI. b.
ben *Joseph* PROPS, *Cohen*, Typographus Amstelodamensis diligentissimus, & inter suos celebratus. De industria ejus indicium ferre licet ex indice librorum, qvos ex officina sua vel primus edidit, vel recudi curavit. Exstat ille sub tit. אפריון שלמה *thronus Salomonis*, Amstelodami 490. C. 1730. 8. 2 plagulis hebraice edi cœptus. Ejusdem est

אסיפת שלמה *collectio Salomonis*. Vide supra in his Supplementis ad num. 1042.

MCM LXXXVI. c. ר' שלמה בן יוסף R. SCHELOMO ben JOSEPH AMARILIO.

פני שלמה *facies Salomonis*, conciones variæ, Thessalonicæ 477. C. 1717. fol. foliorum 112. apud Abrah. ben David.

MCM LXXXVI. f. ר' שלמה בן יחייא R. SCHELOMO ben JECHAIJA.

Epistolæ ejus CII. Hebraicæ MSS. in Bibl. Bodlejana inter Codd. Seldenianos num. LII. in 4. chartac. exstant. Prænomen auctoris in limine satis clare, Patris vero impedite admodum & obscure est expressum, qvod tamen Cl. *Jo. Gagnerius* cui hæc accepta fero, ita, ut hic descriptum est, legendum censet. Epistola prima ita incipit: שאו מרום עיניכם בנים סכלים כי מלאת מלים לכל הנשכלים אחרי עולם:

MCM XCIII. ר' שלמה בן יצחק R. SCHELOMO fil. ISAACI.

Commentarius in *Pentateuchum* & V. *Megilloth* ex edit. Augustana anni 294. C. 1534. 4. de qva Vol. III. pag. 1043. jam in manibus meis est, & plagulis 48. absolvitur. Caret titulo, & in averso folio, cujus adversa pars inscriptionem referre debebat, protinus legitur: בראשית אמר ר' יצחק לא היה

Idem commentar. in *Pentat.* & *Megill.* novissime Amstelodami an. 481. C. 1721. 8. nitidissime exscriptus est apud Salom. Props.

Eundem vidi MS. in Bibliotheca Academiæ Altorfinæ. Is olim fuit Wagenseilii, qvi ex eodem in Telis Igneis Satanæ, speciatim in Confutatione Carminis Lipmanni pag. 323. locum qvendam male habitum restituit. Codicem illum B. *Jo. Wulferus* in epistola, qvam ibidem legi, MS. ita describit: *Incipit à Geneseos c. XXV. v. 22. & medio fere capite XLV. desinit. In Exodo mirum in modum deficit. Absunt enim omnia capita usqve ad cap. XX. Totus Leviticus integer comparet, atqve hinc omnia clare fluunt usqve ad Numerorum cap. XXX. Deuteronomium totum adest. Adsunt etiam duo schemata, ad illustrandum textum multum facientia, item Haphtharoth cum commentario Raschii, in qvo unus alterve locus exstat in Bibliis Buxtorfianis non obvius.*

Commentarius in *Prophetas* Priores & Posteriores, majores æqve ac minores, usqve ad caput II. *Malachiæ* in Bodlejana MS. Archivi D.

num.

num. 23. in fol. membranac. exſtat qvi intus dicitur auctoris incerti. Codex vetus eſt, ſed ab initio & fine mutilus. Noſtri vero commentarium exhibere, facta comparatione, intellexit Cl. *Jo. Gagnerius*, qvi hæc ad me perſcripſit. Deſinit in *Malach. II. 7.* כי שפתי כהן עליהם מוטל לשמר דעת למה שהרי תורה יבקשו מפיהו

Commentarium in *Obadiam*, Lat. a neſcio qvo, converſum, cum *Vffenbachianis* ceteris accepi. Vide Bibliothecam Vffenbachianam MS. compendiariam pag. 45. num. 200.

Commentar. in duo priora capita Tractatus Talmudici *Bava Bathra* & magnam partem capitis III. MS. eſt apud me in codice membranac. antiqviſſimo in fol. foliorum 41. Conf. Bibliothecam citatam p. 47. num. 210.

ר׳ שלמה בן ישראל R. SCHELOMO MCMXCVII.
ben ISRAEL.

אפרין שלמה *thronus Salomonis*, Wilmersdorf. 490. C. 1730. 8. fol. 62. apud Zevi Hirſch ben Chajim, præfante auctoris filio *Iſaac Eiſick f. Schelomo.* Continet varias expoſitiones in Paraſchas. In titulo mentio fit libri *Tiphereth hakkodeſch*, tanqvam à noſtro profecti, de qvo ſupra Vol. III. dictum eſt.

ר׳ שלמה לוריא R. SCHELOMO LVRIA. MM.

Annotationes ejus MSS. in *Choſchen miſchpat* codex apud me chartaceus recens in 4. foliorum 21. exhibet. Vide Biblioth. Vffenbachian. pag. 32. num. 157.

ר׳ שלמה בן מלך R. SCHELOMO ben MMIII.
MELECH.

Deſcribam hic ea, qvæ B. *Jo. Andreas Danzius* de auctore hoc & libro ejus מכלל יופי tradidit in limine Prælectionum, qvas in eum inſtituerat. Debeo illa liberalitati Clariſſ. *Joh. Gothofredi Tympii*, Ordini Philoſophorum Jenenſium Adſcripti. *R. Salomo ben Melech*, inqvit, *compilator celebratiſſimi nunc libri, Michlal Jophi nuncupati, ex recentioribus eſt ſcriptoribus, poſt typographiam jam inventam vigentibus. Ipſe enim de ſe teſtatur ad calcem voluminis fol. 218. col. 3. quod uſus ſit vaſto illo bibliorum volumine, ſumtibus Bombergii Venetiis impreſſo, cujus correctioni præfuerit R.*

Jacob filius Adoniæ. Cum vero illud anno mundi 5286, *Christi autem* 1526. *finitum fuerit, anno Christi* 1523. *incboatum: Ipse etiam ætate jam provectus juxta testimonium Abendanæ fol.* 219. *col.* 2. *lin.* 43. *hunc librum compilarit, & typis excudi curarit Constantinæ anno Christi* 1544: *Viderit etiam Judæos ex Hispania per inquisitionem ejectos, fol.* 218. *Col.* 1. *lin.* 7. *a fine, quæ incepit sub Ferdinando Caroli V. avo materno anno Christi* 1492. *hinc ævum ipsius quilibet facile conjiciet, quamvis nec annum natalem nec emortualem præcise inde determinabit.*

Natum se fuisse dicit fol. 218. *col.* 1. *lin.* 49. *in urbe Africæ Fezza: e qua ad alias imperii Turcici provincias migraverit, & pueris instituendis victum quæsiverit, multum conversatus cum Judæis Constantinopolitanis Col.* 4. *loc. cit. lin.* 51. *In hoc libro componendo edendoque tres impendit annos, ut ipse testatur fol.* 218. *col.* 4. *ec. fin. quem ideo nomine hoc splendido a se vocatum dicit l. c. lin.* 25. *ut non tantum Kimchium æmuletur nuncupantem Grammaticam a se compositam una cum Lexico* Michlol *h. e.* complexum: *quod comprehendat & veluti* compendio *includat, quicquid ad linguam distincte cognoscendam, ejusque* sensum *eruendum pertinet, juxta verba ejusdem l. c. fol.* 2. *col.* 2. *lin.* 12. *sq. sed & hac de causa* pulchritudinis *sit* perfectio, *juxta verba Ps. L,* 2. *quod revera pulcher sit & elegans, cui nilquicquam amplius desit. Id quod eatenus recte se habet, quatenus vere de eo pronunciari potest, nil unquam difficile occurrere in tota Scriptura quoad vocum flexiones, origines atque constructiones; quod non pro viribus enodare conatus fuerit, literali significatione paucis verbis ubivis addita, & locis parallelis, sagaci consilio ut plurimum electis, comprobata. Haud semel etiam ingenue confitetur, quod in toto libro nec unica prostet sententia, quam ipse de proprio deprömserit ingenio; sed omnia ex libris hauserit majorum suorum; unde & eo minus putari possit opusculum suscepisse vanæ captandæ gloriolæ ergo, (vid. præf. circa fin.; & epilogus fol.* 218. *col.* 4. *lin.* 33. *sq.) quam longe à se remotam esse velit.*

Inter diversos, quos consuluit, autores R. Judam itidem Fezzensem, Grammaticum primum, R. Jonam, R. Abraham filium Esræ, R. Joseph Kimchium & R. Davidem, præcedentis filium, celebrat; inprimis huic ultimo mordicus adhæsit, ejusque sententiam ut plurimum reliquis omnibus præfert. Quod & ingenue fatetur locis citatis, præfatione qvidem verbis: Ex eo feci fundamentum in hoc omni, & juxta eum extendi filum meum mensorium. *Epilogum sæpius jam adductum his auspicatur verbis:* Summa pro honore R. Davidis Kimchii zelotypia flagravi, qvia vir integerrimus est nobiscum in suis sententiis ac fidei articulis *qui super qvatuor columnas sc. R. Judam, R. Aben-Esram & R. Joseph Kimchium patrem suum suos superstruxerit libros, optimum*

mum quodque ceu puram similam ex omnibus eligendo, nemini, ne patri quidem, adulatus.

Qua usus sit methodo, quove ordine, in excerpendis Kimchii libris pluribus enarrat in epilogo cit. fol. 218. *c.* 3. *lin.* 11. *sq. Scil. ea quæ sparsim proposuerat Kimchi pro ratione doctrinæ ac radicis, in qua explicanda occupatus fuerat; ea secundum ordinem recenset librorum biblicorum: ut semper ad manum sit legenti Scripturam, nec in iis conquirendis multum temporis debeat impendere.*

Sicubi Kimchi plures ejusdem vocis affert sententias, eam modo affert quæ ipsi videbatur verisimilior, remittendo ubivis ad loca, in quibus prostant aliæ quas deinceps Jacob Abendana in margine supplevit.

Quod solis usus sit libris Kimchianis typo exscriptis, MStos autem vel non potuerit, vel noluerit conferre; ex eo constat, quod hinc inde hallucinationes typographorum vel editorum tam tenaciter retinuerit, ut easdem pluribus locis non erubuerit repetere, interdum absque ullo sensu textui satis apto, quas codices manu exaratos consulendo feliciter potuisset evitare. Ex pluribus affero significationem literæ ו *adscriptam, quæ poni dicitur* loco אם si significet redditionem conditioni subjungendam, eidemque respondeat. *Quæ prorsus inter se non cohærent, sed posteriora priori sunt opposita. Et nihilominus itidem verbis repetit* הוו במקום אם *Exod. XVIII.* 23. *Lev. XV.* 24. *XXVI.* 4. *Jerem. XXIII.* 22. *Eccl. X.* 15. *quot loca sc. Kimchi in Michlol suo adduxerat fol.* 15. *c.* 2. *lin.* 45. *sq. Edit. Ven. in fol. A. m.* 305. *Christi* 1545. *Constantinæ in* 8. *fol.* 53. *b. cc. fin. qui dixerat* ויש וו אחר מלת אם; *impressæ autem editiones* ויש וו אחר במקום אם datur *vau* aliud loco *si*; *cum dicendum fuisset*: occurrit *vau* post voculam conditionalem *si*, *quod conditioni respondet, ejusque exprimit redditionem h. e. idem denotat ac* tunc; *non vero* si. *Similes deprehendis errores in omnibus obviis editionibus Lev. XIX.* 7. qvi *facile corrigi potuissent e cod. Pesachim c.* 7. §. 9. *nec non Es. XLVII.* 13. *ubi itidem MSta errorem potuissent corrigere.*

Promisit etiam autor in epilogo sæpe citato fol. 218. *col.* 4. *lin.* 3. *sqq. tractatum, omnes in universum variantes lectiones tam in codicibus Orientalium, quam Occidentalium, nec non quoad Keri & Cetibh occurrentium, comprehendentem, quem a se jam compositum adserit. Verum lucem nunquam vidit, nec ejus in Bibliothecis manuscriptis ulla injecta fuit mentio. Forte morte praeoccupatus non potuit absolvere propositum, & si in solis hæsisset libris impressis, uti in hac communicatione Kimchianorum, nihil eximii inde sperari potuisset.*

Quod stilum ejus attinet, purus ille est, tersus ac ad Ebraismum biblicum accommodatus, perinde ac reliqua Kimchii scripta. Nisi quod paulo obscurior videatur

deatur Kimchio ipso, ubi scil. prolixitatem ejus evitaturus paucioribus quandoque verbis reddit, quæ in fontibus liberius fuerant expressa.

Neminem tamen tyronum terrere debet, quo minus ab eo faciat initium, quia iisdem fere verbis terminos artis exprimit, quorum plures intra 4. *folia enodandos suppeditat, quam integri Abrabbanelis & ipsius quoque Kimchii exstantes commentarii.*

Varias libri editiones & quid ex eo latinitate jam sit donatum, exhibet Clariss. Joh. Christoph. Wolffius in Biblioth. Rabbin. pag. 1075. *sqq. qui vocat eum Hispanum, utut* פאס *nullibi locorum in Hispania apud ullos commemoretur Geographos, & ipse auctor suam patriam Hispaniæ contradistinguat, dicatque ex Hispania plures Judæorum familias transire in suam patriam, quæ ad Turcicum pertineat imperium: cui Hispania minime erat subjecta. Vid. loc. cit. fol.* 218. *Col.* 1. *circa fin.*

Hic recte monet *Danzius*, *ὁ μακαρίτης*, *Salomonem* nostrum non *Hispanum*, sed *Fessanum* ex Africa fuisse. Accipe verba ejus ex epilogo pag. 219. col. 1. lin. 10. à f. edit. Amstelod. an. 1685. ואני בראותי כי בכל המערב ובפרט בפאס עיר מולדתי עיר ואם בישראל אשר בה לומדים מקרא יותר מכל העיירות אשר ראיתי· גם במלכות הזה מלכות תוגרמה אשר באו בו רוב קהלות ספרד יץ̃ וכולם מגדלים את בניהם לתלמוד תורה· אינם נהגים מהשני ספרים הנזכרים וכ׳ i. e. *Cum vero intelligerem, quod in regionibus Occidentalibus, speciatimque* Fessæ, *quæ patria mea est, eademque urbs & mater Israelitarum, in qua legi student præ ceteris, quas vidi, urbibus; imo & in regno hoc, regno puta* Turcarum, *in quod multi cœtus nostrates ex* Hispania *pervenerunt, liberosque suos in Lege institui curant duobus libris commemoratis non utantur* &c. In patria itaqve Auctoris designanda recte egit *ὁ μακαρίτης*. Idem vero lapsus est tum in loco, tum in anno editionis primæ ס׳ מכלל יופי exprimendo. Locum appellat *Constantinam*, eamqve in nota marginali ad hunc Bibliothecæ meæ locum, *Fessæ* ait fuisse vicinam. At *CPoli* in Turcia primum impressum esse titulus illius editionis, qvem Vol. III. pag. 2051. sq. attuli, satis evincit. Appellatur ibi קושטנדינה qvo *Constantinopolin* à Judæis & olim & hodienum semper appellari ex libris plurimis ibidem editis constat. Appellatur & Turcarum illius ætatis imperator *Solymann*, ut non dicam de *Mosche* fil. *Eleasaris*, cujus, ut typographi CPolitani, nomen in aliis qvoqve libris exstat. In præfatione præterea operis sui Salomo noster provocat ad editionem ס׳ *Michlol* Kimchii CPolitanam per Gerso-

Gersonem Soncinatem curatam, eamqve *hic*, *Constantinopoli*, ait prodiisse. Itaqve necesse est, eum, sua edentem, CPoli fuisse commoratum. Taceo, eundem in loco superius allato *Fessam* patriam suam ab imperio Turcarum, in qvo nunc degat, distingvere. Omitto etiam, nullam in regno *Fessano* urbem *Constantinæ* nomine venire. Annum Christi *Danzius* editioni statuit 1544. (nisi forte librarii error est) qvi dicendus erat 1554. In titulo enim & calce editionis *CPolitanæ* exprimitur per שטה i. e. 314. seu A. C. 1554. Ceterum epilogum in hac editione pleniorem deprehendi eo, qvem *Amstelodamenses* exhibent.

Addam his, qvæ laudatus *Tympius* in suis ad me literis monuit: *Salomonem* scilicet nostrum interdum *Kimchium* non recte intellexisse, atqve adeo nonnulla ex eo in locum prorsus alienum judicio præcipitem retulisse. Ita, qvæ ad *Exodi* XII. 4. affert, ex *Kimchii* menti pertinent ad Genes. XLVIII. 12. paulo ante ex *Sepher Schoraschim* fol. 101. col. 3. l. 11. à f. edit. Venet. anni 305. allegatum. Sic qvod fol. 15. col. 2. l. 25. ad Genes. XI. 19. circa מאתיב jungitur verbis וכן מאות nullum habet sensum & nova prorsus est observatio, à *Kimchio* in *Michlol* fol. 62. col. 3. l. 5. à f. in longe alia connexione allata. Ex qvibus eadem opera patet, neminem in *Michlal Jophi* feliciter procedere, cui *Kimchi* non sit ad manus.

Auctorem nostrum *Augustinus Calmetus* in Supplemento ad Bibliothecam Sacram in calce Tomi IV. Dictionarii Biblici p. 24. mendose vocat *Hispanum* & filium *de Melée*, pro *Melech*. Nec rectius *Soucietus*, S. J. in observationibus suis ad *Richardi Simonis* Criticam in Bibliothecam Ecclesiast. *Dupinii* Tom. II. p. 628. *Thessalonicensem* ꝗ *Michlal Jophi* editionem, tanqvam anno 1565. curatam, recitat. Vide qvæ scripsi Vol. III. p. 1052.

Nonnulla hujus commentarii super Genesin Cl. *David Millius* Catalectis suis Rabbinicis in usum tironum inseruit Vltrajecti 1728. 8.

Commentar. in *Malachiam* ex versione Latina *Henr. Seyfried* Norimbergensis, lucem vidit *Altorfii* 1663. 4. Vidi eum in Bibliotheca Academ. Altorfinæ. Textus Hebr. literis Rabbinicis expressus à latere per duas columnas oppositam refert versionem Latinam.

ר׳ שלמה משה בן סוסלן R. SCHELOMO MMIX. b.

MOSCHE *ben Suslo*, vel rectius *Schelomo Aben Mosche*, *Aben Suso* & *Maimon*, qvomodo nomen ejus expressum legitur in Commentario in *Proverbia*, qvi MS. est in Bibl. Bodlejana, hodie inter MSS. è Museo n. 81. codice

 char-

chartaceo in fol. Ibi enim nomen auctoris ita describitur : אני הכותב הצעיר סולימן בן משה בן סוסו ומימון : In fine præfationis auctor testatur, se in hunc commentarium congessisse omnia, huc pertinentia, qvæ vel ex Sapientibus audiverit, vel in *Medrasch Rabba*, *Tanchuma*, *Pesikta* aut *Talmud* legerit, suaqve contulisse cum commentariis R. *Scheschat Gerundensis* & R. *Jona*. ואשים למול פני החכ׳ הר׳ ששת גירונדי Hæc didici ex Cl. *Jo. Gagnerii* Enarratione MS, Codicum MSS. Biblioth. Bodlejanæ.

MMX. b. ר׳ שלמה בן משולם SCHELOMO fil. MESCHULLAM, Cracoviensis, nepos Meschullami.

יריעות שלמה *cortinæ Salomonis*, ex Cant. I. 5. Francofurti ad Viadrum 490. C. 1730. 4. apud Michaelem Gottschalck, foliis 35. Ibi de variis argumentis diversis sectionibus (ערכין) exponitur, in prima qvidem de creatione Adami; in II. de Noacho; in III. de creatione mundi & hominis; in IV. de Abrahamo, in VI. de Isaaco, &c. in ultima deniqve de maledictione & benedictione.

שלמה פרופס Vide supra *Schelomo ben Joseph Props*.

MMXVII. b. ר׳ שלמה קורקוס R. SCHELOMO KORKOS, fil. R. *Abrahami Korkos*, liber fundamenti mundi, de rebus Mathematicis MS. est in Bibliotheca Taurinensi A, III. 16. in 4. in calce voluminis, qvod plura alia complectitur.

MMXXVI. ר׳ שלמה שלמיד R. SCHELOMO TALMID, i. e. discipulus, Tabulæ ejus Astronomicæ sub titulo שש כנפים *Sex Alarum* supra Vol. I. & III. h. l. sunt allatæ. Video etiam in Catalogo Uffenbachiana MSS. commendiario Tom. III. p. 37. n. 175. eundem librum sub eodem, tanqvam Auctoris, nomine afferri. Illud vero exemplum curatius à me inspectum docuit me, codicem illum non tam ipsum *Sex alarum* librum qvam alterius, & qvidem, ni fallor, R. *Simeonis f. Passi* (פזי) cujus nomen non procul ab initio legitur, commentarium in illum exhibere, qvemadmodum & R. *Immanuel*, tanqvam auctor *Tabularum* illarum, diserte appellatur. Itaqve ratum esto, codicem illum Uffenbachianum, nunc meum, non *Salomonis Talmid*, sed *Immanuelis f. Jacobi*, (de qvo supra n. 1392.) commentationem eamqve illustratam sistere. Fieri tamen potest, ut qvidam *Salomo Talmid* simile aliqvid

qvid

qvid sub eodem titulo elaborarit, cum plures sint, qvi id testatum reliqverint, Vol. I. & III. à me appellati.

ר' שמואל די אבילה R. SCHEMVEL de ABILA. MMXXXII. b.

און שמואל *Amstelodami* non 475. sed 477. C. 1717. fol. lucem vidit.

כתר תורה *corona Legis*, i. e. institutio moralis de ratione vitam recte agendi. Accedunt observationes in *Raschi* & *Tosephoth* ad Tractat. Talmudicum נזיר pertinentes. Amstelod. 485. C. 1725. 4. apud Salom. Props. Ex censura, qvam libro R. *Chajim fil. Athar*, sub titulo חפץ ה' Amstelod. 492. C. 1732. fol. edito præmisit, intelligo, eum hodie Rabbinum agere apud Judæos *Salenses*, in provincia *Fessana*.

ר' שמואל בן אלחנן R. SCHEMVEL ben ELCHANAN JACOB ARKEVOLTI. MMXXXIX.

Buxtorfius in Bibl. Rabbin. p. 395. eum *Arcuvolto* vocat, *Wagenseilius* vero in Supplementis ad eam MSS. *Arkevalti* dicere mavult, ideo qvod Hebraice exprimatur per ארקוולטי

Ejus ערוגת בושם recus. *Amstelodami* 490. C. 1730. 8. apud Sal. Props. In Bibl. Bodlejana inter Codices Seldenianos n. 103. in 4. chartac. secundum catalogum editum exstat *liber consvetudinum*, seu *rituum* Ecclesiasticorum, in festis totius anni celebrandis. Incipit is, sine præmisso titulo, ita: ניסן לעולם ראש חדש: In calce vero tribuitur *Schemueli Arkevolti* his verbis: תם זה הבקש חבר החכם הגאון כמהרר שמואל ארקיוולטי Indicavit hæc mihi Cl. *Jo. Gaguerius*.

ר' שמואל אלמושנינו R. SCHEMVEL ALMOSNINO, MMXLV.

cujus פשטים sive notas literales in Prophetas minores ex MS. ut puto, edidit R. Mosche Francofurtensis in Bibliis Rabbinicis sub titulo: קהלות משה *Amstelodami* 1724. & seqq. in fol. editis.

ר' שמואל אריפול R. SCHEMVEL AREPOL. MMXLVI.

מזמור לתודה seu commentar. in *Psalmos*, ex qvo excerpta exstant in iisdem, qvæ modo dixi, Bibliis Rabbinicis, Tom. IV. p. 107.

ר' שמואל בן דוד R. SCHEMVEL ben DAVID. MMLIII.

Commentarius in *Genesin* MS. est in B. Bodlejana inter Codices Marshallianos n. 643. in 4. chartac. ubi auctor in limine p. 4. vocatur R. *Sche-*

R. *Schemuel Hannagid*, in fine vero plenius: R. *Schemuel Hannagid* fil. *R. David f. R. Schelomo.* Abſolutus is dicitur menſe Elul anni Aeræ Contractuum 1823. i. e. A. M. 5273. C 1513. & deſcriptus per *Obadiam fil. R. Schelomo Chaſon, f. R. Abrah. fil. Seadja.* Compara hæc cum ſubſcriptione Codicis Huntingtoniani, de qvo Vol. I. p. 1093. Inter eosdem *Marſhalli* Codices n. 616. 4. chartac. exſtat ejusdem commentarius in librum *Numerorum.* Hæc Cl. *Jo. Gagnerio* in acceptis refero.

MMLV. ר' שמואל בן דוד הלוי R. SCHEMVEL ben DAVID *Levita.*

נַחֲלַת שִׁבְעָה i. e. *hereditas ſeptenarii* h. e. שְׁמוּאֵל *Samuelis.* Hoc enim nomen ex Cabbaliſtica ratione qvod ad valorem literarum reſpondet voci שבעה Vtrinqve enim prodit ſumma 377. Confer præfationem libri fol. 3. col. 1. Recuſus eſt liber *Furthi* 484. 4. fol. 127. apud Typographos Abrah. ben Iſaac Bing & R. Bonfed ben Joſ. Schneior, correctore *Schemuel ben Elkana.* In titulo additur מהדורא בתרא *ex curis ſecundis*, unde colligo, inſertum hic eſſe id, qvod an. 441. C. 1681. prodiit.

MMLXXII. ר' שמואל בן יהודה ואליריאו R. SCHEMVEL ben JEHVDA VALERIO.

חָזוּת לַמּוֹעֵד comment. in *Danielem*, ex qvo excerpta dedit R. *Moſche Francofurtenſis* in nova editione commentarii R. *Moſche Alſchech* ſuper Danielem, Amſtelod. 1726. fol.

MMLXXIV. ר' שמואל יהודי R. SCHEMVEL *Judæus.*

Epiſtolam ejus ad *R. Iſaacum* Latinam ex editione *Norimbergenſi* anni 1494. laudari video à *Jo. Sauberto* in Hiſtoria Bibliothecæ Norimbergenſis p. 180. & aliam, itidem *Norimbergenſem* anni 1498. ibidem p. 100.

Eadem ex verſione veteri *Theotiſca* Tom. I. Theſauri Antiqvitatum Germanic. Schilteriani n. 6.

MMLXXV. ר' שמואל בן יהודה תבון R. SCHEMVEL fil. JEHVDA TIBBON. Vide, qvæ ſupra ſcripſi n. 917. ſub *Joſeph Caſpi.*

MM LXXXVI. ר' שמואל יפה בן יצחק R. SCHEMVEL JAPHE fil. ISAACI.

יָפֶה

יְפֵה מַרְאֶה recusus est *Berolini* in fol. foliis 212. apud Nathan Neumark ubi ab altero latere exstat commentarius R. *Sam. Japhe*, ab altero vero alius R. *Jechiel Michel b-n Jehuda Lebh*, Archisynagogi Berolinensis, cui titulum fecit יופי מכלול ideo qvod hae voces qvod ad numerum, ex literis earum prodeuntem, 226. respondent valori literarum, qvibus nomen Patris יהודה ליב & auctoris ipsius יחיאל מיכל absolvitur. Annus editionis in titulo, typographi vitio, exprimitur per 509. At in censuris Rabbinorum præmissis observo annum 486. C. 1726.

Idem recusus est *Amstelodami* 487. C. 1727. folio, foliis 198. apud Naphthali Hertz, fil. Alexandri Süskind, ita qvidem, ut textus *Jän Aggadoth*, literis qvadratis expressus, cingatur commentario hoc *Samuelis* nostri literis minusculis, infra vero eum legantur excerpta, literis minusculis expressa, libri כבוד חכמים R. *Simeonis Wolf*, de qvo Vol. III. n. 2172. insertis novis observationibus R. *Abrahami Seev*, qvi scripsit librum זרע אברהם, de qvo Vol. III. n. 72. b. Hic enim illum nostri commentarium luci denuo dare aggressus erat, rem vero, eo defuncto, perfecit filius ejus R. *Joseph*.

Ejusdem אֲגֻדַּת שְׁמוּאֵל וְיָפֶה נ״ף i. e. commentarius in *Medrasch Schemuel* MS. in Biblioth. Oppenheimeri in fol. codice duos digitos lato. Absolutum est CPoli an. 353. C. 1593.

ר׳ שמואל בן יצחק R. SCHEMVEL ben ISAAC. MM LXXXVII. b.

Quæsita & *Responsa* ejus *Thessalonicæ* 483. C. 1723. fol. prodiisse Judæus per literas mihi est testatus.

ר׳ שמואל לאניאדו R. SCHEMVEL LANIADO, MMXCIV.

qvem in *Augustini Calmeti* Supplemento Biblioth. Sacræ in calce Tomi IV. Dictionarii Biblici p. 83. operarum vitio *Samuelem de Lamado* appellari video.

כְּלִי יָקָר recus. in Bibliis Rabbinicis à R. *Mose Francofurtensi* Amstelodami 1724. & sqq. sub titulo: קהלות משה editis, ita tamen, ut, qvæ in eo ex *Raschio*, *Kimchio* & *Gersonide* allata sunt, omittantur.

Ex Catalogo Judæi Veneti accepi, Samuelis hujus כלי יקר i. e. commentarium in *Jeremiam* & *Ezechielem*, item in Prophetas XII. minores, nec non in *Psalmos*, *Danielem* & Hagiographos omnes MS. Venetiis exstare.

MMCXIII. ר׳ שמואל מותות R. SCHEMVEL MOTHOTH.

Ejus מְגִלַּת סְתָרִים MS. eſt in Bibl. Taurinenſi A. III. 23. in 4. n. 1. ſub nomine R. *Samuelis Seadiæ*, qvo noſtrum appellari Vol. III. ad h. l. oſtenſum eſt.

MMCXIX. ר׳ שמואל הנגיד R. SCHEMVEL HANNAGID.

Huic *Samueli* ab *Aben Eſra* in præfat. ad librum יסוד מורא XXII. libri tribuuntur. Locum affert *Michlal Jophi* in epilogo p. 219. b. l. 4. qvem ex *Schabbatæo* in שׁ׳ ſubindicavi Vol. I. p. 1113.

ר׳ שמואל הנגיד vide paulo ante R. *Schemuel ben David* n. 2053.

MMCXXI. ר׳ שמואל די סילוה R. SCHEMVEL de SILVA.

Examen traditionum Phariſaicarum, qvod adhuc in MS. latens à *Schemuele* noſtro confutatum eſſe diximus Vol. III. p. 1116. deinde ab ipſo *Vriele* in lucem datum eſt, ſubjuncta Apologia adverſus *Schemuelis* librum. Titulus libri eſt: *Examen das tradiçoems Phariſeas, conferidas con a ley eſcrita por* Vriel Juriſta *Hebreo, com repoſta a hum Samuel da Silva, ſeu falſo calumniador*, Amſtelod. 384. C. 1624. 8. Vidi eum memoratum in Catalogo librorum R. David Nunnes Torres p. 33.

MMCXIII. ר׳ שמואל בן סעדיה R. SCHEMVEL fil. SEADIA.

V. paulo ante *Schemuel Mothoth*.

MMCXXIII ר׳ שמואל סרסא R. SCHEMVEL SIRSA, vel potius SARSA, ut Hiſpani hoc nomen pronunciant.

מִכְלַל יוֹפִי MS. in Bodlejana n. 3137. inter Codd. Seldenianos n. 4. in fol. chartac. *Seldenus* intus manu ſua ſcripſit: *Liber philoſophicus, & qvi explicat multa vocabula Rabbinorum.* In præfatione auctor ait, ſe ſcripſiſſe alium librum, ſub titulo: מקור חיים Scripſit vero A. M. 5129. C. 1369. Liber ipſe ita incipit: ס׳ מכלל יופי אמר המחבר׳ אמרו רבותינו ז״ל . . . ואני צעיר שבצעירים וקטון בקטנים חברתי הספר הזה ולקטתי האגדות הידועות ומדרשים ידועים וכתבתי עניניהם וכוונתם כפי מה שקבלתי במקצתם וכפי קצר השגתי ואעפ שהרבה דברים מהם כתבתים בחבורי הנקרא מקור חיים שכתבתי בו ענינים מר׳ ז״ל

ז״ל ע״ד החכמה במקצת פרשיות התורה גם כתבתי בו דעות חכמי בע
גלי המרכבה שהם החכם הגדול האלהי מרנא ורבנא ר׳ משה . . .
בר מימון והראב״ע והר׳ שמואל בן תיבון והר׳ שם טוב פלקיירה ז״ל
בכתבם ולשונם· חזרתי וכתבתי זה החיבור רוב דעות החכמים הנזכרים
ורוב דעות ר׳ ז״ל ממה שהבאתי בחיבור הנזכר . . . . וגם כתבתי
ענינים רבים שכתב הר״ר שלמה אלקסנטין בחבורו הנקרא מגלה עמוקות
גם הארכתי בזה החיבור בענין השגחת השית׳ בג׳ עולמות שהם עולם
המלאכים ועולם הגלגלים ועולם ההויה וההפסד כללים ופרטים: i. e.

Liber Michlal Jophi. Ait auctor: *Dicunt Magistri nostri . . . Ego vero minimus inter minimos, & parvus inter parvos, composui librum hunc & collegi* Aggadoth *notissimas, &* Medraschim *cognita, argumentaque varia & eorum sensus ita exposui, prout ex parte ab aliis didici, ex parte vero ipse intelligendo assecutus sum. Et quamvis multa eorum jam persecutus sim in libro, quem dixi,* Fontem vitæ, *in quo tractavi argumenta multa ex Magistris nostris secundum Sapientiæ praecepta super aliquot Paraschas legis, tractavi etiam de sententiis Sapientum* (qvi exposuerunt) Hammercabha, *puta Sapientem magnum, & divinum Doctorem & Magistrum nostrum* R. Mosche Maimonidem, *&* R. Abraham Aben Esram, *&* R. Schemuelem Tibbonidem, *&* R. Schem Tov Palkeira *in scriptis & libris suis; nihilominus tamen repetita vice hunc librum scripsi,* (inqve eo exposui) *multas sententias Sapientum, quos modo laudavi, & varias opiniones Magistrorum nostrorum p. m. qvas in commentatione modo dicta commemoravi. . . . . Attuli etiam multa, quæ descripsit* R. Schelomo CPolitanus *in libro suo, qvem dixit* מגלה עמוקות *copiose quoque commentatus sum in hoc scripto de providentia divina, & de tribus mundis, qvi sunt mundus angelorum, mundus orbium cælestium, & mundus existentiæ & interitus, tum in genere, tum in specie.*

ר׳ שמואל פייבש R. SCHEMVEL PHEIBSCH. MMCXXIX.

בית שמואל qvi liber tertium recusus est *Furthi* 486. C. 1726. fol. apud R. Schemuel Bonfed (בונפט) fil. Jos. Schneior, foliis 192. sub titulo: אפי רברבי *facies illustrium*, ita qvidem, ut textus *Even Eser* ex Schulchan Aruch cingatur ab altero latere libro בית שמואל, ex editione Furthensi, ab altero autem libro חלקת מחוקק R. *Mosis*, de qvo actum est n. 1507.

ר׳ שמואל פרידריך ברענץ R. SCHEMVEL FRIDERICVS BRENTZ. MMCXXXIII.

De libro ejus *Leberis detracta*, prout à B. *Jo. Wulfero* cum aliis eo pertinentibus edita est, ipsisqve *Wulferi* animadversionibus diligenter commentatur Bibliotheca Fabriciana Parte V. p. 354. sq.

MMC XLIII. ר׳ שמואל צרפתי R. SCHEMVEL ZARPATHI i. e. Gallus.

דִּבְרֵי שְׁמוּאֵל *Amstelod.* 1699. 8. pp. 51. apud Sal. Props recus. est. Hic enim librum illum in Indice librorum à se editorum commemorat.

MMCLVII: ר׳ שם טוב בן ר׳ יצחק שפרוט R. SCHEM TOV *ben* R. *Isaac* SPROT.

פַּרְדֵּס רִמּוֹנִים *Sabionetæ* prodiit apud Tobiam Pua, correctore *Cornel. Adelkind*, sumtibus R. Salom. Isaaci Hierosolymitani. Hinc emendanda sunt, qvæ Vol. I. scripsi.

Idem hic convertit Hebraice opus Medicum *Alzarabi*, de qvo in his Supplementis scripsi ad num. 327. Ibi vero vocatur R. *Schem Tov ben Isaac* הטורטוסי i. e. Dertosanus.

Commentarius ejus in librum *Aristotelis* de anima MS. est in Biblioth. Senatoria Lipsiensi in 4. in volumine, qvod plura alia complectitur. Scriptus est A. C. 1471.

MMC LXII. c. שמעון אדולף SCHIMON ADOLPH, gente Judæus, patria Londinensis, cujus Theses Inaugurales Anatomico Medicæ miscellaneæ ad obtinendum Doctoris in Medicina gradum prodierunt Halæ 1730. Vide Novellas Schifbeccenses an. 1730. n. 157. inter Nova Literaria.

MMC LXII. d. שמעון בפתיסתא בורגמן SCHIMON BAPTISTA BURGMAN, Ex-Judæus, & olim inter Judæos lanio, librum שחיטה ובריקה ex Hebr. L. in Germanicam puram convertit, & sub titulo: Das Schächt- und Visitir-Buch edidit Francof. ad Mœn. 1730. 8. pp. 64. En tibi titulum integrum: Das *Schechitos ubedikos*, oder das Schächt- und Visitir-Buch, welches derjenige, so bey den Juden von Schächten und Nachsehen Profession machen will, erstlich wol inne haben muß, ehe er nur einen Vogel schächten darf, nebst einem Anhang von der Thekuffa, und von der Aufführung der Juden beym Gewitter, und noch ein mehrers zwar kurtz begriffen, aber sehr remarquabel. Notandum vero est, eundem hunc libellum

lum jam ante *Ratisbonæ* 1724. 8. à *Mauritio Wilhelmo Christiano Keyser*, itidem Ex-Judæo, de qvo supra, editum fuisse, ac deinceps ab eodem cum Descriptione Synagogæ Judaicæ Bremæ 1732. recusum. Editioni illi *Ratisbonensi* præfigitur dedicatio, lanionibus Ratisbonensibus inscripta, qvæ in *Francofurtensi* illa omissa est, subjectis additamentis nonnullis, qvæ *Mauritius* ille se cum nostro communicasse præsens mihi testatus est. Interim scias, Simoni nostro ob illum libellum controversiam apud Senatum Francofurtensem motam esse, qvod, cum ibi ante hoc biennium versarer, intellexi.

ר׳ שמעון וואלף בן יעקל R. SCHIMON WOLF ben JEKEL. MMC LXXII.

Ex hujus libro, כבוד חכמים qvi ad *Aggadoth* Talmudicas illustrandas refertur, excerpta leguntur in margine inferiore libri יפה מראה R. *Schemuel Japhe*, ex edit. Amstelodamensi 487. C. 1727. in fol.

ר׳ שמעון ווינר R. SCHIMON WIENER, i. e. *Viennensis*. MMC LXXII. b.

ס׳ החשק Cabbalisticus apud me nunc MS. est, de qvo inspice Bibliothecam Uffenbachianam MS. compendiariam pag. 33. n. 159.

ר׳ שמעון בן יהודה ליב פייזר R. SCHIMON ben JEHUDA *Lebb Peiser*, Lissa Polonus, cujus est MMC LXXIV. b.

נחלת שמעוני *hereditas Simonis*, est commentatio de Nominibus Propriis Hebraicis in qvinqve partes tributa, qvarum duæ priores prodierunt Wandesbecci juxta Hamburgum anno נחלת i. e. 480. C. 1728. fol. apud Israel bar Abraham. Pars I. constat foliis 68. & II. 69. Parte I. continentur nomina Propria in S. Codice obvia, ordine literarum, ita qvidem, ut sub singulis, v. c. אברהם (qvod primum est) afferantur loca Scripturæ singula secundum ordinem librorum sacrorum, tum *Talmudis* secundum Codicum & Tractatuum seriem, porro etiam τῶν *Rabboth*, in qvibus *Abrahami* fit mentio. Parte II. describuntur nomina Scriptorum *Mischnicorum*, qvorum primus est אבטולמוס allatis locis Talmudicis & τῶν *Rabboth*, in qvibus illa leguntur. Pars III. inposterum edenda, complectetur nomina תנאי ברייתא h. e. Doctorum, a qvibus *Baraitha* profectæ sunt. IV. vero itidem proferenda *Gemaricorum* nomina perseqvetur. Qvo Pars V. spectatura sit, in præfatione non traditur.

MCM LXXV. ר׳ שמעון בן יוחאי R. SCHIMON ben JOCHAI.

Cremonensem libri *Sohar* editionem mendis refertissimam esse B. *Wagenseilius* in Supplementis suis ad *Buxtorfii* Bibliothecam Rabbin. MSS. profitetur, eadem opera monens, non aliud *Sohar* apud Judæos in pretio esse, nisi qvod manu Viri alicujus docti sit correctum, qvale exemplum sibi qvoqve obvenerit.

Sohar integrum *Amstelodami* 488. C. 1728. 8. qvatuor voluminibus recusum est apud Salom. Props, in qva editione menda priorum editionum, qvæ in margine editionis Amstelodam. anni 475. C. 1725. notata erant, in ipso contextu sunt correcta.

Idra Rabba vesutha cum aliis nonnullis similis argumenti recusa *Amstelod.* 479. C. 1719. in 8. apud Sal. Props.

Sohar super *Ruth* sub titulo: הַר יְהוָֹה *mons Domini*, ibid. apud eundem an. 472. C. 1712. 8.

Versionem Latinam ꝟ *Sohar* in *Genesin*, à *Gvil. Postello* concinnatam, apud *Jo. Buxtorfium*, filium, MS. fuisse, ex epistola ejus ad *Pet. Cunæum*, cum ceteris à præstantissimo *Pet. Burmanno* edita, patet. *Latet penes nos*, inqvit p. 158. *qvoqve Versio Latina* Zoharis *in Genesin MS. libri*, *ut nosti abstrusissimi*, & (*si ullus alius est difficillimi*) Gvilielmi Postelli, *cum ejusdem notis. Si qvis otio vacaret*, *credo*, *multum inde utilitatis ad Rempublicam Literariam derivari posse*, *si cum Hebræo conferret*, & *in ordinem redigeret.* Opus est satis ingens.

תִּקּוּן זוֹהַר cum notis *Immanuelis ben Jekuthiel Beneventani* ex edit. Amstelodamensi anni 465. C. 1705. fol. video afferri in Catalogo Biblioth. Surenhusianæ pag. 92. num. 119. Ex Catalogo MS. Codicum Hebraicorum MSS. Biblioth. Taurinensis disco, exstare ibi A. II. 25. in 4. num. 1. volumen, qvod *librum Conclusionum Sohar* complectitur. Has *Conclusiones* de תקוני זוהר accipio. Ibidem num. 2. est index partitionis *Sohar.* 3) index per modum expositionis rerum in Sohar occurrentium. 4) Nomina divinorum attributorum in genere & in specie. 5) de mysteriis templorum. 6) de bonis ac malis h.e. iis, qvi legem vel observant, vel negligunt. 7) de mysterio punctationis & pronunciationis Hebr. 8) de lege Hebraica ejusqve dignitate. 9) de vario & multiplici sensu cujuslibet vocis Hebr. 10) Tractatuum Philosophic. examen. 11) de sacrificiis. 12) epistola desiderii. 13) mysterium ultimi attribu-

ti

ti divini seu ultimæ *Sephiræ*. 14) epistola Cabbalist. de transmigratione animarum.

Ibidem A. III. 25. in 4. foliorum 175. occurrit commentatio in aliqva *Exodi* capita, ex libro *Sohar*: tum A. IV. 1. in octo capita *Levitici* & in librum *Numerorum*, ex eodem.

זֹהַר חָדָשׁ *Amstelodami* 1701. 4. ed. ita Cl. *Augustinus Calmetus* in Supplemento ad Bibliothecam Sacram, ad calcem Tomi IV. Dictionarii Biblici pag. 24. describit: *Le Rabin Salomon fils d'Isaac a donné le nouveau Sohar, ou un appendix de ce, qvi manqvoit à ce commentaire, imprimé à Amsterdamus* 1701. *fol. avec des additions de Rabin Mardochée*, 3 *edit.* Hæc emendabis ex iis, qvæ ipse de hac editione Vol. III. p. 1148. tradidi.

Qvam Vol. I. pag. 1138. laudavi dissertationem M. *Nic. Lütkens*, hodie Pastoris Bilwerderani in agro Hamburgensi, de Zohar, eam ipse sub titulo *Lux in Tenebris* cum notis recudi fecit Altonaviæ 1730. 8. eidemqve aliam an. 1731. 8. succenturiavit, in qva ex variis locis ספר *Sohar* mysterium SS. Trinitatis ostendere allaborat. Similiter *Ludov. Wolters*, V. D. M. Gedanensis apud Reformatos, Loca qvædam selecta Rabbinica e libris *Sohar* & *Rabboth* Scripturam S. & Fidem Christianam illustrantia proposuit in Bibliotheca Bremensi Class. III. p. 1084. sqq.

ר׳ שמעון בן יעקב R. SCHIMON fil. JACOBI, MMC LXXVI. d.

Nicolaiburgensis, qvem *Pragæ* olim an. 1713. אבן בוחן & 1714. פז יקרה edidisse, à se vero cum maxime doctrinæ Christianæ præceptis imbui in literis ad B. *Schudtium* an. 1718. datis scribit *Georg. Serpilius*, ὁ μακαρίτης.

ר׳ שמעון בן ישראל R. SCHIMON ben ISRAEL. MMC LXXX.

ס׳ הַחַיִּים à Mose, auctoris filio, auctior curata est *Amstelodami* 476. C. 1716. 8. apud Sal. Props.

שמעון ליבמנס SCHIMON LEFMANS, MMC LXXXV. c.

D. Medicinæ eruditus, qvi per multos annos tum alibi, tum inprimis Hamburgi artem suam feliciter exercuit, adhuc superstes. Exstat ejus dissertatio inauguralis Medica *de Variolis* in Belgio edita in 4. cujus novam parat editionem.

MMC LXXXVII. ר' שמעון בר צמח דוראן R. SCHIMON bar ZEMACH DVRAN.

אוהב משפט comm. in *Jobum* MS. in B. Bodlejana inter laudanos L. 1. 4. chartac. qvi codex eleganter ſcriptus eſt à librario Joſeph bar עלי.

מגן אבות *clypeus Patrum*, MS. in fol. codice duos digitos lato in Biblioth. Oppenheimeri. Incipit ita: אמר שמעון בכה"ר צמח Ibi fol. 4. titulus libri hic allatus legitur.

Huic fortaſſe tribuenda eſt פתירת אמונת הנוצרים מהרש"ב בר צמח i. e. *expoſitio fidei Chriſtianorum R. Simeonis bar Zemach*, qvæ exſtat in collectione ſcriptorum Anti-Chriſtianorum ſub titulo מלחמת חובה CPoli 1710. 8. edita pag. 38. usqve ad pag. 69. De ea ſupra inter Scriptores Anti-Chriſtianos dixi.

Supra Vol. I. pag. 1148. num. 4. monui, *Quæſita & Reſponſa* noſtri MSS. afferri in libro כנסת הגדולה Jam ex literis Judæi Veneti intelligo, eadem MSS. exſtare Venetiis.

MMCXC. ר' שמעון בן שמואל R. SCHIMON fil. SCHEMVEL.

אדם שכלי ſeu הדרת קדש à B. *Adamo Andrea Cnollenio* Germanice converſum eſſe B. *Vngerus* in literis ad B. *Schudtium* anno 1715. datis nunciat.

MMC XCIX. ר' שמריה R. SCHEMARIÆ *Nigropontini*, ſententia de creatione affertur à *Lipmanno* in Nizzachon pag. 3. l. 16.

MMC XCIX, b. ר' שמריה זלמן R. SCHEMARIA SALMAN.

אבני שהם *lapides onychis*, Exod. XXVIII. 12. expoſitio in Legem, qvæ prodiit cum R. *Jacobi Abrahami* Cracovienſis libro *Nachalat Jacob*, de qvo ſub nomine ejus diximus.

MMCCIV. ר' שמשון בן אליעזר R. SCHIMSCHON ben ELIESER.

ברוך שאמר bis apud me MS. exſtat. Vide Bibliothec. Vffenbachianam MS. compendiariam n. 113. & 192.

ר' שמעון

MMCCVII.

ר׳ שמשון הנקדן R. SCHIMSCHON HANNAKDAN i. e. *Punctator.*

חבור הקונים una cum Glossario Gallico &c. MS. in Bibl. Academ. Lipsiensi vidi, eumqve librum Vol. III. p. 1160. ex Catalogo MSS. edito delineavi. *Glossarium* B. *Christianus Wagnerus* in epistola ad Joach. Fellerum an. 1685. data & Codici illi Lipsiensi diligentius inserta ita descripserat: *Glossarium illud Hebrææ voci Synonymum Gallicum, sæpiuscule obsoletum, & vel ipsis in Gallia natis non intelligibile. Excipit hoc (spatio exiguo interjecto) locus parallelus Biblicus, ubi eodem sensu vox illa* ὀυσνόητ@ *reperitur. Seqvitur in eadem linea Synonymum Rabbinicum, brevisque in vocem commentariolus. Quæ pallidiori atramento conspicua in margine leguntur glossemata Germanica an ejusdem cum Gallico-Rabbinicis antiquitatis sint, dubius hæreo. Fronte libri oleo fœdata auctoris nomen illi fortean inscriptum divinare despero. Spem tamen non levem concipio, fore, ut multi Raschii loci Gallici, inscitia Venetorum & Basileensium typographorum misere depravati, integritati suæ beneficio hujus Glossarii restitui qveant.*

Ab illo Codice distinctus est alter itidem in fol. sed minori MS. ibidem exstans, qvem idem *Wagnerus* in epistola citata describit. Postqvam monuerat, librum illum ab imperito qvodam in calce voluminis fol. 101. R. Mosi Kimchio sub titulo: דרכי לשון הקודש adscriptum fuisse, ita pergit: *Scilicet bonus ille vir fol.* 94. *fac.* 1. *lineas qvinqve ultimas non legerat, ubi operis auctor* ר׳ שמשון הנקדן *R. Schimschon Punctator (i. e. Criticus Sacer) expresse audit. Facie autem secunda librarius, Simsone laudato, dicit, opus hoc esse Synopsin Criticorum atqve Grammaticorum, qvi cum singulorum manibus omnes teri neqveant, hic in compendio exhibeantur, quales sint R. Jehuda ben David, cognomento Hiug, Jona Aben Ganach, auctor libri Jesod, alias dicti Parchon, de qvo auctor Siphte Jeschenim, Aben Esra, Josephus, & Jac. Kimchii, Schemuel Hannagid, Mosche Haccohen, Hispanus, & alii. Tot igitur tantisqve nominibus cum opus hoc debeatur, placuit librario dare illi nomen* ס׳ הקונים *Liber Possessorum. Meminit hujus operis Elias Levita in Schibre Halluchoth (unde & locum exscripsit Schabtai in Siphte Jeschenim, fol.* 85. *col.* 1.) *dum varios Criticos (Hebr.* נקדנים Punctatores) *recenset, qvorum notulæ atqve nomina passim castigatissimis Bibliorum Codicibus in margine adscripta cernantur. Inter illos habetur secundo loco* ס׳ השמשוני והוא הנקרא חבור הקונים *Explicit autem fol.* 94. *facie secunda. Quæ hinc usqve ad finem voluminis leguntur, non* Simsonis *sunt, sed librarii.* Hactenus *Wagnerus.*

Ex *Glossario* illo Gallico locum aliqvem ad *Jobi IV.* 2. illustrandum

dum facientem recitat Celeb. *Jo. Georg. Abicbtius* in Dissertat. de restituendis duobus versibus Jos. XXI. p. 19.

ת

MMCC XXI. תדאי חגאי אבהגיש THADDAI CHAGGAI ABHAGET, qvem Vol. I. Bartoloccium Tom. IV. Bibl. Rabbin. pag. 446. præceps secutus inter Judæos numeravi, est *Thaddæus Hagecius ab Hayeck*, vel *Hayek*, Archiater qvondam Maximiliani II. Imperatoris, cujus varia exstant scripta Medica, enarrata à *Mercklino* in Lindenio Renovato pag. 992. Inter ea *Metoposcopia* qvoqve exstat, *Viennæ*, vel, secundum alios, *Francofurti* 1584. 8. recusa, postqvam viginti annis ante, ut ex præfatione ad repetitam illam editionem patet, lucem vidisset. Exstat idem libellus germanice conversus *Berolini* 1710. 12.

MMCC XXV. תירבלדוס THEREBALDVS, vel potius THEOBALDVS.

Scriptum ejus *de erroribus Judæorum in Talmud* integrum supra exhibui pag. 556.

SVPPLEMENTA AD NOTITIAM SCRIPTORVM HEBRAICORVM ANONYMORVM, de qvibus Vol. III. pag. 1170. sqq.

ANte, qvam ea, qvæ huc pertinent, afferam, consultum puto hic repræsentare B. *Gabrielis Groddeckii* Professoris qvondam Gymnasii Gedanensis, *Hexacontada Pseudonymorum Hebraicorum* Gedani olim disputantium examini an. 1708. subjectam, & qvatuor plagulis comprehensam. *Groddeckii* hujus, an. 1709. præmature fatis functi, observata de Anonymis & Pseudonymis Hebræorum notis Edzardianis, Normannianis aliisqve aucta, leguntur in Theatro Anonymorum & Pseudonymorum Placciano, Hamburgi 1708. fol. edito, pag. 680. sqq. Caye vero credas, hanc *Hexecontada* ibi esse excusam, qvod tradit Cl. *Andreas Charitius* de Viris Eruditis Gedani ortis pag. 83. Qvæ enim in Theatro Placciano exstant, à Celeb. *Dav. Millio* Catalectis suis Rabbinicis, *Vltraject.* 1728.

1728. 8. inserta, ea pluribus annis ante à *Groddeckio* cum Placcio communicata, & aliorum observationibus aucta fuerunt, qvod ex præfatione doctissimi *Jo. Alberti Fabricii* nostri patet. Taceo in Hexacontade hac *Pseudonymos* tantum comparere, cum in Theatro Anonymi qvoqve percenseantur. Fit qvidem & horum *Pseudonymorum* ibidem mentio, facta autem comparatione intellexi, in *Hexacontade* hac & plures exstare, & de nonnullis eorum plenius & rectius præcipi, qvam qvidem in Theatro factum est. De *Groddeckio* interim ejusqve vita & scriptis leges, si placet, præter *Charitium* l. c. *Ephraimi Prætorii* Athenas Gedanenses p. 155. sq. Biblioth. Novam Halis german. editam Part. II. pag. 181. & *Dan. Frid. Pænmanni* Vitas Virorum Clarissimorum num. XV.

GABRIELIS GRODDECKII PSEVDONYMORVM HEBRAICORVM HEXECONTAS.

Non inutile esse studium, qvod Pseudonymis, adespotis, pseudepigraphis, vel supposititiis scriptis, tum sacris tum profanis, colligendis aut illustrandis impenditur, facile agnoscent omnes, qui, quantum commodi ex hujus generis lucubrationibus, a *Friderico* GEISLERO, *Vincentio* PLACCIO, *Joanne* RHODIO, *Petro* SCAVENIO, *Joanne* DECKHERRO, *Paulo* VINDINGIO, *Petro* BÆLIO, *Joanne Petro Jacobo* VILLANIO, (sub quo nomine latet *Angelicus* APROSIUS, *Abintimilliensis*,) *Joanne Alberto* FABRICIO, *Adriano* BAILLETO, *Thoma* ITTIGIO, *Joanne Andrea* SCHMIDT, aliisve luci publicæ expositis, in Ecclesiam & Rempublicam literariam redundaverit, aliquantulum perspectum habent. Quorum exemplo incitati, constituimus impræsentiarum brevem aliquam commentationem de PSEUDONYMIS HEBRAICIS, publicæ ventilationi subjicere, qua libri, idiomate Hebraico extantes, tum antiquis Autoribus suppositi, tum sub aliis falsis aut dubiis nominibus latentes, indicentur ac detegantur. Nec tamen integre amplissimum hoc tractare argumentum animus nobis est. Nam quod sacros biblicos attinet Autores, quamvis nec à Judæis nec à Christianis Interpretibus, Oracula divina omnia genuinis fuisse tributa Autoribus constet, hæc tamen controversia uberiorem disquisitionem postulat, quam hac vice non

Iubet instituere. Pariter nec de illis singulis hic agendi locus est, quorum libri jam dudum inter Apocryphos sunt relati, quales LXXII. Apocryphos V. T. libros olim extitisse, & una cum XXII. Canonicis scriptis ad Ptolemæum R. Ægypti à Judæis missos fuisse, refert Epiphanius *Lib. de Mensuris & Ponderibus* §. 10. Ex quibus sunt Libri Sapientiæ Salomonis & Jesu Siracidis, Judith & Tobiæ, Maccabæorum & Esdræ III. ac IV., quos superstites habemus: accessere vero alii jam deperditi, quos ex parte enumerat Auctor Synopseos Scripturæ, *Tomo II. Operum Athanasii pag.* 154. hunc in modum: Τὰ δὲ Ἀπόκρυφα πάλιν τῆς παλαιᾶς διαθήκης ταῦτα. Ἐνὼχ, πατριάρχαι, προσευχὴ Ἰωσὴφ, διαθήκη Μωσέως, ἀνάληψις Μωσέως, Ἀβραὰμ, Ἐλδὰδ καὶ Μωδὰδ, Ἡλίου προφήτου, Σοφονίου προφήτου, Ζαχαρίου, πατρὸς Ἰωάννου, Βαροὺχ, Ἀμβακοὺμ (id est Habacuc,) Ἐζεχιὴλ καὶ Δανιὴλ ψευδεπίγραφα. Quos & alios recenset quoque Autor Indiculi Scripturarum, à Cotelerio *in Notis ad Lib. I. Constit. Apostol.* editi, nec non Jo. Ernest. Grabius, in *Spicilegio SS. Patrum ut & Hæreticorum Seculi post C. N. I. II. & III. Tomo I. pag.* 135., sequenti ordine: 1. *Adam.* 2. *Henoch.* 3. *Lamech.* 4. *Patriarchæ.* 5. *Josephi Oratio.* 6. *Eldad & Medad.* 7. *Testamentum Mosis.* 8. *Assumptio Mosis.* 9. *Psalmi Salomonis.* 10. *Eliæ Revelatio.* 11. *Esaiæ Visio.* 12. *Sophoniæ Revelatio.* 13. *Zachariæ Revelatio.* 14. *Esdræ Revelatio.* Nam cum pleraque hæc scripta hodie non extent amplius, nonnulla vero, Græco saltem sermone, nec integre omnia, ad nos pervenerint, non videtur operæ pretium esse, ut de Autoribus illorum multum simus solliciti. Itaque eorum solum, quorum monumenta hodie conspicua sunt, nec tamen in sacrum Canonem referuntur, impræsentiarum rationem habebimus: in qua recensione observabimus ordinem alphabeticum Librorum, quo ordine Bibliothecas Rabbinicas plerasque hactenus fuisse dispositas, constat. Primus itaque liber, quem in medium adducam, sit

I. אגודה, *i. e. FASCICVLVS.*

Hunc librum R. Gedalia in שלשלת הקבלה, Buxtorfius & Bartoloccius in *Bibliothecis suis Rabbinicis*, factum putant ab הראש, i. e. R. ASCHER, aut ab ejus discipulis, ex Prælectionibus illius collectum. Ast verus ejus Autor extitit R. Alexander Cohen sive Sacerdos, cognomine Zuslan, Francofurtanus, ut indicat R. Schabtai Pragensis in lib. שפתי ישנים pag. 2. Estque Liber Collectaneorum Talmudicorum, secundum VI. Ordines Talmudis, editus Cracov. A. 331. fol.

II. אלדד

אלדד הדני, *ELDAD DANITA.*

Ita inscribitur fabulosa narratio cujusdam impostoris Judæi, qvi sub nomine Eldadis Danitæ ex Tribu Dan, fabulam putidissimam de Fluvio Sabbatico & X. Tribubus illic delitescentibus inter Judæos sparsit; ut antiquorum Rabbinorum de hoc flumine sententiam, (cujus vestigia non solum in Hierosolymitana Pentateuchi Exod. 34, 10, & in utroque Talmude, *in Massech. Sanhedrin*, sed & apud Josephum *Lib. 7. de Bello Judaico c.* 24, & Plinium *H. N. Lib.* 31. *cap.* 2, alibique extant,) confirmaret, & spem majorem de liberatione Tribuum in animos Judæorum induceret. Quamvis autem haud pauci ex Judæis magni hunc Autorem faciant, ipsis tamen Judæis, quo tempora scripta hæc epistola hebraicè fuerit, non liquet, id quod præclarè ostendit Julius Bartoloccius, *Bibl. magn. Rabbin. Part. I. f.* 129, qui etiam Epistolæ illius partem, una cum versione latina G. Genebrardi, in fine *Chronologiæ Hebræorum f.* 53. à Genebrardo exhibita, sed nonnihil emendata, ibi transcripsit, & sub examen revocavit: quæ integra hebraico stylo antea prodierat Constantinop. A. 278. in 4, & unà cum libro דברי הימים של משה aliisque Tractatibus, Venet. A. 304. & 365. in 8. Imo vero nonnulli ex eadem gente, Scriptum isthoc pseudepigraphis annumerandum esse censuerunt. Adscribo testimonium Aben Ezræ, qui *in Comm. ad Exod. II.* 22. talium Scriptorum, & inter hæc etiam Eldadis meminit: ואשר כתוב בדברי הימים דמשה אל תאמן. וכלל אומר לך כל ספר שלא כתבוהו נביאים או חכמים מפי הקבלה אין לסמוך עליו ואף כי יש בו דברים שמכחישים הדעת הנכונה. וככה ספר זרובבל וגם ספר אלדד הדני והדומה להם. Librum hunc Eldadis iterum edere in animo habuit Lambecius, ut apparet ex ejus *Prodr. Histor. Liter. f.* 203.

III. ס׳ אלכסנדרוס מוקדון, *LIBER ALEXANDRI MACEDONIS.*

Hæc Alexandri Magni Historia, à PTOLEMÆO Rege, aliisqve Sapientibus Ægypti, ut fertur, exarata, quam MS. servat Aulæ Berolinensis Præsul dignissimus Dn. D. E. Jablonskius, non multum differt ab iis, qvæ occurrunt in Libro *Josippun Lib.* 2. *cap.* 6. *sqq*; quorum & Drusius meminit *Miscell. cent.* 1. *cap.* 40. Sed hæc rerum gestarum Ale-

xandri narratio tot fabulis referta est, ut neminem credam futurum esse, qui illam Ptolemæo, qui post Alexandrum in Ægypto regnavit, velit attribuere: quamvis Regis hujus nomine Historia quædam Alexandri extitisse quondam dicatur, quam se præcipuè secutum esse profitetur Arianus. Ejusdem meminit Curtius *IX.* 5, 21. & Plutarchus *in Alex. cap.* 81.

IV. אורחות צדיקים, *SEMITÆ JUSTORUM.*

Liber hic moralia præcepta continens, adscribitur cuidam ARMAA, quod fictitium nomen esse observat Bartoloccius *Part. I. f.* 469, „Auctoris, qui, ut humilitatem ostentet, nomen proprium reticet, „& ita appellari vult, ut indicet, se esse massam ex quatuor elementis „conflatam, & in eam ultimo redigendam, salva tamen anima. Qua„tuor enim initiales literæ ארמע, quibus hoc nomen componitur, „quatuor elementa notant, nempe אש ignem, רוח aërem, מים aquam, „& עפר terram. Hunc librum Bartoloccius, memoriæ forte lapsu, jam supra *f.* 96. adduxerat. Eum autem Judæi multum æstimant, estque idem liber cum illo, quem alii ס׳ המידות sive *de facultatibus hominis rationalis*, vocant, quo nomine allegatur à Maimonide *in Com. ad Cap. IV. Tr. Pirke Avoth.* Prodiit Pragæ A. 341, in 4, & in Germanicam lingvam translatus, Isenaci A. 302. in 4.

V. ס׳ הבהיר *LIBER ILLUSTRIS.*

Cabalisticus, & ut Judæi volunt, omnium Librorum Rabbinicorum antiquissimus, de profunda Cabala & mysteriis nominum divinorum tractans. Ejus Autor quidem communiter fertur esse R. NECHONIA BEN HAKKANA, qui σύγχρονος fuit Jonathani Paraphrastæ Chaldæo, annis 30. aut 40. ante Christum natum, & cujus frequens in Talmude mentio. Ast recentioris Autoris fœtum esse, probant Ludov. Capellus *in Arcano Punctat. Revel. L.* 1. *c.* 3, & Jo. Morinus *in Exercit. Bibl. f.* 370. *sqq.* Buxtorfii ætate hic liber ob arcanam sapientiam nondum integer impressus erat, ut ipse testatur in *Lib. de Abbreviat. p.* 146. *& in Bibl. Rabb. p.* 319; quamvis in libro Zohar alibique quædam impressa fuerint. Prodiit vero postea, instantibus Judæis Polonis, Amstelodami A. 411. in 4, sed ita, ut paucissima tantum exemplaria publici

publici juris possent fieri, quam ob causam liber iste inter rarissimos habetur. Elegans MStum reperitur in Biblioth. Regis Christianissimi n. 205, in 4. Extat etiam in Biblioth. Lugd. Batava inter Codd. Warner. n. 73, in 4.

VI. בחינת עולם, *EXAMEN MUNDI.*

Liber celebris de Vanitate mundi contemnenda, & regno DEI quærendo facundè differens. Cujus Autorem David Ganz, in צמח דוד *ad A. LVIII. Sexti millenarii, i. e. Christi* 1298, vocat JACOBUM HABBEDRASCHI; sed male: nam libri Autor est R. Jedajah ben Abraham Happenini, cognomento Habbedarschi, consentientibus omnibus tum Judæis, tum Christianis. De variis Editionibus, inter quas Ebræo-Gallica Philippi d' Aquin, Parisiis 1629. in 8, & Hebraico-Latina Alardi Uchtmanni, Lugd. B. 1650, & 1668. in 8. prodiit, videndus Bartolocc. *Part. III. f. 6. collat. cum f.* 841. Notæ Mysticæ & Mnemonicæ in h. l. Auctore Abrahamo à Frankenberg, Silesio, editæ 1673. in 8. in quarum Præfatione testatur Autor; similem versionem latinam antea meditatum fuisse edere Hilarium Prache, Silesium.

VII. בן המלך והנזיר, *FILIUS REGIS & NAZARÆUS.*

Rythmicè exaratus liber, Regem & Nazaræum de variis rebus colloquentes introducit. Eum Græcè primum scriptum, post in Arabicum idioma translatum, & ex hoc tandem per R. ABRAHAM BAR CHASDAI Levitam, hebraicum factum esse, excusum Ferrar. & Mant. A. 317. in 8, omnes uno ore asserunt. Errat igitur Bartoloccius, qui *Part. I. f.* 27. hunc librum compositum esse scribit ab Autore, qui eum transtulit tantum: quamvis alios errores circa eundem librum ibi committat Bartoloccius, dum Autorem appellat R. Abraham bar Chasariel, & librum ait è Græco in Hebræum, & ex Hebræo in Arabicum idioma translatum fuisse, cum contrarium dicere debuisset. Omisit etiam Ferrariensem editionem notare.

VIII. בן סירא, *BEN SIRA.*

Hic liber inter Apocryphos sub titulo *Ecclesiastici*, Scripturæ sacræ jungi solet, & communiter Jesu ben Sira, à nonnullis vero Josuæ ben Sarok

Sarok adſcribitur, in cujus rei veritate examinanda prolixus eſt Bartoloccius *Part. I. f. 678. ſqq*, quem ſequitur Dn. Jo. Franc. Buddeus, *in Introduct. ad Hiſtor. Philoſ. Ebræorum, p. 78 ſqq.* Alius autem hoc nomine inter Judæos circumfertur liber, varias ſententias morales ſerie alphabetica continens, à Paulo Fagio & Jo. Druſio latinè redditus & aliquoties excuſus, quem nonnulli ex verpis iſtis à Ben Sira, filio Jeremiæ Prophetæ, compoſitum fuiſſe impudenter fingunt, ideoqve valde æſtimant; alii vero prudentiores ſuppoſititiis ſcriptis, & libris, qui in Codice Sanhedrin, *cap.* חלק *fol. 90. col. 1.* ספרים החיצונים, *extranei* ſeu *prohibiti libri* dicuntur, annumerandum eſſe cenſent: de cujus generis libris Maimonides *in præfat. ad Cap. X. Tractatus Sanhedrin, apud Edv. Pocockium in Porta Moſis p.* 163. ita ediſſerit: „ Libros exoticos vocant li„bros hæreticorum, eodemqve modo libros *Ben Siræ*. Fuit autem ille „ Vir quidam, qui libros de rebus futilibus ad artem conjectandi ſpe„ctantibus, quibus nulla ineſt vel ſcientia vel utilitas, ſed inane tem„poris diſpendium, compoſuit: quales ſunt & libri iſti, qui reperi„untur apud Arabes, Hiſtorici ſcilicet de rebus geſtis Regum, Arabum„que genealogiis, & Cantilenarum, cum ejusmodi aliis, in quibus „neque ulla eſt ſcientia, nec utilitas ad corpus redundans, verum „mera temporis jactura. De iisdem libris ex inſtituto egit R. Azarias *in Meor Enajim Part. 3. c. 2*, qui præterea mentionem injicit duorum aliorum ſimilis furfuris librorum, quorum titulus eſt בן לענה ובן תגלה, quos continere ait multas parabolas, ænigmata & eruditas ſententias ad morem libri Ben Sira: quamvis nonnulla vana, otioſa & nullius utilitatis ibi admixta ſint, quorum lectio idcirco ſub nomine Ben Sira (eo quod iſti libri ſimul cum Ben Sira olim circumferrentur,) prohibita fuerit in Cod. Sanhedrin l. c. Add. Bartolocc. *Part. I. f.* 689, & Jo. Saubertus *in Palæſtra Theol. Philol. p.* 18.

IX. בני שמואל, *FILII SAMVELIS.*

Hoc titulo extat liber, Salonic. A. 368. fol. excuſus, continens miſcellas obſervationes in Partem unam libri ארבע טורים, quæ pars חושן המשפט dicitur, Autore R. Samuele Chijun. Alius vero eodem titulo extare liber dicitur, quo omnes IV. ordines ſeu Partes memoratæ illuſtrentur, Autore R. Samuele Mutinenſi: quem librum à priori non aliter ac totum à parte differre exiſtimo. Vid. R. Schabtai in שפתי ישינים *p.* 14.

X. חיא

X. גלי רזיא, *REVELANS ARCANA.*

Hunc velut antiquisſimum librum Judæorum, à Kirchero *in Oedipo Ægypt.* malè *Raze Galchiah* allegatum, notante Bælio *in Diction. Hiſt. Crit. T.* 1. *f.* 97. & Crenio *in Animadv. Hiſtor. Philol. Part.* 3. *p.* 72.) in quo fidei noſtræ & Trinitatis myſteria tam evidenter oſtendantur, ut vix in Novo Teſtamento clarius cerni queant, ſæpiſſimè in teſtimonium adducit Petrus Galatinus, eundemque Rabbino vetuſtiſſimo, nempe R. Jehudæ Sancto, qui librum משנירת compoſuit, vel ſaltem in ordinem redegit, attribui debere cenſet. Aſt jam dudum Viri docti, & inter hos Caſaubonus *Ex. Anti-Baron. p.* 93. Plantavitius, *Bibl. Rabbin. f.* 560. Jo. Morinus *Exerc. Bibl. lib.* 1. *exerc.* 1. *cap.* 2. Iſ. Voſſius *Caſtigat. Hornii p.* 41. aliique obſervarunt, Galatinum, uti aliorum, qui nuſpiam extent, librorum Hebraicorum allegatione, ita potiſſimum hoc adducto libro fucum feciſſe, cum non tantum nullibi iſte liber reperiatur, Judaiciſqve pariter ac Chriſtianis Scriptoribus omnibus ipſiqve etiam Raimundo & Porcheto, è quibus pleraque non ſine plagii crimine ſuffuratus eſt Galatinus, hactenus ignotus manſerit; verum qvod nec ideo R. Judæ Sancto attribui, & Præcepta Evangelica eo contineri dici poſſit, quod in libris Miſnajoth omnia ceremonialia Judaica explanentur, qvæ cum Chriſtianorum myſteriis & dogmatibus apertè pugnant: nec vero probabile ſit, eundem Autorem in uno libro aliquid aſſerere voluiſſe, quod in altero iterum deſtruat. Futile vero commentum Bartoloccii eſt, *Part.* 1. *f.* 726. & *P.* 3. *f.* 774. quando duos putat extitiſſe Judas Sanctos, unum poſt Chriſtum, tempore Antonini Imp. Autorem libri משנירת, alterum ante adventum Domini, cui hunc librum tribuit: quod aſſertum cum nulla autoritate ſuffultum ſit, cauſam Galatini, quem Bartoloccius ſibi defendendum ſumpſit, apud Viros ingenuos, parum meliorem redditurum eſſe, certo ſum perſvaſus. Interim alium hoc titulo extare librum vetuſtiſſimum, longè tamen diverſum ab eo, quem Galatinus nobis ſuppoſuit, Jo. Chriſtoph Wagenſeilius *in Confutat. Carminis R. Lipmanni p.* 222. teſtatur, quem MStum, cum Judæorum paucisſimis, à Polono exule emtum, ſe poſſidere ait, & ex illo verba quædam adducit. Quando autem Buxtorfius R. Abrahamo ex diſcipulis האר״י i. e. R. Iſaac Luria, à nonnullis librum priorem adſcribi notat, eſſeque in illo res tremendas & ſtupendas aſſerit, hoc de alio libro Cabaliſtico intelligendum venit, de quo mentionem facit R.

Schabtai, non vero de utopico illo Galatini, qui ut nusquam in rerum natura extitit, ita multo minus Scriptori Judæo attribui debet Cæterum alius hoc titulo liber Stetini 1613, in 4. editus, & Christiano II. Duci Sax. inscriptus fuit à Julio Conr. Ottone Ex-Judæo, Prof. LL. Hebr. in Acad. Altorfina, quo afferuntur aliquot è Talmudicis Scriptoribus ad Trinitatem Christianam adstruendam loca, latinè & germanicè versa, cujus libri mentionem quoque injicit Jo. Seldenus *de Synedr. II. 96.*

XI. הלכות גדולות, *DECISIONES MAGNÆ.*

Scilicet variorum casuum de ritibus & ceremoniis Judaicis, ad tenorem sex Ordinum Talmudis Babylonici concinnatæ. Librum antiquissimum esse, non saltem ex stylo perplexo & difficili, sed inde quoque constat, quod in תוספות aliisque libris ritualibus antiquis frequenter allegetur, sed tamen absque nomine Autoris, in quo definiendo Rabbini variant. Nam R. Moses Mikkozi *in præfat. libri sui de Præceptis*, ejusque Discipulus R. Mardochai magnus in fine cap. ואלו מגלחין, itemque R. Dav. Ganz *Chronol. part.* 1. *f.* 35 *col.* 1. istud opus attribuunt cuidam ex Geonim, R. Jehuda dicto; quem alii Excerpta potius ex hoc libro, non ipsum librum compilasse volunt: qui R. Simeonem (pro quo Morinus *Ex. Bibl. p.* 252. erroneè Samuelem ponit) Keiram Autorem constituunt, uti faciunt R. Jehuda Levita *in præfat. huic libro præmissa*, R. Gedalja *in Schalsch. hakkab. f.* 35. *col.* 2, Buxtorfius, Bartoloccius, & R. Schabtai (qui tamen adhuc alium Autorem nempe R. Joseph Tof Elem, à nonnullis constitui observat) *in Bibliothecis suis Rabbinicis*, & Christianus Zoega, *in Diss. de Buccina Hebræorum c.* 1. §. 5. Prodiit liber Ven. A. 308. fol. & juxta Bartoloccium *Part. IV. f.* 425, etiam Constantin. anno non notato.

XII. זוהר, *SPLENDOR.*

Celebris Commentarius Cabalisticus in Pentateuchum & V. Megilloth, inter Judæos pariter ac Christianos tantopere decantatus, & ni fallor à nonnullis quasi pro divino habitus. Hunc à R. SIMEONE BEN JOCHAI, Discipulo R. Akivæ, in spelunca quadam terræ, in qua per annos XII. metu Adriani Imp. delituerat, circa A. C. 120. (non

(non ante C. N. ut Sixtus Senenſ. *lib. IV. Bibl.* ſine teſtimonio ſcribit) compoſitum fuiſſe, communis inter Judæos traditio eſt: quamvis alii, ut Autor *libri Juchaſin fol.* 42. *col.* 1 & *fol.* 52. *col.* 2, R. Gedalja *in Schalſch. Hakkab. f.* 31. R. Dav. Ganz *in Zemach David part.* 1. *f.* 42. *col.* 2, non ab ipſo Simeone, verum LXX. circiter annis poſt exceſſum ejus, ab ejus Diſcipulis ſcriptum aſſerant; qui præterea notant, minimam tantum partem operis hodie extare, cum olim tantæ molis fuerit, ut nec Camelus integrum portare potuiſſet. Utut vero ex Chriſtianis haud pauci præſertim dogmatum Cabaliſticorum æſtimatores, & noviſſimè Autor Obſervationis Halenſis XVI, *Tomo I. Obſ. ad rem liter. facientium p.* 109, eidem traditioni Judæorum, de antiqvitate libri veroque ejus Autore R. Schimeone, aſſenſum præbeant; certum tamen eſt, nonnulla in hoc libro extare, quæ tantam præ ſe ferre ætatem nequeunt, adeoque ſi non omnia, ſaltem quædam ad iſta tempora minime quadrare. Conferri interim poſſunt, quæ contra Autoritatem libri adduxerunt Buxtorfius *de Abbreviat. p.* 193. & *in Bibl. Rabb. p.* 337, Capellus *in Arc. Punct. Revel. l.* 2. *c.* 3, Morinus *Ex. Bibl. p.* 358. *ſqq.* aliique. De Editionibus variis, & ipſo prætenſo libri Autore prolixè egit Bartoloccius *Part. IV. f.* 412. *ſqq.*

XIII. זוהר עקדת.

In Indice Titulorum ad calcem *Partis IV. Magnæ Bibl. Rabbin.* Bartoloccii *f.* 683. ſub hoc nomine liber affertur, deque illo in ipſo opere *Part. IV. f.* 468. actum eſſe indicetur. Aſt qui locum citatum evolverit, parum conſiderate Indicis illius compilatorem hunc librum notaſſe comperiet, qualis nec uſſibi extat, nec in alleg. loc. recenſetur, cum duo diſtincti libri ibi adducantur, nempe liber *Zohar*, & liber *Akedath*, qui eſt *Akedath Izchack*, è quibus duobus, unum, ſed plane inſulſe, fecit Indicis compilator.

XIV. חובת הלבבות, *OFFICIUM CORDIUM.*

Liber Theologico-Moralis, magnæ inter Judæos exiſtimationis, & vulgo ſatis notus. Ejus Autor communiter eſſe fertur R. BECHAI Senior, qui circa A. M. 4900, i. e. 1140. Arabice illum compoſuiſſe, inde vero in Hebræum ſermonem R. Juda Aben Tibbon eum transtuliſſe dicitur. Sed aliud ſtatuit R. Schabtai *in Bibliotheca Rabbinica*, qui

hunc Auctoris ignoti librum, à R. Bechai primum ex Arabico Hebraice factum esse putat. Prodiit Venet. A. 308, in 4, Mant. A. 319. 4, & cum Commeutariis Cracov. A. 353. 4, & Suobaci A. 451. 4 Eundem librum in alias lingvas qvoque puta Germanicam & Hispanicam, à Judæis fuisse translatum constat.

XV. הידורת אזופי, *FABVLÆ ÆSOPI.*

De Autore Fabularum, qvæ sub Æsopi Phrygii nomine in aliis linguis circumferuntur, inter Eruditos non convenire, notius est, quam ut prolixe id recenseam. Legi præ aliis in hanc rem meretur Dn. Jo. Alb. Fabricius, *Biblioth. Græcæ Lib. II. cap. IX.* Sed æqve hactenus incertum mansit, quis ex Græco authentico in Hebræum sermonem illas transtulerit: quo sermone diversis vicibus prodierunt. Hac ratione XX. Fabulæ comparent in Collectione Veneta A. 304 & 365. in 8, quorundam libellorum Hebraicorum junctim editorum, quorum primus est ס׳ דברי הימים של משה. Decem tantum, una cum vers. latina metrica, exhibet A. Alsop in suo *Fabularum delectu*, Oxon 1698 in 8. Major antem hujusmodi fabularum collectio adornata fuit à R. Barachia Nikdan, quam sub titulo *Parabolarum Vulpium*, Hebraice & latine publicavit Melchior Hanel S. J. Pragæ A. 1661, in 8.

XVI. חכמשא רשלמה, *SAPIENTIA SALOMONIS.*

Iste Salomonis, vel, ut alii cum Hieronymo volunt, Philonis Judæi liber, inter libros Biblicos Apocryphos Christianis satis notus, ex Græco in Hebraicum, vel potius, juxta R. Mosen bar Nachman, *in præfat. Commentarii sui in Legem*, in Chaldaicum sermonem versus, cum hodierno Græco textu ex asse convenit: uti patet ex collatione Fragmentorum apud Nachmanidem *l. c.* occurrentium (quæ etiam leguntur in Jos. de Voisin *Observatt. ad Raymundi Pug. Fidei f.* 103.) cum vers. 5. 6. 7. 8. 18. 19. 20. 21. Capitis VII. Libri Sapientiæ Græcè extantis. Ut idcirco fidem non mereatur Joannes Picus Mirandulæ Comes, quando *in Præfat. in Heptaplum suum ad Laurentium Medicem* scribit: „ Extat apud „ Hebræos Salomonis illius cognomento sapientissimi liber, cui Sapi- „ entia titulus, non qui nunc in manibus est, Philonis opus, sed alter, „ Hierosolyma, quam vocant, secretiore lingva compositus, in quo „ vir

„vir naturæ rerum, ſicuti putatur, interpres, omnem ſe illiusmodi „disciplinam fatetur de Moſaicæ Legis penetralibus accepiſſe. A quonam Auctore verſio illa, quam Nachmanides ſe vidiſſe aſſerit, & ex qua verba nonnulla excerpſit, profecta fuerit, definire non poſſumus; etſi non adeo recentioris Scriptoris eſſe ex ſtylo appareat. Nec tamen ad Salomonis tempora referenda, multo minus cum R. Azaria *in Meor Enajm part. 3. c. 57.* ſtatuendum, eam à Salomone ipſo, in gratiam Regis cujusdam ad Orientem habitantis, Chaldaice exaratam eſſe: cum nullo argumento certo probari poſſit, Salomonem unquam librum iſtum compoſuiſſe, eundemque Hebraice prius extitiſſe, antequam Græce exſtitit, quemadmodum contra Huetium, contrarium *in Demonſtr. Evangel. f.* 359. adſtruentem, aliosque probat J. A. Fabricius *in Prolegom. in Lib. Sapientiæ*, & *Bibl. Græc. L.* 3. *c.* 29. *pag.* 735. Imo vero Hieronymus *in præfat.* Sapientiam ait, apud Hebræos nuſquam eſſe, & ipſum ſtylum græcam eloquentiam redolere. Utut autem Chaldaicus Sapientiæ Liber integer non extet amplius, reperitur tamen Syriace Sapientia in Bibliis Polyglottis Anglicanis, quæ ab illa, cujus fragmenta apud Nachmanidem extare diximus, paulisper differt.

XVII. ס׳ חנוך, *LIBER ENOCHI.*

Ex quo, tanquam teſte Judicii DEI, ut Irenæus IV. 30. appellat, Judas Apoſtolus *in Epiſtola ſua Canonica v.* 14. 15., adverſus impios & ſeductores, formidabile de extremo judicio teſtimonium allegat, ob quod, allegante Hieronymo *in Catal. Script. Eccleſ. c.* 4., à multis olim hæc Epiſtola extra Canonem fuit rejecta. Etſi vero ex Apoſtoli Judæ loco allegato, non videtur evinci poſſe, Henochum ſcripſiſſe librum, cum tantum prophetaſſe, i. e. Bonav. Cornel. Bertramo, *de Rep. Jud. c.* 2., Interprete, anathema illud ſolenne, quod 1. Cor. XVI, 22. legitur, ſuæ ætatis hominibus, ab antiqua puritate deſciſcentibus, propoſuiſſe, non autem ſcripſiſſe dicatur; conſtans tamen Antiquorum Patrum hæc fuit ſententia, librum, qui ſub titulo Ἀποκάλυψις Ἐνὼχ eorum ætate circumferebatur, licet interpolatum, Enochum Auctorem agnoſcere, cujus meminerunt Origenes, Tertullianus, Cl. Alexandrinus, Hieronymus, Auguſtinus, & alii. Eo etiam uſus eſt Celſus, & particulam ex eo produxit legendam apud Origenem *Lib. V. contra Celſum.* Habuit & Georgius Syncellus librum Græcum eo nomine, unde nobis partem ſatis magnam dedit Joſ. Scaliger *in Not. ad Euſeb. f.* 244. 245.:

quod fragmentum Kircherus deinde latinitate donatum, *Oedipo suo f.* 69. inseruit. Sed uti de horum omnium fragmentorum Autore nihil certi asseri potest, ita multo magis dubium est, num Ebraice vel Chaldaice liber Enochi primum exaratus sit, & num unquam eo sermone extiterit. Quamvis enim Jo. Drusius *Lib. de Henocho c.* 22., librum Henoch hodieque apud Judæos extare scribat, idque testimonio Menahemi Ricinensis (qui est R. Menahem Rakanati, Autor Commentarii in Legem) probare velit; ex hujus tamen verbis nihil aliud colligi potest, quam quod Enochi liber à nonnullis Cabalisticis Autoribus interdum allegetur, quodque ejus mentio in libro Zohar fiat. Appono Hebraica R. Menachemi verba, *ex Comm. illius in Legem f.* 30. *col.* 1., cum latine apud Drusium legi possint: וראיתי לקצרת חכמי הקבלה האחרונים שכתבו כי מצאו בספר חנוך בן ירד כשלקח אותו אלהים כתוב בו סוד זה עם שאר סודות מופלאות · וכבר הזכירו רבותינו ז״ל הספר הזה בספר הזוהר · Quem locum si scivisset Bartoloccius, non necesse illi fuisset scribere *Part. II. f.* 844., se ex Hebræis reperisse nullum, qui de libro Henoch mentionem faciat, præter Auctorem libri *Juchasin, qui f.* 134. *b.* de Henocho notat, eum etiam ADRIS vocari, librumque de Astronomia scripsisse. Recte autem Bartoloccius monet, Auctorem libri Juchasin hallucinatum esse, cum Henochum in cœlos assumptum, cum Henocho Adris eundem facit, cum hic posterior, Philosophus Arabs, recentioris ævi scriptor sit, cujus liber, quo filius Adris ad pietatem, charitatem & alias virtutes eruditur, hodienum extat, & diversis vicibus, una cum ס׳ דברי הימים של משה aliisque Tractatibus junctim prodiit, Ven. A. 304. & 365, 8. & alibi. Conf. interim Lambecius *in Prodr. Hist. lit. Lib.* 1. *cap.* 3. §. 5., Bangius *in Cælo Orientis pag.* 88. *sq.*, Wagenseil. *Diss. de Lingua authent. N. T. pag.* 32. *sqq.*, Morhof. *in Polyhist. pag.* 47., & Heideggerus *Ex. de raptu Enochi*, quæ est IX. *in Ejus Historia Patriarcharum.*

XVIII. ס׳ טובי בן טוביאל, *LIBER TOBIÆ, FILII TOBIELIS.*

De hoc libro jam alio tempore nonnulla à nobis allata sunt in *Triade Observationum singularium ex Historia literaria desumptarum:* quorum summam postmodum recensuit Celeberr. quondam Saxon. Historiographus

phus W. E. Tentzelius Vir longiori vita dignissimus, *Biblioth. Curiosa Part. 1. p.* 412. Ut adeo crambem bis apponere fastidio sit.

XIX. יד אבשלום, *MANUS ABSALOMI.*

Inter Commentaria in Proverbia Salomonis, sine nomine Autoris, librum illum reponunt Hottingerus in *Promptuario*, & Bartoloccius *Part. III. f.* 4. Buxtorfius vero Autorem nominat BAAL AKEDA, non sine magno errore, cum hoc non Autoris nomen sit, sed saltem indicet Autorem libri *Akedath*, qui est עקדת יצחק, cujus verus Autor est R. Isaac ben Arama. Sed magnis exemplis in talibus erratur. Ita Baronius *ad A.* 34. *num.* 134. adducit *Jacobum Turim*, partem libri, qvi ארבע טורים, hoc est, *quatuor Ordinum* inscribitur, cujus Autor R. Jabob ben Ascher, Autoris nomen esse judicans. Quod idem est, inquit Casaubonus, ac si quis laudaret inter Autores, Tullium de Natura; quia Marcus Tullius libros scripsit de Natura Deorum. Ad eundem modum *Talmud* animal pedibus præditum esse putavit Henr. Seynensis, Capucinus, qui *Tom. I. Anni Ecclesiastici Colon. A.* 1677. *excusi, p.* 261., conceptis verbis, *Rabbinum Talmud* in testimonium vocat. Alius *Rabbi Targum* citavit: quantumvis inter Judæos Hierosolymitanos fuisse olim Rabbinum, qui *Targus* appellaretur, rem haud paucis cognitam, edocuit me Franciscus Labata, S. J. *Tom. I. Thesaur. Moral. Antw. A.* 1652. *editi, pag.* 385.

XX. ס׳ יהודית, *LIBER JUDITH.*

Apocryphus Christianis satis notus, quem Chaldaico sermone olim extitisse testatur Hieronymus, qui eum latine fecit. Et hæc Hieronymi translatio ex Chaldæo facta hodienum superest, quæ à Græco textu valde discrepat, ut sæpe sibi invicem contradicant. Syriace in Polyglottis Anglicanis comparet. Sed hæc translatio hominem Christianum Autorem agnoscit. Præterea Hebraicam libri Judith tersam editionem hodie extare, sed à recentiori manu Judæi cujusdam, scribit Aug. Pfeifferus *Crit. Sac. cap.* 14. *sect.* 2. *qu* 3.: quam videre hactenus nullibi potui. Quamvis vero vulgo JOACHIM ELIACHIM Autor libri dicatur, & R. Acarias *in Meor Enajim part.* 3. *c.* 32. tradat, JOSUAM filium JEHOTZEDEK summum Sacerdotem gesta Judithæ descripsisse & sanxisse, ut quotannis memoria liberationis hujus celebretur; hæc assertio tamen nullius vel testimonii idonei, vel rationis præsidio nititur.

XXI.

XXI. יוסיפון, *JOSIPPON.*

Sic inſcribitur celebris JOSEPHI, filii Gorionis liber, Antiquitates & Hiſtoriam Belli Judaici complectens. Quem etſi plerique Judæorum, ut R. Abraham Conat, Medicus Conſtantivop. *apud Munſterum præfat. ad Joſippun*, R. Tam in *Animadverſione* Conſtantinopolitanæ Joſippi editioni præmiſſa *apud Morinum Ex. Bibl. Lib. 2. Ex. 1. cap. 3.*, R. David Ganz *in Zemach David fol. 27. a.*, R. Aſaria *in Meor Enajim fol. 87.*, aliique, pro vero Flavii Joſephi, Sacerdotis Hieroſolymitani, cujus libri Græce extant, fœtu venditent; & Sebaſt. Munſterus etiam, (qui ex Conſtantinopolitano Anni 250 & 270 exemplari, breviſſimum compendium, cum verſione latina & Annotationibus, Wormatiæ primum apud Pet. Scheefer, A. 15529. in 8, junctis R. Moſis XIII. Articulis fidei Judaicis, poſtea A. 1541. & 1559. in fol. Baſileæ apud Henr. Petri, una cum R. Abrah. Aben Ezræ Expoſitione Decalogi & Seb. Lepuſculi Collectaneis, idem Pſeudo-Joſephi opus auctius iterum publicavit) ejus γνησιότητα multis corroborare argumentis fuerit anniſus: dudum tamen Eruditi obſervarunt, nec Fl. Joſephum, Matathiæ, non Gorionis filium, cum Joſippo Gorionide eundem eſſe, utpote quod ille *in Hiſt. Belli Judaic. L. 2. c. 42.* (*lat.* 25.) ſeipſum ab hoc Gorionis filio ſecernat; nec à tam antiquo, qualem ſe fingit, Autore, librum proveniſſe, ſed à recenti Scriptore, qui tamen antiquo Joſepho plurima ſuffuratus ſit, eſſe confictum. Id quod Jo. Bodinus, *in Hiſtoriarum Indice, quem Methodo Hiſt. ſubjunxit*, Gilb. Genebrardus, *in Chronogr. I. 2. ad A. C.* 69, Franc. Ribera, *Comm. in Abdiam c. 1. §. 111. & 112.*, Antonius Poſſevinus, Joſ. Scaliger, Iſ. Caſaubonus, Jo. Morinus aliique plures demonſtrant. Et res manifeſta eſt. Nam (1) Hieronymus, qui alterius Joſephi meminit, quem inter Eccleſiæ Scriptores numerat, iſtum Gorionis filium ne nominat quidem unquam. Imo nulli veterum notum invenimus, ſed recentioribus tantum Rabbinis, inter quos primus fuit R. Dav. Kimchi, circa A. C. 1380. clarus, qui ejus mentionem fecit. Ille enim in *Comm. ſuper Hagg. 2. Zachar.* 11. &c. eum aliquoties citat, uti etiam facit in שורשים ad vocem פנג, ubi iſta ſcribit: יוסף בן גוריון אמר כי פנג הוא בלסמו והודה נמצאת בירחו: Habetur autem mentio vocis פנג, non in Græca Hiſtoria Fl. Joſephi, ſed in Ebræa Joſephi ben Gorion, nimirum *Lib. 4. cap.* 22. Equidem Munſterus *in præfatione*, ante Dav. Kimchi citatum eſſe Joſephum filium Gorionis putat à R. Abrahamo ben David, (circa finem Seculi XII. claro) *in Cabala*. Verum ibi nulli-

nullibi citatum invenio. Circa finem quidem illius Cabalæ mentio fit ריבז à Vespasiano honorati, quod Munsterus interpretatur ר' יוסף בעל זכרונות, *R. Joseph Magister historiarum*; cum illa tamen abbreviatio רבן יוחנן בן זכאי *R. Jochanan fil. Zachai*, notare possit, imprimis cum in sententia proxime præcedente ejus mentio facta sit, & præterea nullibi in hoc opere Abrahami, scriptum aliquod Josephi ben Gorion citatum inveniatur. (2) Totus ille Autor fabulosissimus est, ut recte de eo pronunciat Jo. Maldonatus *Comm. in Matth. XVI.* 14., adeo quidem, ut ipse Munsterus consulto omiserit ea, quæ ab initio huic Auctori sunt adjecta, eo quod pleraque essent fabulosa. (3) Non solum in Hebr. editione integra capita occurrunt, quæ in Græca non habentur, v. gr. de LXX. Interpretibus, & vice versa in Græca Editione inveniuntur, quæ in Hebraica non habentur, ut Testimonium de Christo, quod Judaica perfidia nuper demum ablatum esse probat Baronius ad *A. C.* 34, de quo Venerandi Dn. Ittigii *Prolegomena in Josephum* merentur legi; sed etiam Editiones illæ duæ in plerisque locis inter se dissonare deprehenduntur. (4) Quædam Gentes hic nominantur, quæ longe post Josephi tempora in mundo surrexerunt, ut sunt Franci, Gothi, Lombardi, Bulgari &c. Imo & Carthagenæ nomen *Lib.* 3. *c.* 15. obvium, quod novum & Hispanicum est. Quod autem objicit Munsterus, Autorem librorum, qui Josephi ben Gorion nomine circumferuntur, uti stylo Hebraico elegantissimo & vere biblico, longe discrepante à stylo modernorum Rabbinorum, id quod solum (inquit) convincere posset Lectorem quemquam, editionem Hebraicam Josephi esse: illud facile refelli potest. Nam nec vere biblicus est stylus, cum nonnulla vocabula ibi reperiantur, quæ aut Græca sunt aut Latina, ut Hippodromus, Amphitheatrum, & similia; neque elegantior illo, quo Maimonides & alii Rabbini, qui multis Seculis post Josephi mortem claruerunt, usi sunt. Neque vero ulla omnino causa reddi potest, cur Josephus, qui eo vixit tempore, quo lingva sancta in vulgari usu esse desierat, & in Dialectum Syram seu Hierosolymitanam degenuerat, biblicum stylum magis imitari voluisset, quam illi, qui eum subsecuti sunt Rabbini. Plures objectiones alio tempore afferemus. Nunc illud saltem addendum, in Editione Munsteri multa capita desiderari, multa verba omissa esse, in non paucis etiam scripti Codicis lectionem Munsterum assequi non potuisse, id quod pluribus probat Scaliger *in Elencho Triharesii Nic. Serrarii c.* 4., ubi editionem à Munstero publicatam, mendosissimam & inquinatissimam

Nnnnnn nominat.

nominat. Extant vero præter memoratas, adhuc aliæ Josephi hujus Editiones, nempe Veneta an. 304. in 4., Cracov. an. 349. & 355. in 4., Francof. A. 449. in 12. Germanice etiam à Michaële Adamo, Judæo converso, translatus liber, typis Hebraicis primum Constantinopoli, post Tiguri A. 1546., demum cum Commentario, Amstelodami A. 1661. prodiit; ut Germanicam Georgii Wolffii, Diaconi Grimmensis, versionem Magdeb. 1561. in 4. editam, itemque Petri Morwini & Pet. Morningii Anglicam translationem, de qua Balæus *Part. 2. Script. Britann. fol.* 113. taceamus.

XXII. יסוד מורא, *FUNDAMENTUM TIMORIS.*

Duplicem hoc titulo librum affert Bartoloccius, alterum *Part. I. fol.* 38., quem Grammaticalem R. Aben Ezræ, à Buxtorfio filio Hebraice & latine editum, vocat; alterum *Part. III. fol.* 835. Anonymi Auctoris, de quo ex Hottingero (qui pleraque ex Buxtorfio exscripsit) „ notat, esse librum de Capitibus fidei, ac probari in eo, sacram Scri„ pturam prius esse tenendam, antequam ad Talmud accedatur. Ast præterquam quod erronee scribat Bartoloccius, librum latine à Buxtorfii filio translatum esse, non accurate inspexit Bibliothecam Buxtorfii, in qua non afferuntur hoc titulo duo libri diversi, sed in Appendice tantum à filio corrigitur, quod Pater in ipsa Bibliotheca scripserat, nempe librum hunc Grammaticum videri. Neque enim Grammaticalia, sed Moralia & Theologica eo libro complexus est R. Abraham Aben Ezra, qui eum composuit, & in XII. Capita distribuit. Prodiit Constantinop. A. 290. & Venet. A. 326. 8. & rarissime invenitur. MS. extat Rom. in Bibl. Vaticana, teste Bartoloccio, & Parisiis in Bibliotheca PP. Oratorii, asserente Rich. Simon, *in Catalogo Autorum Judaicorum, qui annexus est Historiæ Criticæ V. T. pag. mihi* 534., ex quo Codice quædam citat Morinus *Ex. Bibl. f.* 433. Habetur etiam Commentarius in h. l. R. Mardochai fil. R. Eliezer Comtino Constantinopolitani, quem MS. olim vidi in Biblioth. Regis Christianissimi, num. 208. in 8.

XXIII. ס׳ יצירה, *LIBER CREATIONIS.*

Cabalisticorum præcipuus, ABRAHAMO Patriarchæ communiter tributus, ex quo, quotquot de Kabala scripserunt, tanquam ex

turbido

turbido fonte biberunt & hauſerunt totam illam tam ſublimem & reconditam Judæorum Theologiam, quam myſticam vocant, ut ſcribit Bartoloccius *Part. I. fol.* 15. Etſi vero cum nugacibus Judæis Abrahamo, aut, quod aliis placet, R. Akivæ, qvi circa A. C. 135. ſecundum Calviſium floruit; librum hunc adſcribere nolim, antiqviſſimum tamen eum eſſe, & forte Maſoretarum temporibus propinqvum, ut Morinus ſuſpicatur *Ex. Bibl. fol.* 374., ex eo colligo, quod non tantum in Talmude *Tr. Sanhedrin c.* 7. *fol.* 65. *col. b.* ejus mentio occurrat; ſed qvod variæ Chaldæorum antiquorum ſententiæ qvoqve in eo legantur, de qvibus agit Simon *in Hiſt. Crit. V. T. pag.* 48.; & qvod inſuper multi Codices MSti hodienum reperiantur inter ſe multum diſcrepantes, teſte Eodem, *pag.* 536., id qvod non adeo facile in libris recenter factis, imprimis paucorum foliorum, uti hic liber eſt, accidere poteſt. Integer liber XXXII. Alphabeti literis & X. Sephiroth abſolvitur. Et qvia abſtruſiſſimus intellectu erat, Commentariis illum illuſtrare neceſſarium duxere R. Abraham ben David, R. Saadia Gaon, R. Moſes Botril, R. Moſes bar Nachman, & R. Eliezer de Garmiza, cum qvibus prodiit Mantuæ A. 322. in 4.: qvam libri *Jezirah* editionem etſi primam adpellet Lambecius *in Prodr. Hiſt. liter. fol.* 53., tamen ex Geſnero Simleri *fol.* 263., obſervat P. Bælius, *in Dict. Hiſt. Crit. Tom.* 1. *fol.* 44. & 156., jam ante Pariſiis A. C. 1552. in 8. cum Commentariis Gvil. Poſtelli hunc librum editum fuiſſe. Qvando vero R. Schabtai *in Append. libri* שפתי ישנים, præter hanc Pariſienſem, alteram Poſtelli Amſtelodamenſem editionem A. 1650. in 4. citat, illud errore non vacat. Juxta Mantuanam editionem excuſa fuit Pragenſis in 4. Præterea latinè, à Reuchlino credo translatus, prodiit in fine Scriptorum Cabaliſticorum à Piſtorio editorum Baſil. 1587., *fol.* 869. Demum Hebr. & latinè librum cum Notis edidit Jo. Steph. Rittangelius Amſt. 1642. & 1660. in 4. qvæ editio paululum à Mantuana differt, notante Wagenſeilio *Comm. ad Lib. Sota pag.* 985. Promiſerat etiam Jo. Crojus in *Specimine Conjecturarum & Obſervat. in quædam Patrum loca pag.* 130., ſe propediem latinè librum Creationis cum V. Commentariis editurum, teſte Colomeſio *in Gall. Oriental. pag.* 184. Sed nihil hac de re in lucem prodiit. Plura vid. ap. Heidegger. *in Hiſt. Patriarch. part.* 2. Lomeier *de Biblioth. c.* 2. *p.* 16. de la Popeliniere, *Hiſtoire des Hiſtoires liv.* 8. *p.* 446.

XXIV. ס׳ הישר, *LIBER RECTI.*

Præter illum, cujus Autor eſt R. Jacob Tam, alius hoc nomine Auctoris ignoti Liber extat, Hiſtorias in Pentateucho & Libro Joſuæ extantes explicans, & ad Judæorum exilia perſecutionesque applicans, plurima etiam fabuloſa intermiſcens, quale eſt, quod in principio de Lombardorum apud Italiam bello affert: unde concludere licet, recentem eſſe librum, & mendacium eſſe, quod in ejus Præfat. ſcribitur, eum tempore everſionis Urbis Hieroſolymitanæ apud Senem quendam, una cum aliis libris fuiſſe repertum. Primum publici juris hunc librum fecit R. Joſeph, fil. R. Samuelis parvi, Venet. A. 385. in 4., qui poſtea recuſus fuit Pragæ A. 428. in 4. Germanice à R. Jacobo fil. R. Jeremiæ Mattathiæ Levita translatus, cum quibusdam Additionibus ſub titulo תם ויִשר prodiit Francof. ad Mœn. A. 434. in 8.

XXV. ס׳ כוזרי, *LIBER COZRI.*

Regem nomine Cuzar cum Judæo de religione diſputantem introducens, quem Jo. Buxtorfius fil. ex Hebraico latinum fecit, & notis illuſtratum edidit Baſil. A. C. 1660. in 4. Quo Autore primum liber iſte fuerit confectus, mire inter ſe diſſentiunt rerum Judaicarum Scriptores. Quidam enim ab ipſo Rege Cuzar eum ſcriptum exiſtimant. Alii vero, quorum ſententia magis recepta eſt, R. Judam Levitam, fil. R. Samuelis Levitæ, Hiſpanum, circa Aben Ezræ tempora clarum, Autorem conſtituunt, uti etiam legitur ſub frontiſpicium editionis Venetæ A. 307. At in recentiori Editione Veneta A. 354. in 4., quæ adjectum habet Commentarium R. Jehudæ Muſcato, Autor R. Iſaac Sangari nominatur. Porro in *Schalſch. Hakkab. pag.* 40. *col. b.*, dicitur R. Judas Almangari; & in *Meor Enajim c.* 42. *p.* 135. *b.* Iſaac Chanagri, de qua nominis varietate videndus Bartolocc. *Part.* 3. *fol.* 61. Nec magis vero inter Autores convenit, qua lingva primum fuerit exaratus, etſi pleriqve aſſerant, ex lingva Cuzarica, qvæ viguiſſe dicitur in regno hujus nominis ad latus orientale ſito, Mari Caſpio contermino, uti in *Proleg. Geographiæ Nubienſis p.* 5. *& Part.* 6. *clim.* 5. *p.* 242. hoc regnum conſtituitur, adeoqve Perſica antiqua vel Meda, in Arabicam à R. Juda Hallevi fuiſſe translatam, ex qua XXVII. annis poſt, R. Judas aben Tybbon in Hebraicam lingvam tranſtulit: quamvis jam antea extitiſſet Hebraica translatio R. Judæ ben Kardaniel, ſed à pauciſſimis approbata. Hebraica editio omnium prima fuit, quæ Conſtantinopoli A. 266. lucem aſpexit.

XXVI.

XXVI. כל בו, *OMNIA IN EO.*

Liber juridicus, in quo omnia Legis præcepta, ritus & consvetudines ad politiam Judaicam ſpectantes exponuntur: de cujus tamen Autore nihil certi ſcitur: etſi R. Schabtai *in Bibl. Rabb.* à nonnullis tribui librum ſcribat Diſcipulis R. Perez Sacerdotis, ab aliis Bar Scheſchet. Prodiit Venet. A. 307. & 317. in fol. & A. 332. in 4. Bartoloccius ne meminit quidem libri hujus, à Judæis tamen multum æſtimati, inter quem & Maimonidis libros rituales, magnam convenientiam, etiam qvoad verba, deprehendo.

XXVII. לחם משנה, *PANIS MISNÆ.*

Commentarium in כסף משנה appellat Buxtorfius. Sed hoc falſum eſt. Nullus enim extat Commentarius in כסף משנה. Eſt igitur Comm. vel in Maimonidem R. Abrahami de Boten., vel in Miſnajoth R. Moſis fil. R. Noah Iſaac Leipſchüz, de quibus vid. R. Schabtai in שפתי ישנים.

XXVIII. לקוטי הפרדס, *COLLECTANEA EX PARDES RIMMONIM.*

Ita explicat Buxtorfius. Sed male. Non enim Collectanea ſunt ex *Pardes Rimmonim*, ſed ex libro *Pardes*, R. Salomonis Iſaaci, qui *Jarchi* vulgo cognominatur. Exc. Ven. A. 279. in 4.

XXIX. מבחר הפנינים, *SELECTVS MARGARITARUM.*

Liber vel inde notiſſimus, quod eum fere integrum *Libro Apophtegmatum Hebræorum & Arabum* inſeruerit Janus Druſius. Autorem illius Buxtorfius nominat R. SALOMONEM BEN GAVIROL, à quo lingva Arabica collectum librum, inde in Hebraicam translatum fuiſſe notat per R. Jehudam Aben Tybbon. Sed Autor libri שפתי ישנים, eum R. JEDAIÆ adſcribit. Prodiit apud Soncinum A. 244. & Cremonæ A. 318. in 8. Bartoloccius tantum MS. affert Bibliothecæ Vaticanæ, & complecti ait Collectanea Proverbiorum, Caſtigationum, Eruditionum, Ænigmatum & Præceptorum priſcorum Philoſophorum Gentilium. *Vid. ejus Bibl. Magn. Rabbin. Part. IV. f.* 317. Cæterum eundem

librum Verſibus metricis quoque extare ſub titulo שקל הקדש, Auctore R. JOSEPHO, fil. R. Iſaac Kimchi, patre R. Davidis Kimchi, ſibique MStum Conſtantinopoli dono miſſum eſſe à R. Jacobo Romano, teſtis eſt Buxtorfius *Bibl. p.* 418: quem tamen Morinus *Ex. Bibl. f.* 540, R. DAVIDI ABEN JECHAJÆ tribuit, eumque annexum eſſe ſcribit hujusdem Aben Jechajæ libro Grammatico לשון למודים, qui Conſtantinopoli primum A. C. 1506, deinde per Gilb. Genebrardum latinitate donatus, unà cum Introductione ad Rabbinorum Lectionem, Pariſiis An. 1587, in 4. editus fuit.

XXX. מגלת תענית, *VOLUMEN AFFLICTIONIS, ſeu JEJVNII.*

Hoc nomine librum MStum adducit Jo. Seldenus in *Tr. de Synedr. Lib. III, c.* 13. *p.* 137, à Tractatu Talmudico hujusdem nominis, ut putat, valde diverſum, ex quo ſingulos dies feſtos illic narratos, nec in Calendariis obviis lectos, notat, & prolixe recenſet. Miratur vero, Codicem hunc nimis rarum ab omnibus fere Scriptoribus prætermiſſum eſſe, cum nec Legerus, Genebrardus, Geſnerus aut Plantavitius ejus meminerint, etſi Buxtorfium *in Lexic. Talmud f.* 1046. adduxiſſe quædam ex illo verba ſcribit, & prætereà, Jo. Morino primum innotuiſſe librum, notet, cui *lib.* 1. *Ex. Bibl. c.* 3. *§.* 1. Judæorum judicio admodum antiqvus dicatur. Enimvero oleum & operam perdidiſſe cenſendus eſt Seldenus, cum liber, de quo tam longum inſtituit ſermonem, nihil aliud ſit, quam Commentarius in מגלת תענית, quem compoſuit R. Abraham Halleui, fil. R. Joſeph, qvi prodiit Amſt. A. 419, in 4. Quod vero nullus Autorum, à Seldeno memoratorum, libri hujus mentionem injecerit, non alia cauſa fuit, quam quod illo tempore is nondum exiiſſet in lucem, nec alia ratione illis innotuiſſet. Denique quod ad verba attinet, quæ ex Buxtorfii *Lex. Talmud.* allegat Seldenus, ea ex ipſo Tr. Talmudico, non autem ex fictitio, מגלת תענית, deprompta ſunt, ubi habentur *c.* 2. *f.* 7. *col.* 2. *edit. Amſt.* Eadem verba à Jo. Sauberto latinè repetita, adducit Caſp. Sagittarius *in Diſſ. Epiſt. ad Almelovenium de Januis Veterum p.* 44.

XXXI. מהלך שבילי הדעת *PROFECTIO PER ITINERA SCIENTIÆ.*

Liber celebris Grammaticus, à R. MOSE KIMCHIO, circa

A. C.

A. C. 1190. claro, compositus, & eleganti Commentario illustratus à R. Elia Levita Germano, qui in fine Commentarii, unà cum Grammatica Kimchii, Venet. A. 384. in 8. impressi, valde conqueritur de fraude R. BENJAMINI, fil. R. Judæ Romani, quod cum Pisauri primum A. 268, in 4. hunc librum edidisset, eum pro suo venditaverit, nomenqve suum in principio Præfationis adscripserit: quo factum, ut & alii in errorem inducerentur, siquidem Jo. Maria Vincentius *in prima parte del Messia venuto, p.* 447. hunc librum Benjamino tribuit, qui tamen furto illum Eliæ surripuit. Ille liber excusus quoque fuit Venet. A. 306, in 8, ut & latinè redditus per Munsterum, Basil. A. C. 1531. in 8. Eundem emendatissimè cum Notis evulgavit Constant. L' Empereur, Lugd. B. 1631, in 8. Conf. interim Bartolocc. *Part. I. fol.* 674.

XXXII. מכילתא, *MECHILTA.*

Commentarius antiqvus in Exodum magnæ celebritatis, de cujus Auctore diversum sentiunt Hebræi. Nonnulli enim, cum Auctore *Schalsch Hakkab f.* 32, eum à R. AZAI, nomine R. Akivæ, inceptum, & à R. ISMAELE absolutum esse ferunt; alii vero, ut R. Abraham ben Deor *in Cabala*, cum à R. HOSCHAJA, & Autor libri צדה לדרך, à RAF scriptum volunt: Morinus autem *Ex. Bibl. f.* 348, recentioris Scriptoris fœtum esse contendit. Prodiit Constantinopoli A. 272 & Ven. A. 305. fol. unà cum libris ספרי & ספרא, de quibus infrà. Quando vero Buxtorfius *in Bibl.* adhuc alium librum Mechilta R. Ismaëlis extare scribit, Constantinopoli & Venet. in fol. excusum, non levem committit errorem. nec enim hic à priori diversus est, cum R. Ismaël unà cum R. Azai integri libri Auctor extiterit, juxta Rabbinorum opinionem.

XXXIII. מנהיג עולם, *GUBERNANS MVNDVM.*

Liber ritualis, cujus Autor in *Schalsch. Hakkab*, & apud Buxtorf. esse fertur R. ELIJAKIM, qui Toleti vixit A. 1236. At alii Autorem constituunt R. ABRAHAMUM, fil. R. *Nathan*, teste R. Schabtai in שפתי ישנים. Prodiit Constantin. A. 279. in 8.

XXXIV. מנהגי קראים, *RITUS KARAITARVM.*

De quorum libris Auctoribusque pauca nostris innotuerunt. Fragmenta vero illorum rituum deprehendere licet in Libris Adereth Elijahu, Cozri, Meor Enajm &c. Quod vero Buxtorfius *in Append.* Venetiis hoc titulo librum excusum fuisse ait: vereor ne sine teste hoc asseratur.

XXXV. מסורה, *MASSORA.*

Ita vocatur Observationum Criticarum in Scripturam S. liber, vulgo satis notus, & vix XX. foliorum, si conjunctim sumas. A Viris Synagogæ magnæ, tempore Esdræ, Massoram compositam fuisse, communis Judæorum traditio est; qaamvis alii cum R. Elia Levita, à Tiberiensibus Sapientibus eam derivent: qvo de multa dicere hoc loco nihil attinet, cum res prolixius examen postulet. Primus eam typis exscripsit R. Joseph fil. Samuelis Aben Chajm, in Bibliis Magnis Bombergianis.

XXXVI. מסכת פורים, *TRACTATUS PVRIM.*

Hunc librum Wagenseilius *in Præfat. ad Lib. Sota*, Pseudo-Talmudicum vocat de festo sortium agentem, quem, postquam Venetiis ante centum & amplius annos excusus esset, Judæos magno studio suppressisse scribit: promittitque novam editionem, ex Codice Vaticano & MSto proprio emendatam.

XXXVII. מעשה של ירושלמי, *HISTORIA HIEROSOLYMITANA.*

Cujus Autorem Gilb. Gaulminus *in Notis MS. ad Parabolas Sandabar*, dicit esse ABRAHAMUM, fil. MAIMON, quod tamen verum non est. Nam hic Interpres tantum fuit Scripti Arabici, cujus Autor ignoratur. Hebraice libellus prodiit in Collectione sæpe allegata, cujus initium דברי הימים של משה, itemqve cum Historia Bostanai, Amst. A. 407. in 8. Cl. Wagenseilius utriusque Editionis notitiam nullam

nullam videtur habuisse, qvi ex MS. libellum à se primum editum esse scribit. Reperiturque cum latina versione inter ejus Dissertationes sex varii argumenti, excus. Altorf. 1687. in 4.

XXXVIII. מפתח שלמה, *APERTIO SALOMONIS.*

Adducitur *in Schalsch. Hakkab. f.* 98. diciturque continere Conjurationem Dæmonum, itemqve explicationem naturæ, arborum, plantarum, animalium &c. Auctore SALOMONE Rege. Quicquid vero de libris istis Salomonis Judæi fabulentur, constat, omnes recentioris ævi esse, nec unqvam Salomonis tempore illos extitisse. Ex horum numero est *Clavicula Salomonis*, *Semiphoras* & *Sembampboras Salomonis*, & alia ejusdem commatis, lingva quoque Germanica A. C. 1616. in 4. sub titulo *Theosophiæ pneumaticæ*, edita. De Libro *Rasiel*, qui similiter Salomonis præfert nomen, infra dicemus.

XXXIX. משבית מלחמות, *CESSARE FACIENS BELLA.*

Hunc librum Buxtorfius *in Append.* Ritualem vocat, & R. ISMAELI tribuit: quod utrumque falsum. Neque enim ritualis est, sed eristicus, controversias inter quosdam Judæos componens, occasione libelli מלחמות ה׳ exortas; nec Autorem agnoscit R. Ismaëlem, sed nomine omnium Judæorum in Italia viventium, divulgatus est, Venet. A. 366. in 4.

XL. משלי סנדבאר, *PARABOLÆ SANDABAR.*

Liber antiquissimus, tributus cuidam SANDABOR (pro quo in MS. Arabico Bibliothecæ Mazarini, & alio Bibl Regis Christianissimi, n. 1219. legitur SANDABAD) Principi Sapientum Indiæ, quod tamen valde incertum est. Ex lingva Indica primum Persicè, hinc Arabicè, postmodum Hebraicè factus dicitur, quo postremo indicato sermone prodiit unà cum libro דברי הימים של משה aliisqve Tractatibus annexis, Venet. A. 304 & 365. in 8: de administratione Regni tractans. De Syriacis & Arabicis versionibus, in quibus titulum gerit *Chelila Vedimna*,

dimna, vid. Abr. Echellensis *in Notis ad Hebedjesu*, *p*. 299. Nonnulli eundem quoque librum, cum illo Græcorum esse putant, qui Στεφανίτης κ Ἰχνηλάτης inscribitur, quem Seb. Gotfr. Starkius Gr. & lat. ante decennium edidit: quemadmodum gallicè sub titulo *Les fables de Pilpay*; & Germanicè, sub titulo Das Buch der Weißheit der alten Weisen, itemque der sieben weisen Meister von Rom, allegari solet. Ast omnes hi libri inter se differunt, uti etiam Italicus Sandabar, quemadmodum alio tempore, volente DEO, pluribus ostendemus.

XLI. משנה *vel* משנירה, *MISNA*,

Ab Epiphanio & Hieronymo δευτέρωσις, à Justiniano autem Imp. in *Nov. Const.* 146. *tit. de Hebrais*, secundaria traditio appellata. Hunc Traditionum Judaicarum, quæ Legis secundæ, oraliter à Mose ejusque posteris traditæ, nomine veniunt, Librum, secundariæ post divinum Canonem apud Judæos auctoritatis, juxta communem Judæorum opinionem, primus in ordinem redegisse fertur R. JEHUDA sanctus circa A. C. 140; etsi alii aliquot annis citius, alii vero plurimis annis tardius ab aliis Autoribus, hanc collectionem factam esse contendant: quam in rem multa præclara habet Bartoloccius *Part.* 3. *f.* 77. *seqq.* Legendi quoque Capellus, Morinus, Owenus, aliique ex Christianis, qui ad quintum à Christo nato Seculum referunt, quibus merito contradicit Wagenseilius: utut nimium videatur esse Elogium, quod ipse huic libro tribuit *in Tr. de Infundibulo p.* 128, quando scribit: „De „Mischna vero, Talmudis textu, iterum hoc dico iterumqve, nullam „ei inesse blasphemiam, nullas valde ridiculas nugas, imo quæ mea „hæresis est, post sacras literas, præfero eam, modo aliquo, quot- „quot in orbe extant, libris omnibus. Cæterum de Editionibus Mischnæ, Interpretibus & Commentatoribus ejus h. l. multa non attinet dicere, nam peculiarem tractationem argumentum hoc meretur, quod non omnino videtur exhausisse Gvil. Surenhusius, utut dignam laudé operam postremæ hujus libri editioni impenderit.

XLII. ס׳ הנפש, *LIBER DE ANIMA*.

Quem librum Medici argumenti, Bartoloccius *Part. I. f.* 27, R. ABRAHAMO bar CHASDAI attribuit, qui tamen librum non composuit, sed ex Græca in Arabicam lingvam solum transtulit, ex quâ

quâ Arabica translatione, postmodum versio Hebraica R. Jehudæ, fil. Salomonis Charizi, enata est, excusa Venet. A. 279. in 4.

XLIII. ס׳ הנצוח, *LIBER TOPICORUM.*

Hoc titulo librum Rabbinicum R. LEVI, à Buxtorfio *in parvo Lexico Rabbinico p. 915.* citatum, commendat Jo. Julius Struvius *in Rudimentis Logicæ Ebræorum pag. 11*; sed non sine insigni errore, cum similis liber nullibi occurrat, nec Buxtorfius loco allegato, talem librum citet, sed tantum indicet, librum Topicorum à Rabbinis, speciatim R. Levi, qui est R. Levi ben Gersom, *in Comment. in Proverb. I. 4, & XXIV. 7. alibique*, vocari ספר הנצוח. Ex quo nemo concludet, R. Levi librum talem composuisse.

XLIV. סדר עולם רבא וזוטא,

ORDO MUNDI MAJOR & MINOR.

Duo hoc nomine extant libri Chronologico-Historici, à Judæis multum æstimati, è quibus prior imprimis tantæ autoritatis est, ut prope ad Canonicos libros accedat, & ab ipso Esdra, magna ex parte conscriptus putetur, quæ verba sunt Nic. Abrami *in Sacr. quæst. I. 4.* Illius Autor communiter statuitur esse R. JOSE (apud Buxtorf. male legitur *R. Mose*) BEN CHILPETA, qui circa A. C. 130, vel ut est *in Zemach David*, circa A. 121. vixit: quod tamen præter Ant. Possevinum, *in Apparatu*, inficiantur Gilb. Genebrardus *in Epist. dedicat. huic libro, quem Parisiis A. 1572. in 8. edidit, & postmodum quoque Chronographiæ suæ, Paris. A. 1600. in fol. excusæ, adjecit*, præmissa, & Jo. Morinus, *Ex. Bibl. f. 227. sqq.* qui ad A. C. millesimum Chronicon istud referunt, Autorem vero se ignorare fatentur. Etsi vero tam recens scriptum non esse, inde probari possit, quod ejus mentio jam fiat in *Gemara Tractatus Schabbath, c. 9. f. 88. a*; valde tamen mihi dubium videtur, num adeo antiquo Autori illud adscribi debeat, quemadmodum cum Judæis volunt Buxtorf. *in Bibliotheca*, Jos. Scaliger, *de Emend. Temp. Lib. 5. f. 445.* Jo. Seldenus, *de I. N. & G. secundum discipl. Ebræor. l. 3. c. 9. p. 328.* Jo. Meyerus *in Not. ad Seder Olam p. 242.* aliique; cum certe vestigia appareant recentioris ævi, non diffitente Meyero, qui illud Chronicon cum Vers. Latina Notisque sat amplis edidit Amst. A. 1699. in 4: præter quam & Genebrardi versionem jam antea Munsterus eundem librum latine exhibuerat

rat Baſ. 1524. in 4. Hebraice prodiit Mantuæ A. 274, in 8, & cum aliis Tractatibus, Venet. A. 305. in 4. ut & Baſil. A. 340. in 8. Quod ad *alteram Chronologiam* attinet, qvæ *parva* cognominatur, etſi hic liber quoque à Judæis antiquiſſimus eſſe credatur; ſcrupulus tamen inde exſurgit, quod in ejus principio legatur, à vaſtatione templi uſque nunc effluxiſſe annos 1053: unde colligi poſſet, Autorem circa A. C. 1124. vixiſſe. Obſervavit autem Buxtorfius, his repugnare finem libri, utpote in Hiſtoria Mar Sutræ, qui circa A. C. 522. vixit, deſinentis; non autem probabile eſſe, Autorem ſexcentos annos voluiſſe prætermittere; adeoqve verba, à principio libri poſita, ab alio, qui hoc tempore vixit, ad marginem adſcripta eſſe, quæ poſtmodum per imprudentem Hiſtoricum in textum relata fuerunt. Ante Buxtorfium idem fere obſervaverat R. David Ganz *in Zemach David f. 38. a.* & R. Aſarias *in Meor Enajm part. 3. c. 19.* Quando vero in Libro *Juchaſin f. 164*, Chronologicum iſthoc parvum ſcriptum tribuitur R. JOSEPHO TOF ELEM, hoc ipſum refutat Ganzius, qui illud cuidam ex Geonim adſcribit. Reperitur libellus Ebraice annexus majori Chronologiæ antea memoratæ, ut & ad calcem libri *Juchaſin*, editionis Cracovienſis A. 340. in 4, in qua editione legitur quoque Caput XVIII. Majoris Chronologiæ. Latine hunc quoque priori libro jungendum cenſuit Genebrardus, cujus verſionem, appoſito textu Ebræo, retinuit Car. Joſ. Imbonatus, *in libro Adventus Meſſiæ Vindicati, qui reperitur ad calcem ejus Bibliothecæ Latino-Hebraicæ, Romæ A. 1694. fol. excuſæ.* Idem liber Latino-Hebraicus, ſed mutilus præmiſſus eſt Commentariis in Eſaiam, *in Bibliis Criticis Anglicanis.*

XLV. ספרא וספרי, *SIPHRA & SIPHRI.*

Utrumque hunc librum itidem antiquiſſimis eſſe accenſendum, dubio caret, ſiquidem amborum mentio jam occurrit *in Tr. Talmud. Kidduſchin, c. 1. f. 49. col. 2.* Quo tamen Autore uterque fuerit compoſitus, multum Judæi inter ſe litigant. Et quod priorem quidem, qui eſt Commentarius in Leviticum, & alias quoque תורת כהנים dici ſolet, concernit, eum nonnulli, ut R. Maimon *in præfat. ad ſuum* יד החזקה, Abarbenel *in præfat. ad* נחלת אבות, R. Menachem *in præfat. libri ſui* צדה לדרך inſcripti, & Autor libri שבילי אמונה, tribuunt celebri Rabbino, RAF famoſe dicto, qui fuit Diſcipulus R. Chajæ & R. Judæ ſancti. Alii vero, ut R. Abraham Zacut *in Juchaſin p. 60*, R. Dav. Ganz *in Zemach David p. 44*, & R. Aaron aben Chajim, (qui ſub titulo קרבן אהרן, elegantem

gantem in hunc librum edidit Commentarium, excusum Venet. A. 369. in fol.) *in præfat.* Autorem fuisse volunt R. JEHUDAM BAR ELAI, qui tempore Adriani imp. Tiberiade claruit; aut R. AKIVAM ben Joseph. Quidam R. ISMAELEM Sacerdotem magnum, libri Autorem faciunt, ut videre est in libro הליכות עולם, apud Buxtorf. *in Bibliotheca*, & Bartoloccium *Part. I. f. 90. & Part. IV. f. 298. sq.* Quoad posteriorem librum SIPHRI dictum, qui est Commentarius in Librum Numerorum & Deuteronomii, non minor lis à Judæis movetur, quem tamen plerique attribuunt R. SIMEONI BEN JOCHAI. Uterqve simul prodiit Venet. A. 305. in fol.

XLVI. פְּסִיקְתָּא, *PESIKTA.*

Esse Commentarium antiqvum in Legem aut Leviticum tantum, scribit Buxtorfius *in Bibl. Rabb.* ac præterea extare ait פסיקתא זוטרתא, *Pesikta minus*, conscriptum A. 1104. Sed in hac narratione cespitat Buxtorfius. Nam illud ipsum PESIKTA MINUS est Commentarius iste antiqvus non quidem in Legem aut Leviticum tantum, sed in Leviticum & reliquos duos Pentateuchi libros, ex *Siphra*, *Siphri* & *Mechilta* collectus, Autore R. Tobia, fil. R. Eliezer, prodiitque Venet. A. 300. in fol. Alterum vero *Pesikta*, quod *majus* cognominatur, priori antiquius & R. Cohana attributum, continet sermones præstantissimos, ex ore Tanaitarum & Amorrhaitarum excerptos, qvi Pragæ in 4. excusi fuerunt.

XLVII. פִּרְקֵי אָבוֹת, *CAPITULA PATRUM.*

Liber Apophthegmata moralia & alia pie dicta Patrum Ecclesiæ Judaicæ continens, Talmudi etiam insertus. Hæc R. NATHAN Babylonius collegisse fertur communiter, sed Julius Conradus Otto Ex-Judæus, in opere inscripto, *Occultorum Detectio*, R. SIMEONI, fil. Gamalielis tribuit, cum quo consentit Colomesius *in Gall. Orient. pag.* 255. Cæterum de variis Editionibus & Translationibus illius libri h. l. non attinet dicere.

XLVIII. פרקי אליעזר, *CAPITVLA* R. *ELIEZERIS.*

Hunc librum complecti historiam mundi usque ad tempora Gamalielis secundi, scribit Buxtorfius: quod tamen libri argumentum solum non est, observante Morino, *Exerc. Bibl. f.* 382., cum de aliis rebus potissimum ad creationem & Theologiam Judæorum pertinentibus tractet. A Judæis communiter adscribitur R. Eliezeris Hircani filio, qvi paulo post templum secundum vixit: sunt tamen, qvi aliter sentiunt, & R. Simeonem ben Jochai Autorem ejus constituunt. Prodiit Constantin. A. 279., Sabionettæ A. 327., Venet. A. 368., itemque Lublini & Pragæ in 4. Latine, præter Conr. Pellicanum, cujus MS. asservatur in Biblioth. Tigurina, librum transtulit Gvil. Henr. Vorstius, & cum Animadversionibus suis in lucem dedit Lugd. Bat. 1644. in 4.

XLIX. צח שפתים, *NITOR LABIORUM.*

Ab Elia *in præfatione tertia libri Massoreth*, hoc scriptum allegari, recte monent Buxtorfius & R. Schabtai. Sed erronee Marius Calasius *in Canone gener. lingv. sanctæ f.* 10. ipsi Eliæ Levitæ librum adjudicat, ostendente Bartoloccio, *Part. I. f.* 166. *sq.*

L. קב ונקי, *ABBREVIATUM & PURGATUM.*

Nomen Autoris esse, qui succincta Commentaria scripsit in Proverbia & Psalmos, asserit Buxtorfius, quem Bartoloccius sequitur *Part. IV. fol.* 311.: id quod tamen verum non est, cum hoc nomen libri sit, non vero Autoris, qui vocatur R. Schalom, fil. R. Abraham. Excus. Mant. A. 340. & Cracov. A. 358. in 4., itemque cum alio libro בן דעת R. Acsilrad, Hanov. A. 376. in 4. Cæterum parallela exempla adduximus supra Num. XIX.

LI. רבות, *RABBOTH.*

Liber antiquissimus ita dictus, quod plurimæ explicationes allegoricæ & mysticæ in Pentateuchum & V. Megilloth eo contineantur, de cujus tamen Auctore non inter omnes convenit. Quidam enim

enim, ut in *præfat. libri* רוקח notatum eſt, librum hunc tribuunt R. HOSCHIA RABBA, Diſcipulo R. Jehudæ Sancti; ab aliis vero in *Zemach David fol.* 44. adſcribitur RABBA BAR NACHMONI. Videtur autem liber à diverſis Autoribus compoſitus, & deinde in unum corpus collectus fuiſſe, quod ex diverſitate ſtyli, alias admodum confuſi & intellectu difficilis, adparet. De diverſis ejus editionibus & ampliſſimis in illum Commentariis alio forte tempore dicendi occaſio erit.

LII. רוח חן, *SPIRITUS GRATIÆ.*

Tractatus philoſophicus, ex libro *More* potiſſimum factus, ignoti Auctoris, quem Buxtorfius tamen putat eſſe R. ABEN TYBBON; cum hic illum transtulerit tantum ex Arabico in Hebraicum ſermonem. Excuſ. Cremonæ A. 326. & cum Comment. Pragæ A. 354. & Lublini A. 380. in 4.

LIII. רזיאל, *RASIEL.*

Liber Magicus & Cabaliſticus, cujus argumentum, Danielis Swenteri, Viri Cl., verbis recenſet Buxtorfius. Eum à Salomone compoſitum eſſe, Judæi impudenter fingunt; alii, ab Angelo hujus nominis, Adamo in calamum dictatum fuiſſe produnt, cui aſſerto refutando tempus fruſtra impenderetur. Bartoloccius *Part. IV. f.* 300. ſe vidiſſe aliquando hunc librum MS. refert charactere perpulchro exaratum, quia vero multa maleficia illo contineri veritus ſit, ab ejus lectione ſe abſtinuiſſe ait. Nobis aliud exemplar videre contigit apud Judæum Halberſtadienſem nomine Berendt, qui ſe emiſſe illud dicebat à quodam Chriſtiano, Verbi divini Miniſtro.

LIV. רעיא מהימנא, *PASTOR FIDELIS.*

Ita vocari ait Buxtorfius *de Abbrev. pag.* 185. Auctorem, qui Additamenta in Zohar ſcripſit: quod tamen falſum eſt, cum hoc non Autoris, ſed libri nomen ſit, quo explicantur DCXIII. Præcepta Moſaica, diciturque compoſitus eſſe per ſplendorem Moſis. Pauca hujus libri excuſa reperiuntur in libro Zohar.

LV.

LV. תלמוד, *TALMUD.*

Duplex hoc nomine Corpus Juris Judaici extare apud Judæos, notum est, alterum *Hierosolymitanum* à Dialecto Hierosolymitana obscura, qua constat, sic appellatum, alterum *Babylonicum*, quod prius memorato ratione ætatis quidem, non tamen ratione auctoritatis & existimationis postponi solet, etsi de utriusque ætate Auctoribusque non una sit omnium sententia. Nam prius illud collegisse vulgo fertur R. JOCHANAN, qui teste Ganzio in *Zemach David f.* 44., circa A. C. 230. illud absolvit, in qua re alii Judæi tamen non consentiunt, de quo vid. Bartoloc. *Part. III. f.* 684. Ex Christianis quoque Jac. Capellus *Oper. posthum. f.* 581. notat, eo anno tantum inchoari cœptum, sed post Diocletiani demum tempora absolutum esse. Ludovicus autem Capellus *in Crit. S. f.* 372., A. C. 409. vel Anno 47. post mortem Hieronymi; & Jo. Morinus *Ex. Bibl. fol.* 299. post A. C. 600. demum illud factum esse scribunt. Sane vel ex eo Ganzius refutari posset, quod in Talmudico illo Corpore frequens occurrat Diocletiani mentio, observante Lightfooto *Oper. Tom.* 2. *f.* 146., qui longam Talmudis Hierosolymitani descriptionem olim paraverat, ut in Ejus Vita asseritur, quæ tamen lucem non aspexit. Quod ad alterum, nempe *Babylonicum*, attinet, hujus Corporis primus collector, juxta communem Judæorum traditionem, fuisse dicitur RAB ASCHE, quem A. C. 367. collectionis hujus fecisse initium, eandemque operam per 60. annos continuasse ajunt, cui postea A. C. 427. successerit MAREMAR, donec tandem à R. AVINA, A. C. 500. absolutum fuerit. Sed in hac quoque æra assignandâ, pariter ac circa nomina Autorum, Judæos alios nonnihil variare, observat Lud. Capellus in *Arcan. Punctat. Revel. L.* 2. *c.* 16. Morinus autem *l. c. fol.* 301. *sqq.* & 307. expresse statuit, Corpus hoc Talmudicum A. C. 707. demum esse factum. Quæ omnia prolixius merentur examen, cui instituendo nobis tempus nunc nullum vacat. Hoc tantum observamus, quod cum memoratis Traditionibus Talmudicis, ADDITIONES quædam, quæ תוספות & תוספתות dicuntur, conjungi soleant, quæ pariter in majoribus Editionibus Libri *Alphesi* adjectæ sunt: quarum Autorem nonnulli R. Chaja cum R. Uschia Rabba, alii R. Nehemiam, alii bar Capara constituunt. Sed & alia Supplementa ibi conspiciuntur, quæ ברייתות, quasi EXTRAVAGANTES dicuntur. De quibus omnibus vid. *Schalsch. Hakkab. fol.* 52., & Bartolocc. *Part. III. f.* 346. *sqq.*

LVI.

LVI. ס׳ תניא, *LIBER RITUALIS.*

Compendium Decisionum Talmudicarum Rituumque Judaicorum, excusum Crem. A. 325. in 4. ; cujus Autorem Buxtorfius cum R. Dav. Ganzio in צ״ד *f.* 58 facit R. JEHUDAM, fil. Benjamin. Sed in ipsa præfatione libri indicatur, quod R. Jacob, qui fuit Autor libri *Arba Turim*, eundem composuerit.

LVII. תנחומא, *CONSOLATIO.*

Celebris in Pentateuchum Commentarius, pro antiquissimo à Judæis habitus, qui alias etiam sub nomine ילמדנו DOCEBIT NOS, allegari solet, ideo quod omnes sectiones incipiant cum verbis ילמדנו רבינו. Ejus Auctorem Judæi communiter faciunt R. TANCHUMA BAR ABA, sed in *Schalsch. Hakk. f.* 52. cuidam R. Nachman tribuitur. Prodiit Constant. A. 288. Venet. A. 305. Veron. A. 355. & Prag. A. 373. in fol.

LVIII. ס׳ התפוח, *LIBER RITUALIS.**

Hunc Judæi ARISTOTELI attribuunt, forte ideo, quod in illo diserte agatur de morte hujus Philosophi, quæ satis fabulose illic narratur, & inter alia adstruitur, quod Aristoteles sub finem vitæ Judaicam fidem amplexus sit: quod commentum ne indiget quidem refutatione. Vid. interim Dn. Buddei *Introd. ad Histor. Philos. Ebræor. p.* 159. *sqq.* De aliis libris Aristotelis, seu veris, seu supposititiis, in Ebræam lingvam conversis, disserit Bartoloccius *Part. I. f.* 480. *sqq.* Hic ipse vero liber Græce primum exaratus, mox in Arabicum, & ex eo in Hebraicum sermonem translatus esse dicitur, teste R. Abraham bar Chasdai, *in præfatione* libro præmissa. Prodiit Venet. A. 279. in 4.

* Vel potius *Liber Pomi.* Alterum enim illud operarum vitio hic irrepsit.

LIX. סדר תפלות, *ORDO PRECUM.*

Ita Collectiones precum, quas Judæi quotidie recitant, inscribuntur, cujusmodi Collectiones diversæ extant, nec eodem tamen modo omnes se habent, simili forte discrimine, quod circa Breviaria, in Ecclesia Romana recepta, observare licet. Omnium harum precum Autores, etsi Judæi communiter tradant, fuisse Viros Synagogæ magnæ, quorum præcipuos Haggæum, Zachariam, Malachiam & Esdram numerant,

merant; observarunt tamen Viri docti, quarundam precum originem tam antiqvam non esse, ideo qvod Christiani in nonnullis tacite pungantur, qvemadmodum constat de precibus עלינו לשבח & ולמלשנים, quarum hæ, jussu Seren. Regis Borussiæ A. 1703. Judæis interdictæ, in illis vero verba Christianos concernentia, omittenda esse sancitum fuit: de qvibus duæ Christiani Waltheri Disputationes Academicæ Regiomonti A. 1704. habitæ consuli possunt. Idqve magis apparet in majori illa Collectione precum, מחזור, seu CYCLUS dicta, qua preces, quas Judæi diebus Festis majoribus recitant, rhythmice, sermone admodum difficili continentur, quarum præcipui Autores dicuntur R. Eliezer Hakkalir, R. Isaac fil. R. Jehuda Aben Giuth, R. Amnon, R. Jekutiel fil. Mosis, R. Benjamin fil. R. Samuel, R. Simeon fil. R. Isaac &c. De variis Editionibus talium librorum vid. Bartolocc. *Part. IV. f.* 307. 322. Inter præstantissimas merito referenda editio Bononiensis, quæ in usum Synagogæ Romanæ, cum Commentariis prodiit A. 301. 2. Voll. in fol. ut & Veneta A. 426. 3. Voll. in 8.

LX. תרגומים, *PARAPHRASES CHALDAICÆ SCRIPTURÆ S.*

Tales hodie extant: 1. Onkelosi in Pentateuchum. 2. Jonathanis super Legem & Prophetas. 3. Hierosolymitana in Legem. 4. Josephi Lusci in Hagiographa. 5. Paraphrasis secunda in librum Esther. 6. Paraphrasis in libros Chronicorum: quarum omnium & singularum ætatem Auctoresque certo definire, res est difficilis momenti. Nam quod primo *Paraphrasin* ONKELOSI reliquis meliorem & utiliorem attinet, quamvis constans inter Judæos, quorum testimonia adducit Bartoloccius *Part. I. f.* 405. sqq., traditio sit, illam à Viro hujus nominis proselyto, tempore Nativitati Christi proximo, ex alia antiqua R. Eliesesferis & R. Josuæ factam esse; de hoc tamen dubitandi rationes fortissimæ afferri possunt, nempe quod ipsi Judæi hac in parte non conveniant, tum quod plurima, quæ de Autoris illius vita & conversione narrantur, Judaicam sapiant fabulam, & deniqve quod nec tempore Christi vel Apostolorum, nec aliquot seculis post, talis paraphrasis à quoquam mentio facta sit, cum certe nec apud Josephum, nec apud Origenem vel Hieronymum ejus vestigia reperire liceat. Atqve idem de reliquis etiam Paraphrasibus urgeri potest: quarum illa in Legem &

& Prophetas, JONATHANI tributa, minime hanc ætatem sapit, quæ Jonathanis filii Uzielis fuit, qui diu ante Christi nativitatem vixit. Idque de *Paraphrasi in Legem* tam clarum certumque est, ut non nisi in luce palpitaret, qui contrarium asserere vellet. Sane stylus barbarus, vocabula nova, fabulæ hinc inde asperſæ, aliaque indicia plurima illud sufficienter comprobant, adeo ut inter ipsos Judæos aliqui novitatem versionis olfecerint, nec ejusdem, qui Prophetas transtulit, Autoris eam esse posse agnoverint. Ast nec *Altera* illa in *Prophetas* tum *priores*, tum *posteriores*, quamvis priori antiquior sit, Jonathanem hunc agnoscit Auctorem, tum ob prius dictas rationes, tum ob styli diversitatem, ab antiquo Chaldaico stylo, qui in Danielis & Esdræ libris reperitur, multum discrepantem. Conf. Bartolocc. *Part.* 3. *fol* 788. Quod *Hierosolymitanam paraphrasin in Legem* attinet, eam aliqui ex Judæis quidem JOSEPHO LUSCO seu cœco, qui juxta nonnullos A. C. 400., juxta alios vero A. 600. vixisse dicitur, attribuunt, hoc tamen refutat Elias Levita, *in præfat. Lex. Chald.* qui CCC. fere annis post desolationem Urbis Hieros. eam à diversis interpretibus factam & Pseudo-Jonathanis illa antiquiorem esse probare satagit, cui R. Nathan *in Aruch* adstipulatur. At enim vero & illa ætate recentiorem esse ex stylo barbaro colligi potest. Vid. Morin. *Exerc. Bibl.* 8. *Lib.* 2., & R. Simon in *Hist. Crit. V. T. l.* 2. *c.* 18. Quod si vero de paraphrasi in Pentateuchum, Jonathani attributa, dubitarunt Viri docti, quanto magis dubitare licet *de Paraphrasi in Hagiographa*, eam scilicet à Jonathane provenisse, uti nonnulli ex Judæis, teste Bartoloccio *Part.* 3. *f.* 792., adstruunt: siquidem in *Megillæ cap. I.* expresse dicitur, ipsi, cum voluisset paraphrastice interpretari Hagiographa, illud de cœlo interdictum esse. Ut adeo vel hanc ob caussam, AKILOSO potius, vel cum aliis R. JOSE, qui alias Josephus cœcus vocatur, hæc paraphrasis attribui posset; quamvis commentatio magis sit, quam paraphrasis verbalis, prolixitate & frequentia fabularum omnes reliquas paraphrases superans. Vid. Bartol. *Part. III. fol.* 814. & Pfeiffer. *Crit. S. pag.* 258. 263. Minus adhuc constat Judæis, quis Autor fuerit *Paraphraseos secundæ in Estherem*, quæ תרגום שני dici solet, etsi multum à Judæis æstimetur, sed fabulis anilibus æque scateat, quarum specimen exhibet Pfeiffer. *loc. cit. pag.* 264. De *Paraphrasi librorum Chronicorum*, Judæis pariter ac Christianis, nihil fere innotuerat, antequam Matth. Frid. Beckius, è Codice MS. Bibliothecæ Ministerii Erfordiensis, A. 1680. Augustæ Vindelicorum in 4. illam publicaret, etsi Lightfootus aliique Codicis Cantabrigiensis, in qua similis para-

 phrasis

phrasis legebatur, jam antea mentionem injecissent, & ex eo fragmenta quædam produxissent. De hac paraphrasi Rich. Simon *in Hist. Crit. V. T. pag.* 299., tale judicium tulit: Cette paraphrase est peu de chose, „ & est fort seche pour le sens, etant remplie d'allusions aux mots. Il „ est vrai, qv'elle n'est pas remplie de fables, comme sont les der„ niers Paraphrases Caldaiques, mais elle n'en est pas pour cela meil„ leure ni plus ancienne. Quamvis autem Sam. Clericus apud Edm. Castellum *in Lexic. Heptaglotto*, *voce* סרודיתא *col.* 2613., JONATHANEM Paraphraseos istius Autorem faciat, Beckius vero *in præfat. ad Lect. & in Not. pag.* 43. ab eo, qui Hagiographa vertit, illam profectam esse suspicetur, utrumque tamen sine fundamento, ac æque incerto adstruitur, ac quod Lightfootus quondam existimavit, eam Onkeloso tribuendam esse, ut in *ejus Vita* narratur, ideo quod similes fabulæ utrobique repetantur. Cæterum de diversis omnium istarum paraphrasium Editionibus, Translationibus & Commentationibus, nihil addere lubet, sed colophonem Schediasmati imponentes, recepta apud Judæos formula exclamamus:

ב״לא״ו

Hactenus Groddeckius.

א.

XVIII. b. **אגרת המעשה בלוח הנקרא צביחא לבן אלזרקלא** IGGERETH HAMMAASE BELVACH, HANNIKRA ZEBHICHA LEBEN ALSARCALA; i. e. *epistola de operatione per instrumentum, quod invenit fil. Alsarcala.* Exstat MS. in B. Bodlejana inter *Laudanos* B. 108. 4. chartac. & finit sic: נשלם פי׳ האצטרלב *finit expositio Astrobatii.* In limine hujus voluminis vocatur à quodam *epistola de operatione per tabellas Astronomicas auctore ben Zarcala.* Subjungitur vero: *de faciendis arcubus horariis, tum de horariis, item de horologiis & de quadratura circuli.* Hausi hæc ex Cl. *Jo. Gagnerii* Enarratione MS. Codicum Hebr. MSS. B. Bodlejanæ. Instrumentum illud, *Zarcalah* dictum, *Herbelotus* in Bibliotheca Orientali pag. 923. ita describit: *Nom d'un Instrument Astronomique, inventé par Abou Ishak ben Jabia Al Nakkaschi, Al Andalousi, connu sous le surnom de Zarcal Al Mogrebbi, Al Corthobi. Cet instrument, qvi a tiré son nom de l'Inventeur, sert à mesurer le mouvement de chaque Planete, & de la Sphere, qui lui est propre.*

אגרות

אגרות IGGEROTH *Epistolæ* MSS. variorum Magistrorum exstant in Biblioth. Taurinensi A. II. 32. in 4. volumine foliorum 124. XX.

אדרא קדישא JDRA KADDISCHA. XXIV.

Commentarius in illum libellum MS. qvi ex libro : אֱמֶת לְיַעֲקֹב nescio qvo petitus dicitur, exstat in Biblioth. Oppenheimeri in 4 codice unum digitum lato, & ibidem commentar. in *Idra* una cum libro אֱמֶת לְיַעֲקֹב volumine duos digitos lato, qvarti ordinis. *Idra Rabba* MS. in eadem Bibliotheca in 4. foliorum 275. manu librarii Itali descripta.

אור לעת ערב OR LEETH EREBH *Lux tempore vesperæ*, ex *Zachar.* XIV. 7. dialogus lingva Judæo-Germanica scriptus, & ad Judæos convertendos pertinens, auctore *Jo. Mullero*, cujus nomen in titulo exprimitur per יוחנן קמחי Halæ 488. C. 1728. 8. iterumqve 1731. 12. De hoc libello in his Supplementis supra p. 476. dictum est. XL. b.

אורים ותומים VRIM VETVMMIM, *Lux & rectum*, libellus Vol. II. inter Anonymos relatus, & huc dum MS. in lucem jam prodiit *Dyrenfurti* 1728. per *Abrahamum ben Abraham*, incolam אינדרינאפל i. e. ut interpretor, *Adrianopolitanum*, plagulis septem in 8. Accipe titulum ex Hebraico Latine conversum : ס׳ אורים ותומים i. e. *Liber Sortium* (גורלות) *qvi allatus est ex Terra Sancta, quoqve usi sunt Israelitæ sub Templo II. elaborato olim à LXX Senibus, qvi fuerunt tempore Ptolemæi Regis, cui similem oculus non vidit, ex qvo destructum est Templum usqve ad hunc diem. Addita est ars chiromantica cum aliis ejusmodi sapientiæ partibus, ut & medicamenta varia ex Medicorum libris &c.* In præfatione historia libri hujus edisseritur. Græci dicuntur in destructione Templi II. & Legis & alios libros abolere voluisse, ex qvo factum sit, ut Israelitæ illos interqve eos hunc libellum absconderint, qvi tandem, exorato Deo, ex indicio senis alicujus ex spelunca Tiberiadensi sit protractus. Porro ratio ejus & usus edisseritur. Fundamentum artis continetur 72 literis, qvibus comprehenduntur nomina XII. tribuum, prout illa duodecim lapidibus Pectoralis Aaronis fuerunt insculpta. Itaqve nomina illa duodecim tribuum v. c. *Reuben, Schimon, Levi &c.* ordine suo primum collocantur, appositis ad singulas eorum literas singulis qvæstionibus, qvarum qvælibet à litera aliqva nominis istius incipit. Responsio vero ad eam XLI.

qværenda eſt ex tabulis ſubſeqventibus, ea ratione conſulendis, qvam hic exponere & operoſum & tædii plenum foret. Cape exemplum. In primo ordine occurrit lapis אדם & nomen ראובן Ad ר hæc exſtat qvæſtio : רחוק יבוא מהרה או יאחר . Ad א , אשה זו אם היא הרה & ſic de ceteris. Poſt tabulas illas leguntur varia medicamina, tum Hebraica tum Judæo-Germanica dialecto expreſſa. Illa exhibet סידורא דסיהרא præcipiens, qvid qvoqve hebdomadis die vel ſuſcipere, vel omittere conſultum ſit. Deniqve ſeqvitur ס' העתידות liber *de futuris divinandis*. Eo continentur præcepta *Chiromantica* foliis 4. Illum libellum ait collector a Philoſophis Indis profectum, & probatæ fidei ab aliis inventum eſſe.

XLIV. c. ס' אותיות SEPHER OTIIOTH, ſive inſtructio de literis Alphabethi Hebraici recte pingendis, & arcana vi elementi cujusqve, more Kabbaliſtico, MS. in 4. apud me. Confer Bibliothecam Vffenbachianam MS. compendiariam p. 43. num. 192. Alphabetum Biblicum cum ſuis ornatibus ad qvamlibet literam MS. in Biblioth. Taurinenſi A. III. 21. in 4.

LXIII. אמת ליעקב EMETH LE JACOB, liber Cabbaliſticus, MS. de qvo p. 1039. ubi de אדרא

LXIV. d. אקדמות AKDAMOTH, i. e. precatio in Feſto *Schevuoth* una cum libello *Ruth*. Addita eſt precationis illius verſio Judæo-Germanica verbalis & interlinearis, Francof. ad Mœn. 481. C. 1721. 16.

LXV. c. ארבעה אבות ARBA AVOTH, *Qvatuor Patres*, obſervationes in R. *Iſaac Alphes*, auctoris neſcio cujus, qvarum pars III. MS. Venetiis exſtare, ex Rabbini Veneti literis didici, ex qvo conficio, binas priores editas eſſe.

LXIX. ארחות צדיקים ORCHOTH ZADDIKIM, *Viæ Juſtorum*.

Libri hujus verſionem Latinam, ut & commentationem de Theologia Morali Judæorum in adfectis habuiſſe D. *Jo. Rudolphum Cademannum*, Antiſtitem Pegavienſem, diſco ex Cl. *Chriſtiani Schœtgenii* Hiſtoria Wurcenenſi p. 467.

ב.

בקבוק BACBUC, ex cujus occasione Vol. II. p. 1270. XCVII.
diximus de מסכת פורים MS. *Wagenseiliano.* De eo jam accipe ipsius *Wagenseilii* verba ex Supplementis ejus MSS. ad Buxtorfii Biblioth. Hebraic. *Libellus*, inqvit, *est jucundissimus, & quasi cento ex S. Scriptura & Talmude sartus, atqve ad hilaria Festi Purim accommodatus. Excusus liber est Venet. 312. C. 1552. apud Cornel. Adelkind, sed vix ejus apud Judæos ipsos copia habetur, nec præter illud exemplar, qvod forte mihi obtigit, & aliud, qvod Florentiæ in Bibliotheca Florentina asservatur, ullum amplius invenire potui. Nactus tamen sum exemplar qvoqve MS. & cum excuso tam hoc, qvam illud, qvod in Vaticana Bibliotheca custoditur, diligentissime contuli, multosqve in Veneta editione deprehendi errores, & lacunas. Ceterum adeo me cepit liber iste, ut versionem elucubratus fuerim, & congesserim in schedas, non tantum, unde qvodqve ex universa Gemara depromtum, sed & miscella alia facientia ad Talmudis verum solidumqve intellectum. Possum igitur promto negotio non minorem, qvam, qvem in SOTAM dedi, commentarium adornare; nam difficilior molestiorqve laboris pars jam est superata. Multum Reipublicæ literariæ interest, ut is liber publici juris fiat. Aut enim valde fallor, aut magnum momentum habet ad confutandos Judæos, & ostendendum, qvanta illorum, qvæ Gemaræ Magistri sæpe ex Scripturis eliciunt, sit infirmitas, cum iidem colligendi modi, qvos ipsi adhibent, ridiculis ineptiis qvoqve, proliciendis inserviant. Videntur hoc agnovisse ipsi Judæi. Nam omnia fere exemplaria Venetæ editionis ab ipsis combusta fuisse accepi. De autore nihil certi habeo, nisi qvod Rabbinus Italus mihi indicavit à R.* Leone Blantes *librum fuisse compositum.* Jam intelligo, eundem libellum in Biblioth. Taurinensi A. II. 31. in 8. in Volumine, qvod plura alia exhibet n. 8. exstare. Titulus est *Massecheth Purim*, diciturqve in Catalogo, agere, de Hamanis fortuna, seu Bacchanalibus Judæorum.

ברכת המזון BIRCATH HAMMASON, *Benedictio ciborum.* CII.

Lucem qvoqve vidit *Amstelod.* 462. C. 1702. 4. apud Salom. Props, iterumqve apud eundem an. 482. C. 1722. & qvidem hic cum figuris. Nec non *Hebraice & Judæo-Germanice*, ex ritu Judæorum Germanorum & Polonorum, *Francof. ad Mæn.* 480. C. 1720. 4. sumtu *Michaelis fil. Hene*, & ibidem 487. C. 1727. 4. sumtu *Salom. Aphtrod.*

Possideo etiam ברכת המזון R. *Nathan Spira*, cum comment. R. *Salomonis Luria*, & זמירות *Venet.* 363. C. 1603. 8.

Ex

Ex illo *benedictionum* libello *Jo. Bæschenstein* Augustæ Vindelicorum an. 1536. 8. plagula una edidit, die Danckſagung oder das Gratias, ſo die Juden nach dem eſſen ſagen, aus dem Hebräiſchen überſetzt. Teſtatur id B. *Georg. Serpilius* in Diſqviſitione vernacula de auctore hymni: Da JEſus an dem Creutze ſtund, p. 49.

ג.

cx. b. ס' גורלות SEPHER GORALOTH, *liber de Sortibus*, cujusmodi n. 97. enarravimus. Talem etiam habuit *Gaulminus*, cujus hæc lege verba p. 305. notarum ad libros de vita & morte Moſis: *de Oraculi genere* גורל *dicto, integrum MS. librum ex* Philippi Dagvin, *Præceptoris olim mei, χαμηλῶς deſcripſimus.* Suſpicor ego fuiſſe MS. Hebraicum vetus, non autem ipſius *Aqvinatis* fœtum. Similis libellus *de nativitatibus & ſortibus* ſed ἀκέφαλος & μείουρος MS. in Bodlejana, inter Codices Laudanos L. 6. in volumine chartaceo formæ qvarti ordinis exſtat, teſte Cl. *Jo. Gagnerio.*

cxiii. b. דיא געטרייא פאריסרין DIE GETREVE PARISERINN, i. e. *Fida Pariſienſis*, ſeu fabula Romanenſis, ex lingva Germanica in Judæo-Germanicam tranſlata ab Anonymo *Offenbaci* 481. C. 1721. 8. foliis 37.

cxiv. גלי רזיא GALE RASAJA, *revelatio ſecretorum.* Hunc puto eſſe librum, de qvo Catal. MS. Codicum MSS. Hebraicorum Biblioth. Taurinenſis ita: *Commentarii in Pentateuchum inſcripti* manifeſtatio ſecretorum. 2) *Ejusdem commentationis compendium. In calce: Terminavi hanc manifeſtationem ſecretorum die XV Tamuz* 5154. *per manus Nathanis filii Moſis.* Annus 5154. reſpondet anno reparatæ ſalutis 1394.

cxiv. b. ס' הגלגל SEPHER HAGGALGAL, *Liber de Sphæra*, bis apud me MS. exſtat. Vide Bibliothecam Vffenbachian. MS. compendiariam p. 31. n. 153. & p. 35. n. 166.

ד.

cxviii. b. דאפיא DAPHIA. Titulus eſt voluminis magni, manu in charta exarati, & ex codice vetuſto per Wolf ben Mordechai deſcripti Francof. ad Mœnum an. 465. C. 1705. in fol. Continet autem commentationem in Codices Talmudicos, qvæ incipit à *Berachoth*, & exſtat

exstat in Bibliotheca Oppenheimeri. Titulus ipse initiales tantum literas nominis Auctoris exhibet, quod ex superpositis virgulis intelligitur. Nomen vero ipsum adhuc extricare non potui.

דברי חכמים DIBHRE CHACHAMIM, *Verba Sapientum*: i. e. collectanea varia ex Rabbinis recentioribus, secundum Paraschas Pentateuchi, quæ exstant in libro אסיפת חכמים ולקוטי שושנים hic aucta ab Anonymo, & recusa, *Jesnitii* 486. 8. pp. 64. CXX. b.

דקדוקים DIKDVKIM, *collectio libellorum Grammaticorum*, de qva, in manibus mihi nunc versante, ita rectius & plenius habe. Continetur ea 1) מהלך שבילי הדעת R. *Mosis Kimchii*, cum expositione R. *Eliæ Levitæ* nunc auctiore. 2) פתח דברי Anonymi veteris Hispani. 3) ס׳ מאזנים & ס׳ צחות R. *Abraham ben Esra*. Venetiis 306. C. 1546. 8. apud Daniel. Bombergium, foliis 236. literis qvadratis & luculentis. Primus procedit usqve ad p. 51. II. usqve ad p. 131. III. usqve ad p. 194. IV. usqve ad p. 236. seu libri finem. Præfatus est ad hanc collectionem R. *Benjamin ben Jehuda* foliis qvinqve, ubi de ratione Hebraice legendi exponit. CXXXV.

דקדוק DIKDVK, liber Grammaticus copiosus, Anonymi ἀκέφαλος & μείουρος, membranaceus & chartaceus in 4. foliorum 123, antiqva manu apud me est ex Vffenbachianis. Vide Catal. MSS. compendiarium p. 49. n. 218. CXXXVII. b.

ה.

הגדה של פסח HAGGADA SCHEL PESACH, *Liturgia Paschalis*. Prodiit etiam *Sulsbaci* 476. C. 1716. 8. cum commentario per R. *Aaronem* additis figuris, fol. 44. Ex hac editione totum libellum Germanice conversum edere parat Mauritius Wilhelmus Christiani Keyser, Ex-Judæus, de qvo supra suo loco. CL.

Exstat & cum commentario R. *Jehuda Lebb ben Schimon* sub titulo: זרע יהודה *Offenbaci* 480. C. 1720. fol.

Sine commentario prodiit *Amstelodami* 489. C. 1729. 8. apud Salom. Props.

De hymno חד גדיא qvi in hac Liturgia legitur, vide qvæ scripsi supra in his supplementis ad num. 1830. d. Commemoravi ibi

Philippi Nicod. Lebrechti, Ex-Judæi, commentationem vernaculam de eodem hymno. Eam scias ex *Hermanni Hardtii Hædo*, *ænigmate Judaico*, Helmstadii 1727. edito, petitam. Prodiit non ita pridem *Christiani Andreæ Teuberi* חד גדיא לא ישראל h. e. Wahrscheinliche Muhtmassung von dem alten und dunckeln Jüdischen Oster-Liede: Ein Zicklein ein Zicklein Lips. 1732. 4. ubi auctor omnia huc pertinentia diligenter persecuturus cap. I. difficultates hymnum hunc interpretandi enarrat. cap. II. diversas ejusdem expositiones, nominatim Wagenseilii in der Belehrung von der Jüdisch-Teutschen Red- und Schreib-Art p. 98. *Rosenrohtii*, apud eundem, *Hardtii* ex Hœdo, porro Professoris cujusdam & alterius eruditi, anonymorum, tum Judæorum qvorundam percenset: cap. III. argumenta illarum expositionum affert, & examinat, deniqve vero capite IV. suam sententiam exponit. Non haberi vult pro ænigmate cujuscunqve generis, nec pro compendio rerum & fatorum Judaicorum historico, sed pro hymno ludicro, ad recreandos Judæorum animos in festo Paschali potissimum relato, sed simul tamen Divini Numinis Majestatem, omnibus rebus conditis superiorem, repræsentante. Non dubito, auctorem cuiqve, rerum intelligenti, sententiam suam satis esse probaturum.

הנהגות HANHAGOTH. Vide infra litera נ

CLXI. המון רבה HAMON RABBA de qvo Vol. II. inter Anonymos h. l. est Schelomo ben Abraham Algasi, de qvo Vol. III. p. 1022. diximus.

CLXV. ס׳ התחלת SEPHER HATHCHALATH, *instructio pro pueris & rudibus*. Talis exstat sub titulo: ס׳ התחלת וס׳ לשון מדבר בעתו מה טוב i. e. institutio, qvomodo tirones & rudes incipere debeant epistolas varii generis & argumenti, lingva Judæo Germanica, Homburgi ad clivum, ex officina Simson ben Salman Hena an. 484. C. 1724. 8. plagula una.

ו.

CLXV. b. ואתה תחזה VEATTA TECHESE, *Et tu videbis*, ex *Exod.* XVIII. 21. commentatio MS. *de Metoposcopia*, על חכמת הפרצוף, qvam Venetiis exstare ex literis Judæi Veneti accepi.

ויכוח

ויכוח הדת VICCUACH HADDATH, qvem Vol. II. ἀνώνυμον dixi, ab Abarbanele tribuitur R. *Abrahamo ben Chasdai*. Vide qvæ ſcripſi ſupra in his ſupplementis ad num. 79. CLXXIII.

ז.

זייבן ווייזי מייסטר פון רום SIEBEN WEISE MEISTER VON ROM. i. e. *Septem Sapientes Magiſtri Romani*. CLXXXIV.

Prodiit dialecto Judæo German. 484. C. 1724. 8. foliis 28. apud Kœlnerum. De libello hoc, variisqve ejus & editionibus & verſionibus lege Celeb. *Jo. Alb. Fabricii* Biblioth. Græc. Vol. X. p. 339. & doctiſſimi *Heumanni* Acta Philoſophorum Tom. II. p. 501. & 958. tum Tomo III. p. 77. ſqq. ubi ſpeciatim de verſione Germanica ſæpius excuſa agitur. *Auguſtanum* an. 1473. in fol. publicatam affert Cl. *Schelhornius* in Amœnitatibus Literariis Tom. III. p. 129.

זמר עריצים יענה SEMER ARIZIM JAANE libellus chartaceus recens Anonymi MS, foliorum 27. in 4. in Biblioth. Oppenheimeri. CXCII. b.

ח.

חדושי גאונים CHIDDUSCHE GEONIM, *Novellæ obſervationes* ſuper Codd. Talmudicos *Bava Kamma & Mezia*, item *Sanhedrin* recuſæ, ſine loco indicato, qvem Francofurtum ad Mœnum eſſe intellexi, an. 485. C. 1725. 8. foliis 36. Potiora & tantum non omnia petita ſunt ex *Abrab. Broda*, Archiſynagogi qvondam Francofurtenſis, diſciplina & præceptis ore traditis. CCIV. b.

חורבן בית המקדש CHORBAN BETH HAMMIKDASCH, *Hiſtoria Excidii Templi*, Latine edita à *Jo. Sauberto*, ſub titulo: *de devaſtatione Hieroſolymæ & Templi ſanctiſſimi Hiſtoria, à Judæis ipſis concinnata, una cum devaſtatione urbis Betar & Tur Malca, nunc primum Latine recenſita*. Helmſtadii 1664. 4. Confer Bibliothecam Fabricianam Parte V. p. 340. CCXI.

ס׳ חינוך קטן SEPHER CHINNUCH KATON, qvem libellum *Deſſaviæ* prodiiſſe ſupra Vol. III. p. 1187. obſervavi. Idem CCXXII.

 puto,

puto, eſt, qvi ſub eodem titulo חינוך קטן excuſus eſt *Francofurti ad Mœnum* per Schelomo Salman Lunden an. 482. C. 1721. in 12. una cum קהלת שלמה plagulis tribus, ſed in claſſes XV. diſtinctus, & ſubinde auctus.

CCXXIV. חפץ השלום CHAPHETZ HASSCHALOM, vel rectius *Chaphetz Haſſchalem.* Vide, qvæ ſcripſi in his ſupplementis ad num. 327.

י.

47. ויצא גבול בני] יותר מאשר נחלו והולך ומפרש כי לכדו ללשם וישבו בה והוא הפך זה כלומ׳ היה חבולם פחות מהם ולכ׳ עלו ונלחמו עם לשם כי כמ׳ שימצא השם ומורה לתוספת כן יורה לגירוע לפי מקומו· ובספר שופטים תולדות מתי נלחמו ואין מוקדם ומאוחר בנבואות כי לשם היא ליש לפי דעת רוב המפרשים:
50. על פי יי׳] על ידי אלעזר באורים ותומים
51. בגבול בשלה] הגורל לא היה כמספר ההרים אלא על רחב הגבול וארכו:

CAP. XX.

Verſ. 6. עד עמדו] מעת עמדו למשפט שאם יצא מחוייב לגלות ישב שם עד מות הכהן הגדול:

CAP.

CAP. XXI.

Vers. 3. יש לשאול אחר שאמ׳ הכת׳ מאת חרב חרבו [ויתנו בני ישראל
איך נתנו משבט יהודה שש ערים מכלל מאה ומשבט דן ארבע
וכלל עריו יא׳ ונא׳ כי ערי יהודה היו גדולים ומשל דן
היו קטנות :

11. נתחלפה התנועה ובא כמ׳ ויהי לי שור וחמור [אבי הענק

12. מלמד שלא נתנו לכהנים כי אם גוף העיר [ואת שדה העיר
ומגרשיה :

41. אע״פ שהיה מספר הלוים מעט מכלל [כל ערי הלוים
השבטים לקחו מת׳ כמ׳ ערי . . . שלשת שבטים אולי צריך כל
נחלה היה מאת הלוי ;

CAP. XXII.

Vers. 1. אותם שהיו במלחמה כי שלחם כולם גם ראובן וגד [אז יקרא

8. השומרים העריכם מעבר לירדן בבזה יקחו חלק : [חלקו שלל

10. להיות למראית עדות ולא לזבח [גדול למראה

11. פי׳ פיאתה ומקומם ומ׳ ויסב מאצלו אל [אל מול ארץ כנען
מול אחר :

12. שהמשכן נקבע בשילה ונאסרו הבמות [ויקהלו

14. היה נשיא לבית אב וראש לאלפי ישראל [ואיש ראש

27. שיש לנו חלק בארץ ובמזבח יי׳ [כי עד הוא

CAP. XXIII.

וכפל למדן כלומ׳ יהיו כמ׳ שוטים להכות וליסר [ולשוטט
בצדיכם :

CAP. XXIV.

Vers. 4. כמנהג העברי להתחל מאשר השלים כמ׳ פן יראה [ואתן לעשו
בעיניו :

14. יש ספרים שהריש בשורק וגם הוו כן וטעות הוא [ועתה יראו
כי האלף נחת בצוני כני שלא ינחת מנזל יי׳ ראה וכפי אותם
הכפרים הוא במשקל זכורו :

ו״ל מקרא בלב תמים ויהיה תאו בכל מקום [בתמים

Verf. 26. אצלי כתב הברית הזאת בספר] בכפר תורת אלהים
שהוא הורית השם ועבודתו ובו חקותי ותורותי כי לא יתכן
שיהיה בספר תורת משה :
30. ובמקום אחר תמנת חרס כמו שמלה שלמה] בתמנת זרח
32. יתקיים דבור יעקב אבינו עה ואני הנה בתתי] קברו בשכם
לכה שכם אחד על אחיך אשר לקחתי :

LIBER JVDICVM.

CAP. I.

Verf. 1. על ידי אורים ותומים] וישאלו בני ישר׳
ר״ל מי ילך כמו יעלו בתהו] מי יעלה
3. לשבט שמון שנחלת שמעון וכללת בנחלת יהודה] ויאמר יהודה
10. מנהג הכתוב כשירצה לפרש הענין הנזכר עוד מבארו] וילך
במקומו :
16. יתכן אחר ששב יתרו מהר סיני אל מדין לקח] ובני קיני
בניו וכל ביתו ובא אל ישראל :
Ibid. מעיר התמרים] i. e. יריחו
Verf. 23. לשון חפוש ואינו יוצא כמו כשלג ילבינו] ויתירו
28. נם זה ראיה לברי במלחמת מצוה] וישם את הכנעני למס

CAP. II.

Verf. 1. יש אומרים הוא יהושע ויש אומרים הוא] ויעל מלאך יהוה
פנחס והנכון הוא שר צבא יי אשר נראה ביריחו ושם כתו׳
ויחנו בני ישר׳ בגלגל והכתו׳ מדבר כדרך בני עם :
Ibid. הוא מקום שנקרא לאחר כן] אל הבוכים
Ibid. עתיד תחת עבר ואפשרות השלח והשליח נמצא] אעלה
בעברי ענין אחד ;
Verf. 3. ו״ל שזה מקרא מקוצץ וטעמו יהיו לשכים] והיו לכם לצדים
לצדדים
6. וכבר שלח רק כתב זה עוד כדי להזכיר ויעברו] וישלח יהושע
את יי והזכירו ויפרש כדי לומר תם כל הדור ההוא

CAP.

Cap. III.

Vers. 2. שאין הכנענים נלחמים בישראל ונצחים אותם [רק למען דעת
כי למען יעברו את יי׳ :
Ibid. שהיו עוברים את יי׳ i. e. [רק אשר לפנים לא ידעום
Vers. 11. כולל שני השעבוד והחשקט ומונה אותם [ותשקט הארץ
שאם לא כן יעלו הרבה כל השנים הנזכרות בספר זה ואין
יותר מתפ׳ שנה מיום צאת ישראל ממצרים עד יום שנבנה
המקדש :
15. כמו ואל תאטו עלי [איש אשר יד ימינו
16. פיר׳ אמה וכן וגמדים במגדלותיך אנשים קצרי [גמד ארכה
קומה כמדת אחת :
מקום שפוסלים שם אבנים ויש לומר פסילים [מן הפסילים
ציורים כמו פסל :
20. עלייה עשויה לישב בה הרוח ביום חום [בעלית המקרה
כי מנהג המלכים והשרים להיות בתי קיץ ובתי חורף :
22. החלב או הלהב [ויצא
Ibid. פיר׳ לפי מקומו וה״א זבל הכרס והוא הפרש ותהיה [הפרשדנה
הדלת נוספה :
23. ימ׳ שהיה לבית החיצון מקומות לחושב בני [המסדרונה
האדם סדרים סדרים והנכח שאין לו דומה והה״א לשניהם נוסף
לפי שהוא מלעיל והוגן להפארת :
29. ר״ל כל איש שמן וחשוב וגבור בענין ויהוג במשמניהם [כל שמן
וכן וישמן ישורון כלומ׳ ותחזק ונתגבר :
30. כמ׳ שפירשתי בארבעים שנה [ותשקט הארץ

Cap. IV.

Vers. 2. שם מקום וי״ל מלשון החרש והאמיר כלומ׳ [נחרשת הגוים
יער ויהיה הגוים כמ׳ מלך גוים אחד ובבאת בהבאת הרעת כמ׳
ויפקדם בטלאים ;
4. שם אשה ולהיותו ברק הוא ורך סברא מי [אשת לפידות
לפיד וברק דומה במענה:

Verſ. 5. [והיא יושבת משפטו והיא דבורה יושבת תחת תומר ורבים כן·
את חקך אשמר את עמ· ולהיות תופר שם מקום מלת תחת
תכחישנו רק כמ׳ כתמר מקשה· ותומר ותמר אחד· והזכיר
זה שלא נמצאת בעירה כששרתה רוח אלהים עליה:
ושלחת וקראת לברק· ואילו היה ברק לפידות אישה היה כת׳
ותשלח לאישה ברק:
6. [מקדש נפתלי כמ׳ בית לחם יהודה שנסמך על שם עצם
Ibid. [לכה ומשית אינגו נוגע רק טעמו תמשוך אותם בדברי משך
ופתויי תמוך שהיו יראים לצאת במלחמה מפני סיסרא:
Verſ. 11. [וחבר הקיני הזכיר זה בעבור יעל
18. [ותכסהו בשמיכה כסות עשוי מן צמר והצמר וראת למעלה
מן הארג:
19. [נאוד החלב כמ׳ נבל יין לפעמים בסמיכם המלה אל אשר
כתוכו:
[ותחתר ברקתו ונקרא הצדעך ככת מפני דלות הבשר וכיחושו
קרוב הרשון רקות בשר:

Cap. V.

Verſ. 1. [ותשר דבורה יא׳ כרות הקודש אמרה השירה הזאת אע״פ
שאין בה עתידות ומנהג הנשים ידועה:
2. [בפרע פרעות אימתי נוקם השם ית׳ נקמות ופורעניות בעבור
ישראל כשיתנדבו העם וישובו ממעשיהם הרעים ויברכו את
י״ וי״מ כפרוע פרעות מלשון ופרע את ראש האשה· כשפרעו
בני ישראל על דברי תורה נמסרו ביד אויב עתה בהתנדבם
יברכו ה׳ על הישועה שעשה להם:
Verſ. 3. [שמעו מלכים תפש המלכים והרוזנים והכל בכללם ולפעמים
יהיה הצווי בכלל לא לאדם מיוחד כענין חזקו ידים רפות·
סלו סלו המסלה:
4. [יהוה בצאתך משעיר החלה לספר גבורות השם שעשה עם
ישראל כי בבוא ישראל אל הר שעיר בשנת הארבעים אז
הירה להם ועם לאור עולם:

Ibid. בלי לשון כמנהג השיר והפירדה ישוערת [משדרה הארוכים
ישראל ואשר כבדם השם יתעלה במתן תורתו כנזכר זה סיני·
ואש׳ אמ׳ ארץ רעשה כענין ותבעט ותרעש הארץ שמורה על
מלחמת הגוים· וכן אלה מתוסן יבא· ועזרת השם ית׳ לישראל
והתפארם בתורתו· איננו כי אם בלכתם בעבודת השם ותורתו·
כי הוזכו בהתנדב עם:

Vers. 7. ברגש הלמד שהוא באתנח בלי תועלת רק להפארת [חדלו
8. ויל יבחר אליהם מושיעים חדשים דור [ובחר עליהם חדשים
דנר ופרוסיו בעבור עצמה וכרק:
8. עבר כמ׳ כי חפץ [אז לחם
Ibid. פרשתיו כי האויב מבריח ארבעים אלף בישראל [בארבעים אלף
עד שקמתי דבורה:

Vers. 10. כמ׳ צחר צחר [אתנות צחרות
11. קרוב מלשו׳ לתנות את בת יפתח [שם יתנו צדקות
13. החלת לספר השיר שאמרה עורי עורי דבורה [אז ירד שריד
ובאו מלרע· כחבירו לבשי עת· אז ירד יש׳ שהיתה שריד
ופליט לאדירי עם למחנה סיסרא ומם לאדירים נוסף כמם
במצלתים נחשת· אמרים אמת ה׳ וכל זה לא היה מגבורת
השריד אבל ה׳ ירד לי בגבורים ידר בשקל יצר ה׳

14. החלת לומר מי ומי החולכים למלחמה· מן שבט [מני אפרים
אפרים שרשם עלו והלכו להלחם העמלקי מאריך אי אפרים
בא בנימין ונתחבר בעממיך ומן מכיר ירדו מחוקקים וחושבים
כנערכת המלחמה ואיך ינצחו לאויב ולכמ׳ כן משבט זבולון
אפילו הסופרים ומושרים בשבט סופר הם ירדו למלחמה:

16. משפתי המערכות קרוב מלשון שפורת הסיר: [בין המשפתים
ור׳ יפת ז״ל אמר מני אפרים זה יהושע שנלחם עם שורש עמלק
שב׳ ויחלוש יהושע· אחריך זה שאול: בעממיך כנגד עמלק·
מני מכיר גדעון ויפתח ויאיר· ומזבולון אילון הזבולוני· ושרי
היור ניסף והוא תולע בן פואה· ואמר החכם הנזכר נראה
כי דבורה משבט יששכר· באמור עם יששכר· ואינו קרוב:

Ibid.

Verſ. 16. קול המחנות מי הוא הנוצח [לשמוע שרקות
דרך משל או כדרך ועל צבא המרום במרום [מן שמים נלחמו
22 נגע· ונמצא יוצא הלשוני בל ידעתי· וכן רבים הנה [אז הלמו
וחלפה רקתו עם כחציר יחלוף:
23. וכנראה שהיתה מרון קרובה ולכ׳ ארורה : [אורו מרון
Ibid. שכל מי שלוחם מלחמות ישראל וקרא לוחם [לעזרת יהוה
מלחמית יי׳ כי מלחמות יי׳ ארני נלחם :
Ibid. בית העזר עם גבורי ישראל [בגבורים
25. ר״ל הוא תואר לספל והיוד והמם נוספים כמ׳ [בספל אדירים
פר בן בקר התמים· וגם יקרא כלי עור ספל הלא הספל מים :
26. תשלחנה הנון נוסף מנון כי בוש קצירה [ידה ליתד תשלחנה
תשברנה· ו״ל כל אחת ואחת מודיה לפי שאמ׳ וימינה להלמות
והוא שם כלי המקבת :
Ibid. מוסב על ליתד שעברה מצד אל צד ויתכן שיהיה [וחלפה
וחלפה מוסב עלי על כחבירו ויהיה יוצא :
27. כפל הדיבור ומה שאמ׳ בה אלהים יהיבו לפירושם [בין רגליה
28. דרך סברה ו״ל ברוח הקדש [בעד החלון נשקפה

CAP. VI.

Verſ. 3. פעם לשו׳ יחיד ופעם לשו׳ רבים [והיה אם זרע ישר׳
4. יבול כמ׳ יקום והנכון הם הפוכים ולא מספיק [יבול הארץ
לשנים ולא שה ושוה:
8. יא׳ זה פינחס וי״ל הוא גדעון ומנהג הכת׳ לכלול [איש נביא
הענין ואחר כן שבו מפרש :
12. מעתה יהיה השם עמך ותהיה גבור חיל [יהוה עמך גבור חיל
החיל :
15. בא בדרך אל קום שטעמו אל כפי הדל [הנה אלפי
במנשה :
24. עודנו מוסב אל גדעון כל עודנו בעפר׳ אמ׳ [עודנו בעפרת
לו השם :
25. ידוע כי שור שם לגדול ולקטן כמ׳ שה· [קח את פר השור
ואמר אשר לאביך נוכל ממאמרו את המזבח הבעל אשר
לאביך :

לאביך: כי פר היה יואש מגדלו כדי להקריבו לבעל· ולכ׳ לא
הזכיר מה עשה לו גדעון· כי לא הורה צריך בזה· ומאמר
בֹּה כי שמנה דברים הותרו באותו לילה חוץ ושר וכלי שרת
ולילה ועצי אשרה ומוקצה ונעבד אין כולם בפי׳ מבואר· כי
אמר ופר השני רק פר השור והבעל אשר זנו ישראל עליו היו
שבע כאשר הורה בראש הענין ויתנם ה׳ ביד מדין שבע שנים
ולכ׳ הראה שלא העלה גדעון במזבח שבנה כי אם הפר השני
לבדו· ומפרשים שרצו להחזיק דברי קדמונינו אמרו שהיו מפוטמים
שבע שנים ושמו ו״נ ופר טסף:

Vers. 27. ויעש לילה] ויהי בלילה ההוא ושנ׳ באותו לילה יש לום׳

32. ירבעל] ירבעל וירובשת אחד הוא

36. ויאמר גדעון] ממחרת וישכם מוכח וסופו הלילה בחזון

38. ויזר את הגזה] שחיטה לשו׳ זורו לא מלשו׳

Cap. VII.

Vers. 3. ויצפר] כמ׳ ו״ל קהלת להקת כמ׳ לך ואצרפנו שאמ׳ הוא ויצרף
ולצפירת תפארת לשו׳ סבוב:

5. על ברכיו לשתות] וראה ימין הבט כדרך לבד אותו תציג ר״ל
שהיה ראוי וראה בשמאל:

13. והנה צליל לחם] הגיגי בינת כת׳ עיניו ונכפל אש· צלי מלשון
ויש לפרשו מן לקול צללו שפתי וטעמו והגדה רעש לחם
שעורים לכ׳ אמ׳ מתהפך:

13. ויפל האהל] האהל: ראש על יורה או נפל וכבר

14. אין זאת] הפותר אמר כי שברו ונאמר . החלום פתרון
אין זאת בלתי אם חרב גדעון והחרב לעולם חותכת ושוברת
העצמות והבשר· כי צליל לחם הוא גדעון שהיה נחשב בעיני
מדין לאוכלו כלחם ודימהו לחם שעורים אם מצד שהוא בזוי
בנגד לחם חטים אם מצד שהוא חקירם: והפותר אמ׳ אין
זאת כי אם חרב גדעון:

19. ראש האשמורת] השני בשליש השנית האשמורת הוא
של לילה:

CAP. VIII.

Verſ. 13. עד זריחות החמה והנכון הוא מקום תמנ־ת [מלמעלה החרס
חרס

16. לשון יסור כמ׳ יודע צדיק נפש בהמתו· ויל׳ שהודיע [וירע בהם
להם מר־ עשו ואז הכם בקוצי המדבר שהיו יושבים בסוכות
ושם הקוצים סוכות שנ׳ התמלא בשיבות עורו·

18. אתה כמוה־ והם סמוך כמנהג כל שני כפין· [כמוך כמוהם
כעם ככהן:

24. כמ׳ וימכרו את יוסף לישמעאלים· ואחר [כי ישמעאלים הם
כן ויעברו אנשים מדינים· וכת׳ על פני כל אחיו נפל:

27. כמ׳ אפוד שענה בעתידית עשהו לענין [ויעש את גדעון לאפד
זה לא כצורתו ולכ׳ זנו אחריו כל ישראל:

33. והם כתני במור־ת לעז או הטע־ [וישימו להם בעל ברית
שזנו אחרי הבעלים ועבדום אמצתיים לאלהי ישראל כאלו שמו
בעל ברית לשם ית׳

CAP. IX.

Verſ. 4. קלי כוח מלשו׳ פיו במים [אנשים רקים ופחזים

9. נתחלפה התנועה כי הוא בשקל העמדתי· [החדלתי אר־ת דשני
ויש מדקדקים שהוא מבנין הפעל שלא נזכר שם פועלו בשקל
הנחלתי לי ירחי שוא־ ותוסב הקמץ לחיר־ת כמ׳ כי החליתי
אעפ שהא החליתי בקמץ והוא החדלתי בסגול וכל זה משל
שהניחו הנכבד והחרו האשר והוא אבימלך שהוא בן פילגש
והוא פחות כנגד אחיו· והדרשנים דרשו העצים הם ישראל והזית
הוא גדעון ותאנה היא בנו וגפן בן בנו והוא שאמר משל בבני
גם אתה· ואחרים אמרו הזיר־ת הוא עתניאל· תאנה דבורה·
גפן הוא גדעון:

9. שהיין על הנסרים [אלהים ואנשים

18. בעבור חשבון שלם אין הפא מקפ׳ בעבור [את בניו שבעים
חסרון הא:

Verſ.

Verſ. 31. שם מקום ואינו לשו׳ תרמית כמ׳ רעת זולת׳ אעפ [בתרמה
שעשה זה בלט ובסתר שלא היה נראה שהוא נוטה אחר
אבימלך :

45. שמה לשממה ולהשחתה כענין ארץ פרי למלחה [ויזרעה מלח
ומלת זהועה משתפת זורע שולה והרבה כייצא זה :

46. כמ׳ בצריכים ובסלעים שכן שן הסלע והוא [ויבואו אל צריח
עליון וי״ם כי נקרא כן ששם עומר הצופה וצועק וצורח לכל
אשר יראה :

Ibid. ושם היה עז שלהם [בית אל ברית

48. הוא נפארה שכם [הר צלמון

CAP. X.

Verſ. 1. שם איש אבי אביו [בן דודו

8. משנה ההיא כמ׳ בירת בבשר ובלחם [בשנה ההיא

9. המלחמה [ותצר לישראל

16. מלת נפש תאמר על הרצון לאסור שריו בנפשו [ותקצר נפשו
כאילו קצר רצונו מלחדות בם :

17. פטע׳ ויצפק ברק [ויצעקו בני עמון

CAP. XI.

Verſ. 1. שבא אליה דרך עראי ונקרא גלעדי שהולידו [בן אשה זונה
גלעד שנ׳ ויולד גלעד ארת יפתח ואין זרח גלעד בן מכיר
והשנים יוכיחו :

3. בלא אשה ובנים [אנשים רקים

6. טג׳ קצה שכן מנהג שהוא ראש לישב בראש [והיית לנו לקצין
העם שהוא קצה ויתכן להיות הנון שורש רן כל קצינים :

13. חצי ארץ בני עמון שלקח גד [כי לקח ישראל

24. עז או של מואב היתה ונראה שגם בני עמון [כמוש אלהיך
נטו אחרי כמוש :

26. מזה ראיה לדבר ששנות השעבוד נכללות [שלש מאות שנה
עם שנות השופטים :

31. לא כל יוצא רק אשר יכון שיוצא לקראתי [והיה היוצא

 והעליתיהו

כמקום עילה וי״א או העליתהו עולה· כמו]והעליתיהו עולה
מכת אביו נאמו ולא העלה את בתו עולה כאש׳ חשבו דלי
הדעת כי כן כת׳ ואבכה על בתולי ולא אמר לעצמה:
Vers. 34. כלומר מנפשו· ודעת בעל המסורת]אין לו ממנו בן או בת
ידועה ה׳ סבירינן ממנה וקרי ממנו:
37. אריר מן המצפה אל ההרים: כי המצפה]וירדתי על ההרים
מקום גבורה י״מ מן אריר בשיתי הפוך· והנכון לשון הליכה
כענין ולא ירד עמנו מלחמה:
39. ענין הפסוק הבא אחריו· לא כמו]ותהי חק בישראל
שאמרו בה שנזכר חוק שלא יעשה אדם עד ככה· ואמר שאלו
הלך אליו פנחס או פנחס בא אצלו היה מתיר נדרו וזה
בפירושים אחרים מוחלין לו·

CAP. XII.

Vers. 2. בבני עמון כו׳ אלהים שלחני ורוחו]ובני עמון מאד
4. אותם שנשארו והיו פלטים בתחלה]כי אחרו פליטי אפרים
היו מפחיתים את הגלעד מה אתם גלעד בתוך אפרים ובתוך
מנשה· וי״א כי אמרו· היו מכירים בני גלעד את פלוני כי גלעד
בתוך אפרים בתוך מנשה:

CAP. XIII.

Vers. 2. אעפ״שכ׳ לא יהיה בך עקר הכת׳ מדבר על הרוב]ואשתו עקרה
5. כי זרה אלהיו על ראשו]כי נזיר אלהים
14. כל האכל שנכנו עמו יין או חומץ]וכל טמאה אל תאכל
16. הבשר יקרא לחם· ארת קרבני לחמי]לא אכל בלחמך
25. וא עתת שרתה עליו רוח יוי פעם ראשונה]והחל רוח יוי
וי״א מלשון ותפעם רוחי והנכון אגלי מלשון פעמי דלים· ותאות
וירד שמשון תמנתה· ומאמרו רוח ה׳ כן מנהג הכת׳ להתלות
רוב הפעולות על השם:

CAP. XIV.

Vers. 4. הוא מבקש וכשך שיהא מוסב אל השם]כי תאנה הוא מבקש

CAP.

Cap. XV.

Verſ. 7. י״א אם תשרפו את אשתי ולא תשיבוה לי לא [אם תעשון כזאת
אשקוט כי אם נקמתי בכם· ואצלי ויאמר וכבר אמר אם
כזאת אתם רגילין לעשות לתת אשתו של זה לזה:
8. שוק הוא ההולך רגלי וירך הוא הרכב· וי״ל [שוק על ירך
הכה אותם עד שנפלו והיו שוקיהם על ירכותיהם כדרך
החללים:
Ibid. הוא שן הסלע כדמות סעיף האילן וכן [וישב בסעיף סלע
תחת סעיפי הסלעים· וי״ל הוא כענין בנקרת הצורים מלשון
מסעף פארה:

Cap. XVI.

Verſ. 5. נפתה לשון עבר· וטעמו אנחנו ערבים [ואנחנו נתן לך איש
בזה וכאלו הכסף נתננו בידך והנה סרני פלשתים היו חמשה
ויתן כל אחד ואחד אלף ומאה כסף: וי״ל נתן לך איש
כלומ׳ בעל זולות שמשון ויהיה וו חסר מן אלף ומאה כסף:
7. פי׳ ר׳ דוד הקמחי שהם שבטים כי מה ענין [יתרים לחים
לחבלים הנעשים מהפשתן או מקנב להוות לחים או יבשים·
וקראם יתרים כי כן עושים מן השבטים עודם לחים שיוכלו
לקפל אותם· ויפא פי׳ ויתכן שיהיו יתרים מן גלד לכ׳ אמר לחים
כי ברצות אכם שיהיו חזקים מכנים הגלד במים· וכן רוב יתר
הקטרת כוננו חיצם על יתר:
13. הם קוצותיו· ור׳ יונה אמ׳ מפני שהן דומין [מחלפות ראשי
לסכינין נקראו כן שנ׳ מחלפים תשעה ועשרים· ואצלי מפני
שהשיער מתחדש כמו העשב כנזכר חציר וחלף נקראו מחלפות:
20. כי נחתך וסר אלהים שעל ראשו [כי יהוה סר מעליו
26. י״א ענין משוש· והנכון מן לא ימיש· [והימישני את העמדים
ומלת את תחת אל כמ׳ והראה את הכהן:

Cap. XVII.

Verſ. 1. י״מ פרשה זו ופרשת פילגש בגבעה [ויהי איש מהר אפרים
בתחלת השופטים היה: וראיתם וישימו להן בני דן את הפסל
כל

כל ימי היות בית האלהים בשילה· ופילגש בגבעה כת׳
על יבוס אשר בירושלים לא נסור אל עיר נכרי נראה שלא
כבשו לירושלם· ואין צורך:

Verf. 2. ויא אמו זאת דלילה לפי שכת׳ אלף ומאה כסף [ויאמר לאמו
וזו דרך סברה:

3. ויא אמר להשיבה והנכון וישב השני וכבר השיב [וישם את אלף

7. אמו היתה משבט יהודה ואביה לוי [כמשפחת יהודה

Cap. XVIII.

Verf. 1. לפי שהמלך שולט ומושל ומזהיר נקרא כל [אין מלך בישראל
מי שיוכיח ויזהיר מלך בשם השתוף:

5. באפד ותרפים ולא הזכיר כמ׳ להביא את [שאל נא באלהים
ספר הזכרונות

7. כמו עמדתי מרטיר ובטל משריכם [ואין מכלים דבר בארץ
ונתבאר בסוף הענין אין מחסור כל דבר ומלת ואין מספיק
לשניב וטעמו ואין יורש עוצר: כלומ׳ אין להם מושל שירש
אותם להיותו עוצר עליהם ויהיו תחת רשותו כמ׳ אל יעצור
עמך אנוש:

24. מורה שלא לקחו מבירת מיכה כי אם [את אלהי
הפסל והתרפי׳

30. הנון תלוי תקון סופרי׳ כמ׳ חזיר מיער [בן מנשה

Cap. XIX.

Verf. 2. פי׳ לשון מרד וחטא שהאשה עושה [ותזנה עליו פילגשו
לבעלה יקרא זנות· ויא הלך שהוליכתה אל בית שילה
להשקותה מי שוטה· כמוכן בית י׳ אני הולך:

11. ירד· פי׳ הפעל נחסר מהעבר כמ׳ קח על מים [והיום רד מאד
הכים· ויל׳ שהוא מנחי העין וההוראה עמם ירד חלוקי עקר
ואחודי ענין:

25. עשו בה מעשה תועבה תציקת חדודי המשכב· [ויתעללו בה
והאיש המחזיק בעל הבית היה· וסמך לדבר אשר ארונה שם
שהוא בעלה ומצד שהוא פילגשו ולא אשתו ממנו נקרא ארונית:

Cap.

CAP. XX.

Vers. 16. העין בחטף פתח ויותר נכון שנ׳ כי ההא במלה [אל חשערה
זו למנוקב משנאמר שההא נוסף לפי שהמלה מלעיל כי מצאנו
תסמר שערת :

33. כלומר מצד הגבעה מ׳ כמער איש לויות · [ממערה גבע
ותחתיו מעבר איש לויות · ויל לשון גלוי כמ׳ ערות על יאור · שהיה
שם מקום מגולה יותר מכל סביבות הגבעה :

42. שהיה בנימין בתוך ישראל והאורב · וים ואשר [משחיתים אותו
נעאכו מבנימין בעריהם ולא יצאו להלחם באם ישראל
ומשחיתים אותם בתוך עריהם :

48. שם מג מתי מספר · ואלה שמודיע הכתוב ויכום [מעיר חתם
לפי חרב מה הרגו חוץ מהכ אלף כי בתורה מודיעה שבט בנימין
מה אלף ותר :

CAP. XXI.

Vers. 22. ר״ל לא יכולנו לקחת ממלחמת אנשי יבש [כי לא לקחנו
גלעד לכל איש אשתו כי אם תר לבד · בנותיכם לנשים
בעת הזאת ותהיו אשמים מפני השבועה · ווא כי לא לקחנו
בתים׳ וכי לא לקחנו כל נשותיהם במלחמה והרגנום אם כן
מן הדין עלינו לעשות תקנה בעבורם :

25. הזכיר זה בעבור פסל מיכה גם יתכן [איש הישר בעינו יעשה
מעשה הלוי שנתח לאשתו והתקבץ ישראל כאיש אחד לעלות
במלחמה עם בנימין ומעשה בנימין עצמו והחרימם לעלות
כל ישראל ומסיבה זו נהרגו אנשי יבש גלעד כהרגו גוים
נקיים ועוד שנשבעו שלא יתנו לתרים אשה ושבו
והתירו על דרך תחבולה כל אלה רמז הנגאי כי האדם
ראוי לעשות שהוא ישר בעיני ה׳ :

Finis.

Addam his illius *Aaronis b. Joseph*, præfationem ad Commentarium integrum in *Josuam*, *Judic. Samuel* & *Regum* cum initio ejusdem quem exhibet Codex *Warneri* 63. in 8. membranac. secundum Catalogum Bibliothecæ Lugduno Batavæ pag. 408. b.

אמר

אמר אהרון בן יוסף הואלתי לפרש ספר ראשונים ואחרונים ואלהי ישעי יהיה בעזרי וינקני משגיאות והוא עדי וסהדי שלא נתכוונתי בזה כדי להתגדל באנשי דורי רק שתי סבות העירוני במחשבה זו· האחת יען ראותי כי האריכו חכמינו ז״ל כל פרושי המקרא ביותר עד כי לפעמים יצא הקורא למצא חפצו וכמדומה לי שזו הדרך ראויה למתענגים אבל באנשים אשר ארכה גלותם ונוספו הצרות אין יסבול זה ואיך יוכל לתור בעניני חכמה אחרת :

והסבה השנית שאין פירושים על פי הדקדוק ויתר דברים אינו כדאי להזכירם כי ידוע כי ספריהם נעתקו מלשון ערבי אל עברי והמעתיק אותם לא היה בקי בשתי הלשונות ונראים דבריהם העקרים כמשובשים כי אני כל מורה שאחבר מכח דבריהם הוא ובכל אשר ימצא זולת הנבון הוא ממני ולא מדבריהם· וממה שאני צריך להודיע עוד כי רוב המפרשים אומ׳ ד׳ וה׳ פנים בענין ונראה לי שזורה הענין מתוך העלמת האמת בדבריהם ומדלות ידיעתם בעיקריהם ולפעמים משימים הדרש בדרך פשט ואין מפרשים ביניהם וזה מוסכם מאת כל חכם לב שסברת חדש מסברת הפשט חלוקה זו מזו : וראוי למפרש לבחון הדברים בין בעיניין בין בדקדוק ולכל אשר יפנו ללכת אל מהות עניין לא יסבו בלכתם כי שורש כל קנין נתנכן כל בנין הכתב והלשון והציור והמנין ואין לאחר מהם מציאות מיוחד ולא ידמה נפרדת ולפיכך ראוי לאדם להשתדל בענין החכמה כי אשר יאחז בכח הדמיון לא ימלט ממראות משתנות ואין קצה לתבונת ותהיינה דעותיו חלושות ולא יצא מן המורגלות לעמוד בגדר הגבולות והמכתב אשר בידינו ידוע שהוא כדמות הגויה ותוכו כמו הנשמה ומפני זאת הסבה נחלקו המפרשים וזה אומר ככה וזה אומר ככה עד יבוא מורה צדק ויורה לנו האמת ; מכל מקום האמת איננה נעדרת ברובי המקומות· ואני איני מבטיחך בכל מקום לכתוב פרושים שהן דחויים ומשובשים. שאני יודע כי מבלי הראותינו שבושם אין דעת המבינים נוטה בהם :

ועתה אחל בספר יהושע והשם לי יהושיע :

אחרי· מלשון אחרית והקבוץ אינו מורה על רבוי ונאמ׳ כן שזה הספר מתחבר בסדר התורה המזכרת באחרונה מיתת משה ע״ה

משרת משה: כי היה נוהג במדות רבו· לאמר·

לאמור׃ כל לאמר טעמו לאמור לו׃ מבלי קצת והם אקראי׃
משה עבדי מת׃ נאמ׳ ככה כנזכר בתורה הן קרבו
ימיך למות קרא את יהשע׃ וכת׳ ויצו את יהושע בן נון ומצד שנוי
הדברים עוד הזכיר כן׃ וכבר ידעת כי רוב המשכילים ידינו מן הנפעלים
אל הפועלים אך חוקרי הדברים בעיון מופלא לא כן ישפוטו בנבדל
מהכל ית״ש כי איכה יצוייר מה שאינו מצוייר בעצם אמתתו באיזה
ידיעה יודע ואין מי ידענו מן הנגלה ידיעה אמתית רק מי שיתפרד
מעו המורגש ויפשיטנו פשיטות גמורה וימשוך דעתו בעולם העליון
וממנו יעלה אל עולם הנפש וזה לא יוכל לחכירו רק אחר הפשטת
עולם הדמות בכללו אז ישיג בקיום הנפש ובהשארותם ואם ילורה
אליו עזר ית״ש אז יפטיר עולם הנפש וישיג בעולם האלהות זה
הענין שהשיגו גדול הנביאים משה ע״ה וכפי ההפשטה בפעולות תהיינה
המדרגות זה מזה ולכ׳ רמז ליהושע משה עבדי מת שלא היתה עסקתו
כי אם בעסק האלהות לבד הן נמצא היה חפשי מהכל לבד היה נעבר
בעבדות השם׃ ואיך יתכן שהיו מתעכבים ישראל בעבורו ולכן אמ׳
ומשה עבדי מת׃ והלא לא עבר מומן הגזרה יום אחד רק נחסרו
חמשה ימים׃

CAPITA ALIQVOT COMMENTATIONIS R. *Simeonis Luzzati*, Doctoris qvondam inter Judæos Veneti, qvam *Discorso circa il Stato de gl' Hebrei & in particolar dimoranti nell' inclita città di Venetia*, inscripsit, ex Italico *Latine* conversa.

Volumine III. hujus Bibliothecæ pag. 1151. spem feci *Considerationum* aliqvot, qvæ in *Simeonis Luzzati* commentatione modo commemorata exstant, & ad nostrum institutum præ ceteris faciunt. Cum itaqve liber hodie sit rarissimus, & operis aliqvantum temporis adhuc supersit, ære me exsolvam, suppeditatis tribus extremis opusculi capitibus.

CONSIDERATIO XVI.

fol. 73. *De industria, studiis impensa, variisqve Doctorum apud Judaeos classibus.*

Qvæcunqve unqvam gens aut natio nomen suum immortalitati consecrare studuit, eam vel armis vel doctrina hoc egisse intelligimus. Græci famam suam, inventis præstantissimis qvibusqve artibus & scientiis, ad posteros transmiserunt, *Horatio* interprete:

— — Grajis ingenium dedit ore rotundo
Musa loqvi, præter laudem nullius avaris.

Romani eo adspirabant triumphis & dominatu.

Judæi, Summi Numinis auspiciis tuti, utroqve hoc momento apud gentes sibi æqvales celebritatem pepererunt, qvod apparet ex narrationibus, qvæ de rebus, bello gestis, in Scriptura Sacra & *Josepho* exstant. Atqve hic notari inprimis meretur, qvod eo potissimum tempore, qvo gratia divina jam exciderant, eorumqve imperium ad finem spectabat, ultimum & præclarum virtutis suæ specimen ediderunt ad instar candelæ, qvæ mox exstingvenda lucem & splendorem illustriorem spargere consuevit. Tota jam hominum universitas, illis tantum exceptis, qvas vel inclementia cœli, vel soli sterilitas, vel periculosiora maris itinera a molesta oppressione tutos præstabant, Romanorum imperio parebat, cum Hebræi soli, exigua hominum, si cum aliis gentibus comparentur, portio, sumtis annis & libertatem & religionem suam adsererent, vitamqve suam macello qvasi exponerent. Ex qvo factum est, ut Vespasianus & Titus, Imperatores bellicosissimi, aliorum etiam copiis adjuti, victoriam sæpe dubiam experirentur. Non minus tamen Hebræi nomen suum literis & scientiis illustre reddiderunt. Illis enim origo præstantissimarum qvarumqve scientiarum communi consensione tribuitur, qvod & *Eusebius* in libro de Præparatione egregie demonstrat.
fol. 74. Ipsa qvoqve Scriptura divinior gentem nostram tum a Sapientia tum ab armis feliciter tractatis passim celebrat, v. c. *Deuter. IV. 6. Hæc enim est Sapientia vestra & intellectus coram populis, ut audientes universa præcepta hæc, dicant: en populus sapiens & intelligens!* Postqvam vero divino decreto cedere oportuit, subacti a Romanis, destructo templo, Urbe expugnata, conculcata Religione, gente vero ipsa dispersa vel in captivitatem redacta,

dacta, non tantum omni rei militaris gloria, animis penitus fracti, excidebant, ſed & omne fere Sapientiæ lumen in illis exſtingvebatur, ſplendore eruditionis qvaliſcunqve obſcurato. Virtus enim commodis vitæ ali & ſuſtentari cupit. Omni vero hoc damno majus fuit vilipendium apud alios, quamvis alias defectus gloriæ ex re militari ſubjectionem qvidem & obſeqvium pariat, & vel ſic multi populi, aliis ſubjecti, non omnem famæ & nominis jacturam fecerint. Raræ exſtant urbes, qvæ abſoluto dominio utantur; multæ contra parent aliis, in qvibus tamen virtutis radii refulgent. Græcia, Romanis qvamvis ſubjecta, qvoad doctrinam alebat, celeberrima fuit, ita quidem, ut pro arbitrio ſuo illorum animos formaret, qvi leges ipſi erant daturi. Ex qvo dubitari poterat, utrum Romani vi & imperio ſibi Græcos ſubjecerint, an hi illos ſibi reddiderint obnoxios, qvando eos ad modulos ſuos fingebant, doctrinisqve ſuis, opinionibus & ritibus imbuebant. Poſtqvam vero barbaria oppreſſi ſcientia & artibus privati eſſent, ignobiles & obſcuri in Orbe verſabantur. Propterea Doctores Chriſtiani majorem ſe jacturam ex edictis Juliani Imperatoris, diſciplinarum uſum prohibentibus, qvam ex illis Neronis, Trajani, Diocletiani & Maximini, qvorum flagellis, cædibus & excidiis expoſiti erant, feciſſe recte exiſtimabant, probe ſcilicet intelligentes, hominum animos nihil magis qvam inſcitiam & ignorantiam deprimere. Bella, & victoriæ, præconiis & encomiis eruditorum deſtitutæ, non niſi ſtrepitum & clamorem referunt; literæ vero & ſcientiæ æternitatem præſtant. Judæi ſane, amiſſo imperio, miſeraqve & diuturna diſperſione oppreſſi, extremæ ignorantiæ proximi erant, niſi ſtudio Scripturam S. reconditis doctrinis prægnantem, intelligendi, ad qvalemcunqve eruditionem & ſapientiam ſibi comparandam excitati fuiſſent. Hic vero obſervari meretur, qvod, qvemadmodum religionis ſuæ ſtudium ipſos a diſciplinis externis prohibuit, veritos, ne diſſolutiore curioſitate ad opiniones erroneas aut pravas ſententias adducerentur; ita idem zelus & affectus eosdem adduxerit, ne ſcientias penitus abjicerent, ut vel ſic ad articulos fidei tenendos & Scripturam Sacram interpretandam idonei evaderent. Nec definire ego auſim, num Judæi cauſam habeant conqverendi de conditione temporum, qva per externa vitæ incommoda librorum copia & Scriptorum varietate privati ſunt, qvibus cum tempore ad ſatietatem erant abundaturi. Multi tempus rerum edax, & curarum literariarum potiſſimum perniciem criminantur: ego vero illud non tam rapacem prædonem, qvam immoderatum puræ & ſinceræ antiqvitatis amplifi- fol. 75.

catorem esse pronunciaverim. Vel comparaverim saltem cum mari, qvod, alios terræ locos submergens & ingurgitans, aliis arenosum & paludosum solum advehit, obturatisqve portibus & clausis accessibus aditum navibus præcludit. Eodem enim modo tempus aliarum rerum memoriam perdit & abolet, qvando interim alias mirum in modum auget, fimbriisqve & appendicibus commentorum & figmentorum amplificat. Sicut etiam mare, ut in eadem comparatione pergamus, gravia submergit, levia autem fert & sustinet; ita tempus doctrinas solidiores deprimit, & e medio tollit, vanas autem & levioris momenti conservat & ad posteros transmittit. Vt vero de eruditione Judæorum literaria per longum illud tempus, qvo captiva fuit gens, nec tamen omnem ejus scintillam amisit, constet; sciendum est, operam eorum, sacris literis impensam, ad tres classes præcipuas referri posse.

Prima est Rabbinorum & Talmudistarum; Secunda Theologorum philosophantium; tertia Cabbalistarum, & arcanas doctrinas profitentium. Rabbini apud Hebræos appellantur, qvibus cognitæ sunt traditiones, ad modum observandi & exseqvendi ritus Legis & ceremonias pertinentes. Hae enim per longam annorum seriem ore & sermone propagatæ sunt, inde à tempore latæ Legis usqve ad ætatem Antonini Imperatoris, qva a R. Juda, homine tunc celebratissimo, in certos aphorismos & tractatus sunt redactæ. Iidem Rabbini præcipiunt, Scripturam S. aliqvot in locis adeo obscuram esse & concisam, ut verum & germanum ejus sensum ingenii conjectura adseqvi non liceat; crediqve adeo non posse, sapientissimum Legislatorem interpretationem tam dubiam arbitrio & placito privati cujusque permittere voluisse; contra autem veri fieri simile, qvod idem expositionem illorum cum familiaribus suis & delectis communicarit, ut eam omni tempore ad posteros transmittere possent. Ita v. c. Scriptura Sabbatum instituit, cum occasu Solis vespera diei Sexti profesti inchoandum, non autem, fol. 76. definit, ad qvem terræ horizontem incipi debeat: qvi cum varius sit & infinitus, ex Scriptura ipsa ignotum est, cujus loci in solemnibus hujus diei festis inchoandis ratio præ ceteris haberi debeat. Eadem Scriptura festa qvædam certis diebus mensis, certæqve anni tempestati alligavit, neqve tamen exponit, utrum mensis, ex discessu Lunæ ab uno Zodiaci loco, & ad eundem locum regressu, qvi circuitus Astrologis audit periodicus; an potius ab una conjunctione Lunæ cum Sole ad alteram successivam; vel deniqve a prima apparitione Lunæ, ex radiis

diis Solaribus emergentis, usqve ad ſecundam apparitionem, qvando cum Sole conjuncta lumen ſuum penitus amiſit, computari debeat. Imo, ſi tertium hunc modum ſeqvi oporteat, dubium adhuc eſt, ſecundum qvod clima apparitio ejusmodi definiri debeat; ut alias difficultates, in hoc argumento obvias, omittam. Ita nec in definiendo anno deſunt, in qvibus hæreas: v. c. utrum ex duodecim Lunationibus, qvæ Muhamedanorum eſt ſententia, conſtet, atqve adeo, habito ad Solis periodum reſpectu, undecim diebus deficiat; an potius Solis ambitu & ad idem Zodiaci punctum reditu terminetur. Vbi præterea ultimum hoc momentum nonnullis premitur difficultatibus. Aſtronomi enim, in varias ſententias ſecti, aliam anni Solaris menſuram ſecundum *Ptolemæum*, aliam ſecundum *Albetanum* Arabem, aliam ſecundum *Copernicum*, aliosque recentiores, ex præceſſionibus Æqvinoctiorum & aliis varietatibus conſtituunt. Diſputatur qvoqve, ſi annus Solis curſui conformis reddatur, num Lunaris eo miſceri, & ſingulis tribus annis menſis unus intercalari debeat, qvod Hebræi hodie faciunt; an id ſingulis octo annis fieri præſtet, qvod Romanos aliqvando feciſſe conſtat. Diſputatur deniqve, utrum periodus, ſecundum qvam anni eadem ratione volvuntur, ſingulis XIX. annis abſolvi debeat, qvod Hebræi ſtatuunt, circuitum hunc 12. annis Lunaribus, deficientibus, & 7. intercalaribus, auctis, abſolventes, &, qvamvis ſic una hora ſuperſit, dies feſtos eodem modo, qvo in prima periodo, conſtituentes; an Romanorum potius ratio tenenda ſit, qvi annorum ejusmodi deficientium & intercalarium ambitum annis 24. conſtituebant. Hinc *Livius*, de Numa exponens, lib. I. Decade I. *Atqve omnium*, inqvit, *primum ad curſum lunæ in duodecim menſes deſcribit annum, qvem qvia tricenos dies ſingulis menſibus Luna non explet, deſunt dies ſolido anno, qvi Solſtitiali circumagitur orbe intercalares menſibus interponendo ita diſpenſavit, ut vigeſimo qvarto qvoqve anno ad metam eandem Solis, unde orſi eſſent, plenis annorum omnium ſpatiis dies congruerent.*

Omitto tot alias anni definiendi rationes, qvas *Scaliger*, vir doctiſſimus, in egregio & latorioſiſſimo Opere, *de Emendatione Temporum* recitavit. Ex his Rabbini conficiunt, Moſen oralis traditionis ope dubia hæc omnia & ſcrupulos amoviſſe. Circa ipſum circumciſionis ritum, noſtris adeo ſolemnem, in Scriptura nusqvam exponitur, ad qvod corporis membrum qvamve partem pertineat, imo vero auris a Prophetis non circumciſa vocatur. Jeremiæ c. VI. *Ecce incircumciſæ aures* fol. 77.

res eorum, *& audire non possunt*, & alibi passim. Hinc veri fit simile, omnia hujus generis traditioni & consvetudini esse relicta. In hanc sententiam seqvens argumentum adferri potest. Lingva Hebræa, literis vocalibus destituta, earum locum punctis qvibusdam, qvæ consonis substernuntur, utitur. His autem cum Sacer Codex per mille annos inde ab ætate Mosis Legislatoris usqve ad ætatem doctissimi Scripturæ Interpretis, teste ipso hoc Interprete, sine punctis exaratæ, destitutus fuerit; necesse est, statuamus, tanto temporis intervallo lectionem Scripturæ Sacræ traditionis ope esse conservatam. Ad sententiam hanc firmandam afferunt, qvadraginta illos dies, qvibus repetita vice Moses in monte Sinai, tempore latæ Legis, commoratus est, non effingendis duabus Decalogi tabulis tantum, sed & traditionibus, hujusmodi communicandis impensos fuisse. Vrgent præterea preces supplices, qvibus Prophetæ, & nominatim Psaltes Ps. CXIX. intelligentiam Scripturæ Sacræ, h. e. traditionum, ad Legem intelligendam relatarum, divinitus obtinendam utuntur. Omitto afferre multa alia argumenta, qvibus laudati Rabbini sententiam suam adserere consveverunt. His itaqve Doctoribus Judæorumq gens omni loco & tempore accuratum præstitit obseqvium in iis, qvæ ad observandos ritus & tenenda instituta, maxime cerimonialia, spectant. Firmissime etiam sibi persvasum habet, qvod cum illorum usus in oculos incurrat, nec per temporis vices mutationem ullam admiserit, Doctores laudati ad se omni fide ea pertulerint, qvae a majoribus suis observata esse oculati perspexerint, pro testibus adeo fide dignis & germanæ antiqvitatis adsertoribus habendi.

Seqvitur Classis secunda Theologorum eruditorum, vel, si placet, philosophantium, h. e. eorum, qvi rationem humanam cum auctoritate Verbi divini conjungentes Scripturæ Sacrae lucem afferre allaborarunt. Inter hos numerari fas est duos illustres viros, qvi eo tempore floruerunt, qvo gens Judaica aliqvam libertatis speciem obtinuit. Eorum alter est *Philo Alexandrinus*, qvi ante excidium Hierosolymorum tempore Caji Caligulae vixit. Ad hunc enim cum Legati auctoritate a Judaeis missus est, qvemadmodum Legationis hujus historia inter cefol. 78. tera ejus scripta est superstes. Praeclare qvoqve ejus meminit *Josephus* libro VI. de Bello Judaico. Magna illius erat Lingvae Graecae peritia, nec minor humanarum pariter & divinarum literarum notitia. In exponenda Scriptura sensum allegoricum inprimis sectabatur, cui notiones Philosophicas, Physicas, Morales & Politicas jungebat, cujus in interpre-

terpretando vestigiis inter Christianos *Origenes*, itidem *Alexandrinus*, institit. Neqve tamen credibile est, eum sensum literalem & Historicum penitus deseruisse, cum alterum illum ideo tantum praetulerit, ut Graecos, qvibus operam suam destinaverat, alliceret & permulceret. Qvæ etiam causa est, cur LXX. Interpretum Græca versione potius, qvam contextu Hebræo sit usus, qvamvis in nonnullis locis ab hoc eam dissentire videret. Ad Græcorum enim genium accommodare se statuebat. Scripta ejus ex Græco Latine, nunqvam autem Hebraice sunt conversa. Qvodsi vero ad Hebræos potius erudiendos, qvam Græcos seu Gentiles convertendos animum convertisset, majus forte operæ tulisset pretium, gentemqve suam, tanqvam ad doctrinam recipiendam sponte sua proniorem, majori cum laude demeruisset, qvam qvidem à Graecis conseqvebatur. Alter Scriptor est *Josephus*, Sacerdos, celebris & prudentissimus Historicus, qvi in *Antiqvitatibus* suis *Judaicis*, Græce scriptis, non exiguam lucem multis Scripturae locis adfundit. Post illustres illos Viros non sunt inter nostros, qvi ingenii sui monumenta vel Graeca vel Latina exstare jusserint. Postqvam enim, imperio Romano ad incitas redacto, eruditio ad Arabas migrasset, multi ex gente nostra varii generis libros Arabice scribebant. Inter antiqvissimos numeratur apud nos R. *Saadias*, *Gaon*, seu Excellentissimus dictus, qvi ante Saecula octo vixit, & doctissime *de Articulis fidei* est commentatus. Atqve ita omnes illi Hebraei, eum intra annos D. secuti, qvi qvicqvam de doctrinae exterioris genere commentari adgrederentur, libros suos Arabice vel Turcice scribebant, qvos fere omnes injuria temporis & imperii Arabum inclinatio delevit. Inter hujus aetatis eruditos caput extulit R. *Moses*, Corduba Hispanus, a domicilio *Ægyptius* vocatus, & *Averrois* fere aeqvalis. Hic qvidem ob egregiam eruditionem & omnis doctrinae apparatum inter viros, qvos gens nostra tulit, praestantissimos numeratur. Inter cetera scripta dedit *Doctorem Dubitantium*, opus Theologicum, ad qvod eximii & illustriores ex Christianis Theologi freqventer provocare consveverunt. Liber hic Latine conversus prodiit, insigni doctrina refertus, & insigniora religionis Judaicae capita complexus. Dignum est notatu, qvod, qvemadmodum Ægyptus gentem nostram primum miraculis & portentis, nostra causa editis, illustrem reddidit; ita non minus tres celeberrimos inter nos viros vel produxit, vel aluit. Illi sunt *Moses* Propheta & summus Legislator sub primam amplitudinis nostrae originem; *Philo*, Orator disertissimus, cum nomen nostrum apud gentes aliqvod adhuc esset; & R. *Moses* modo laudatus, fol. 79.

laudatus, egregius & præstantissimus doctor, cum res nostræ in ruinis jacerent. Mosen hunc aliqvot annis excipiebat, M. *Levi*, homo cum eruditissimis qvibusqve comparandus. H c enim, qvamvis 32. annis vitæ cursum absolveret, nihilominus tamen in omnia *Aristotelis* opera commentatus est, & multa *Averrois*, Arabis, Hebraica fecit, qvorum aliqvot apud me manu exarata exstant. Scripsit præterea insignem & admirabilem *de motibus cœlestibus* librum, principiis ipsi propriis, novis observationibus, & calculis superstructum. Qvod qvidem novum Systema Almagesto *Ptolemæi* vastius est & voluminosius. Cum hoc qvoqve freqventer disputat, & inter cetera nova primum Mobile affirmat esse cœlum omnibus inferius. Exstat illud itidem manu exaratum, sed mancum. Eidem debetur volumen aliud ad Theologiam Naturalem spectans, & *Bella Domini* inscriptum. Addidit præterea expositionem Scripturæ Sacræ universæ, nulla alia inferiorem, variæqve scientiæ & eruditionis luminibus perspersam. Neqve enim interiore tantum doctrina erat conspicuus, sed, qvod raro usu venit, eleganti & diserta scribendi ratione valebat.

Eum secutus est R. *Chasdai*, acutissimi vir ingenii, qvi primus Philosophiam Aristotelicam oppugnare, teste Illustri *Francisco Pico Mirandulano* in libro, qvem *Examen vanitatis gentium* inscripsit, adgressus est. Ei successit discipulus, R. *Josephus de Alba* qvi communi gentis nostræ plausu & consensione fundamenta & articulos Legis Mosaicæ definivit. Inter hos referri qvoqve meretur R. *Abraham Aben Esra*, antiqvus Scripturæ Interpres, & princeps eorum, qvi literalem sensum eruere studuerunt. Alios hujus classis secundæ, magni inter nos nominis, brevitatis studio ductus omitto. His audientes sunt nostrates tum in sententiis & doctrinis, qvæ ad fidei articulos pertinent, tum in moribus, & ratione cum hominibus versandi, & civilem vitam cum gentibus qvibusqve aliis agendi. Qvod si vero doctores nonnulla edixerint, qvæ ad præsentem rerum conditionem minus sunt accommodata, pro certo fol. 80. habent, illis tanqvam lege qvadam perpetua, nec unqvam mutanda, stari non debere. Statuunt enim, eos talia sanxisse, prout responderent conditioni gentium, inter qvas versabantur, atqve ad eo fideles reputant institutorum cerimonialium enarratores, non autem propheticos Legislatores ad posteros, in illis maxime rebus, qvæ ad res externas, tantisqve vicissitudinibus & tot circumstantiis subjectas, spectant. Jus itaqve nostrum Civile non præceptivum est & imperativum, cum ipsi illi præceperint, pactum omne & institutum in rebus civilibus

bus voluntarium pronunciata sua pristina solvere. Qvamvis itaqve nostrates ad Classis hujus secundæ doctores se referant, non negligunt eadem opera doctrinas communiter receptas cum illis veterum dictis & assertis conciliare. Persvasum interim habentes, verum vero non adversari, nec simplicem Doctorum veterum opinionem evidentiæ posse opponi, veterum auctoritatem in subsidium vocant, ubi ingenii & rationis ope aliquid definiri & confici non potest.

Seqvuntur nunc Cabbalistæ, tertia Doctorum Judaicorum classis. Horum doctrina ab Hebræis non necessario adprobari debet, quamvis a nostratium nonnullis, speciatimque in Orientis partibus & in Polonia maximo plausu excipiatur. Qvoniam vero Cabbalæ nomen hodie pervulgatum est, ita, ut de origine ejus & notione non æqve omnibus constet, nonnulla de hoc argumento in medium proferenda censeo, hoc magis, qvod doctrina hæc ab Illustriss. & Excellentiss. *Jo. Pico Mirandulano* Latine, ceu ex *Conclusionibus* ejus patet, nec minus ab aliis, eum secutis, tradita fuit. Cabbala proprie significat *receptionem*, & eum respicit, qui a Magistro docente discit, sicut vox *traditionis* ad eum se refert, qvi doctrinam aliquam *tradit* & exponit. Cabbalistæ itaque ajunt, qvod, qvemadmodum cum Rabbinis *traditiones* communicatæ sunt per observationem rituum; ita eædem ad se per arcaniorem Scripturæ expositionem sint perlatæ. Scientia hæc in duas abit partes præcipuas. Altera vocari potest *Practica*, qvæ in literis mire combinandis, numeris literarum computandis, figuris item characterum Hebraicorum, qvorum minimi qvoqve apices considerantur, inprimis vero circa Nomen divinum occupatur. Altera audit *Theoretica & Scientifica*, qvæ exponit, qvomodo mundus hic materialis & corporeus a spirituali pendeat. Hic vero statuunt principia aliqvot & semina esse rerum sensibilium. Hæc ajunt esse fontes qvasi qvosdam continuos, per qvos, tanqvam aqvæductus qvosdam & canales, influxus potentiae & virtutis divinæ in mundum nostrum corporeum derivetur. Decem qvoqve principia, huic instituto accommodata, constituunt, sicut Pythagorei eundem numerum in definiendis principiis suis, sed pro diversitate principii Boni & Mali duplicatum, adoptarunt. Atqve hæc qvidem comparari ex parte possunt cum ideis Platonis. Meo tamen judicio Cabbalistæ alias habuerunt causas, cur ejusmodi qvicqvam inveherent. *Plato* qvidem *Heraclidem*, *Cratylum* & *Protagoram* secutus est. Hi enim omnia, qvæ sentimus aut videmus, perpetuo motu & fluxu ferri ita statuebant, ut nobis qvidem præter motum & relationem nihil sit cognitum, in-

ternas qvippe paſſiones tantum & commotiones ſentientibus. *Heraclitus*, totum hoc univerſum ex igne conſtare affirmans, me judice non tantum calorem, qvalitatem ſenſibilem, ſed continuam ejus exſtinctionem & accenſionem, per qvam fluxui ſimilis evadit, reſpiciebat, ſucceſſionem indicans non interruptam, qvam deprehendimus in rebus a tempore progreſſivo & tranſeunte menſuratis. Menſuram enim & menſuratum ſibi ſimile eſſe & reſpondere, qvod *Ariſtoteles* ait, atqve adeo utrumqve permanere ſibqve perpetuo ſuccedere neceſſe eſt. Qvando itaqve dicimus, hoc vel illud ſe movere, id qvidem animi noſtri, vel potius lingvæ motum infert, qvi præſtruit eſſe aliqvid per ſe ſubſiſtens, cui *moveri* uſu veniat. Propterea *Plato* in Theæteto dictorum Philoſophorum nomine ita ſcribit: *Principium autem ipſorum, ex qvo etiam ea, qvæ nunc dicta ſunt, omnia dependeant, hoc eſt, qvod nimirum totum hoc & univerſum motus ſit, & aliud præterea nihil:* non dicit ibi: *in motu ſit.* Paulo poſt ita pergit: *Nam & agens eſſe aliqvid, & rurſus aliqvid patiens de una firmiter, ut ajunt, cogitari non poteſt.* Additur poſtea, *nihil eſſe unum per ſe ipſum, ſed alicui ſemper fieri, at eſſe undiqvaqve eximendum eſt.* Horum Philoſophorum conſilium erat, exiſtentiam rerum inſtar Gigantum oppugnare, & verbum ſubſtantivum *eſſe* ex lingva hominum eliminare. Hoc conſilio *Plato* in Dialogo, qvem Cratylum, ſive de impoſitione nominum inſcripſit, multas voces recitat, qvæ fluxum, motum, actionem & paſſionem inferunt. Ejusdem inſtituto Lingva Sancta inſerviiſſet, qvæ, temporis præſentis forma deſtituta, participio uti ſolet, verbo *eſſe* (היה) ita juncto, ut verbum illud omne tempus, & præteritum & futurum indicare poſſit, ſicut & verbum futurum pro præterito ſumi, & alterum pro altero poni ſolet. Interim ſententia hæc ab *Ariſtotele* qvoqve lib. IV. Metaphyſic. aſſeritur. *Plato* tamen, eandem ex parte approbans, exiſtentiam rei exiſtentis & permanentis non penitus e medio tollebat,
fol. 82. arbitratus, præter ſenſuum noſtrorum perceptionem eſſe qvoqve ſubſtantias firmas & fixas, qvæ ſine reſpectu & relatione ad aliud per ſe eſſentiam ſtabilem & firmam habere poſſint, qvæqve adeo originem perceptionibus in nobis omnibus præſtent, qvæ proprie umbræ ac vana ſimulacra appellari poſſint. Idem in epiſtolis ſuis tradit, ad rem hanc magna mentis contentione & vi ingenii opus eſſe, ut nempe res aliqva pure, ſincere, & ab omni relationis & motus miſtura purgata percipiatur, cum res omnes his infectæ & involutæ qvaſi ſint. Id ſcilicet demonſtrat *Sextus Empiricus*, qvod a qvinqve relationis generibus omnes res comitatæ qvaſi iisque involutæ ſint, ut nihil fere earum

præter

præter relationem percipiatur. Qvod qvidem adeo leve & tenue est, ut Stoici, & post illos Nominales, rebus existentiam non nisi chimæricam & imaginariam, vel, ut rectius dicam, verbalem sint largiti. Sententiæ huic Platonicæ favisse videtur *Philo* Hebræus in libro *de Monarchia*, qvando Mosis petitionem de rebus divinis intelligendis exponens, mentem ejus ita edisserit. *Persuades, inqvit, mibi, me non posse manifestam imaginationem tui mente concipere, oro tamen, ut saltem gloriam tuam videre liceat; gloriam dico potestates, qvarum stiparis satellitio, qvæ hactenus ignoratæ miro me torqvent cognitionis desiderio.* Et paulo post: *tales cogitandæ sunt potestates, qvæ mibi adstant pro apparitionibus, qvalitates formasqve addunt rebus qvalitate formaqve carentibus, absqve ullo sempiternæ suæ naturæ detrimento, hæ non temere ideæ nominantur a qvibusdam vestratibus.* Qvamvis etiam hanc Platonis opinionem, qvalem recitavi, non stricte & penitus amplectatur, nihilominus tamen magna ex parte illam probat, qvando ideas has non qvidem in mente divina collocat, sed pro principiis & originibus habet, qvæ a Deo qvidem pendeant, sed ab eodem divisæ & distinctæ sint. Platonici Soriani, ultima Academicorum secta, v. c. *Plotinus*, *Jamblichus* & *Porphyrius*, hanc opinionem adoptarunt. Cabbalistæ autem, cogitata sua traditioni superstruentes, ad eam firmandam hoc attulerunt, qvod res mundanas omnes gradibus qvibusdam vicinis & proximis, breviqve intervallo a se remotis, se invicem excipere observarunt. Ita v. c. elementa per qvalitates symbolicas sibi sunt juncta, qvod *Aristoteles* in libro de Cœlo & mundo demonstrat. Similiter inter lapides & metalla mineralia media sunt; inter metalla autem plumbum non statim in aurum transit, sed varia metallorum genera interjecta sunt, qvæ per gradus qvasi ad auri pretium tendunt. Inter vegetabilia similiter exstat corallum, inter plantas vero & animalia spongiæ & conchylia sunt interjecta. Ceteræ qvoqve res se invicem sine subitaneo saltu se invicem excipiunt, jucundo qvodam vinculo sibi junctæ & connexæ. Qvando itaqve ab infinito, simplicissime uno, immutabili & incorporeo ad finitum, multiplex, mutabile & corporale descendimus, necesse est aliqvot interjicere essentias, qvæ spiritualitate sua & excellentia infinitæ Dei eminentiæ aliqva ex parte respondeant, simul vero, cum ab ipso pendeant & conditae sint, cum rebus conditis aliqvantulum conveniant. Ejusmodi vero sunt ideae Cabbalisticae. Illae enim ratione officii sunt distinctae, qvandoqvidem aliae ad rigidam justitiam, aliae ad pietatem, aliae ad clementiam temperatam spectant. Differunt qvoqve ab Angelis, qvorum est contemplari & exseqvi volunta- fol. 83.

 ria

ria Divini Numinis juſſu, aſſumta etiam humani corporis forma, ut hominibus ſe ſpectandos praebere poſſint. Harum idearum qvatuor ajunt eſſe genera. Supremae earum ſunt diffuſae vel inſpiratae; ſecundae creatae, tertiae formatae, qvartae autem factae & perfectae; ita qvidem ut ſibi invicem certo qvodam ordine ſubjectae ſint, & reſpondeant. Sed huic doctrinae longiori examine opus eſt, cum multi Scripturae loci ad Cabbaliſtarum ſententiam accommodentur, qvemadmodum ab ea Valentiniani, Gnoſtici aliiqve ex veteribus Hæreticis discesſerunt, qvod ex Epiphanio, Doctore Græco, & Irenæo, Latino, intelligi poteſt. Solus *Avicenna*, Scriptor Arabs, ad Cabbaliſtas videtur acceſſiſſe, certam cauſarum ſpiritualium catenam nectens, ut ab una cauſa ſimplice tam varios effectus derivare non neceſſe haberet, id qvod ex Metaphyſica ejus poteſt intelligi. Iidem Cabbaliſtæ inter animam & corpus eſſentiam aliqvam interjiciunt, cujus ope anima paſſionum & perceptionum capax evadat. Hanc ajunt eſſe Spiritum corporis ſubtiliſſimi, convenienter vehiculis Platonicorum, eumqve ſtatuunt animæ, qvamprimum à corpore diſceſſerit, ſe jungere, cujus ope pœnas vitiorum commiſſorum luere poſſit. Hinc *Dantes* carmine XXV. de Purgatorio, de anima ita canit:

E qvando Lachefis non hà più lino
Solve ſi de la carne, & in virtute
Seco ne porta e l' humano e' l divino.
L' altre potenze tutte qvante mute
Memoria, intelligenza, & voluntade
In atto molto più che prima acute.

Hoc eſt, qvando anima intelligens a corpore humano diſcedit, illi ſe jungunt aliæ facultates, & ſpeciatim ſenſitiva cum facultatibus ſuis, (qvæ omnes a Poeta ut pars hominis repræſentantur) ſed mutæ illæ h. e. ſopitæ, remiſſæ, obſeqvioſæ, non petulantes aut inordinatæ, qvales
fol. 84. erant, dum anima corpus tenebat, debiles tunc, & radicibus plantæ, ex terra evulſæ, ſimiles. Contra vero anima divina & intelligens, a conſortio corporis ſejuncta, cum propriis ſuis facultatibus, à Poëta expoſitis, vigorem ſuum recipit & auctam ſentit. Hæc tamen Poëtæ verba in hunc ſenſum nec a *Daniello*, nec a *Velutello* ſunt explicata. Idem paulo poſt ita pergit:

Toſto

Tosto che luogo là, la circonscrive
La virtù formativa raggia intorno,
Così, e qvanto ne le membra vive.
E come l' aëre, quand' è ben piorno,
Per l' altrui raggio, ch' in se si riflette,
Di diversi color si mostra adorno;
Così l' aer vicin qvivi si mette
In qvella forma, che in lui suggella
Virtualmente l' alma che ristette.

Vestem scilicet illam aëream & spiritualem, qvam anima post separationem induit, comparat cum iride cœlesti, qvæ figuram Solis repræsentat ex radiis ejus, partem nebulosam & pluviam ex adverso illustrantibus. Qvamvis vero Poëta postea adjungat externa qvædam & visui obvia, lacrymas, vocem & alia corpori propria; Cabbalistæ tamen non provehuntur ulterius, nec dicto involucro qvicqvam aliud tribuunt, qvam impressionem passionum qvarundam corporearum, qvippe qvarum adminiculo anima intelligens pœnarum sensum habeat, qvod eidem, corpori junctæ, accidit. Iidem Cabbalistæ metempsychosin qvoqve Pythagoricam amplectuntur, non item Talmudistæ, qvi doctissimi *Lipsii* levis error est. Talmudistæ enim nusqvam illius meminerunt, qvemadmodum eadem à Theologis secundæ classis oppugnatur. Multi cetera libri exstant, qvi de Cabbala commentantur, inter qvos praecipuus est, qvi *de Creatione* (יצירה) inscribitur. Nec minus alius, vastae molis, a *Splendore* (זוהר) appellatus, qvi uni veterum Doctorum (*Simeoni fil. Jochai*) tribuitur. Inter celeberrimos hujus generis Scriptores laudatur *R. Moses Gerundensis*, vir acutissimi ingenii. Non habeo nunc plura, qvae de Cabbalistis dicam, ad qvorum doctrinas explicandas volumine singulari opus foret.

Superest qvarta Hebraeorum classis, qvae vulgo schismatica & haeretica habetur. *Karæos* appellant, veterum Sadducaeorum reli- fol. 85.
qvias, qvi, traditionem omnem aversantes, Scripturam pro ingenio suo explicant, & in paucis aliqvot Orientis urbibus commorantur. Ipsi vero ita inter se invicem dissentiunt, ut qvisqve eorum novas afferat expositiones. Norma enim traditionis carent, cujus beneficio in concordiam & ordinem redigi poterant. Interim meliores sunt veteribus

Sadducaeis. Animas enim incorporeas & immortales esse, & Angelos immateriales dari largiuntur, qvod utrumqve inficiabantur Sadducaei. Pauci sunt numero, opibus tenues, omniqve auctoritate destituti, & ab aliis gentibus magis, qvam qvidem nostrates, contemti. Karaitas se, i. e. Grammaticos, appellant, a peritia, qvam in Syntaxi Grammatica majorem, atqve in sensu Scripturae literali, habent.

Atqve haec qvidem de Hebraeorum studiis, ad Scripturam S. relatis, dicenda habui. Quod ad scientias humanas & externas spectat, ab illis tractandis adeo non prohibentur, ut ipso Legis praecepto ad contemplationem rerum naturalium compellantur, tanquam quae ad probabilem majestatis divinae cognitionem perducat. Multo autem magis ad Astronomiae studium obligatos se existimant. Eo enim opus est ad dies festos recte definiendos, qvemadmodum ad cognitionem sapientiae & potentiae divinae perducit. Ita enim Psaltes: *in cœlis praeparabitur veritas* (seu fides) *tua in iis*: h. e. cœli sunt, qvorum ope Deus hominum animos ad fidem praeparat, qvando in contemplandis eorum mole, motus velocitate, periodorum firmitate, & orbium immutabilitate occupantur. Et sane Hebraei, dum in præsenti rerum conditione nihil integrum habent relictum, nisi quod animum ad studia & scientias adpellere possunt, omnem suam industriam, cogitata omnia ad literas referre debebant, & certissime sibi habere persuasum, quod consensus in doctrina, tutela Principum, qva adhuc fruuntur, salus etiam & conservatio, qua per tam longam annorum seriem inter calamitates gaudent, potissimum, si humana spectes, virtuti & doctrinae paucorum aliquot ex suis hominum accepta ferri debeant. Illi enim apud Optimates gratiam aliquam & auctoritatem sibi conciliarunt, destituti omnibus aliis praesidiis, quibus ad gratiam & favorem Principum adspirare possint. Certi prӕterea esse debent, se, ubi pretium literis statuere, & eruditos magni facere neglexerint, majori rerum suarum inclinationi, & oppressioni fore obnoxios, qvam cui gens nostra alias unqvam fuit subjecta.

fol. 86.

CONSIDERATIO XVII.

Causæ, cur Judæis passim commorari integrum sit, alibi vero exilia incubuerint, edisseruntur.

In argumentis Philosophicis & disputationibus Scholasticis receptum est, ut, collatis utrinqve rationibus, ab auctoritate & exemplis inexorabi-

rabibilibus & sæpius invictis arma repetantur. Itaqve non dubito, fore nonnullos, qvi, argumentis supra allatis debellandis impares, exemplis & auctoritate pugnare sustineant, interrogantes, si Hebræi talia & tot commoda afferant, qvæ tandem causa sit, cur Principes prudentissimi & Respublicæ sapientissimæ gentem Hebræam a regionibus suis ad Hispaniæ, Galliæ, Angliæ, multarum in Germania, qvarundam etiam in Italia, exemplum amoveant? Ad hanc exceptionem respondeo, qvod in rebus Politicis leve argumentum ab exemplis petatur. Et qvemadmodum in disciplinis Mathematicis, qvæ evidentes & certæ sunt, ad auctoritatem vane & frustra provocatur, ita idem in argumentis Politicis absurdum est, ob varietatem eorum, qvæ subinde accidunt & contingunt. Regiones enim & urbes omnes qvædam sibi habent propria, qvæ ad alias non qvadrant. Nulla Europæ urbs est, qvæ in rebus civilibus & criminalibus legibus singularibus & municipalibus non sit instructa, ex qvo fit, ut altera alteri exemplum & documentum præbere non possit. Qvod si res ita haberet, sane auctoritas Excellentiss. Senatus Veneti, Judæos admittentis, ceteris omnibus exemplo esse deberet, ad qvod eosdem similiter reciperent. Atqve id procul dubio omnes erant facturi, cum omnes coloniarum opum & rédituum sint amantes, at diversa Populorum indoles & negotiatio in causa est, cur ipsi Principes ad eorum voluntatem se accommodent, tanqvam qvi vim adhibere vel nolint, vel non consultum putent. Ipsa Serenissima Respublica in Urbe sua, qvæ primas omnium tenet, Judæis habitandi locum concedit, non vero item *Brixiæ*, *Bergomi*, *Cremæ*, & nonnullis aliis urbibus, idqve ob populi in nationem nostram odium. Qvamvis interim in tanta varietate consiliorum, qvæ Populi fovent, certum judicium ferri non possit, cum veri tamen specie dici potest, in urbibus illis, qvæ portibus marinis, incolarum copia, advenarum concursu, & commerciis, undiqvaqve agitatis, destituuntur, qvibus Venetorum urbs gaudet, Hebræos non nisi tribus his modis, qvos exponam, victum sibi parare posse. Vel enim usuram exercere debent, qvod in aliqvot Italiæ & Germaniæ urbibus faciunt. Vel secundo loco artes toti urbi communes exercent. Vel deniqve ex bonis suis stabilibus victitant. fol. 87.

Jam vero usura eos omnibus civitatis ordinibus facit invisos; sicut artium popularium usus vulgo, & bonorum stabilium possessio Nobilibus & Primatibus. Atqve hae causæ sunt præcipuæ, & efficacissimæ, cur Hebræis in multis locis habitare non liceat. Illæ vero Venetiis non observantur, Usura enim qvinqve tantum ex centum reddit,

argen-

argentariae vero in usum pauperum, non autem argentariorum commodum sunt instructae, artium denique & opificiorum usus una cum bonorum stabilium possessione penitus est prohibitus, & solum mercaturae exercitium relictum. Ex qvo fit, ut nulli in urbe hominum generi & ordini graves ac molesti evadant. Præter illa ratio reddi potest admodum veri similis, an Judaei hinc inde in exsilium sint missi.

In multis Germaniae urbibus ejusmodi calamitas opprimebat Judaeos tempore Gothofredi, ex occasione Expeditionis in Terram Sanctam Cruciatae. Illae enim copiae, omni genti, praeter Christianam, infensae, miserandis caedibus populum Hebraeum conficiebant, nec exsilio locum faciebant, populorumqve in eum odium acerbissimum animis infigebant.

In Gallia eo tempore, qvo Eqvites Hierosolymitani seu Templarii cladem magnam edebant, in Judaeos severissima edicta statuebantur, bonis eorum fisco addictis, ipsis vero in exsilium ejectis. Caussas instituti illius temporis historia exponit.

Ex Hispania tempore Regis Ferdinandi & Isabellae Reginae, Mauris Granatensibus subactis, expulsi sunt. Causa consilii non in solo religionis zelo & studio erat posita. Cum enim regiones Hispanorum Mauris & Muhamedanis, specie qvidem Christianis, refertissimae essent, non consultum videbatur, tam insignem Hebraeorum & Maurorum, a recepta religione alienorum, copiam fovere, cum soli Judaei qvinqve millies millia, qvod ante dixi, conficerent. Hinc enim fieri facile poterat, ut dictae gentes invicem unitae res novas una cum ceteris, subjectis qvidem, sed parum sorte sua contentis, molirentur. Imo, etiamsi res ita non haberet, suspicio tamen Principibus poterat subnasci. Ad amoliendam itaqve invidiam, Hebraeos potius, qvam Mauros regionibus suis ejicere consultum putabant, inprimis, cum posteriores hi ad agros colendos, & opificia urgenda prae Hebraeis adhiberi possent. Taceo, gentem non fuisse irritandam, qvae pristinam ferocitatem nondum exuisset, & praeterea potentissimum religionis suae caput haberet.

Qvod ad Lusitaniæ Regem attinet, qvi idem fere postea in
fol. 88. gentem nostram agebat, is qvidem a Ferdinando & Isabella continuo solicitatus, conversionem potius, qvam expulsionem & exsilium Judæorum spectabat. Consilii has habebat rationes. Multas regiones

giones in Africæ finibus navigationis beneficio suas fecerat, & alias in Indiis sibi subjicere constitutum habebat. Ad hæc destinata perficienda & expeditiones suscipiendas magna hominum copia opus erat, qvem regni sui angustia & parvitas, exigua scilicet Hispaniæ, per se non multum habitatæ, portione absoluta, non suppeditabat. Itaqve magnum Judæorum numerum, qvi tum temporis, a Ferdinando & Isabella ejecti, regnum illud rerum suarum sedem elegerant, ad Christianam religionem adducere nitebatur. Hoc consilio eos, in populum suum receptos, ad expeditiones, navigationes & colonias provehendas adhibere statuebat. Vi deniqve, qvæ in fidei & religionis negotio adhiberi consvevit, usurus, crudeli & gravissimo edicto repentinum exsilium, opesqve fisco addicendas statuebat in eos, qvi nollent converti. Hæc qvidem res ab *Osorio*, Historico luculentissimo, fusius exponitur. Rex interim destinata obtinebat, magnam eorum multitudinem dictis audientem nactus, ceteris, numero minoribus, exsilium præferentibus.

Atqve hæc qvidem de caussis similium eventuum dici à me potuerunt, qvi ut ab ætate nostra remoti sunt, ita in animis Principum imperscrutabilibus qvasi tenebris obvoluti delitescunt.

CONSIDERATIO XVIII.

De dispersione Judæorum commentatur, & res eorum sub diversis Principibus exponit.

Populi & gentes non minus, qvam ceteræ res sæculi omnes, suas sibi habent periodos, & ad verticem felicitatis summæ delata in oblivionis tandem barathrum præcipitantur. Poëta ait:

Muojono le città, muojono i regni.
Copre i fasti e le pompe arena & herba.

Qvemadmodum autem duo sunt interitus rerum modi, alter, qvo penitus pereunt, & in aliam speciem mutantur; alter, qvando essentia conservata, aliam formam, ad exemplum vitri fracti & aqvæ divisæ induunt; ita iidem in gentium interitu & ruinis observantur. Chaldæorum, Persarum, Græcorum, Romanorum & paganorum omnium gentes penitus sunt abolitæ, & in aliam formam redactæ, ita qvidem, ut de nonnullis earum solum nomen supersit, de ceteris vero exigua memoria, instar tabulæ ex tristi naufragio, exstet. At Hebræis similes fol. 89.

vicissitudines & mutationes non acciderunt, sed in infinitas qvidem partes divisi, distracti, & per totum orbem dispersi maxima ex parte iidem manserunt. Neqve dubium est, eos, sibi relictos, minime omnium injuriæ temporum se opponere, ejusqve insultus per 1600. circiter annos amoliri a se potuisse. Omne qvidem illud ex Divini Numinis nutu pendet, qvo in finem, soli Deo cognitum, sarti tectiqve conservantur. Et qvamvis captivitas & dispersio maximum sit flagellum, qvod populo alicui & nationi infligi possit, qvippe qvæ hac ratione vilis & abjecta reddatur, & ludibrio contemtuiqve gentium exponatur; nihilominus tamen efficax est adminiculum ad durationem & perpetuitatem conciliandam, cum hac ratione à Principibus dominantibus invidia & suspicio, a populo vero distracto superbia & jactantia, animos deprimendo, feliciter amoveatur. Doctores Hebræorum veteres observarunt, Balaamum, populo Hebræo ante inimicissimum, cum postea, ut Deo audiens videretur, eidem benedicere vellet, gentem hanc cum cedro altissima & robustissima comparasse, Achiam vero Silonitam Hebræum, mala qvædam vaticinatum, cannæ cuidam palustri assimilasse, qvæ ad omnem ventum moveatur. Iidem Doctores monent, comminationem & exsecrationem Silonitæ, Prophetæ veracis & pii, cum arundine flexibili, omniqve violentiæ cedente, atqve ideo in renitentia conservata, comparantis, meliorem fuisse benedictione scelesti Pseudoprophetæ, cum cedro Judæos conferentis. Hæc enim dum impetum, ventorumqve turbines frangere vi conatur, sæpissime radicitus exstirpata concidit.

Flectitur obseqvio curvatus ab arbore ramus:
Frangas, si vires experiere tuas.

Hæc scilicet Judæorum dispersio non solum effecit, ut Principibus obseqviosos se præstarent; sed a novandis doctrinis & ritibus liberos præstitit, cum novitas ejusmodi totam gentem, tantopere divisam & distractam, pervadere non potuerit. Multitudo qvidem Hebræorum difficulter definiri potest, cum de locis, in qvibus commorantur, non certo constet. De decem tribubus, qvæ a Salmanassare ante Templi primi excidium captivæ ductæ sunt, nihil certo cognitum & exploratum habemus, qvamvis totus orbis hodie sic satis sit perspectus. Itaqve initium ab Oriente facturi novimus, sub Persarum Rege magnam eorum
fol. 90. copiam mediocri libertati esse vindicatam. In Turcarum imperio præcipua gentis nostratis est sedes, non tantum ex pristina consvetudine, sed etiam ex confluxu illorum, qvi ex Hispania ejecti maximam partem

illuc

illuc ſe recipiebant. Cauſa hujus refugii primum qvidem in libero religionis uſu poſita erat, qvalem Turcæ communiter genti omni, à ſe qvamvis hac in parte diſſentienti, largiri conſveverunt. Cumqve infinita Græcorum, aliorumqve cultus divini ſectatorum copia detur, Judæorum fere nulla ratio habetur. Accedit, qvod iisdem bonorum ſtabilium poſſesſio, & cujusqve artis profesſio integra ſit. Præterea nobilis generis homines non adſunt, ex qvo fit, ut agrorum & fundorum posſeſſio non ſit invidiæ. Taceo eorum maximam partem a Græcis posſideri. Cumqve hi ipſi manuarias artes potiſſimum tractent, Turcæ autem militiæ & populis regendis incumbant, omnis odii & rixarum occaſio præciditur. Dici etiam poterat, communem Circumciſionis uſum mutuæ amicitiæ occaſionem feciſse. Sed falluntur, qvi ita ſentiunt. Experientia enim conſtat, populos, in ritibus ex parte conſpirantes, ex parte diſſentientes, minus inter ſe convenire, qvam qvi ratione eorum penitus a ſe invicem ſunt ſejuncti. *CPoli & Theſſalonicæ* major eorum, qvam in aliis urbibus, eſt numerus, qvi octogeſies mille ſuperare ibi exiſtimatur, qvemadmodum tota multitudo, Turcico Imperio ſubjecta, *millionem* excedere creditur. In Terra Sancta, & ſpeciatim Hieroſolymis non ſolum qvotannis magna Judæorum ex omnibus Orbis gentibus adventans copia obſervatur, ſed reditus annui inſignes, ad ſuſtentandos pauperes & fovendas Academias colliguntur. In Germania multi Imperatori parent, plures autem in Polonia, Ruſſia & Lithuania, commorantur. Ibi præterea Academiæ & Vniverſitates, juvenibus magno numero inſtituendis deſtinatæ, florent. In his Juri Judaeorum Civili & Canonico tractando incumbitur, hoc diligentius, qvod in his regionibus poteſtatem habent, omnis generis controverſias & cauſas, ſive civiles, ſive Criminales, qvae inter ipſos naſcantur, ſecundum leges ſuas definiendi. In regionibus, ubi religio Pontificia non dominatur, rari habitant Hebraei. Conſtat enim, hos in aliqvot fidei articulis Romanae potius qvam aliarum Eccleſiarum ſententiam tueri. Ita v. c. Scripturam Sacram aliqvot in locis ſine traditionis lumine obſcuram eſſe, nec intelligi poſſe affirmant, atqve adeo traditionibus permultum tribuunt. Bonis operibus meritum magnum vindicant, atqve hoc nomine illis multum ſtudent, fide illa comitantes. Liberum arbitrium adſtruunt, atqve hoc inter praecipuos fidei articulos numerant. Aliorum qvoqve merita imperfectis prodeſſe ſtatuunt, vivi pro defunctorum animabus preces faciunt, juſtificationem hominis pœnitentis realem, non putativam & abſolutoriam, qvae fol. 91.

 Calvi-

Calvini fuit ſententia, pronunciant. Qvamvis etiam Purgatorii nomen in Scriptoribus ſuis non freqventetur, conditionem tamen animarum à corpore ſejunctarum ita partiuntur, ut alias ad beatitatem, alias ad finitas, alias ad æternas pœnas provehi exiſtiment, Deum a culpa qvidem abſolvere, ſed pœnam tamen exigere putantes. Preces lingva faciunt Hebraica, non vulgari. Qvæ qvidem momenta omnia in Tractatu de dogmatibus & ritibus a me ſunt expoſita. In Belgio benigne admodum & amice habentur, nominatim *Amſtelodami*, *Roterodami*, & *Hamburgi* in Holſatia. Hi enim loci ſunt, in qvibus ad provehendam mercaturam humanum hoſpitium omnibus conceditur. Verſus Occidentem ſupereſt Italia, & in Africa regnum Feſſanum & Maroccitanum.

In Italia à Principibus, qvi eos recipiunt, proteguntur & foventur, privilegiis & indultibus ſartis tectisqve, nec hilum mutatis. Hæc omnium oculis ita ſunt expoſita, ut longiorem me eſſe non oporteat. Numerum eorum qvinqve & viginti millia conficere exiſtimem. Maroccum, Feſſa, & aliæ urbes illis vicinæ qvæ Turcarum imperio non parent, magnam eorum copiam fovet, poſtqvam illuc ex Hiſpanico & Luſitanico exilio ob locorum vicinitatem multi ſe receperunt. Permulti qvoqve in Mediterraneis Africae locis degere dicuntur, qvorum numerus certo definiri non poteſt, cum hae regiones a paucis freqvententur. Opiniones & doctrinae omnis hujus gentis, adeo diviſæ, dilaniatæ & diſtractæ, eædem ſunt, nec ritus cerimoniales diverſi, qvamvis in rebus non magni momenti diſſimiles. Ideo Aman, gentis inimicus, ad Regem Ahasverum dicebat: *eſt populus unus diſperſus per omnes Provincias Regni.* Scilicet inter tot calumnias, qvas cumulabat, hanc concordiam tacere non poterat in iis, qvi ritibus tantum nonnihil differrent: qvæ differentia ex cauſis ante recitatis omnino eſt notanda. Hæc ſunt, qvæ de gente noſtra dicenda habui, reſpectu habito ad Principes & Populos, qvi eam fovent, & ſpeciatim ad Rempublicam Venetam, qvæ tam benigne eam recipit, & pro juſtitia ac clementia ſua tuetur, averſata ſcilicet injuſtum & inhumanum illud Photini, impii Politici, ad Regem Ptolemæum, juvenem imperitum, aſſertum, cujus interpretem habemus *Lucanum:*

Dat pœnas laudata fides, cum ſuſtinet, inqvit,
Qvos fortuna premit, fatis accede Deisqve
Et cole felices, miſeros fuge, ſidere terra
Vt diſtant, & flamma mari; ſic utile recto.

Dictum

Dictum hoc tum temporis bellicosissimi ea ætate viri, Pompeji Magni cædem provehebat, qvo trucidato Romanæ libertatis cervix rescissa, & æternum infamiæ monumentum illi, qvi exsecrandæ sententiæ subscripsit, erectum fuit. Contra hæc Serenisf. illa Respublica prudentissimi Patris ad pium filium (ut Virgilius fingit,) qvi majestatis & gloriæ Populi Romani postea auctor erat, monitum prognosticon semper sibi dictam putavit, qvæ forte, Deo propitio, eam Rempublicam, cujus virtutes æmulatur, etiam triumphis æqvabit.

Tu regere imperio populos, Romane, memento.
Hæ tibi erunt artes pacisqve imponere morem,
Parcere subjectis, & debellare superbos.

Hactenus *Luzzatus.*

Specimen hoc sufficiat ad cognoscendam doctrinæ & ingenii, qvo *Luzzatus* noster præ suis valuit, ubertatem. Manifestum ex eodem est, eum in lectione veterum cujusvis generis Scriptorum, & recentiorum qvoqve ex nostratibus fuisse versatissimum, ut taceam, nonnulla hic allata in veritatis, qvam profitemur, commodum egregie converti posse, cum inter cetera candide profiteatur, de decem illis tribubus earumqve sede, de qva Judæi alias mira fabulantur, nihil certi pronunciari posse. Candoris qvoqve indicium habeo, qvod *Karæos* hodiernos inter Sadducæos veteres, Angelos & animas immortales esse inficiatos, numerari debere negat. Animum præterea de Messia adhuc exspectando dubium habuisse credendum est, si vera sunt, qvæ de sensu vaticinii Danielis de LXX hebdomadibus pronunciasse fertur. Recitavi ea Vol. III. pag. 1127. sq.

Supra pag. 847. sqq. specimen dedi versionis Latinæ metricæ carminis Hebraici, (qvod קערת כסף inscriptum R. Josepho אזובי i. e. *Hyssopæo* debemus,) a *Joanne Reuchlino* factæ. Illa nunc qvidem, præstantissimi *Jo. Alberti Fabricii* nostri beneficio, in manus meas incidit, dignamqve habeo, qvæ tota una cum contextu Hebraico & præfatione *Reuchlini* ab interitu vindicetur, duabus scilicet plagulis absoluta. Inscriptio ita habet:

RABI JOSEPH HYSSOPÆUS PARPI-nianensis, Judæorum poeta dulcissimus, ex Hebraica lingva in Latinam traductus, a Joanne Reuchlin, Phorcensi, Legum Imperialium Doctore.

pag. 2. In averso tituli folio seqvitur *Reuchlini* præfatio:

JOANNES REUCHLIN, PHORCENSIS, LL. doctor, & Sveviæ triumvir externorum librorum studiosis.

S. D. P.

Philosophiam universam cupidissimi sapientiæ amatores, & omnem artem litterariam à Judæis ipsis primum ortam, & ad nos usqve a Pythagora Platoneqve longo tractu derivatam esse, testis est Eusebius noster de Præparatione Evangelica libro undecimo, ubi tantus ille vir, & omnis antiqvitatis tam peritus, haud obscuram texuit historiam, fuisse Judæorum qvosdam legum sacrarum ac ænigmatum expositores, qvos secundarios solebant nuncupare, qvi in cantuum odàrumqve solerti compositione suos erudiebant, tanta sermonis elegantia, ut, si qvis lingvæ suæ peritiam habeat, eloqventissimos certe multos eorum oratores fuisse putabit. Sunt etiam, inqvit, apud eos artificiosissima carmina, videlicet Heroica, Trimetra, Tetrametra, & id genus cetera, qvæ Scripturarum expositores illi secundarii, tanqvam rationalis philosophiæ cultores, ex professo versabant, & Logici negotii studiosis tradebant. Qvod enim Platonici asseruerunt sapientiæ studium, qvæ philosophia vocatur, treis Species seu parteis habere, ut L. Apulejus ille Madaurensis in libro suo peri hermenias scribit, Naturalem scilicet, Moralem & Rationalem, hoc ipsum multis ante Philosophos temporibus & invenerunt priores, & observarunt Judæi. Qvi eadem illa partitione ternaria inter se statum sibi publicum & vivendi & sentiendi præsumserunt, qvod posteris nobis prodidit ille princeps Tyriorum Porphyrius de abstinendo à carnibus animalium volumine qvarto. Ita ergo tria erant omnino genera Judæorum. Sadducæi namqve sola post
pag. 3. legem ducebantur natura. Morales autem fuerunt Essæi. Sed Logici, hoc est Rationales seu orationales, qvi Scripturis inhiabant, dicti sunt Pharisæi. Qvæ qvidem nomina pro suo idiomate haud facile poterant enunciare Græci, qvare nos seqvaces eorum in idem lingvæ vitium, ut alias

alias sæpe, ita & hoc in loco ablegaverunt. Appellabantur enim hebraice צַדִּיקֵי *Zadikai*, hoc est justi, eo qvod justitiam natura duce seqvebantur. Et עוֹשֵׂי *ossai* h. e. operarii, qvoniam manibus sibi victum qværitabant, omnia in commune conferentes. Vnde fuerunt à Græcis, licet non recte, qvasi *ὅσιοι*, à sanctitate dicti. Et פִּרְשֵׁי *phorsai*, h. e. expositores, qvia exponendis scripturis & cathedræ præerant, qvos prisci Græcorum *δευτερώτας* vocavere, i. e. *secundarios*, ab Hebraico vocabulo מִשְׁנָה i. e. *δευτέρωσις*, h. e. *secundina*, qvasi *secunda lex*, qvo nomine *thalmud* i. e. doctrinale nuncupabant. Eo fit, ut iidem sint Pharisæi, deuterotæ, secundini, vel secundarii, & Thalmudici. Finiuntur autem hæc nomina in *ai*, loco terminationis *im* pluralis numeri, ut pro *zadikim*, *ossim*, & *phorsim*, dicamus *zadikai*, *ossai* & *phorsai*, sicut in Rudimentorum nostrorum volumine tertio facie 613. eruditi estis. Cum igitur legerem, Hebraeorum doctores etiam poëticis carminibus dedisse operam (fatendum est enim) primo subdubitavi, commotus non leviter Judaeorum obtorta lingva (ut ait Hieronymus in epistola ad Titum) & solutis labijs, & stridente saliva, & rasa fauce. Jam enim mihi vix illud persvadere poterunt *Philo*, *Josephus*, *Origenes*, *Eusebius* & ceteri, qvoniam etsi heroicum deprehenderam primum Psalterii versum, tamen omnes secundi recalcitrare videbantur. Nisi admitterem Pindaricas commisceri mensuras, vel Comicorum indiscretam confusionem plurima licentia tolerari. Post autem quam inter alios Bibliothecae meae libellos incidi forte fortuna in Hyssopaeum, Poetam Hebraicum, mox cessavit omnis titubatio. Jam irrepsit non dubitatim fides, & eliminabam confestim anteriorum super componendo carmine incredulitatem. Vidi, vidi oculis istis meis, qvod auribus non concessissem, in tantulo illius voluminis corpore tantam sylvam rerum & sententiarum copiam, rhythmicorum ac musicorum acerrima norma, & verborum numerorum vocum æqvabili judicio festiviter amussitatam, ut omnium industriam doctrinarum seqveretur etiam inopinabilis aurium voluptas. Ego vero ea conditione natus, ut optimarum artium, qvas & summo labore, & gravissimis impensis multo qvoqve tempore acqvisivi, non sim invidus distributor, instar Apollonianae volucris effusum triticum caeteris avibus renunciantis, qvo lautius pascerentur, ut est apud Philostratum libro qvarto, mirifice gaudeo, lectiones, qvas vel ferula magistra vel meopte ingenio didici, aliis communicare. Nullum est enim bonum, inquit Manlius Severinus, de hypotheticis syllogismis, quod non pulchrius elucescat, si plurimorum notitia comprobe-

pag. 4.

probetur. Quare nobiliſſimi lectores, qui pro inſita generoſis animis veſtris admiratione, etiam hebraicorum auctorum deſyderio aeſtuatis, qvoniam ita vos velle conjicio, mecum ipſe conſtitui, poema illud hebraicum Joſephi Hyſſopaei, Parpinianenſis (ſi modo poſſim) vobis latinum efficere, non ut mea dictione, qvae tenuiſſimo filo conſtat, & infimi generis eſt, illuſtretur aſſiduitas lectionis veſtrae, ſed ut qvalicunque munuſculo fiat nota ſingularis erga vos benevolentia mea.
pag. 5. Scio enim, qvam difficile ſit, lingvas transferre alteram in alteram, tota & integra manente ſententia, magis autem fieri non poſſe, vi atqve ſtatu verborum ſingulorum nusqvam mutato, cui aſtipulantur omnes, qvotqvot ſunt Interpretes. Nihilominus ſudorem virtutis non abhorrens, & aſperrimos calles & ardua culmina juxta Heſiodum imperterrito conatu audebo verſum verſui & numerum æqvare, qvanqvam verbum verbo minime, id qvod cum Latinis de Græco eſt vetitum, tum eſt in Hebraicis carminibus impoſſibile, taceo de ſoluta oratione, propter Græci Latiniqve ſermonis, ſi Hebrææ lingvæ conferantur, pauperiem, ut ſanctus Hieronymus ſuper Iſaiam libro decimo affirmavit. Nunc, qvod ad argumentum attinet, ſane breve eſt. Rabi Joſeph Hyſſopæus in Parpiniana civitate uxorem dedit filio Samueli, & in nuptiarum die audientibus convivis omnibus epithalamium hoc ad menſam cecinit, carmen Gamelium Jambico metro hipponactium tanta ſvavitate lingvæ Hebraicae, ut illam non jam eſſe barbaram omnis intelligens arbitretur. Cui titulus exſtat *lanx argentea*, qvod translatio noſtra vocat *acceptabulum*, non ſicut mendoſi codices habent, *acetabulum*. Numeri ſeptimo: *donatum qvodlibet a qvolibet Ducum Iſrael in Dedicatione altaris, pondo centum triginta unius ſiclorum.* Tot enim præſens poëma ſententias binis qvibusqve verſibus abſolutas continet. Eſt namqve in ſumma verſuum ducentum & ſexaginta duum. Eam lancem dotalitio ritu literoſus pater philoſophanti filio donavit, qvaſi cornu copiae, in qvo congeries omnigenum florum & fructuum pro ſua opinione con-
pag. 6. tineatur. Qvali parente ſi meus calumniator ille indoctus, & omnis bonae artis expers Judaeus etiam inter natricum viperarumqve genimina eſſet natus, altus & auctus, plane haud tantam & tam deteſtabilem ad nos ſpurcitiam & oris impuritatem attuliſſet. Nunc ex hara porcorum productus rabula, temerarius eſt hoc ſolo, qvia indoctus. ut ſcribit Gregorius Nazianzenus in concione, *περὶ τῆς ἐν διαλέξεσιν εὐταξίας*, cum ait, qvod temeritas eſt ruditatis proles, his verbis, *θράσος δὲ ἀμαθίας ἔκγονον.* Qvapropter audet idiota, beſtiarum lanius ante,

ante, at nunc hominum Chriſtianorum laniator, & mendaciorum faber, diſputare de rebus, qvarum ne vocabula qvidem pronunciare novit, taceo ſenſa intelligere. De qvo dicit Rabi Eleazar, filius Azariae, in Thalmud his verbis: אם אין יראה אין חכמה אם אין דעת אין בינה ſignificans, apud temerarios non eſſe ſapientiam, ubi nihil timetur, & ubi non eſt ſcientia, ibi nullam affore prudentiam. Nunc convivalem odam auſcultemus Hyſſopaei, qvem Phocylidi anteponere multo liceat aeqvius, qvam qvod Imperator Julianus Phocylidem praetulerit Salomoni. *Hactenus præfatio* Reuchlini.

In manibus meis eſt codex Hebraicus MS. membranaceus, qvi inter cetera opuscula, nempe מבחר הפנינים & בחינת עולם in calce carmen illud Hebraicum Hyſſopæi exhibet. Pervenit ille ad me ex Bibliotheca B. *Chriſtiani Theophili Vngeri*, ſæpe mihi laudati, qvi exemplum hoc ſuum cum MS. qvodam Vratislavienſi, & alio, neſcio qvo, ex parte contulerat, lectionumque varietates in ora deſcripſerat. In promtu præterea habeo editionem ejusdem epithalamii, qvam una cum R. *Hai Gaon* מוסר השכל Vol. I. & III. num. 861. a *Joanne Mercero* Pariſiis 1561. in 8. ita curatam eſſe monui, ut contextus Hebræus vocalibus inſtructus, verſio autem Latina proſaria ſeorſim ſubjecta compareat. Seqvar itaqve membranas meas, ſed in inferiore margine annotabo legendi varietates, inter qvas illæ, qvæ literam M. præferent, apud *Mercerum* ſunt, qvemadmodum ceteræ ab *Vngero* ex dictis codicibus ſunt deſcriptæ. *Merceri* interpretationem adjungere nolui, cum de ſenſu carminis ex *Reuchliniana* illa ſatis conſtare poſſit, ſicut nec vocalibus opus eſt illis, qvi in his literis aliqvid induſtriæ collocarunt. Conſultum tamen puto *Merceri* præfationem ex libello rarius obvio præmittere.

Titulus libelli *Latinus* eſt: *Cantica eruditionis intellectus auctore percelebri* R. Hai *piæ memoriæ*, *& Paropſis argentea auctore* R. Joſeph Hyſſopæo. *Pariſ.* M. D. LXI. *apud Gvil. Morelium, typographum Regium.* Præfatio vero ſic habet:

Interea dum precationes ex Sacris Bibliis deſcriptas pararet excudere Typographus, forte fortuna eſt mihi oblatus ex Petri Caſtellani, Matisconum qvondam Præſulis, Bibliotheca libellus Hebræa continens cantica, vel potius, ut cum Moſe dicam: אנה האלהים לידו Hunc qvia commodus videbatur, qvi ad calcem precationum ſubjungeretur, qvo juſtum exiſteret enchiridion, rogatus, ut latinitate donarem,

rem, libens equidem id oneris suscepi. Neqve enim ignoro, qvam hactenus fuerit nostris hominibus obscura & recondita Hebræorum versuum ratio. Quam cum superioribus annis (ut semper in animo fuit in hac lingva, qvæ antehac delituerant, ex mediis tenebris eruta in lucem proferre) publice cœpissem exponere, ea nunc hoc libello, si diligens fueris lector, fiet planissima. Nihil his Canticis fingi possit in suo genere elegantius. Quod ad rem attinet, ne hic verba tantum esse putes, & sine mente sonum: graveis audies sententias, ejusdem, si haec par est cum sacris conferre, argumenti cum Salomonis paroemiis. Sed qvid plura? ipsa te lectio, qvale sit opus, docebit. Nam qvod versionem horrido forsan orationis genere conscriptam qvereris, id me data pene opera fecisse intelliget lingvæ Hebrææ candidatus, ut verbum prope de verbo redditum haberet. Poterunt, qvi splendidius sermonis genus consectantur, Hebræos tropos ubi assecuti fuerint, in qvamlibet formam commutare. Mihi qvidem semper ita placuit sermonis Hebræi (ut vulgo pleriqve rerum ignari nominant) simplicitas, vel potius auctoritas & majestas, ut eam non nisi longis circuitionibus, ac fere à nativa gratia alienis exprimi posse credam. Tu hæc, candide lector, boni consule, ac illud observa, curasse me, ut ad finem libri tibi cujusqve carminis ratio constaret, qvo facilius unumqvodqve משקלן אר— ad formam genusqve suum revoces. Bene vale. Lutetiæ Cal. Mart. 1561. Hactenus *Mercerus.*

Carmini ipsi in editione *Merceri*, præfationis qvasi loco, versus nonnulli præmittuntur, qvos *Reuchlinus* vel non habuit, vel neglexit. Illos hic ex membrans meis & *Mercero* cum hujus versione Latina prosaica describam.

Præfatio ad carmen Hyssopæi.	Versio Latina *Merceri.*
אלה דברי שירות המוסר	Hæc sunt verba canticorum eruditionis,
צרי לנפש ומרפא לבשר (a)	Resina animæ, & medela carni.
בתיה מאה ושלשים	Cujus domus centum triginta.
בתי הנפש והלחשים	Domus animæ & inaures.
בתים כל טוב מלאים	Domus omni bono plenæ.
לתת לנער דעת * וערמה לפתאים·	Ad dandam puero scientiam & sapientiam parvulis.

להלבישם

(a) *In aliis scriptis additur :* בתי הנפש והלחשים * וחכמה *Mercero*

Ad induendos eos vestibus mutatoriis & removendas vestes sordidas	להלבישם מחלצות והסיר הבגדים הצואים·
Etsi cantica ejus auro puto puro non sunt æstimanda.	ואם שירית בפז (b) לא מסולאים·
Nomen ei est Paropsis argentea, donum Principibus offerendum	נקרא שמה קערת כסף (c) קרבן הנשיאים·
Eam edidit in urbe Perpiniano sapiens Cantor	חברה בפרפינאן (d) הקריה המשורר ר׳ יוסף האזובי
R. Joseph Hyssopæus, qvam munus dedit filio carissimo,	ויתנה * של שלוחים אל בנו חמודו (e)
Puero Samueli, die sponsaliorum ejus,	הנער שמואל ביום חתונתו
Cum lætus esset animus ejus,	וביום שמחת לבו
Ad formandas cogitationes ejus, dicens: Hæc est via, per eam gradimini.	להורות רעיוניו לאמר זה הדרך לכו בו:
Atqve hæc est apertio labiorum ejus.	וזה מפתח שפתיו:
Hinnule, decus animæ meæ, & laus ejus.	עופר פאר נפשי ומהללה·
Propugnaculum dilectionis meæ & turris ejus.	עופל ידידותי ומגדלה·
Pax tibi, pax, gloria amoris mei.	שלום שלום לך צבי חשקי
Pro voluntate unicæ meæ & petitione ejus,	כרצון יחידתי ומשאלה·
Cecini tibi canticum, accipe munus.	שרתי לך שירה קחה מנחה·
Animæ tuæ oblatum ad eam instituendam.	אל נפשך הובאת להשכילה·

Eeeeeee 2 שירה

(b) צבי.

(c) יען שבה נמצאים סוד שיר שקולי במסער במשקל קערת קרבן הנשיאים

(d) הקרה * שלוחים לבנו *Mercer.* rectius.

(e) חמודי הנער שמואל עופר חמודו וצבי היום לרהבה

שירה בכתם לא מסולאה
את כי לכסף אין להמשילה:
אך קערת כסף קראתיה
כי (f) סך זמירות כמשקלה:
(g) עוד לו׳
בני קח מיד * יוסף לך קערת כסף
בצוף אמרי כוסף לשי חובלתיה
שפתה ספירים מפיקה עם דרים
נגידי מוסרים אשר מלאתיה
רצה אמרי נופך (h) אשר פיה שופך
ואל תהי הופך הקערה על פיה:

אחרי כן פתח את פיו (i) בניב שפה ברורה
וידבר את דברי השירה: (k)

(f) כך זמיריה *Mercer.* (g) ועוד אמר * מיהוסף *Merc.*
(h) Seqventia in codice meo desunt, qvæ habet *Vratisl.* & *M.*
(i) בשפה *M.* (k) MS. Vratislaviense addit: וכה אמר

Jam incipit carmen, prout a Reuchlino est conversum.

בני שורה וקח ביום תשורה:
ושי מאב בך נפשו קשורה:
תשורת שיר ליסרך להישיר
נתיבך (m) בם ובך תחת גערה:
אני הורך לזאת אורך ומי זה:
כאב יורה לבן דרך ישרה:
שמע אלי ואל תבה למלי
ואם יגון מצאני וצרה:
שמי אזוב אבל מילי (n) אחים
ומאמרי כסנסני תמרה:

אחי

(m) קום & M. (n) אחים & M.

Canticum auro optimo non exæqvandum
Qvanto minus cum argento comparari poterit.
At Paropſidem argenteam eam vocavi,
Qvod ejusmodi ſunt moduli ejus juxta ejus pondus.

Amplius ait.

Fili mi, accipe à Joſeph tibi lancem argenteam,
Cum favo verborum deſiderii, qvam muneri tibi obtuli.
Labium ejus ſapphiros educit cum pariis
Ductilibus multiplici doctrina, qva eam replevi.
Oblectare dictis carbunculi, qvæ os ejus fundit.
Et ne invertas lancem ſupra os ſuum.

Poſtea aperuit os ſuum ſermone puro
Ac locutus eſt verba cantici.

JOSEPHI HYSSOPÆI PARPINIANENSIS.

Lanx argentea ex Hebraica in Latinum tralata, Joannne Reuchlino, Phorcenſi, Legum doctore, interprete, metro Jambico Hipponactio juxta verſum e verſu.

Fili vide, accipe hanc tributionem.
Munus patris, qvi animo tibi cohæret.
Hymenæa dos, aptisſima ad regendum
Iter tuum, compeſce nunc tumultum.
Ego parens, docebo te, qvis autem
Sicut pater, te rectius doceret?
Audi ergo, nec deſpexeris loqventem.
Pungant licet, turbentqve me dolores,
Sum Hysſopus, at ſunt noſtra verba cedri.
Et ſermo ſicut palma dactylorum.

ארי הלב ומתראה כשועל
ולי בשיר זרוע עם גבורה:
לדודי צוף בפי ובפי עקיצה
למרגיזי עדי קמתי דבורה:
שמע אל אב לך (o) יתאו (p) ויתאב
ונפשו על פרידתך מצירה:
(q) ברוד נגזר בני בינך וביני
דברי קרה מקום פני תמורה:
הכינותי לך שולחן חמודות
ובו מכל זני מוסר (r) לכרה:
תגליו קערת כסף (s) ק׳ רננים
ומספרם כמשקל הקערה:
כמשקל קערת קרבן נשיאים
בהתנדב להוביל שי (t) למורא:
אלמודך לטוב לך לא לתגמול
שכר כסף חליצות וחגורה:
קנה שם ועשה חיל וכוח
(u) גמלוך רב ומשכורתך יקרה:
הלא שמך כשם הרב זקנך
שמואל הארי שבחבורה:
שמך כשמו יהי דרכך כדרכו
דמות אליו בתום לבב וישרה:
ידא האל ובו תדבק בכל לב
ודע כי הוא אלהים חי ונורא:
(x) והוא אחד והוא ראשון ואחרון
(y) תעלת כל אשר נוצר ונברא:
ונפרדים עשרה הם שכלים
והכבוד למעלה * מעשרות:

פקום

(o) יתאב (p) ויתאין rectius M. וידאב (q) פרוד at M. פרור
(r) לבירה & M. (s) רב בזים at M. רננים (t) למורה
(u) גמולי רב ומשכורתי יקרה at M. rectius : גמולי רב ומשכרתך יקרה
(x) והאחד והראשון והאחרון & M. (y) ועלת כל אשר עמד ונברא * מעשרה M.

Leo corde, qvanqvam adſpectione vulpes,
Mihi ſunt lacerti in carmine, atqve vires.
Mel in ore pro faventibus, ſed eſt fel
Jurgantibus, donec apis reſurgam.
Audi patrem, te exoptat & cupiſcit.
Et moeret effictim tuo receſſu
Ambobus eſt diſcesſio ſtatuta.
Faciem meam mea verba præfigurent.
Optabilem menſam tibi paravi
Ad prandium plus dogmatis refertum.
Vbi lanx melus argentea eſt canori
Pondo qvot acceptabuli tot orſa.
Qvot ſcutalæ qvam principes tulere
Ad corbanan in dedicatione.
Nunc te docens non ſpero præmiorum
Mercedulam vel veſtium vel auri.
Nomen bonum & tua virtuoſa vita
Retributio hæc ſatis mihi eſt celebris.
Nomen magiſtri posſides avitum
Samuel leo valebat in caterva
Par nomen eſt tibi, ſint pares & artes
Integritate vitæ & æqvitate.
Time Deum, & cohæreto corde toto.
Scito, qvod eſt vitalis & tremendus.
Et unus, & primus novisſimusqve
Opifex rei, ſit facta ſeu creata.
Decem beatæ intelligentiæ ſunt
Sepratæ, & ultra habitat Deus Hacabod.

מקומם הכל ואין הכל מקומו
ואיך מען יכילוהו ובירה:
שחקים לא יכילוהו ותבל
ואם בחר בעיר שלם לדירה:
אדון עולם באין גשם ולו אורת
דבר שולחן ומעשה המצודרה: (z)
תעולמו בששה אז בראו
בראו לא ביד אך באמירה:
(a) יצרו אך ביד טבע מסרו
אבל התנה תנאי מעת יצירה:
תנאי התנה הוות נחפך כחפצו
ומי הוא יעבור פיהו ומרה:
בני אל תעבור פיהו ודתו
זכור תמיד זכירה עם שמירה:
רדוף אחר בני חכמה ומוסר
יקר תשיג בחברתם (b) כומשרה
וחברת הכסיל תעזוב הלא טוב
עמדך עם צבועים במאורה:
תזהר בני מן הצבועים
נשיקתם נשיקה נעתרה:
ורוב לקחם ושיחם אל יסיתך
שפתם צוף ולבותם מרירה:
מלא ימים בחר לך לא עלמים
עצתם רע (c) ובנינם סתירה:
בחר פי סופרים לא פי ספרים
עשה לך רב ואל תבטח (d) בספרא:
כפי חכם מאת פנים יקרים
והספר לכר (e) אחר בצורה:

קנה

(z) המנורה & M.

(a) Duos hos verſus ſeqventes ex MS. Vratislavienſi, vel alio, in meo codice omiſſos, ſed a Reuchlino expreſſos, addidi. Habet eosdem M.

(b) ומשרה & M. (c) ובנייכם (d) הספרת (e) אחר

Locus omnium, at ſibi nihil locus viciſſim.
Ecqvomodo Dei templum capax eſt.
Non continebitur polo nec orbe.
Qvamvis Salem ei elegerit ſedile.
Æternitatis Rex, nec ipſe corpus,
Cujus ſignum candelabrumqve menſaqve.
Effecit ex ſex tunc creando mundum
Creans eum ſic non manu, ſed ore.
Et cuncta naturæ modis ligavit.
Nihilominus fœdus coit creatis.
Hoc fœdus eſt, ſua fiat ut voluntas.
Qvis ejus jus contemnat & rebellet?
Ne tranſeas fili os ſuum atqve legem
Memor ejus obſervatione cultus.
Seqvens viros ſummæ eruditionis
Fies eorum particeps honoris.
Stulti ſodalitas tibi exprobranda eſt.
Numqvid bonum? in numero eſſe doctiorum.
Vitare fucatos viros memento,
Qvorum oſculum eſt apprime fraudulentum
Nugæqve eorum ac blanda ne incitent te,
Qvia favus os, cor eſt fel atqve virus.
Senex tibi eligendus, haud juventus
Male conſulens molitur hæc ruinam.
Et elige os ſcribarum, ac haud librorum.
Tibi fac magiſtrum, nulla ſpes libri eſto.
Centum effluunt ſapientis ore chara
Cum ſit liber tantum unus in figura.

קנה חכמה קנה בינה ידידי
ואל תתיר לנפשך המכורה:
ומחכמה יונית טוב נטורה לך
(f) ולא תקרב לך אמרין נזירא:
נטורה מעל כרמיה חכי מן
סדום גפנם ומשדמות עמורה:
תביאך בני לידי מבוכה
וכמעט אומרה לידי כפורה:
עסוק פעם בדקדוק או בפסוק
אבל רוב עסקך שירה בגמרא:
לדעת סוד יסוד אסור והתר
והבדל בין פסולה (g) לכשרה:
ובין טמא ובין טהור להבדיל
ודין שור בור ומבעה עם (h) בערה:
תנה לב בה הכי לא די * בשארת קול
† והכרת על לחיי האמורה:
ורב אלפס הדר שכלו תחפש
ומי הרביץ כמוהו דת ותורה:
רעיכי דת אזי לחמו כלחמו
(i) ולולא בא כבר כלתה חרוזה:
בהלכותיו תגרה לך מהלכים
ומפיהו קחה מצוה ותורה:
(k) ואחריו משה איש האלהים
לספירי ספריו אין ספירה:
ספריו יקרו מפז ומהם
שפת עבר (l) וכם בלשון קטורה:

קטורת

(f) ואל תקרב לך אמרין נזירה & M.
(g) לבשירה (h) בעירה . * שארת M.
† Totum hunc versum omittit M. (i) לולי & M.
(k) ומשה אחר איש האלהים & sic M. nisi qvod pro אחרון legit אחריו (l) ויש בלשון קטורה & M.

Sapientiam acqvire & ſimul ſcientiam
Nec fac licere nundinationem.
Ab arte declinato Graicorum,
Et verba Nasdaræa ne receptes,
De vinea horum averte te, racemi
Sunt de Sedom, vitesqve de Gomorra.
Ducent enim te ad implicationem,
Vel in manus ſaltem expiationis
Lege Grammaton in arte, Bibliave;
Sed ſit labor tibi major in Gemara.
Rei ut ſcias cujusqve jusqve fasqve
Qvid inter æqvum interſit atqve iniqvum.
(1) Sententiis Schor Borqve, legibusqve
Cor applica, non ſufficit ſonare,
(2) Nec vapulare ſuper genam a docente.
Magiſter Alphes, cui decora laus eſt
Qvis colligit tam docte (ut ipſe) legem?
Famelicos ſcientia cibavit,
(3) Defecerat placentula is niſi eſſet.
Sententiæ horum ſemitæ tuæ ſint
Et ab ore eorum ſume regulam omnem
Et Moyſes poſt hunc homo Dei alter
(4) Cujusqve ſapphiros ſuper libri ſunt.
Et obryzo qvoqve gratioſiores.
Et ſunt Hebræa & arraba loqvela.

(1) Mercerus ita: *Et judicium bovis puri, & qvod neceſſarium eſt in beſtia.* At *Reuchlinus* recte vidit, alludi hic ad שור בר Talmudiſtarum.
(2) Rectius Mercerus: *Et percutere ſuper malas Doctoris*, h. e. docentem delinire.
(3) *Duos ſeqventes verſus h. l. omiſit Reuchlinus, qvos tamen interjectis ſex verſibus proximis ſubjicit integros. Eos ego huc retuli, qvamvis ad alterum illum locum rectius pertineant, in qvem Mercerus qvoqve retulit.*
(4) Rectius *Mercerus* ita: *Sapphiris librorum ejus non eſt numerus.*

קטורת שים באפך דבריו
הלא יורו לאיש דרך ישרה:
ולפעמים כלך אצל דרשות
(m) בספרי מכילתא וגם בספרא:
(n) בני בשיר שעה ורעה דרכיו
ובמליצה תהי נפשך זהירה:
עדי תוליד כאביך בני שיר
(o) הטוב היות לך נפש עקרה:
צרוף אותו עדי צאתו מזוקק
הניעהו כהנע בכברה:
ועל הכל באגרת שלוחה
תנה לב להיות זכה וברה:
בספרו האנוש (p) כבר וכתב
לשכל שולחו עדות ברורה:
ויש (q) ויש אשר שלה כתבו
וערותו בכתב גלה וערה:
והזהר במכתבך בני כי
נעים מכתב מפאר שיר ושירה:
(r) בני כתר עיר ואחוה
לך רעי במוסרי ואקרא:
היה שם כל רוכין ושוקל
ומעשיך תכלכל במשורה:
בחר מן הקצורת הממוצע
והוא הטוב והישר מקורה:
תנה אל נפשך חוקה וכן תן
לגוף חוקו עשת בינם פשרה:
אכול ושתה אמור לו אך במשפט
אבל לא (s) להיות אליו לזרא:

ואם

(m) מכילתא וחסיפרי וספרא & M. (n) בני שיר (o) הטו בלכיות at M. rectius הטוב מהיות (p) זכר at M. rectius נבי ובכתב
(q) abest posterius ויש (r) בני כתר זער עור ואחוה & M. (s) Huc usqve varietates lectionum Vngerianarum. Pro להיותו אליו M. להיותו לו

Fumus tuis pro naribus ſuavis.
Numqvid docent hominem viam probatam?
Et ſæpe vade ad prædicationes.
Vel ad Mechilta, Siphre ſive Siphra.
Fili, ſit & tibi carminis palæſtra.
Et terſa dulcedo ſuavitatis.
Vt fabrices mihi verſus canoros,
Ne viribus ſterilis vel horridus ſis.
Purgabis illos, dum exeant probati,
Crebro movens carmen qvaſi in cribello.
Et honeſtius ſtudium eſt epiſtolare,
In qvo ſtudeto puritati & arti.
Multum in ſuis ſcriptis homo notatur.
Vbi qvisqve de ſe teſtimonium fert.
Eſt eſt ſuum qvi literis libroqve
Opprobrium nudavit & detexit.
Qvo diligens ſcribendo, nate mi, ſis,
Suavitas ſcripti librum decoret.
Specta parum, dum nunciabo rurſum
Tibi ſcientiam meam, & monebo.
Repone tecum omnes vias amusſim,
Et calcula ſive acta, ſive agenda.
Extremitates linqve & elige intra.
Iſtud bonum rectumqve nuncupatur.
Animæ ſuum perſolve jus, deinde
Qvod corpori prodeſt: utrisqve pax ſit.
Bibe atqve ede, at dic, fiat hoc honeſte.
Vt non ſit æqvo alienum & immodeſtum.

ואם תגבר בך נפש מאוה
משול בה והסירה מגבירה:
אבל במחלצות תעבור קו
הכי בלבוש כבוד גבר וחדורה;
מעט שנות מעט בני תנומות
ובמה מחמרים בתעוררה:
ומעצלות מנע נפשך (t) הלא טוב
בנמהרות אבל בהיות זהירה:
ימי מועד וחג הכון להבין
בדת צורך ורזיה לחקרה:
הכי לא נתנו בלבד לשבעה
בשר מחים ויין רקח לשכרה:
ואף כי יום מנוחה יום שביעי
וזה טעם וסוד נפש (u) יקרה:
(x) ויום וליל להתפלל (y) לבית אל
עלה אכן בכובד ראש ומורא:
ועל מושב מקומות לא תקדק
ומאז אין ישיבה בעזרה:
אנוש יוקיר מקומו אך מקומו
בלי יוסיף לאיש כבוד ויקרה:
(z) ואם יקראך (a) לבוא לבית אל
מהרה חוש ואל תחוש לשורה;
ואם מעיר לעיר תלך עשה זאת
והנהג בדת המחמירה:
והוקר רגלך מרעך פן
בך יקוץ ולא יבחר בחברה:

ראה

(t) ולא M. (u) יתרה M. (x) וליל ויום M.
(y) בבית M. (z) ואיש M. (a) לקרא בדת

Si animæ tuæ dominabitur cupido,
Tu vince, ſeparaqve eam à potente.
(6) In veſtibus ſed lege non teneris.
Ex his habet vir gloriam atqve honorem.
Cuba parum, fili, parumqve dormi.
Vigilando namqve paſcitur cupido.
A pigritudine ſpiritum repelle.
Plus eſt, ut incites, qvam ut inciteris.
Feriisqve contemplare diſputave
In lege divina reconditaqve:
Nam dantur illæ non ut repleāris
Vino medullataqve carne tantum,
Sed, ut qviescas, ſeptimus dies eſt.
Et ejus hoc myſterium modusqve
Noctes diesqve orare in æde ſacra
Preſſo tamen capite ac ſimul pudere.
Certator autem de locis nec eſto,
(7) Ob id nec eſt crepidini ſedile.
Vir namqve dat loco ſuo decorem
Sed non locus viro viciſſim honorem.
Si qvis jubet te, lex Dei legatur.
Fac id cito, (8) ne ponderes catervam.
Si de urbe in urbem transmigres, idem fac.
Vtendo lege qvemlibet gravante.
Sæpe aufer a ſocio pedes tuos, ne
Pigeat tui, nec te eligat ſodalem.

Cor

(6) Binos hos verſus rectius ita expreſſit *Mercerus: At in veſtimentis (ſi) modum excedes, Num in veſtitu gloria viri ac decus.*

(7) Rectius hæc, qvam illa Merceri: *cum jam diu non ſit ſeſſio in oratorio.* Senſus eſt: qvi ſublimia ſectatur, facile præceps labitur.

(8) Mercerus: *nec feſtines ad canendum.* Neutrum rectum puto. Verte: *nec feſtines ad principatum.* Legendum eſt לְשׂוּרָה ex שׂוּר Proxime ante ambitionem disſvaſerat noſter.

ראות לב האנוש נכסף לגשם
וקץ בו אם ירידתו תדירות :
היה אחד בפרת ובלב בני לאת
(b) כדברי צחד בדבר המערה:
גמול חסד לדלים אך בצנעה
ובסתר היה להם לסתרת :
(c) במסרת הרכוש תבוזר הלאת תור
לאל נרצה ככבשה או שעירת :
לשואל תן ואם לאת אך ענהו
ודי אם ידך מתת עצורת :
היה אחד בפה ובמעשה לאת
בפרה חלק וביד השעירת :
הלאת דברי בני משרה בנחת
וממדורת נבלה קול הברת :
לשון הרע והאומרה תתעב
כשלות היאת וכתער השכירת :
ומדבור מגונה סור הלאת צור
(d) אזי עקב באיננה טהורת :
רכילות אם לאומרת אם לקבל
(e) נטוש כי היאת למדון ראש ותגרה :
ואם חשף לך סודו עמיתך
תנה לו בחדר לבך קבורה :

וכן

(b) בפה חלק וביד השעירה M. qvi ſeqvitur paulo poſt ex meo codice poſt היה אחד בפרת ובמעשה לאת Præterea M. pro כדברי צחד legit כבן צורר & pro בדבר habet בחברי

(c) במסרת יד רכוש

(d) עֵקֶם M.

(e) חרל M.

Cor ecce (9) corpus ardet expetitqve,
Et taedet ejus, (10) qvando vilefiet
Sis unus & verbo ſimulqve facto,
Non ut (11) zohar ſpecu libris citatus.
Facias egenis gratiam pudice
Patronus occultæ necesſitati.
Pro viribus tua dona largiare,
Nam eſt turtur æqvivalens ovi capræque.
Et da petenti, haud ſi dabis, reſponde.
Et ſufficit, tua ſi manus reſtricta eſt.
(12) Sis unus ore & corde, amice fili.
Non ore levi cum manu piloſa.
Sunt verba juſti cuncta cum qviete,
De moribus vox ſtulta, vox tonitru.
Lingvam malam cum auctore abominare,
Qvæ ut enſis & mercedulæ novacla eſt.
Vitare dictum turpe cogitabis
(13) Nam ſæpe fortis ſcurrili movetur.
Calumniam dicendo & audiendo,
Fuge, litis irritatio eſt caputqve.
Si qvis tibi arcanum ſuum recenſet
Conclave cordis ſervet id ſepultum.

Ggggggg Tunc

(9) Verte *pluviam*, ut fecit *Mercerus*.

(10) Verte: *quando deſcenſus ejus eſt aſſiduus.* Ita *Mercerus*.

(11) Mercerus: *non ut filius Zohar in verbis ſpeluncæ.* Ex libro Sohar facilius, qvam ex utraqve verſione lucem expreſſeris. Ita puto legendum: כדברי צהר בקברי המערה i. e. *ut verba lucis in ſepulchris ſpeluncæ.* Ad librum Sohar, tanqvam in ſpelunca exaratum auctor non alluſit: ſic enim ſcribi debebat זהר Taceo, religioſiorem noſtrum videri fuiſſe, qvam ut libro *Sohar*, tanti apud Judæos pretii, illudere potuerit.

(12) Hos duos verſus Reuchlinus proxime ante octo antecedentes poſuerat. Eundem ordinem ſervat Mercerus.

(13) Rectius Mercerus: *an non acies Tum eſt obtuſa cum non eſt munda?*

וכן סורך גרוד ונעול בפניו
נעול דלתי שפתיך (f) לסברא:
אסירך הוא ואם ימס אסורו
תהי נפשך בידהו אסורה:
עזוב חימה ואף (g) תטוש הלא ראש
נביאים החטיא כעס ועברה:
ודרך גאוה שקץ ותעב
וכן שקץ אנוש נפשו יהירה:
גבה לבב מפרק כל צלעיו
בערת לכתו ומפרקתו שבורה:
דבריו צחנה וסחי לשומעיו
ושולחת לאפים הזמורה:
הלא גאון ישקץ איש ויבאיש
ולו חכם כדניאל ועזרא:
רדוף ענוה וכבוד ירדפך
ונוס מגאוה תשיג שררה:
קנה רודים באמרי חן (h) וכשר
תהי נפשם בלא הון לך מכורה:
והמוסר לכבד כל בני איש
ואף אם הם במדרגה צעירה:
ואל תדין בני אדם למראה
ויש קודר ולו נפש בהירה:
ואל תזכר בסוד חברת המונית
דבר תורה מקובל או סברה:

חלא

(f) וְסַגְּרָה M.
(g) נתוש M.
(h) כבוד M.

Tunc ante eum ſecretiora cela,
Claude oſtium labii tui, reclude
(1) Clauſtrum tuum, ſi liqveſiat illud,
In vinculis ejus eris alligatus.
Iram relinqvas, reprimas furorem.
(2) Caput Prophetarum furor rejecit.
Superbiam exſecrando abominare,
Hominemqve deteſtare ſic ſuperbum.
Sublime cor coſtas ſuas diremit,
Et tempore eſt cervix ſibi refracta.
Sermo ejus eſt ſingultus & putredo.
Et naribus fœtor exſtat audientis.
(3) Decet ſuperbiam vocare ſordes.
Sapiens licet ſis Daniel & Esdra.
Humilem tamen freqvens honor ſeqvetur.
Fugiensqve faſtus regna conſeqveris.
Acqvire amicos per benigna verba.
Illorum emes animam ſine ære & auro.
Hæc regula eſt, venerabere univerſos
Qvamvis ſtatu ſint infimo graduqve.
Non judices facie tenus vel ullum.
(4) Vilis putatur ſæpe, qvi potens eſt.
Secreta ne vulgi ſodalitati
Pateſiat ars inventa ſeu recepta.

Gggg ggg 2 (5) Num

(1) Rectius Mercerus: *Alligatus tibi eſt, qvod ſi colliqveſcat vinculum ejus. Erit anima tua in manu ejus ligata.*

(2) Recte ita, qvamvis obſcure. *Mercerus* minus convenienter: *an non caput Prophetarum eſt? Peccare facit ira, & incandeſcentia.* Verterim ego: *Nonne caput Prophetorum peccare fecit ira & excandeſcentia?* Ad Moſen reſpicit noſter.

(3) Recte Mercerus: *Nonne elatio abominandum reddit hominem ac fœtidum?*

(4) *Mercerus* melius: *Cum ſit triſtis, qvi animum habet hilarem.*

הלא לועג תהי לרש כמזכיר
כבוד עשרו לאיש ידו חסרה.
והקוביא ודומה לה תשקץ
וכליה תגרע באשרה:
וממושב אנשיה ברח לך
(i) והיתה לך ראיתם אסורה:
הכי (k) תוליך מתים שולל וערום
ואין סורת (l) בסתר וכסורת בקרה:
(m) צחוק נקרא ואולם בעקבו
(n) בכי כרוך ואחריתו מארה:
ברח מכל דבר דבה ושמץ
וסור מכל חשר מרה בערה:
ראה עבד יהוה אז ישמש
בחלוק מבלי שפה ואמרה:
בני היום (p) בשמחת חתינתך
לבבך (q) שית ביעלת חן ועפרה:
(r) ויעלת חן ובת שרים ושועים
ובת תשנה ולא תשגה בזרה:
ראה (s) בראי תמונתך חמודי
ואל (t) תשחת יפה צורת חרות:
ואם פגע מגול בך ותבלו
לך שמן וכור חפר וכרת:

משך

(i) ותהיה לך ראיתה M.
(k) תוליד rectius M.
(l) בְּסֵתֶר M. rectius.
(m) שחוק M.
(n) בכי ברוך M. male; unde etiam Mercerus in verſione ſua lectionem noſtram per, *fletus eſt involutus*, expreſſit.
(p) חתנתך ושמחת M.
(q) שיש M.
(r) בועלת M.
(s) ברטות M.
(t) תשחית M.

(5) Num pauperi ridendus es, recensens
Ærarii ejus gloriam decusqve.
Ludosqve talorum & pares omitte.
Illorum (ut idola) arma cuncta frange.
A sede porro eorum abito longe.
Cujus aspectus tibi nefandus.
Qvia gentibus sit causa nuditatis
(6) Vt ambulent in frigore absqve veste.
Primo vocatur risus, at subinde
Fletus latens, & finis est amarus.
Famæ notam ne inusseris loqvendo.
Suspectio sit moris nulla turpis.
Servam vide domini, fuit ministrans
(7) Labio absqve camisiam gerens sine ora.
(8) Fili, tuæ jam nuptiæ coruscant
Gratissimam ad cervam tuum tene cor.
Ad gratiæ cervamqve nobilemqve,
Illaqve non extranea salax sis.
Vide tuam, dilecte mi, figuram.
Formamqve ne corruperis decoram.
Si occurrerit, qvi forte rete tendat,
Foveam tibi fodiendo, jamqve fodit.

(5) Probo *Mercerum* vertentem: *an non ridebis pauperem, si commemoret divitiarum suarum viro, cujus manus egena est?*

(6) Melius Mercerus: *qvi amictu careant hieme*, (ex lectione סתו) *& vestimento in frigore.*

(7) Probo Mercerum ita vertentem: *Lenitur absqve labio & sermone.*

(8) Male idem: *Fili mi, hodie sponsalia tua & gaudium Cordis tui, exulta cum caprea gratiosa & hinnula.* Is scilicet vocum לבך retulit ad antecedentem in codice suo ושמחת. Perperam sane, cum verbum שית pro השית omnino reqvirat vocem לבך i. e. *pone cor tuum.*

משוך אותו לבית מדרש ומושבות
ססיל שמה תפתח מהרה:
ועת חם לבך (u) על חטאת לבותאל
עלה כי היא עליית המקרה:
ודע (x) נא כי אלהים שופטים (y) יש
בני ולפי זריעה הקצירה:
בני עודך במוקרי הנעורים
והילדות כאש יבער בכירה:
חדל בני מבוא אל גן אלהים
כתמר לעלות לאחז בפארה:
וכמה מהרו לעלות ותרסו
וגרמו לעשות בגן עקירה:
וכן סוד משאול טעם למצות
אלהינו אבל תאמר גזרה:
שעה עד יעבור נער ובאו
ימי שיבה וכבתה המדורה:
* ויאמוץ לבך ברת ונפשך
כמגדל עוז וכעיר הבצורה:
כלך אצל בני המחקר (z) אז
עשה (a) בם חקירה דרישה וחקירה:
חקור טעם למצות אל וחקיו
עדי יגל לך טעמם (b) ויראה:
וצא לחקור אזי סודות בראשית
(c) וצאת מאפלתך לאורה:

עדי

(u) לחטאת M. (x) כי יש male M.
(y) על M. (z) ואזי M.
* וְיֶאֱמַץ rectius M.
(a) בהם דרישה וחקירה M. rectius.
(b) וסתרה M.
(c) ותצא M.

(1) Trahe illum ad inqvisitionis aulam.
Illic ei persolve justa stulto.
Tibi si calet cor ad scelus patrandum,
Ascende Bethelo ut refrigereris.
Et tunc scias, judex Deus qvod hic est,
Et par erit sementis atqve messis.
Fili, te adhuc ardor tenet juventæ.
Ardesqve ut ignis ardet in camino.
Cessa venire ad hortulum supremi,
Scandas ut in palmam, atqve ut apprehèndas
Ramum, qvot autem ascenderant cadentes?
Hoc qvi viretum evulserant amoenum.
Sic ne appetas rationem habere legis
Nostri Dei, sed dic, qvia ordinatum est.
Spectaqve, dum transiverit juventa,
Et igneum exstingvat rogum senecta.
Sit fortiorqve intelligentiæ vis
In lege, mensqve ut turris elevata.
(2) Vade ad viros sacræ professionis,
Et tunc move argumenta qvæstionum.
Qvæ causa sit ceremoniis reqvirens,
Dum videris rationibus patere.
Accede demum arcana de Bereschith
Ex exeas ad lumen à tenebris.

Rem

(1) Bene hic M. *Trahe eum ad domum scholæ & sedes Stulti ibi aperies cito.*

(2) Mercerus: *Vas tuum sit*, ex voce scilicet כלי, qvæ tamen suffixo juncta formam hanc non patitur. *Reuchlinus* in suo codice videtur legisse vel לך, vel ולך *& ito*, sicut paulo post occurrit: צא

עדי תשיג דבר אדם (d) ואשתו
והערום אשר רשתו מזורה:
ובין בשני ילדיו ותקור סוד
קטון בניו ולו משפט הבכורה:
וסוד הגן ועץ חיים בתוכו
ושעורו וענין נוף וקורה:
וכרובים תגה לבב ותופע
בארבע הנהרות לך נהרה:
ואת להט כרוב האש מהפך
סביבו להיות עליו שמירה:
ויגלו במרכבה עמוקות
לך ולנפשך אז יום בשורה:
בשורה אז לנפשך אחריך
היותה תוך צרור חיים צרורה:
זבול תעל (e) ברדת משאולה
כתשבי בעלותו בסערה:
וסוף דבר בני שם טוב קנה לך
הכי טוב סחרו מכל סחורה:
ראה שלש עטרות הן ושם טוב
עלי גבם עטרה (f) לעטריו:
יעטרך (g) אל כצנה רצונו
וחסדו (h) יהי לך שריון ותחרא:
ועם בת גילך תגיל וישם
שניכם אל כאברהם ושרה:

Finit

(d) תעורו M.
(e) ברדת גו שאולה M. rectè.
(f) לעטרה M.
(g) כצנה אל M.
(h) לך יהי

Rem ſcire Adæ, ſui (3) adminiculiqve.
(4) Nudi ut prius, circumligantqve rete.
De filiis myſterium duobus
Et de minore privilegiato.
Status paradiſi arborisqve vitæ
(5) Et qvantitas in palmite atqve trunco,
Et ad Cherubim cor leva ut niteſcat.
Tibi qvatuor fluviis reſplendeat lux
Flammæ Cherub, ignis reflexus in ſe.
Circum undiqve ad cuſtodiam Gan Eden.
Poſthac tibi Mercava detegetur
Profunda valde, ubi dies ſuprema
Adnunciata animæ tuæ reſtabit
Intra globum viventium involutæ.
Scandetqve cœlum & corpus ad ſepulcrum
Thesbitæ inſtar turbine elevati.
Hic finis eſt; bonum capeſſe nomen,
Qvod præſtat omni nundinationi.
Tres ſunt coronæ, nomen at bonum illud
Corona ponitur ſupra coronam.
Deus ergo te ſcuto ſuo coronet
Tibi gratia hæc thorax ſit, & galerus.
Cum filia coætanea jocare.
Vobis Deus det, ut Abrahæ atqve Saræ.

Hhhhhh Finit

(3) *Reuchlinus* itaqve legit עוזר qvod & *Mercerus* habet.

(4) Bene Mercerus: *Et verſuti illius, cujus rete eſt expanſum.* Satanam petit.

(5) Præfero Merceri illud: *Et menſuram ejus, & rationem ramorum ac venæ ejus.*

Finit Rabi Joseph Hyssopæus, qvem transtulit de Hebraico in Latinum Joannes Reuchlin, Phorcensis, Legum Imperialium doctor, Cæsareæ Majestatis Archiducis Austriæ, illustrissimorum Imperii Electorum & cæterorum Principum in Confœderatione Sveviæ Judex ordinarius. Anno M. D. XII. sexto Kalendas Martias.

Tubingæ in ædibus Thomæ Anshelmi
Badensis, mense Martio.

Hoc est carmen illud Hyssopæi, carmine Reuchliniano expressum. Meminit ejus *Jo. Henricus Majus*, ὁ μακαρίτης, in Vita *Joannis Reuchlini* pag. 15. *Non infelicem*, inqvit, *fuisse Poetam, vel inde satis colligi judicarique poterit, qvod ad Maximilianum I. Imperatorem scripsit, se puerum adhuc pari imparique mensura carmina tornasse, & qvoto qvoqe die ad ducentos versos fundere potuisse. Convertit etiam ex sermone Hebraico in Latinum Josephi Hyssopæi, svavissimi Judæorum Poëtæ, epithalamium, & versum e versu Jambico bipponactico genere venuste reddidit.* Hic nihil præter meritum dici, intelliget, qvi interpretationem ipsam cum contextu compararit. Nonnunqvam, fateor, *Reuchlinus*, Poetæ mentem non est adsecutus, ideo forte, qvod depravatam in codice lectionem invenit. Idem vero etiam *Mercero* usu venit, Viro his literis egregie innutrito. Attuli in notulis specimina ad utramqve partem pertinentia. Interim Reuchliniana versio Mercerianæ eo nomine præstat, qvod illa sensum Scriptoris disertius & clarius utplurimum pandat, cum hæc literæ nimis inhæreat. Et vel sic tamen *Reuchlinus* Poetæ vocibus exprimendis ita studuit, ut non raro occasionem mihi fecerit, scriptionem codicis mei interdum pravam, interdum impeditam, nunc emendandi, nunc adseqvendi.

Subjiciam hic carmen in laudem Hyssopæici illius eadem arte (ab Anonymo nescio, ceu mei codicis inscriptio vult, an ab ipso Hyssopæo, quod *Mercerus* habet,) scriptum, qvod in codice meo illi annexum, & a Mercero qvoqve editum invenio. Titulus est:

(a) דברי אגרת המוסר אל החכם המשורר רבי יוסף האזובי זכרו לברכה :	Verba epistolæ moralis ad Sapientem Cantorem R. Josephum Hyssopæum, p. m.
גם אלה לו׳ שבחים לפאר הקערה :	Etiam hoc in laudem & decus Paropsidis.

נפש

(a) Pro omni illa inscriptione *Mercerus* hæc tantum habet: שירי המחבר להפליג בשבח הקערה i. e. *Cantica Auctoris ad extollendam laudem Paropsidis.*

Versio Merceri.

נפש קנה מוסר ובין שואלת	Anima comparandæ doctrinæ & intelligentiæ avida
מה לך אלי משלי ואל קהלת:	Qvid tibi cum Proverbiis & cum Ecclesiaste.
הנה לך שירת יקר לא נחקר	En tibi Canticum eximium, cujus non est investigatum
ערכה לרוב הודה ולא מגבלת:	Pretium, ob magnum ejus decus, nec limitatum est
שירת יקרה קערת כסף שמה	Canticum egregium, cui nomen Paropsis argentea.
כמה וכמה מעלות כוללת:	Qvam multas & qvam multas dignitates continet!
רבו צבאיה ברוב צחות ורוב	Multæ sunt copiæ ejus cum multa elegantia & multa
מוסר ובין עד נחשבה רוכלת:	Doctrina ac intelligentia, usqve adeo ut habeatur negotiatrix.
עז לה וכן נועם (b) וחן עד ישאלו	Robur ei, & sic jucunditas, usqve eo ut rogent:
האם לביא היא ואם אילת:	Num leæna sit, & num cerva?
לו היתה בימי נשיאים אז עלי	Si fuisset in diebus Principum, tum supra
כל (c) קערתם תערה ממשלת:	Ceteras paropsides induisset dominium.
תכבד ותכריע לגדלה כל זהב	Gravis est, & incurvat magnitudine sua omne aurum,
מלכת שבא (d) לו כהיה נשקלת:	Reginæ Sabæ si fuerit appensa.
ערך וממשיל לה בנות שיר יערוך	Qvi æqvat & comparat ei filias cantici
חוח לשושנה ולחבצלת:	Æqvat spinam rosæ & lilio.

Hhhhhh 2 מיטב

(b) עדי כי ישאלו *Mercerus* rectius.

(c) כל הקערות *Mercer.* rectius.

(d) אם היתה *Merc.* recte.

מיטב בנות השיר בכוביהן והן	Optimum filiarum cantici eſt in mendaciis ſuis.
היא מרבר שקר ושוא נכרלת:	At ecce! hæc a verbo falſo & vano ſeparata eſt.
(e) נס האמת נושאת לה תנוסס ותן	Qvin veritatem fert, ut tanqvam ſignum attollat, & altum eſt.
(f) קרניו באמרי קושט ובם נרגלה:	Cornu ejus in verbis rectis; & illis ut vexillo ducitur.
שירה בפיה בית תבונות בנתה	Canticum, qvod ore ſuo domum prudentiæ conſtruxit,
(g) ומעי כסילות שם מעי מפלת:	Et domicilium ſtultitiæ, ibi eſt inteſtinum dejiciens.
תקרא בקול אל כל חכם לבב (h) וכל	Vocat voce omnem ſapientem corde, & virum
(i) סכל לכולם פתחה הדלת:	Stultum, omnibus aperit oſtium.
כי כן לפנים בקטורת (k) עם חלבנה	Nam perinde eſt faciei, ut ſuffitus galbani
עם חלבונה בר בבך ושחלת:	Cum thure æqvalis ponderis & onycha.
ישמע אנוש חכם ויוסיף על יקר	Audiat vir ſapiens, & addet ad pretium
שכלו (l) וסכלו יעזוב אולת:	Intellectus ſui, & ſtultus relinqvet ſtultitiam.
נואש ונואל מתבונה (m) קום שגת	Deſpera & deſtitute prudentia, qvid tibi eſt?
(n) בם והגה כי עוד לך תוחלת:	In eo meditare, nam adhuc eſt tibi ſpes.
היא אל חולי נפשך ארוכת תעלה	Ipſum morbo animi tui ſanitatem afferet.
כי על נפשות הוללות חומלת:	Nam animorum ſtultorum miſeretur.

סרפא

(e) גם M. prave. (f) קרנה M. (g) ומעין M.
(h) ואיש M. (i) כפל M. (k) delet עם M. rectius.
(l) וסכל M. (m) מה לך M. (n) בה תהגה M.

מרפא לנפש היא ולבשר צרי	Medicamentum est animo & carni resina.
בה אל שניהם נמצאת תועלת:	In eo reperitur, qvod sit ambobus utile.
תמתק לחיך אוכל כצוף דבש אכל	Dulcescet palato comedentis, ut favus & mel
לא טוב היותה אל דבש נמשלת:	Verum non est bonum, ut melli comparetur.
(o) אשר יאכלנה לא יקיאנה לרוב	Si de eo comederit, evomet, qvia plus satis
אכלו וצוף נפש אנוש גואלת:	Comedit, & favum anima hominis fastidit.
קערת יקר מכל קערות נפלאה	Paropsis pretiosa præ ceteris paropsidibus admiranda est.
כי נאכל בהם (p) והיא נאכלת	Qvia in illis comeditur, at hæc comeditur.

עד כאן שבח ופאר הקערה הנאדרה:

Versibus his epæneticis subjungebatur brevis Hyssopæi nostri epistola prosaica parænetica. Illam, passim ab injuria temporis vitiatam, & præterea in calce deficientem, describere nolo. In limine ejus vocatur noster *Joseph Esobbi fil. Chanan*, qvod patris nomen alibi expressum non inveni.

(o) אם יאכלנה יקיאנה M. rectius. (p) חאת

EPITAPHIA JUDAICA
VARII GENERIS.

In superioribus spem aliqvoties feci epitaphiorum qvorundam Judaicorum, qvorum apud me non exigüa copia manu descripta exstat. Illorum itaqve seqventia accipe specimina ex multis, qvæ industriæ Rev. *Adami Andreæ Cnollenii*, * Verbi divini apud *Furthenses* juxta *Norim-*

* *Lucem aspexerat* Wirschnitii *an.* 1674. 12. *Septembr. fatis deinde functus* Furthi *an.* 1714. 18. *Februar. Lege, si placet* Relationes Theologicas vernaculas (Unschuldige Nachrichten) *an.* 1714. p. 771. *ubi præter vitam ejus scripta, luci olim destinata, enarrantur. Talmudicæ Rabbinicæqve*

bergam qvondam Ministri, nunc μακαρίτυ, debeo. Is enim duodecim earum Decades & amplius ex cippis, in coemeterio Judæorum *Furthensium* obviis, à Judæo qvodam curate descriptas, versione Latina maximam partem donatas, notisqve suis & observationibus illustratas luci destinaverat. Hæc post fata Viri optimi, & longiore vita, si Deo ita visum fuisset, dignissimi, una cum aliis ejusdem libris & commentationibus MSS. tum adfectis, tum ad umbilicum perductis, in manus *Bielckii*, Bibliopolæ qvondam Jenensis, hinc vero, aere redemta, in meas inciderunt. Constitutum scilicet erat viro diligentissimo & harum literarum gnarissimo, non hoc solum, sed & alia, melioris frugis, undiqvaqve conqvisita, in lucem aliqvando edere, atque eadem opera res Judæorum præsentes in notis illustrare. Accipe, qvæ hanc in rem *Christianus Theophilus Vngerus*, ὁ μακαρίτης, cum qvo collectionem illam epitaphiorum *Cnollianam* communicaveram, ad me perscripsit: *Epitaphia non nisi Furthensia complectitur. Alia selecta B. Cnollenius edere constituerat, si per fata perficere institutum licuisset. Judæorum enim statum è cippis illustrare scriptione peculiari, qvantum è literis ejus, ad me datis, colligere licet, animo destinarat. Qvam in rem ipsius verba sunt.* Si e vestris qvoqve oris, ac inprimis e Polonia epitaphia non pervulgata, sed rariora ac elegantioris stili, puta Rabbinorum, Parnosim, Præcentorum, Gabbojim, Ministrorum publicorum, eruditorum atqve mulierum præcellentium, & qvæcunque singulare qvid ferunt, impensis meis accuratissime descripta possent impetrari, ò qvam gratum mihi *foret!* Hæc *Vngerus* & *Cnollenius*. Cetera, qvæ *Cnollenio* in promtu fuisse epitaphia ex his conficitur, non accepi. Ex *Furthensibus* autem illis nonnulla tantum speciminis loco hic exhibeo, ita qvidem, ut intelligi possit, qva ratione, qvave arte memoriam defunctorum diversi ordinis, dignitatis, sexus, ætatis &c. in epitaphiis celebrare Judæi Germani consveverint. Versionem Latinam interdum hinc supplevi hinc emendavi, notisqve τῦ μακαρίτυ meas nonnullas, ubi opus illis videbatur, addidi. Inscriptionum harum qvædam, & ingenio & arte, minuta illa qvidem, sed non penitus contemnenda, se commendant; qvædam vero ita comparatæ sunt, ut ænigmatum loco ab hominibus, harum literarum usu non subactis, haberi possint. Obscurita-

doctrinæ specimina luculenta idem in laudatis Relationibus *passim exstare voluit, quemadmodum & una cum Fratre*, Joanne Nicolao, *de versione* Gemaræ *integræ Germanica adornanda cogitavit. Vide, quæ de hoc instituto Volumine II. hujus Bibliothecæ pag. 717. tradidi.*

ſcuritatis hujus cauſæ a genio Cabbaliſtico, freqventiore item & longius petita alluſione ad loca Scripturæ Sacræ, (qva etiam hac in parte Judæi abutuntur,) phraſesqve Talmudicas &c. repetendas eſſe, ex ſubjectis annotationibus patebit.

Præter *Furthenſes* illas ſunt apud me aliæ Judæorum Inſcriptiones ſepulchrales, qvas ex apparatu B. *Ungeri*, modo laudati, accepi. Illarum qvinqve circiter ſunt Decades, ex *Sileſia*, *Polonia*, *Italia* &c. Judæorum opera conqviſitæ, & tales omnino, qvae Judaeorum eruditorum ſcriptisqve clarorum memoriam ab interitu vindicant. Illas *Furthenſibus* his infra ſubjiciam, cum illarum ratio vel ideo habenda ſit, qvod de patria, officio, ſcriptis, annisqve aetatis & obitus cujusqve interdum praecipiunt.

Optandum itaqve erat, ut in colligendis illuſtrandisqve hujusmodi tum antiqvioris, tum recentioris, aetatis monimentis eruditus aliqvis data opera occuparetur, qvod *Joan. Paſtritium* olim egiſſe patet ex tractatu de Epitaphiis & Inſcriptionibus Hebraeorum, qvem paratum habere teſtis eſt *Imbonatus* pag. 125. Bibliothecae Latino-Hebraicae. Ad hoc inſtitutum provehendum conſultum puto, praeſidia nonnulla afferre, qvorum uſus praeſens eſſe poſſit.

Ex *Judæis* huc qvodammodo pertinet R. *Uri* fil. *Simeonis* יחוס האבות i. e. *Genealogia Patriarcharum*, qvem libellum Latina ſua verſione & notis inſtructum, ſub titulo *Cipporum Hebraicorum*, *Jo. Henricus Hottingerus* Heidelbergae primum an. 1659. in 12. & repetita vice auctiorem ibidem 1662. 8. edidit. De eo, qvantum ſatis eſt, Volumine I. Bibliothecæ hujus num. CCVI. & ſupra in Supplementis his diximus. Interim tenendum eſt, ſcriptionem illam ad ſepulchra potius majorum, qvam inſcriptiones eorum indicandas referri. Propius itaqve huc ſpectat R. *Benjamin Tudelenſis*, de qvo ibidem num. CCCXCV. actum eſt. Is enim in Itinerario ſuo ſubinde Inſcriptiones quasdam ſepulchrales affert, qvalem etiam habet R. *Aſarias de Rubeis* in מאור עינים Parte III. cap. LX. Amaziæ Regi olim, ſi credere fas eſt, conſecratam. At illius γνησιότητα idoneis argumentis poſt *Hottingerum* in diſſertatione præliminari ad Cippos Hebraicos & B. *Theophilum Spizelium* in Elevatione Relationis Montezinianæ pag. 68. B. *Mattias Fridericus Beckius* in Monumentis Antiqvis Judaicis pag. 7. impugnavit, qvi & ibidem pag. 9. ex R. *Jacobi Levitæ* libro מנהגים ſeu rituali aliam recitat, Moguntiæ an. 1400. detectam, & à *Buxtorfio* in Synagoga Judaica cap. L. commemoratam. Ex recentioribus

bus R. *Jehuda Arje Mutinensis* in libro מדבר יהודה, qvo, inter ceteras, conciones ejus funebres, memoriæ eruditorum qvorundam dicatæ, continentur, epitaphia, iisdem à se consecrata, repræsentat.

Ex *Christianis* Scriptoribus opem, sed rariorem, præstabunt collectores Inscriptionum antiqvarum, *Gruterus* nominatim, *Reinesius* & *Sponius*, ex qvibus Græcas nonnullas & Latinas, ad Judæos pertinentes, præstantissimus *Theophilus Sigfridus Bayerus*, Professor hodie Petropolitanus, de antiqvitatibus reconditioribus & lingvis, *Sinensi* speciatim, meritissimus, & amplius meriturus in commentatione paulo post laudanda illustravit. Similiter qvatuor Inscriptionum Hebraicarum fragmenta, ex saxis *Londinensibus* descripta, *Jo. Seldenus* in Auctario ad Marmora Arundeliana cum expositione sua attulit pag. 58. qvæ ab *Humphredo Prideaux* in Marmoribus Oxoniensibus, Oxonii 1676. fol. editis pag. 310. sq. repetuntur, ubi & pag. 311. alia integra legitur, qvam *Jo. Stowæus* in Notitia Londini non minus depravate ediderat, qvam Latine converterat.

Nec negligendi fuerint *Itinerum* Scriptores, qvos subinde ad partes vocavit B. *Jo. Jacobus Schudtius* in Memorabilibus Judaicis; itemqve *Antiqvitatum Hebraicarum* Interpretes, speciatim illi, qvi de *Luctu* Hebræorum, v. c. *Martinus Geierus*, cap. V. §. 25. & Sepultura eorum ac Sepulchris, ut *Jo. Nicolai* lib. IV. pag. 239. sq. *Frider. Müllerus*, libris tribus de Sepulchris Hebræorum veterum Giessæ 1666. 4. & M. *Caspar Frider. Arnoldi* in Disput. de Sepulchris Hebræorum Wittebergæ 1695. commentantur.

Tria Judæorum epitaphia, in Cœnobio S. Claræ Basileensi inventa, exstant in *Basilea Sepulta*, retecta & continuata, qvæ *Jo. Grossii* & *Jo. Tonjolæ* industriæ debetur, pag. 291. Illorum primum legitur etiam apud *Joan. Buxtorfium*, τὸν χαλκέντερον, in Lexico Talmudico pag. 971. cui ibidem jungitur aliud fœminæ cujusdam memoriæ sacrum, & à Basileensibus illis diversum. Compara *Jo. Faesii* notas ad *Gyraldum* de vario sepeliendi ritu Tom. I. p. 717. Operum, collatis eruditissimi D. *Danielis Wilhelmi Trilleri* notis ad *Hugonis Grotii* Christum patientem, germanico carmine nitide & luculente expressum, p. 392. Epitaphium ejusmodi *Erfurti* inventum describitur in Collectione Novorum & Antiqvorum Theologicorum vernacula an. 1730. pag. 876.

Præ ceteris vero curam suam ad ornandum hoc argumentum retulit *Jo. Henricus Hottingerus* partim in Notis ad Cippos Hebraicos supra commemoratos, partim in Dissertatione præliminari iisdem præmissa,

missa, qva *de variis Orientalium, Hebræorum cum primis, inscriptionibus & incertis multorum conjecturis* commentatur. Adde eundem in Historia Ecclesiast. lib. III. pag. 539. ubi epitaphiorum *Tigurinorum* fit mentio. Proximus huic ex nostratibus est *Matthias Frider. Beckius*, præco qvondam Evangelii Augustanus, & de literis Orientalibus insigniter promeritus. Hujus enim exstant *Monumenta Judaica, Augustæ Vindelicorum reperta & enarrata*, Augustæ Vindelic. 1686. 8. In limine eruditæ hujus commentationis ὁ μακαρίτης post recensita antiqva hujus generis, eademqve sublestæ fidei, monimenta de migratione Judæorum per totum terrarum orbem suscepta, eorundemqve in urbe Augustana commoratione disserit, ac deniqve octo Inscriptiones sepulchrales, qvæ ibidem adhuc reperiuntur versione Latina limatisqve notis instructas repræsentat. Testatur is pag. 14. *Spiræ* deambulacrum murorum, urbem cingentium, lapidibus Judæorum sepulchralibus inscriptis stratum esse, qvi procul dubio ex cœmiterio illorum illuc sint translati, conferriqve hanc in rem jubet *Christ. Lehmanni* Chronicon Spirense lib. VII. c. 42. Simile qvid de muro ex cippis ejusmodi exstructo legere me memini in celeberrimi *Bernhardi Montfauconii* Diario Italico.

Non ita pridem *Georg. Henricus Paricius* in libello Germanico, qvem *Ratisbonam hodie florentem* (Das jetzt-lebende Regensburg) inscripsit, Ratisbonæ 1723. 8. editum, qvindecim ejusmodi inscriptiones ex cippis, hinc inde in illa urbe exstantibus, cum versione Germanica ad plurium notitiam perduxit.

Idem argumentum copiose tractaturus erat doctissimus amicus noster *Christianus Schœtgenius*, Rector hodie Scholæ Crucianæ Dresdensis meritissimus, nisi ipsi ad alia paulo post vocato, in limine coepti operis fuisset subsistendum. Hujus autem spem fecit in Dissertat. I. de Inscriptionibus Hebræorum Lips. an. 1715. 4. edita, qva eas excutit statuas & inscriptiones, qvæ *Adamo, Evæ, Sethitis, Cainani, Henocho, Noacho, Chamo, Abrahamo, Jacobo, Mosi* deniqve vel positæ, vel ab ipsis profectæ creduntur magis, qvam demonstrantur. Eam excepit Dissertat. II. ibidem 1716. qvæ *Mesusam, lapides viales versus urbes refugii, Legem Mosaicam lapidibus inscriptam, Columnas Mosis Ægyptiacas, Schemhamphorasch, Historiam & Schemhamphorasch, Inscriptionem ejus, Inscriptiones Mosis varias, sepulcrum Mosis & inscriptionem ejus, Cananæorum columnas, Salomonis columnas* & *Adonirami monimentum*, perseqvitur. Atqve hic, nisi me omnia fallunt, ejus labor substitit. De *Absolonis* monumento, cujus mentio est 2. *Samuel.*

XVIII. 18. lege *Jo. Rendtorfii* præfationem ad Tomum IV. Biblioth. Rabbinicæ Bartoloccii. Alias inscriptiones Hebraicas, sed non sepulcrales, affert *Athanasius Kircherus* in Oedipo Ægyptiaco Tom. II. pag. 119. sqq.

Græcorum & *Latinorum* aliqvot elogiorum, ab ipsis Judæis defunctorum causa scriptorum, memoriam renovavit laudatus ante *Theophilus Sigfridus Bayerus*, cum Bibliothecæ Palæopolitanæ apud Regiomontanos curam ageret. Ejus enim sunt *Lucubrationes de Inscriptionibus Judæorum Græcis & Latinis* Regiomonte 1721. in 4. in disputantium usum propositæ, & qvatuor plagulis comprehensæ, dignæ omnino, qvæ cum aliis ejusmodi dissertationibus adhuc laudatis luci denuo exponantur.

Jungendi his sunt *Jac. Basnage*, Verbi Divini qvondam in Belgio Minister, & *Jo. Jac. Schudtius*, Gymnasii Francofurtani Rector olim meritissimus. Eorum prior de epitaphiis Judæorum generatim disserit in Historia Judaica, gallice edita Tom. III. pag. 886. sqq. editionis Roterodamensis, & Tom. VI. auctioris *Hagiensis* pag. 635. sqq. Posterior vero in *Memorabilibus Judaicis*, eorumqve Continuationibus, opere immortali, variis locis, qvos qværenti indices facile suggesserint, idem argumentum ingressus est.

Omiseram fere *Alphesii* epitaphium, qvod apud *Davidem Ganzium* in *Zemach David* fol. 54. Hebraice, hinc autem cum Latina versione *Joh. Benedicti Carpzovii* in notis ad *Wilhelmi Schickardi*, (qvi & ipse pag. 437. epitaphium fœminæ cujusdam exhibet) Jus Regium Hebræorum p. 88. legitur, nec non aliud R. *Salomonis fil. Abrahami*, qvod Hispanice conversum *Rodericus Caro* in Antiqvitatibus urbis Hispalensis lib. I. c. 23. sistit, hinc vero B. *Jo. Christoph. Wagenseilius* in notis ad Tractatum Talmudicum *Sota* pag. 1086. repetiit. Plura hujus generis ex cippis *Wormatiensibus* & *Francofurtensibus ad Mœnum* se olim descripsisse laudatus modo *Carpzovius* ad Schickardum pag. 437. refert. Memini qvoqve, Cl. *Jo. Gerhardum Pagendarmium* de Cippis qvibusdam Judaicis, sub Curia Vratislaviensi repertis, in *Triga Meditationum Criticarum*, qvam ipse in Disputat. de Codice Judæorum Olsnensium Hebraico pag. 21. allegat, exponere.

Adde his, si placet, qvæ ego Volum. I. hujus Biblioth. p. 1102. ex cippo R. *Samuelis fil. Joseph Orgelas*, & III. pag. 98. ex cippo R. *Eliæ Levitæ*, item pag. 745. ex cippo *Mosis Basula*, & pag. 878. ex cippo R. *Immanuelis Franses*, tum vero Vol. IV. num. DXII. ex cippo R. *David Neto* attuli. *Basulæ* illud ita comparatum est, ut *Hebraice* & *Italice*, commodo utrinqve sensu prodeunte, legi posiit.

Sed

Sed hæc pro instituti nostri ratione sufficiant. Jam habe primum epitaphia qvædam *Furthensia*.

Epitaph. I. *Mosche fil. David Schemuel.*

*פנ׳ איש חסיד ועניו האלוף † פו׳
כמוהר״ר משה דיין בן הרב הגדול
כמוהרר דוד שמואל ז״ל

Hic conditus est vir piissimus & mansuetus, Dominus curator atqve ductor cœtus Judaici, vir excellentissimus, Doctor præstantissimus *Moses*, Judex, filius doctoris magni, scilicet excellentissimi ac gloriosissimi viri, Davidis Schmuelis: memoriam justi benedictio maneat.

1) פה רוח נאמן 2) ספון רב טוב צפון:

Fidus hic spiritus obtegitur: multi tudo boni reconditur.

3) רועה נאמן משה: 4) דיין מצוין: נקב את ההר 5) בבלי זיין: 6) כמדרתו של משה: 7) אביהן דיתומים: 8) צדיק הישר איש תמים: 9) כמן המים משה:

Pastor fidus Moses: Judex optime signatus: montem qvi perforavit ceu organon acutum: admodum Mosis:

10) גבאי פדיון שבוים: גמל חסד למתים ולחיים 11) ומתוך האהל לא משה: בן מעון ומגדול 12) דור הרב הגדול זכותו לעד לא יחדול:

Pater orphanorum, justus ac rectus, vir integer morum, qvasi aqvis extractus Mose; redimendis captivis præpositus, beneficus in mortuos & vivos: & a conventus tentorio non recedet nec qvam Mosche, filius habitationis & turris: Doctor magnus, cujus merita & pietas nunqvam cessabant.

Iiiiiii 2 II. *Israel.*

* i. e. פה נטמן † i. e. פרנס ומנהיג

1) Initiales literæ nomen referunt officii פרנס. Phrasis petita est ex Prov. XI. 13. ובאמן רוח מכסה דבר

2) Alluditur ad Ps. XXXI. 20. מה רב טובך אשר צפנת ליראיך

3) Alluditur ad nomen defuncti, & ad Exod. III. 1. ומשה היה רועה & ad Num. XXVII. 17. *ne Ecclesia Jehovæ sit instar gregis*, אשר אין להם רועה *quibus non est pastor*, Mose scilicet vita functo; & Num. XII. 7. לא כן עבדי משה בכל ביתי נאמן הוא

4) Ex phrasi Talmudica communissima, & epitheto Judæis freqventatissimo. Vide præfationem ad librum כנסת הגדולה

II. *Israëlis fil. Mosis Vlma.*

פּנ הקצין פרנס ומנהיג הקהלה כמ̇ר איסרל בר משה ז̇ל אולמא

(1 אבן פנה יסוד ציונה : אל ראש אמנה :

י גון ואנחה שבתה שמחה : (2 ורא̇י רא קא בכינה :

ס̇מך דלים (3 רץ כאילים : לכל מצוה ראשונה :

ר̇חים רבנן אורחים חנן : מ̇יהב יהיב חנינה :

ל̇ נחשלים עזר להמציא ממון א̇ סור הוציא ברנה :

פרנס קהלה טיהר שולה בר משה יכונה

ראש הבירה : הולך ישרה : בעל צורה ובינה :

נ̇הג שררות : (4 עד גבורות : כבן שמונים שנה :

ספרו עליו : יט̇ כסליו תנ̇ו למנוחה (5 תנצבה א

III.

5) i. e. Ingenii acie qvæqve profunda & altioris indaginis subtiliter penetrans: Phrasis itidem est Talmudica.

6) Phrasis Talmudica.

7) Ps. LXVIII. 6. curator & tutor constitutus orphanorum.

8) *Deuter.* XXXII. 4.

9) *Exod.* II. 10.

10) Nomen consvetum officii.

11) Eo ipso prædicatur vel freqventissimum legis ac pietatis studium, vel perpetua animæ præsentia in cœlis. Respicitur autem simul ad Exod. XXXIII. 11.

12) דו̇ר. Ex mea qvidem sententia vel puncta interstitio per inscitiam lithographi interjecta, vel propter rhythmi limitem signandum apponuntur. Non enim legendum דוֹר ob inconvenientem alioqvin constructionem, sed potius, qvod certissime mihi persuasum habeo דוד *turris Davidis*, facta scilicet allusione ad nomen Patris & ad Cantic. IV. 4. Levissima punctorum ac Grammatices ratio in his non attenditur, sed propter rhythmi ac versuum genus multa indulgentur.

1) Lepide alluditur ad *Jes. XXVIII.* 16.

2) Phrasis Talmudica, respiciens eo, qvando Doctor aliqvis ad Solis radios brachii sui denudati pulchritudinem aspiciens in lacrymas solvebatur, ac causam qværenti edicentiqve, nonne ideo lacrymaris, qvod caro hæc elegantissima olim putrescere debeat, respondit:

Verſio Latina:

Hic conditur opibus conſpicuus, curator & ductor cœtus excellentisſimus, *Iſarl fil. Moſche* p. m. *Vlma.*

Angularis lapis in baſin jactus monumenti ſepulchralis
Ad caput fidele.
In moerore ac gemitu omnia: lætitia ceſſavit.
Vnde profecto illæ lacrymæ.
Suſtentavit pauperes hinnulorum inſtar currens.
Lactus ad qvodcunqve præceptum primum obveniens exſeqvendum.
Rabbinos deperiit, noſtros, in errones beneficus
Miſericordiam humaniter impertiens:
Libentisſime infirmos, ut & ipſi opes invenirent, adjuvit.
Argentum ſtudioſe & hilariter iniqvis manibus eripuit.
Curavit cœtum, mundavit iniquitatem filius Moſche cognominatus.
Caput oppidi; recta incedens, vir egregiæ ſtaturæ & ſapientiæ:
Principatum gerens ad fortitudinem usqve, tanqvam natus 80. annos,
Eum lugebant die 19. Kislevi menſis an. 457. juxta computum receptum
Sit anima ipſius colligata in fasciculum vigentium! Amen.

Iiiiiii 3 Verſio

ודאי דא קא ברנורה *hac ſane ratio eſt mearum lacrymarum.* Vide *Berachoth.* f 8. b.

3) ad cultum Deo rite præſtandum reqviruntur in Talmude brutorum qvorundam mores,

4) in *Pirke Avoth* tribuuntur ætatibus ſingulis ſuæ vires, octuagefimo autem anno addicitur גבורה

5) i. e. תהי נפשו צרורה בצרור החיים Conf. B. *Matth. Frider. Beckii* notas ad Monumenta Judaica § 23. & 42. Carmen ipſum e novem ſtrophis, in fine coincidentibus, conflatur, qvarum ſingulæ ſeptem voces continent, & tres inciſiones habent, duæ priores literæ rhythmicæ duabus plerumqve vocibus & tertia in eandem ſyllabam נה terminata tribus, niſi antecedens pluribus gaudeat, definiuntur: ultima ſtropha numerica videtur excipi; poterit tamen ת׳ נז divifim æſtimato conciliari. Primæ inciſionis elementa initialia in qvinqve ſtrophis prioribus referunt nomen AISRL, qvemadmodum ultimæ cognomen AVLMA ſive VLMA. א enim ſive A ſeqvente vocali immediate eſt nudum ipſius fulcrum, ſono plane deſtitutum, prævalente vocalis ſonitu. Sexta ſtropha refert voce prima officii nomen *Parnas*, Curator,

III. *Josephi Gabrielis fil. Naphthali.*

יוסף 1) איננו מחמר 2) עיננו : 3) יפה וב
גבריאל ומיכאל מימין ושמאלה ברוך לשם
בן שבעים : מעט 4) ורעים עליונים 5) גב
גרע 6) כשערים : נריבתו לזרים : אין לספ
פרנס החיר בהוד והדר : כברק ורבו
תורתו אמונתו יציאתו כביאתו בלא עבי
לבורת המדרש ; כסף פירש לתעודה 7) ולתו
ליתומים רבים גורל באהבים בשיר וזמ
זארת בחן לעניים יחן ; בחומש ועש
צו לבנים : סמיכורת וקנים : ממנו נער
לספר הודו : מנפשו ומאודו : אפו ח
בחמישי בשבועה יבכה ותרועה נשמתו ס
8) כ״ח בסיון : לבש כשרית בבאמבורג הבו
9) ע״ת לספר : לקרוע רביד צוקרה וצ
10) לכאן פיאורדא : ביום הפרידה הובא לקט
תנצבה 11) עג אין וש

דה

Versio

1) Phrafis belle depromta e Gen. XLII. 36. Nomen hoc in morbo periculofiffimo afsumfit, qvod Apellæ dicunt: man hat ihn gebenſchet. (benedictum ipſi eſt.)
2) 1 Regg. XX. 6. Ezech. XXIV. 16. 21. 25.
3) Alluditur ad Gen. XXXIX. 6.

Verſio Latina.

Joſeph abeſt deſiderium oculorum noſtrorum, pulcher & nitidus.
Gabriel & Michael à dextra & ſiniſtra ipſi in via ſunt in cuſtodiam:
Filius 70. annorum, paucorum qvidem & malorum: cœlites tandem prævalent.
Notus in portis, cujus munificentia exteros non fugit: numeri expers.
Proſpexit ſeculo ſumma cum gloria ac præſtantia inſtar Barac ac Deboræ.
Hujus lex erat ipſius veritas, cujus egreſſus è mundo haud abſimilis ingreſſui, transgreſſionis ſcilicet expers.
Lyceum ſtudiis dicatum voluit, argento fuſiſſime dotavit, pro teſtimonio ac lege ſervanda & divulganda.
In orphanos multos multum benignitatis contulit, multos educans jubila inter & cantica:
Miſericordiam pauperibus gratioſe præſtitit, tam qvintam qvam decimam facultatum partem exſolvens.
Inter filios rem domeſticam teſtamento rite diſponens, qvibus jam fulcimentum ſenile ſubduxit.
Bile qvaſi incenſus prohibuit gloriam, laudes & facultates ſuas poſt fata deprædicare.
Feria hebdomadis qvinta inaudiebatur ejulatus & horriſonus clamor anima ſecedente.
Die 28. Sivan virtutem qvaſi loricam induit Bambergæ in opido.
Tempus eſt lugendi, dilacerandi indumentum anguſtiæ ac mœroris.
Huc Furthum die ἀναλύσεως ad ſepulturam adductus.
Sit ipſius anima in faſciculo colligata viventium, cum Prophetis Abrahamo, Iſaaco, Jacobo & Sara.

Hic

4) *Geneſ. XLVII.* 6.
5) puta per animæ avocationem.
6) i. e. in pluribus civitatibus.
7) *Jeſ. VIII.* 20.
8) Voce כ״ח & *virtus* ſignificatur, & dies menſis, qvo fatis functus eſt, ſubindicatur.
9) Vox ע״ת non ſolùm formaliter tempus denotat, ſed & annum æræ minoris Judaicæ 470. infert. Alluditur ſimul ad Eccleſ. III. 4.
10) Litera ל ſymbolice innuit לפ״ק (לפרט קטון) i. e. minorem æræ Judaicæ computum.
11) i. e. עם נביאי אברהם יצחק ויעקב

Hic generatim observandum est, literas majusculas initiales exhibere nomen demortui, formulam benedicendi, & tempus obitus.

Versus omnes terminantur in syllabam רה qvæ propterea semel tantum ad oram exprimitur. Singuli qvoqve duos minimum rhythmos, in duas æqvales literas unamqve vocalem exeuntes, qvantitate & numero syllabarum non admodum observatis exhibent. Singuli præterea constant sex vocibus, in tria cola distinctis, qvorum duo priora similem referunt sonum, & voces maxima ex parte duas, excepta stropha secunda (ubi tamen aliqva subest ratio, qvod גבריאל qvasi גברי אל & מיכאל qvasi מי כאל pro duabus vocibus haberi possint) & decima sexta, ubi similiter ex abbreviaturarum ratione suppetit qvaliscunqve causa, ut colon primum legatur *Taznabh bacham*; secundum: *im nebhie*; tertium *Ijo ve Sara.*

IV. *Schelomonis Schneior fil. Josuæ Abraham.*

1) פנ׳ הקצין פר׳ כהרר שלמה שניאור בר יהושע אברהם

2) פה רד באמן 3) סור: שר הבירה:

4) החויק חוקים בקיצור רחוקים חסדו גברה:

5) זכרון לדורות במכתב בחרות באבן יקרה:

6) שני שלחנות אוד כתנות: זכה בהדרה:

7) שקד לגדור במפרנות הדור: בעצה נבחרה:

8) אביר הרועים במעשיו הנעים מתן נסתרה:

זה קנה 9) שבעים שנה: ועוד לגבורה:

10) בשובה יניב: יא תמוז 11) תנב: הוכל לקבורת

נשמתו היקרה: התנא צרורה: ובכסא קשורה:

אמן:

V. R.

1) Inscriptio hæc, in cippo summo per circulum ducta, epitaphio ipsi imminet.

2) Voces initiales majusculæ nomen officii *Parnas* inferunt.

3) Pro סור i. e: *discedendo*, legendum est ob rhythmum סר loco בסר particula ב ad literam ס ab initio vocis collocandam rejecta. Sic *Job. XIII.* 27. dicitur ישם בסר רגלי

4) Literæ majusculæ referunt titulum dignitatis החבר

5) Literæ initiales repræsentant nomen Judæo-Germanicum *Salman* i. e. *Schlomo.*

Versio Latina.

Hic conditur Princeps, curator & ductor excellentissimus, Schlomo Schneior fil. Jehoschuæ Abrahami.

Hic subiit fidelis cippum: Princeps urbis:

Qvi statuta legis ac justi confirmavit, cujus beneficentia ad remotos etiam pertigit.

Sit lapidi memoria in secula pretioso inscripta.

Cui duæ mensæ erant paratæ, & lux indumentum gloria & decore purissimum.

Studuit lubens malis hujus ævi obicem ponere consilio electo.

Præpotens Pastorum inter egregia facta beneficentiam occultam esse voluit.

Hic habuit septuaginta annos: eosqve qva præpollentiam.

Olim revertens reflorescet: die XI. Tammus, anni 452. ad sepulturam delatus.

Anima pretiosa sit colligata & in throno gloriæ ligata.

Amen.

6) mensa scilicet opipara in hoc & altero seculo, qvæ felicitas paucis obtingit, edicente Gemara. Vide *Berachoth* fol. 5. col. b.

7) Initia vocum habent nomen *Schlomo*.

8) Phrasis desumta ex 1 *Sam*. *XXI*. 8. qva simul officium *Parnasicum* denotatur.

9) Alluditur ad Ps. XC. 10.

10) Verba hæc, facta levicula mutatione, conveniunt cum Ps. XCII. 15.

11) Hinc liqvet, qvod Judæi signa numeralia instar vocum efferant vox enim תנב *tanebh* respondet antecedenti ינב *janebh*: qvod ipsum intelligendum qvoqve est de abbreviaturis. Confer præfationem ad librum בנין שלמה

V. R. Menachem fil. Mosis.

1) נלקחת ארון ביום ב׳ ר״ח ניסן (2 קויתי (3 שקטו (4 ויבוא רוגזא לפ״ק תנצב״ה אמן

5) מנחם משיב נפשי: (6 נפלה עטרת ראשי:

7) חלק ה׳ היה עמו: (8 מרחוק הלך שמו:

9) נר ישראל: ראש גלות (10 אוריאל:

11) אב״ד ור״מ מוהר״ר מנחם מן כהר״ר משה ז״ל:

פה נטמן (12 צנצנת המן: היה מלא תורה (13 כרמון:

14) ומצות:

V. R.

1) I Sam. IV. 11. 17. Hæc inscriptionis verba æqve ut in superiore epitaphio in circulum ducta sunt.

2) Alluditur ad Jobi XXX. 26. כי טוב קויתי & ad annum obitus exprimendum pro טוב vox æqvipollens שקטו substituitur.

3) שקטו indicium anni emortualis 415. C. 1655.

4) Phrasis *Jobi III. 26.* ויבא רוגז terminatio Chaldaica propter rhythmum est adhibita.

5) *Thren.* I. 16. מנחם משיב נפשי

6) *Thren.* V. 16.

7) Convenit fere phrasis cum *Deuter. XXXII. 9.*

8) Phrasis tritissima. Vide 2 Paral. XXVI. 8. & 15. &c. Manifestum præterea est, literas majusculas exprimere nomen *Menachem.*

9) Sic vocatur doctor Talmudicus.

10) Hodierna Judæorum captivitas sic appellatur, cum alias *ara* vocetur אריאל

11) In Synagogis majoribus, v. c. Pragæ, אב״ד *Abh Beth Din* i. e. Pater domus judicii seu Præses judicialia curat & primum in conventu tenet locum. Alter vero ר״מ i. e. *Rosch meschibha* juventuti studiosæ præest, & studiis provehendis invigilat. In minoribus vero Synagogis unus idemqve utramqve provinciam sustinet.

Versio Latina:

Abrepta fuit fœderis arca die II. hebdomadis i. e. Lunæ, XXVIII. mensis Nisan. Exspectavi ipsius tranqvillitatem & venit motus: sit anima ipsius colligata in fasciculo viventium.
Amen.

Menachem (i. e. consolator) animum meum restituens: decidit corona è capite meo.

Portio sive hereditas Domini erat populus ipsius, (sive: erat cum ipso) nomen ejus etiam in dissitis oris resonuit.

Lucerna Israëlis: caput captivitatis Vriëlis.

Præses tam judicialium rerum, qvam studiorum, excellentissimus doctor Menachem Man, fil. Domini Mosis.

Hic absconditur lagenula Mannæ, repleta lege ac præceptis instar malogranati.

12) De lagenula hac mannæ sæpé mentio fit in Talmud, & hic loci ea ad cognomen defuncti *Man* alluditur. Lege speciatim Talmud Hierosolymitanum Tract. שקלים de Siclis cap. VI. §. 2. pag. 14. in fine, ubi traditur, cum arca fœderis reconderetur, lagenulam mannæ, ac phialam olei unctionis, item baculum Aaronis cum floribus suis & amygdalis, tum vero Philistæorum monimenta aurea ibidem reposita fuisse.

13) Phrasis hæc Talmudica freqventer occurrit, qva & Paraphrastes Chaldæus utitur in *Cantic. IV.* 3. *VI.* 6. *VII.* 13. &c.

14) Vox מצות per errorem Scribæ aut lapicidæ transposita hic & post vocem תורה collocanda videtur. Id enim vult tum rhythmus, tum Syntaxis.

In hoc carmine bini versus unius strophæ in æqvisonam syllabam terminantur, & singuli è tribus fere vocibus constituuntur.

VI. R. *Behrman ben David Isaac.*

(1 מורנו ורבנו (2 הרב המורה וריש מתיבתא בקהלתנו מוה״ר

בערמן סגל (3 ומצודתו היתה פרוסה במדינות אנשבך ושנייטך :

שמואל שוכב בהיכל (4 נוגה : כלת עצם ותוגה : תחת כנפי השכינה :

(6 עלי נפי מרומה : ישב והגין לדוד (7 בחומה : שקע שמש (8 בלא עומה :

(9 יששכר לפעלתו : מי יתנה כלמדתו : (10 קנה חכמה ובינה :

(11 בבוו (12 האיר ותורה : (13 סיני ועוקר הרה : (14 בקהל עם ומדינה מדינה :

הראש

1) Verba hæc itidem ut in superioribus in orbem dimidium ducta epitaphio ipsi in cippo imminent

Moreum doctor est, qvi ab alio doctore ad hanc dignitatem, specimine eruditionis ac decidendi facultatis exhibito, promovetur; qvalis deinceps potestate decisoria pollet. Hic loci (i. e. Furthi) *Rabb* una cum *Beth Din* sive collegio juridico hanc dignitatem aliis tribuit, ut & titulum *Rabbi*, Rabh vero solus in præmium accipit pro *Moreum* florenos 12. pro *Rabb* & Chober (חבר) florenos 6.

2) *Harabb hammore* [illegible] est titulus Maimonidi proprius, qvippe qvi librum grandem suum *More Nebochim* inscripsit, atqve adeo hunc titulum sibi comparavit.

3) Hac phrasi officium *Rabbinatus* designatur.

4) Vt planetæ suos orbes retinent; ita Kabbalistæ cœlestes ac spirituales ejusmodi orbes effingunt, ad qvalem voce נוגה Luciferum seu Venerem alioqvin significante, poëta hic alludit; eo ipso dicendi genere beatum in cœlis prædicans, simulqve ad phrasin & dictum I Sam. III. 3. ושמואל שוכב בהיכל ה׳ respiciens.

5) Particula עלי simul innuit prænomen *Eli*, qvod nostro in periculo mortis constituto ex ritu, Judæis solenni, sicut & antea *Samuelis* illud impositum est, eo scilicet modo, ut nomen illud, qvod Sacrum Codicem evolventibus primum se objicit, adhibeatur. Ex-Judæorum solenni formula ist er zweymahl gebenschet worden.

Noster juris definitor & doctor, doctor decidens, & caput Athenæi nostro in cœtu, Muhrar *Behrmann*, Segal, sive Levita, cujus rete erat expansum in provincia Anspach & Schneitach.

SCHMVEL cubat in templo Splendoris, expers doloris & mœroris: sub alis Schechinæ i. e. Numinis.

Super pinnis excelsæ structuræ sedens, seculum protexit instar muri: occubuit Sol præter tempus suum:

Est merces ipsius operi: qvis omnem ejus dignitatis rationem enarrabit: sapientiam sibi comparavit & intelligentiam:

Luce sua illuminavit & jus edixit, qvi exstitit mons Sinai legifer, & montem dimovit loco, in cœtu nostro populoso ac in variis provinciis.

6) Phrasis, paucis mutatis, desumta ex *Proverb. IX.* 3.

7) Formula sveta: subinunitur hoc versu tam excellentia defuncti, qvam studium salutis publicæ Judæorum.

8) Sæpius obvia phrasis, significans, juniori ætate mortuum.

9) Dictum hoc depromtum est ex *Jerem.* XXXI. 16. vel ex 2 Paralipom. XV. 7. conveniens cum *Ezechielis* illo XXIX. 18. Notandum insuper est vocem יששכר & appellative in notione mercedis, & pro nomine defuncti *Ischaschar* adhiberi. De nomine vero hoc differi poterat ex libro בנין שלמה

10) Ex adhortatione *Proverb. IV.* 5.

11) Literis initialibus בכ indicatur formaliter *filius*, Patris scilicet *Isaaci*.

12) Sic de Christo Domino nostro *Joh. I.* 9. vera lux est, illuminans omnes homines. Conf. 2 *Cor. IV.* 6.

13) Ita sæpe in Talmude de doctoribus præstantissimis. Conf. Lexic. Talmudicum Buxtorfii.

14) Alluditur ad verba *Esther VIII.* 11. להקהל עם ומדינה

הראש 15) מופלא בבר ומסיבות : דורש וראש ישיבות
16) בשבת תחכמוני :

הפרנס 17) טוב לישראל : אשר 18) הכה שני אריאל ;
19) ונתן לידידו שינה :

כהרר א׳ 20) צדקתו : אשרי ילדתו והורתו : 21) רב טוב לו
צפונה :

22) יצחק ליום אחרון 23) כי הרבה צדקת פורון : 24) ויהי
ידיו אמונה :

סגל סנופים 25) ולא נהנה כ״א באצבע קטנה 26) על
דאקא בכינה :

למורנו מוהרר בערמן בהפר׳ החסיד הרר דוד
יצחק

זעקל סגל וצ״ל אשא קינה : צוה עלינו לקיים : אשר
גור ואיים :

שלא לספר שבחו לכן אסיימה : שני בסוכות 27) בטהרה
יצאה

נשמתו : והיתה 28) שלום מנוחתו : תסש למניתה תנצבה :

VII. R.

15) Est summus judex, à qvo omnes discunt: vide *Sanhedrin* pag. 87. *Horajoth* fol. 4. 2. ita Benaja Synedrii præses salutatur à Raschi & Tosephoth Sanhedrin p. 16. & *Berachoth* p. 3. b. Notetur insuper, *prudentiam* in judiciis & Academiis, *senectutem* vero in ceteris conventibus primas tenere partes, tradentibus ita Talmudistis. Noster prædicatur hic undiqvaqve primus, licet annis inferior.

16) Alluditur ad 2 *Sam. XXIII.* 8.

17) Respicit ad Gemaram *Joma* fol. 22. b. fine.

18) Inter heroica *Benaja* facta recensetur 2 *Sam. XXIII.* 20. & 1 *Paral. XI.* 22. *duos destruxit Arieles Moabiticos*; i. e. secundum Targum *Jonathan*, duos heroas. Hic vero Poëta seqvitur Talmudicam hujus dicti explicationem, vel potius detorsionem, qvasi subinnuat, similem non exstitisse Benajæ, stantibus aris templi I. & II. Ariel enim altaris est nomen, dictitante Ezechiele. Cæterum Benaja Talmudistis Synedrii Præses fuisse dicitur, præfectusqve Crethi & Plethi, seu Consistorialium. Vide *Sanhedrin* fol. 16. a. b. & *Berachoth* fol. 3. b.

Caput admirandum in foro & ceteris conventibus, caput & rector Academiæ in habitaculo ſapientiæ.

Curator, qvi optime proſpexit Iſraëli, & deſtruxit duos Arieles: dilectoqve ſuo fecit ſvaviſſimum ſomnum.

Sicut mons Dei ipſius erat juſtitia: qvam beata eſt, quæ ipſum peperit & concepit: copia boni ipſi erat recondita.

Ridebit ad diem ultimum: namqve multa eleemoſynarum ſparſione valuit: cujus manus erat firmiſſima & fida.

Proprias ſibi fecit afflictiones, nec de mundi commodis aliter qvam minimo digito delibavit: hinc illæ lacrymæ noſtræ!

Propter doctorem noſtrum ampliſſimum Behrmann, filium curatoris ac ductoris cœtus piiſſimi Magiſtri Dav. Iſaaci

Seckel, Levitarum Antiſtitis p. m. alta voce lamentabor. Cum vero noſtrum ſit ipſius obſervare præcepta, qvod tremorem injiciens definiverat,

Ne ſcilicet laudes ipſius deprædicarentur: ideo hiſce carmen obſignabo: ſecunda feſti tabernaculorum feria in puritate anima diſceſſit, & facta eſt pax ejus reqvies an. 469. ſecundum computum noſtrum. S. a. e. l. in f. v.

Doctor,

19) Phraſis Pſ. CXXVII. 2.

20) Vide Pſ. XXXVI. צדקתך כהררי אל

21) Vide Pſ. XXXI. 10.

22) Leviſſima variatione perſonæ & literæ unius organi encomium hoc deſumtum eſt ex *Proverb*. *XXXI*. 26. ubi de muliere virtuoſa ותשחק ליום אחרון

23) Reſpicitur non tantum ad argumentum Pſ. CXII. 9. ſed maxime ad verba *Judic*. *V*. 11. alluditur.

24) Integra hæc phraſis legitur de Moſche, ſuffulto inter preces contra Amalekitas, *Exod*. *XVII*. 12.

25) Vide *Cetubboth* fol. 104. a. med.

26) De origine phraſeos lege *Beracheth* f. 5. b. fin. & nos ſupra.

27) Conf. *Sanhedrin* f. 68. col. 1. fin.

28) Vide *Cetubboth* f. 104. a. med.

Carmen hoc conſtat ex ſtrophis totidem fere qvôt lineis, ſi qvidem qvævis linea habet duos rhythmos, duabus ſyllabis coincidentibus præter tertium verſum, qvi omnes terminantur in ſyllabam נה.

VII. *R. Eliefer fil. Mordechai.*

(1 הרב המאור הגדול מוה״ר אליעזר בן מוה״ר מרדכי הילפרון
זצ״ל ר״מ ואב״ד דקה׳ פיורד
פה נטמן:

(2 איש חי רב פעלו : (3 הוד והדר :
לא פסיק פומיה מגרסה : ומסדר :
(4 יראתה בהדרן ועלך : שעשתה על הסדר :
עזר (5 מצריו שהלכתה כמותו (6 תדיר :
(7 בקי וחריף רב ומופלג : גדול הדור :
מוהר״ר אליעזר שמו המיוחס בהדר
(8 מאיר עינים (9 ובגאון תפאר (10 בתדר :
(11 רבץ תורה הרבה (12 חפר סקלו עדר :
(13 דרש טוב לעמו ועמד (14 בפרץ וגדר :
כאשר

1) Verba hæc in circuli dimidii forma fculpta epitaphio ipfi in cippo fuperimminebant.

2) Encomium hoc ex fententia Judæorum non tam Jehojadæ Patris, qvam filii laudati Benajæ eft, 2 Sam. XXIII. 20. non refragante vocula בן utpote figno habilitatis notisfimo. Qvanqvam חי Mafora docente pro חיל ponatur, veluti 1 Paral. X. 22. integre legitur, non tamen prorfus negligendum eft etymon חי & gloffema Rafchianum ita habens: *2 Sam. XXIII. fcribitur Vir* חי *vivax. Eft enim mos hominum, ut hominem alacrem videntes dicant : is totus ita eft.* Atqve id in defunctum, qvem egomet ipfe cognovi, è Polonia Synagogæ Furthenfi præfectum, hominem vivacisfimum, probe qvadrabat.

3) Ex Pf. CXI. 3. הוד והדר פעלו Ingeniofe hic phrafes illæ duæ ex 2 Sam. 23. & Pfalm. 111. combinantur. Illic enim in contextu habetur: איש חי רב פעלים & Poëta nofter in Davidico dicto transpofuit vocem פעלו conjunxitqve cum רב fubinnuens, tam illud encomium רב פעלים qvam hoc הוד והדר פעלו competere laudato doctori. Simul tamen hic rhythmo indulget.

4) Tractatus hic MS. exftat apud *Mofen*, noftri generum, & doctorem in Lyceo Furthenfi Abrahamitico.

5) Conf. *Deut. XXXIII.* 7. ubi legis hæc verba עזר מצריו partem nominis defuncti h. l. conftituentia. Simul difputatio prolixior Talmudica ex *Maccoth* fol. 11. b. in memoriam revocatur.

Doctor, lumen magnum, Muhrar Eliefer fil. doctoris ac dictatoris Mordechai Heilbrunner p. m. Præses & studiorum & rerum juridicarum, Sanctæ Synagogæ Furthi

Hic jacet obtectus.

Vir multa virtute præpotens, & cujus opus erat gloria decusqve.

Cujus os & lingva nunqvam à studiis destitit, & optima eorum serie.

Id qvod conspicitur ex scripto de clausula capitum Talmudicorum הדרן עלך ab ipso pulcherrimo ordine digesto.

Præsidium à suis habuit adversariis, ex ipsius sententia decisum stetit jugiter.

Exercitatissimus & acutissimus, doctor admirandus, magnus seculi hujus:

Mohurar *Eliefer*, cujus nomen eximiæ & singularis dignitatis est.

Illuminans oculos, & in excellentia gloriæ honoratus.

Legem docuit studiosissime fodiendo, lapides removendo, ac sarriendo

Populo suo bonum procuravit & exposuit, ac muri instar & sepis pro ruptura stetit.

LIIIIII Sicut

6) Ita legendum, pro qvo lapicida mendose, ut puto, sculpserat: ותריר

7) Tò ב signum initiale est vocis בן *filii*.

8) Tò מ credo symbolum esse nominis paterni מרדכי

9) Respicitur ad *Jes. IV.* 2. ופרי הארץ לגאון ולתפארת לפליטת ישר'

10) Iterum erravit lithographus pro בהדר ponens כהדר

11) Phrasis est Talmudica in *Piel* & *Hiphil* recepta. Vide *Moëd katon* f. 25. a. f. *Tosephoth* ibid. & Buxtorf. Lexicon.

12) Atqve sic optime coluit agrum suum. Phrasis hæc depromta est è *Babba*, ni fallor, prima aut ultima. Juvat tamen consuluisse *Babba kamma* folio & columna ultima, circa finem, item *Pea* cap. II. Confer ritum de situ conspicientis lepram voce מעדר expresso in *Negaim* cap. II. §. 4. & librum *Aruch*.

13) Ita de Mardochæo *Esther X.* 3.

14) Hæc ita qvoqve transferri possunt: *stetit pro ruptura sepimenti*; vel: *& stetit pro ruptura sepiens*. Phrasis in sacris sæpe obvia est, ut Ps. CVI. 23. & *Jes.* LVIII. 12. גדר פרץ *sepiens rupturam*, & disertius *Ezech XXII.* 30. איש גֹּדֵר גָּדֵר וְעֹמֵד בַּפֶּרֶץ *qui sepiret sepemve obduceret, consisteretque in ruptura*: i. e. qvi circumqvaqve populum protegeret, ipsiusqve securitati & saluti invigilaret.

כאשר גם פת (15 הגדיל תורה ויאדיר:

ימים (16 לא עמד פה ואסף בעון הדור:

(17 בעשק (18 חה כוכות תסא נעדר יום

אדא תשרי:

15) Ita *Jes. XLII.* 21. יהוה יגדיל תורה ויאדיר

16) Videtur alludere ad *Exod. XXI.* 21. & *Jerem. XXXII.* 14. itemqve ad *Rosch hasschana*, in principio, ubi de Regibus imperantibus phrasis hæc sæpissime occurrit. Judæi

VIII. Epitaphium *R. Jacobi fil. Meirr Muhrar Jacob*

(1 בני בינה: (2 שאו קינה: (3 אבר חסיד בארץ:

(4 מן תנצנה: פה טמונה: גדר ועמד כפרץ:

(5 בן מאיר ומורה: (6 יחיד בדרא: ידע (7 לטהר שרץ:

חסיד ועניו: בכל שניו לכל מצוה (8 ירוץ:

שבחו מי ימלל: תלמיד הלל: קדוש וטהור כקורץ:

(9 עמוד ימין: (10 ידיד בנימין: בוראו ידע להרץ:

הוכח ציק: (11 החזיק ברק: (12 השיב מעון והרץ:

(13 בחג מתן: בשנת אתן: (14 מצפון בא קרץ:

בהתגו צרורה זאת ולדרת עד יבא (15 בן פרץ:

Car-

1) Respicitur ad 1 Paralip. XII. 30. ubi prædicantur בני יששכר יודעי בינה לעיתים

2) Phrasis in Scriptura Sacra freqvens.

